00048006

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
Town Hall, Bombay.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 21 October, 2015

JOA. SIMONIS

EXICON

MANUALE

AICUM ET CHALDAICUM

EMENDAVIT, MULTISQUE MODIS AUXIT

R. *GEORG. BENEDICT. WINER.*

1044

Axe 10

Prostat hoc Lexicon in omnibus Germaniae [illegible] exterorum autem emturis procurabunt bibliopolae [illegible] mum hi:

LONDINI:
Howell et Stewart.
J. R. Priestley.
Rivington et Cochrane.
Black Young et Young.
Treuttel et Würz.
Baynes et Fil.

OXONII:
J. Parker.

CANTABRIGIAE:
Deighton et Fill.

EDINBURGI:
Adam Black.

GLASCOVII:
Smith et Fil.

AMSTELODAMI:
J. Müller et Soc.
C. G. Sülpke.

ULTRAJECTI:
J. Altheer.

LUGDUNI BATAVORUM:
S. et J. Luchtmanns.

BRUXELLIS:
Frank.

PARISIIS:
De Bure.
Ponthieu et Soc.
Dondey Dupré.
Treuttel et Würz.

MEDIOLANI:
Stella et Fil.
Giegler.
F. Fusi.

FLORENTIAE:
J. Molini.

VENETIIS:
Minsiaglia.

PESTI:
Hartleben.
Kilian.
Eggenberger.
Wigand.

PRESBURGI:
Wigand.
Landes.

VARSOVIAE:
Glücksberg.

RIGAE:
Deubner.

PETRIBURGI:
Graeff.

HAVNIAE:
Gyldendahl.
Brummer.
Reitzel.

UPSALIS:
Palmblad et Soc.

BOSTONI ET NEO-EB[illegible]
J. Hall.

JOA. SIMONIS
IN ACADEMIA HALENSI OLIM PROFESS.

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

IN

VETERIS TESTAMENTI LIBROS

POST

JOA. GODOFR. EICHHORNII

CURAS

DENUO CASTIGAVIT,

EMENDAVIT, MULTISQUE MODIS AUXIT

DR. *GEORG. BENEDICT. WINER,*

POTENT. REGI BAVAR. A CONSIL. ECCLES., THEOL. IN ACADEM. ERLANGENSI
PROF. P. O., SEMINARII EXEGET. DIRECTOR.

EDITIO QUARTA.

LIPSIAE, 1828.
APUD FRIDERICUM FLEISCHER.

LEXICON

MANUALE

HEBRAICUM ET CHALDAICUM

IN

VETERIS TESTAMENTI LIBROS

ORDINE ETYMOLOGICO

DESCRIPTUM

EDIDIT

DR. *GEORG. BENEDICT. WINER.*

POTENT. REGI BAVAR. A CONSIL. ECCLES., THEOL. IN ACADEMIA ERLANG. PROF. P. O., SEMINARII EXEGET. DIRECTOR.

LIPSIAE, 1828.

APUD FRIDERICUM FLEISCHER.

R
492.293924
Win/Lex
48006

00048006

Praefatio.

Lexici hebraici a Simonisio olim conscripti, posthac Eichhornii studio castigati exemplaria cum divendita essent omnia, redemtor libri honestissimus, quae est ejus in literas optima voluntas, me, ut libri denuo edendi curam susciperem, rogavit. Ego primum renui, bene memor, Virum Gesenium, *qui multos annos in hebraicis literis emendandis juvandisque laudabiliter consumsit, et de minore lexico suo tertium emittendo cogitare et thesaurum linguae hebraicae, latino sermone conscribendum, moliri.* Sed institit bibliopola, monens, Batavis potissimum et Anglis novam libri Simon. editionem destinatam esse nec metuere sese, ut exempla lexici hujus manualis pro literarum hebraicarum, quae nostris temporibus ceperint, incrementis castigati distraherentur. Tum nolui amplius deesse boni viri precibus, praesertim cum intelligere mihi viderer, in emendanda lexicographiae hebraicae ratione haud pauca praestanda superesse *), quae si ego praestare conatus fuissem, certe non detrimentum illatum iri his studiis, quibus inde a pueris mirifice delector.

Jam vero, ut scias, in quibus potissimum rebus elaborandum mihi putaverim, haec accipe. Primum, praeterquam quod *natura* vocabula a derivatis ipsâ literarum forma versuumque longitudine distinguere placuit, in radicibus, quas dicunt, investigandis omnem quam potui operam collocavi nonnullasque originationes a praestantissimo Schultensio vel ab ipso Simonisio propositas, quae injuriâ exterminatae mihi videbantur, revocavi. Ita factum, ut longe plurimas voces a *verbis* tanquam stirpe sua repetitas conspicias; quo minus vero aliquot certe nomina et particulas in primitivorum numero ponerem,

*) Cf. H. Huppeldi, Prof. Marburg., Comment. de emendanda ratione lexicographiae Semiticae. Marb. 1827. 4.

temperare mihi non potui; persuasum enim habeo, simplicissimas rerum notiones, quae in istis nominibus insunt, ne apud Hebraeos quidem a verbis originem traxisse, quanquam nonnullos nunc ita existimare scio. Id autem facile tolerabis, incertae originis vocabula primitivis interposita esse, cum meum non esset, e pluribus conjecturis eam, quae mihi placeret, in lexicon invehere; singulis vero in locis, ubi forte talia vocabula quaerere possis, relegatum te animadvertas ad eum, quo a me collocata sunt. — *Deinde* hoc egi, ut appellativis vocabulis illa adjicerem, quae hominum oppidorumve sunt, si non omnia (sic enim chartarum spatium deficeret), ea certe, quae vel maxime frequentantur in V. T. libris vel homines locosve memorabiles designant; qua in re exemplum mihi Eichhornius partim praeiverat. — *Tum* nihil potius nihilque prius habui, quam ut vocum significationes naturali quodam ordine componerem. Exorsus enim a simplicissima unius cujusque vocabuli potestate eas, quae sensim natae viderentur, ita adjeci, ut in earum descriptione non latinorum verborum, quibus responderent, sed ipsarum *notionum*, quas exprimerent, rationem haberem. Ita si quis accidisse dicat, ut tironibus varias alicujus vocis significationes conquisituris majus passim exhibeatur negotium, quam si singulae potestates, sine discrimine, angustae et late patentes, propriae et translatae, numeris adhibitis compositae essent, haud equidem repugnabo: verum, si utilitatem spectaveris, quae inde ad notionum necessitudinem et naturam accuratius subtiliusque perspiciendam haud dubie redundabit, non, puto, mihi succensebis, *hanc* describendi rationem, a latinae etiam linguae ingenio difficiliorem, illi, quae longe facillima est, praeoptanti. *Porro* magna laboris pars posita in eo fuit, ut particularum significatus, qui mirifice et praeter modum aucti in contrariasque saepe partes versi immo detorsi fuerant, non solum deminuerem, sed ex uno omnes fontes repeterem, quo appareret, Hebraeos non temere istis vocibus quasvis potestates attribuisse, sed hoc etiam in genere sobrios sese ac prudentes exhibuisse. Nam dici vix potest, quot errores istorum opinio hominum, qui in explicandis particulis hebr. effusissimo arbitrio uterentur, in ipsorum librorum div., N. etiam Test., interpretationem invexerit *). *Postremum*, qui a Simonisio larga manu adscripti fuerant verborum nominumque declinatus, eos maximam partem resecandos

*) v. libr. a me edit.: exeget. Studien, Vol. I, p. 27—58.

existimavi, servatis duntaxat iis, qui vel irregularium verborum essent vel a legitima inclinatione aliquantulum deflecterent.

His ita institutis factum est, ut SIMONISII lexicon *alium plane* formam induerit ac vix amplius SIMONISII dici recte possit. *Id non* puto fore, qui mihi vitio vertant. Spectanda erat et eruditionis hebraicae, qualis nunc est, ratio et eorum, quibus hic liber traditur, utilitas; nec horum quisquam, opinor, ea quae a SIMONISIO scripta erant, sed quae suis conducant studiis, postulabit. Utrum vero mihi contigerit hunc librum ita corrigere, ut et a tironibus utiliter adhiberi possit et ipsis literis hebraicis aliquem fructum attulisse videatur, id judicent intelligentes et simul aequi harum rerum existimatores. Sed ne ipse egomet justo honorificentius de opere meo statuere videar, paucis dicam, quae mihi aliquantulum displiceant. Primum vehementer doleo, me ad vocum hebr. significationes nativas illas et principales *e linguis orientalibus, quae hebraicae finitimae* sunt, illustrandas *nihil novi* afferre potuisse, quanquam probe scio, *in hoc etiam* genere non omnes jam errores esse excussos. Itaque, quod unum mihi licuit, doctorum hominum, qui in his rebus sapiunt, libris diligenter usus sum, inprimis vero sabaea et talmudica *) vocabula cum hebraeis contuli, si quid inde lucis peti posset. Deinde synonymia h. e. iis vocc., quae idem significare et in eandem rem dici existimantur, discernendis operam dare constitueram, sed facile intellexi, nec in re ne hilum quidem effici posse nisi ab eo, qui subtilissime linguarum orientalium scientia et singulari ingenii acumine floreret. Tum vellem aliquanto pauciora vocabula pro nativis a me habita esse; hoc etiam improbo, tam crebro a me bipartitas vel tripartitas radices ad GESENII exemplum propositas esse; nam saepe, quae diversae existimari solent, accuratius consideranti ad unam redire videbuntur **). Denique nonnullarum vocum significationes probabilius

*) Thesauri ling. hebr. e Mischna augendi Partic. I—III. scripsit ANT. THEOD. HARTMANN. Rostoch. 1825. 26. 4.

**) In quo tamen negotio probe videndum, ne vana specie decipiamur; omninoque ultra eam aetatem, qua lingua semitica *seorsum* coli coepta est, in lexico hebr. adscendere vix licebit; quae de vocabulorum nexu ex indica vel aliis linguis vetustis disseruntur, ea religiose secernenda puto ab his, quae *historica* ratione evinci possunt, quemadmodum, ut exemplo utar, in lex. german. sermonis sejungenda haud dubie sunt verba *zeugen* testari et *zeugen* procreare, nec non *mahlen* molere et *malen* pingere, etiamsi quodam modo demonstrari possit, haec verba a communi stirpe proficisci.

poterant describi, quanquam in hoc genere reprehendere quam corrigere facilius est. Ego certe in explicandis iis vocabulis, quae maximam varietatem habent, integros saepe dies absumsi multumque inter duas aut tres describendi rationes fluctuavi; quapropter hos, qui vituperare voluerint, magnum in modum rogo, ut non singula quaedam notent, sed integrae alicujus vocis sollertius expediendae exemplum praeeant, quo in me ipsum aliqua utilitas redundet.

Sed nolo te amplius morari, benevole lector. Utaris hoc libro, si poteris, ad tua literarum hebraicarum studia sive promovenda sive sublevanda; ita non omnem operam perdidisse, nec oculorum aciem frustra in hoc labore consumsisse mihi videbor. Vale.

Scrib. Erlang. m. Nov. ciɔɔccxxvii.

1. Grandioribus literis exscripta sunt vel nativa vocabula *(Stammwörter)* vel ea, quorum obscura est origo, vel denique extera h. e. ab alia, quam semitica stirpe orta.

2. Nomina hominum e duabus partibus conflata quaere sub iis verbis, a quibus ordiuntur, יְהוֹצָדָק sub יְהוֹה (תיה), מַלְכִּיצֶדֶק sub מֶלֶךְ, אֶלְיָקִים sub אֵל rell.

3. *Romana* numerorum signa, vocabulis praefixa, declarant, sub una forma complures voces a diversa stirpe ortas copulatas esse, v. גאל, חלה, ירה etc.

4. Numeri *arabici* praemissi sunt vocabulorum significationibus; contra, ubi una eademque significatio in varios sive sensus sive translationes versa est, adhibitae sunt literae latinae minores.

LEXICON
VETERIS TESTAMENTI
MANUALE.

א

א, prima Hebraeorum litera, quae in utraque lingua et formandis et declinandis vocabulis adhibetur. De declinatu, qui fit per lit. א, consulenti Grammatici sunt. Ad formationem spectat inprimis hoc, quod א nominibus ab initio saepe adjicitur ad mitigandam literarum asperitatem (*aleph prostheticum* vocant), ut אֶזְרוֹעַ pro זְרוֹעַ, אֶתְמוֹל pro תְּמוֹל, אַכְזָר pro כְּזָר; rarius (apud Chald. potissimum) ubi nulla fuit pronunciandi difficultas, ut in his: אֲבַטִּיחִים pro בַּטִּיחִים, אֲגַן pro גַּן cf. Gesen. Lehrgeb. p. 140. Ewald. krit. Gramm. p. 74.

אַב m. pater, *genitor* (arab. أَبُو, cujus formae vestigium superest in אֲבוּגַיִל 1 Sam. 25, 18., syr. ܐܒܐ), nomen primitiv. onomatopoëticum (ut *papa*, πάπας etc.) Gen. 9, 18. 26, 3. 37, 1. 1 Reg. 2, 12. Prov. 1, 8. 10, 1. etc.; אֲחִי אָב Gen. 29, 12. Levit. 18, 14. *avunculus*, אֲחוֹת אָב Levit. 18, 12. *amita*. Sed voc. *patris* saepe latius patet: dicitur enim a) de quovis ex majoribus (*Ahn, Ahnherr*), ut de avo Gen. 28, 13. (cf. tamen Gen. 28, 2 אֲבִי אֵם *avus maternus*), de proavo Num. 18, 1. 2., de abavo 1 Reg. 15, 11. 24.; hinc b) de conditore gentis (*Stammvater*) Gen. 17, 4. 5. 36, 43. Jos. 24, 3. (plur. אָבוֹת *majores* Gen. 47, 9. 48, 16. Num. 20, 15. Ps. 22, 5. Esr. 9, 7. etc.); eodem fere sensu Jova vocatur *pater Israelit.* h. e. conditor gentis Israel. e reliquarum numero exemtae Jes. 63, 16. 64, 7. (coll. Joa. 8, 41.); c) de *auctore* alicujus rei Job. 38, 28., aut artis Gen. 4, 20. 21. (v. Olear. ad Philostr. vit. Soph. I, p. 490). In his omnibus *originis* notio spectatur; aliae translationes proficiscuntur a *pietate* vel *cura parentis*. Nam d) אָב significat eum, qui parentis partes sustinet, curatorem, nutritorem alic. Job. 29, 16. Jes. 22, 21. Ps. 68, 6. (πατὴρ Xenoph. Anab. 7, 6, 38.); spec. vero *pater regis* est is, quem rex in consilium adhibet Gen. 45, 8. (cf. Esth. 13, 6. 16, 11. Lxx. et 1 Macc. 11, 32.; simil. turc. أتابك *Atabeg* de vesiris Arabum v. Jablonsky Opusc. I, p. 206. Rosenm. *Morgenl.* I, p. 213.). De רָאשֵׁי הָאָבוֹת v. sub voc. רֹאשׁ. Praeterea honoris caussa *patres* compellantur principes 2 Reg. 5, 13. et prophetae 2 Reg. 6, 21. 13, 14. (quorum quidem alumni vocantur בָּנִים, v. s. h. v.). Poetice dicta haec sunt Job. 17, 14.: לַשַּׁחַת קָרָאתִי אָבִי אַתָּה *patori acclamo: tu es pater meus* h. e. tam arcte mihi conjunctus, ut naturali quasi vinculo adhaereas. De loco Job. 34, 36. v. sub אבה. — In regimine אֲבִי (אַב Gen. 17, 4. 5.), cum affixis אָבִי Gen. 19, 34. Exod. 15, 2. Jud. 11, 36., אָבִיךָ Gen. 12, 1., אָבִינוּ Gen. 31, 29., אֲבִיהֶם Gen. 9, 23. etc. Plur. in regim. אֲבוֹת Exod. 6, 28. Num. 31, 26., cum affixis אֲבוֹתֵיכֶם Gen. 48, 21. et אֲבוֹתֵכֶם Deut. 1, 11., אֲבוֹתָם Exod. 4, 5. et אֲבוֹתֵיהֶם 1 Chron. 4, 38. Esr. 8, 1. etc. [Vid. de hoc voc. Fesselii Advers. sacr. 4, 6.].

אַב m. chald. *id.*, unde cum affixo אֲבִי *pater meus* Dan. 5, 13. tono praetermorem manente in penultima. Alibi ante affixa assumit ו (v. supra arab.), ut אֲבוּךְ Dan. 5, 11. 18., אֲבוּהִי Dan. 5, 2. Plur. cum termin. foem. (ut hebr.) אֲבָהָן (syr. ܐܒܗܢ) *patres, majores*, unde cum affixis אֲבָהָתִי Dan. 2, 23., אֲבָהָתָךְ Esr. 4, 15., אֲבָהָתֶנָא Esr. 5, 12.

Ab hoc voc. אָב multa virorum, imo etiam mulierum nomina ordiuntur, quorum praecipua his notasse sufficiat: a) אֲבִיאֵל (*pater roboris* i. e. robustus v. Herbelot Bibl. orient. p. 17.) 1 Sam. 9, 1. 14, 51. 1 Chron. 11, 32. — b) אֲבִיאָסָף (*pater collectionis*) Korachita Exod. 6, 24., al. אֲבִיָּסָף 1 Chron. 8,

8. etc. — c) אֲבִיגַיִל (*pater exultationis*) 1 Sam. 25, 3. 14. 1 Chron. 2, 16., al. אֲבִיגַל 2 Sam. 17, 25. — d) אֲבִיחַיִל Num. 3, 35. Esth. 2, 15. 1 Chron. 5, 14. — e) אֲבִיבָאֵל (*pater pinguis* coll. arab. مال) unus e posteris Joctanis Gen. 10, 28. 1 Chron. 1, 22. Sunt, qui gentis arab. nomen in eo latere putent (v. Bochart. Phal. 2, 24.), sed cf. Michael. Spicil. II, 179. — f) אֲבִימֶלֶךְ nom. regibus Philistaeor. commune Gen. 20, 2 sqq. 21, 22 sqq. 26, 1 sqq. Jud. 9, 3 sqq. Ps. 34, 1. Simil. Aethiopes hodienum regem suum appellant አባ: ነባሢ: (*pater rex*), et turc اتابك (*pater dominus*) est cognomen regum Schiras. — g) אֲבִינָדָב (*pater ingenui, nobilis*) 1 Sam. 16, 8. 17, 13. 31, 2. 1 Reg. 4, 11. etc — h) אֲבִינֹעַם (*pater jucunditatis*) Jud. 4, 6. 5, 1. — i) אֲבִיעֶזֶר (*pater auxilii*) filius Gileadi Jos. 17, 2., ejusque stirpis Jud. 6, 34. 8, 2. al., אִיעֶזֶר Num. 26, 30. Patron. אֲבִי הָעֶזְרִי Jud. 6, 11. 24. et אִיעֶזְרִי Num. l. c. Cet. cf. *Adolph*, quod nomen compositum arbitrantur ex *Aita* pater et *Holf* i. e. *Hülfe*. — k) אַבְנֵר dux militum Sauli 1 Sam. 14, 51. 17, 55. 20, 25. etc., al. אֲבִינֵר 1 Sam. 14, 50. Lxx. Ἀβέννηρ. — l) אַבְרָם (*pater excelsus*) conditor gentis Israel. Gen. usque ad 17, 5. Ab hoc inde loco vocatur אַבְרָהָם (*pater magnae, copiosae gentis* Gen. 17, 4. 5. Sir. 44, 19. coll. arab. رهام *multitudo*); זֶרַע אַבְרָהָם de gente Israel. 2 Chron. 20, 7. Ps. 105, 6. Jer. 33, 26. Lxx. Ἀβραάμ. — m) אַבְשָׁלוֹם (*pater pacis*) filius Davidis tertius 2 Sam. 3, 3. 13, 1. Lxx. Ἀβεσσαλώμ, 1 Macc. 11, 70. Ἀβεσσαλῶμος. Alius est אֲבִישָׁלוֹם 1 Reg. 15, 2. 10., qui tamen et ipse 2 Chron. 11, 20. אַבְשָׁלוֹם vocatur.

אָבַב rad. Hebr. non usit. *viruit, progerminavit*; chald. אַבֵּב *primum* vel *praecocem fructum produxit*, arab. أَبٌّ *quidquid viroris terra producit*, syr. ܐܒܒ *floruit, flores produxit* cf. Schultens. ad Job. 8, 12. Inde oritur:

אָבִיב m. *spica* Exod. 9, 31. הַשְּׂעוֹרָה אָבִיב *hordeum* jam erat *spica* h. e. *spicatum*, Levit. 2, 14. אָבִיב קָלוּי בָּאֵשׁ *spica* (matura) *igne tosta*. Hinc חֹדֶשׁ הָאָבִיב *mensis* novarum *spicarum* (in aliis quidem Palaestinae regionibus maturarum, in aliis vero maturescentium), recentius *Nisan* dictus, Martio partim, partim Aprili nostro respondens Exod. 13, 4. 23, 15. 34, 18. Deut. 16, 1. (quo Israelitae Aegypto egressi sunt), *primus mensis anni* vett. Hebraeorum (אב in Mischna II, 147. 315. V, 189.) v. Michaelis *de mensibus Hebraeorum* in Commentatt. Soc. Reg. Scient. Gott. oblatis per annos 1763—68. p. 16 sqq. In medio relinquimus, an Hebraei hac mensis circumscriptione nomen ejusdem mensis aegypt. ἐπιφὶ imitari ita voluerint, ut sono paullulum inflexo nomen emergeret, quo mensis ipsius conditio exprimeretur, ut in vv. אַבְרֵךְ, מֹשֶׁה aliis factum esse videbimus, cf. hujus sententiae patronum Andr. Mueller. in *gloss. S.* p. 4 sqq. nec non Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 557. — תֵּל אָבִיב Ezech. 3, 15. v. sub תֵּל.

אֵב m. *viror* (أَبٌّ *pabulum viride* etc.) Job. 8, 12. עֹדֶנּוּ בְאִבּוֹ (achu) *adhuc viride (est)*; אִבֵּי הַנַּחַל *virores rivi* h. e. herbae virentes in rivi margine Cant. 6, 11.

אֵב m. chald. *fructus* (ܐܒܐ et ܐܒܒܐ *poma, fructus omnes molliores, quibus nulli sunt cortices*, ὀπώρα, v. loca in Castelli et Schaafii *Lexx.*). Cum affixo אִנְבֵּהּ (resoluto dagesch forti in Nun v. Winer. Gramm. chald. p. 19.) Dan. 4, 9. 11. 18.

אַבְגְּתָא nom. propr. eunuchi persici. Bohlenius confert בָּגַת *fortunatus* vel בָּגַת *coctus* h. e. versutus.

אָבַד 1) propr. (coll. arab. أَبَقَ *abiit e conspectu*, hinc *aberravit*, in desertis *vagatus est* (de pecore) Jes. 27, 13. Ps. 119, 176. Jer. 50, 6. Deut. 26, 5. Ezech. 34, 4. 16., it. *exulavit* תֹּאבְדִים בָּאָרֶץ אַשּׁוּר exulantes in terra assyriaca Jes. 27, 13. 2) *periit, interiit* alicui aliquid sq. dat. pers. 1 Sam. 9, 3. וַתֹּאבַדְנָה הָאֲתֹנוֹת לָקִישׁ *perierunt Kiso asinae* h. e. *amisit asinas*, it. sq. מִן pers. Ezech. 7, 26. תֹּאבַד עֵצָה מִזְּקֵנִים *peribit senibus consilium*, Job. 11, 20. Ps. 142, 5. Jer. 18, 18. 25, 35.; גֶּבֶר אֹבַדְעֵצוֹת *genus* cui *periit consilium* i. e. consilii inops Deut. 32, 28. Deinde gener.: *periit, interiit, perditus est* quacunque ratione, ut de spe Job. 8, 13. 14, 19. Ps. 9, 19. Prov. 10, 28. Ezech. 19, 5., de animi fortitudine (*Moth*) Jer. 4, 9., inpr. de terra quae *vastatur* Exod. 10, 7. Jer. 9, 11., de aedibus quae *destruuntur* Am. 3, 15., de hominibus et animalibus quae *occiduntur* Jon. 1, 6. Jes. 57, 1. Esth. 4, 14. Ps. 2, 12. 49, 11. Num. 17, 12., atque hoc sensu passim additis verbis מֵעַל הָאָרֶץ Deut. 4, 26. Zach. 9, 5. Job. 18, 17. Spec. *irritum fieri* Ezech. 12, 22. (de vaticinio) Ps. 146, 4. (de consiliis et studiis hominum).—Part. praes. אֹבֵד *periturus* (qui in praesenti periculo versatur), *miser* Job. 29, 13. 31, 19. Prov. 31, 6.—Infinit. absol אָבֹד Deut. 4, 26. 8, 19., constr. אֲבֹד Deut. 7, 20., cum affixo אֲבָדְךָ Deut 28, 20, in pausa אֲבָדֶךָ Deut. 28, 22. — Fut. יֹאבַד et יֹאבֵד (Job. 3, 3. Jer. 4, 9. v. Gesenii Lehrg. p. 376.).

Piel אִבֵּד 1) *dispersit* Jer. 23, 1. 2) perdidit Eccles. 3, 6., ut divitias Prov. 29, 3., hinc *abstulit* Eccles. 7, 7. sq. מִן Jer. 51, 55., *evertit, destruxit* Num. 33, 52. Deut. 12, 2. 2 Reg. 19, 18. Thren. 2, 9. Ezech. 6, 3, *delevit, exstirpavit* populum Jer. 12, 17. Esth. 3, 9., gentem (*Familie*) 2 Reg. 11, 1., exercitum 2 Reg. 13, 7. Fut. 1. sing. cum affixo et vau convers. וָאֲאַבְּדָךְ pro וְאַבֵּדְךָ Ezech. 28, 16. v. Gesenii Lehrgeb. p. 137. et 378. (simil. Job. 35, 11., חַזֵּר 2 Sam. 22, 40.).— Hiph. הֶאֱבִיד *perdidit* Job. 14, 19. (spem al.), sq. מִן pers et acc. rei *abstulit* alicui at. Jer. 25, 10., deinde *vastavit* Num. 24, 19. Zeph. 2, 5. הֶאֱבִיד הָאָרֶץ מֵאֵין יוֹשֵׁב *vastavit terram, ut non superesset incola*, it. *de ev t, exstirpavit* populum Deut. 8, 20. 9, 3. vel singulos homines Jer. 49, 38., sq. מִקֶּרֶב עַם Levit. 23, 30.; הֶאֱבִיד אֶת־שֵׁם מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם *delere alic. nomen* (memoriam) *e terris* Deut. 7, 24. Fut. c. ה paragog. אֲבִידָה Jer. 46, 8., prima radicali א in cholem quiescente, ex dialecto aram. v. Michaelis Gr. syr. p. 118. Wineri Gram. chald. p. 50. Gesenii Lehrgeb. p. 377.

אֲבַד chald. *periit* Jer. 10, 11.—Aphel *perdidit, exstinxit* aliquem Dan. 2, 12. 18. 24. 7, 26. Fut. יְהוֹבַד. — Hoph. הוּבַד *perditum fuit* Dan. 7, 11.

אֹבֶד *pernicies, interitus* (chald. אוֹבַד *id.*) Num. 24, 20. 24.

אֲבֵדָה f. 1) *perditum, res perdita* vel *amissa* (אֲבֵידָה *id.*) Exod. 22, 8. Levit. 5, 22. 23., in regim. אֲבֶדֶת Deut. 22, 3. 2) *locus perditionis, orcus* sec. Cthib Prov. 27, 20., i. q. אֲבַדּוֹן, quod tanquam voc. usitatius Masorethae substituerunt.

אֲבַדּוֹן m. 1) *exitium, perditio, internecio* Job. 31, 12. אֲבַדֹן *id.* 2) *locus perditionis, abyssus, orcus* Job. 26, 6. Prov. 15, 11. et sec. Kri Prov. 27, 20. (v. אֲבַדֹּה).

אַבְדָּן m. *perditio, exeisio, occidio* (active) Esth. 9, 5.

אָבְדָן m. *perditio, excisio* (passive), *interitus* Esth. 8, 6.

אָבָה 1) *voluit* sq. infin. vel solo Job. 39, 9. Deut. 10, 10. Jes. 28, 12. 30, 9. 1 Sam. 15, 9. vel c. praef. לְ Jud. 19, 25. Ezech. 3, 7. Levit. 26, 21. Exod. 10, 27. Deut. 1, 26. 2 Sam. 13, 14. 16., semel sq. acc. Prov. 1, 25. תּוֹכַחְתִּי לֹא אֲבִיתֶם *castigationem meam non voluistis* h. e. repudiastis eam. 2) *pronus, proclivis fuit;* אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם Jes. 1, 19. Prov. 1, 10.; sq. לְ pers. alicui proclivem se praestare h. e. vel *obedire* Ps. 81, 12. vel *concedere, annuere* (precibus) Prov. 6, 35. 1, 10. Deut. 13, 9. 1 Reg. 20, 8. (*nachgeben*). — Praet. 3. plur. cum א *paragog.* אָבוּא Jes. 28, 12., fut. יֹאבֶה Deut. 13, 9., 2. p. תֹּבֵא Prov. 1, 10. sec. analog. verbor. לֹא v. Gesenii Lehrgeb. p. 432. Adde, hoc voc. praeter locos Jes. 1, 19. et Job. 39, 9. ubivis connecti cum לֹא, אַל aliave particula negativa. [Arab. أَبَى contrar. *recusavit, noluit*].

אָב v. supra suo loco.

אֵבֶה m. *arundo, papyrus* (أَبَاءٌ collect. أَبَاةٌ *arundo, arundinetum* ab أَبَى *recusavit*, quia arundines transitum impediunt); Job. 9, 26. אֳנִיּוֹת אֵבֶה *naves* (cymbae) *arundineae, papyraceae*, ex papyro nilotica textae (de quibus v. interpp. ad Jes. 18, 2. Plinii H. N. 7, 56. 13, 22.) admodum celeres (Heliodor. aethiop. X, p. 460. ἔστι δὲ ὀξυδρομώτατα τῆς δὲ ὕλης ἕνεκα καὶ ἄχθος πλὴν ὅτι δύο που καὶ τρεῖς ἄνδρας οὐκ ἀνεχόμενα add. Kimchi ad l. c., quanquam ea de re dubitationem movit Harmarus *Beobacht. üb. d. Orient.* Tom. III, p. 142 sq.). Alii, in his nuper Umbreit. ad Job. p. 72 sq., vertunt: *naves desiderii* (ab hebr. אבה) h. e. quae summo cum desiderio ad portum properant; alii (ut Chardin. ap. Harmar. l. c. quocum facit Rosenm. in Scholl.) *naves fluctuum* (coll. aethiop. ኣበባ: *fluctus, unda*) h. e. quae sola fluctuum vi devehuntur. Cf. Schultens. ad Job. l. c.

אֶבְיוֹן m. *egenus, pauper* (ab אָבָה *velle, cupere* i. e. *indigere*) Deut. 15, 4. 7. 12 1 Sam. 2, 8. Exod. 23, 6. Ps. 72, 4. etc. (syr. ܐܶܒܝܽܘܢܳܐ *id.*), *miser, afflictus*, inpr. sine sua ipsius culpa (unde *pietatis* quaedam notio accedit) Ps. 12, 6. 69, 33. 72, 12. Jes. 29, 19 (21) Am. 2, 6.; plur. אֶבְיוֹנִים de Israelitis patriae exsulibus Jes. 41, 17.

אֲבִיּוֹנָה f. Eccles. 12, 5. *bacca capparis* (sec. Lxx. Syr. Arab. et Lat.), a *desiderando*, quod harum baccarum ea vis est, ut et appetitum provocent et veneris concupiscentiam incitent. Rabbinis אבונות vocantur minuti arborum fructus, ut lauri, olivae et spec. א׳ נצפה *baccae capparis* v. Buxtorf. in *Lex.* p. 12. et 2098.

אֲבוֹי interjectio gementis et dolentis, *eheu!* (idem quod הוֹי s. אוֹי) Prov. 23, 29.

אִבְחָה f.; אִבְחַת חֶרֶב Ezech. 21, 20. vel *apertio gladii* h. e. gladius quo *palam* utuntur ad trucidandos homines (ut Schnurrerus voluit cf. dissertatt. philol. p. 461 sq.) a rad. باح *apertum, in omnium conspectu positum esse*, vel *comminatio gladii* (quemadmodum Rosenm. vertit) h. e. gladius qui ad portas quasi comminatur omnemque effugiendi viam praecludit, a rad. وَبَّخَ *minari*. Certe non opus est Gesenii conjectura

טִבְחַת legi jubentis: *mactatio gladii*, nam vett. intptes (Lxx. σφάγια ῥομφαίας, Targ. קְטָלֵי חַרְבָּא) divinasse potius, quam alius lectionis sensum expressisse videntur.

אֲבַטִּיחִים *pepones* v. sub rad. בטח.

אָבַךְ in Kal inusit., Hithpael Jes. 9, 17. יִתְאַבְכוּ גֵּאוּת עָשָׁן i. e. *convoluuntur* (convoluti surgunt, evanescunt) *elatione fumi* coll. בָּלַךְ *convolvi* (v. Schultens. Lex. hebr. p. 13.). Aliorum explicationes, minus illas probabiles, recenset Gesenius ad h. l., adde Hartmann. Einl. p. 76.

אָבַל luxit ore, habitu omnique cultu (chald. syr. arab. *id.*) Am. 8, 8., sq. עַל *über etw.* Hos. 10, 5. Job. 14, 22. Poet. res quoque inanimatae *lugere* dicuntur, regiones, urbes, agri, segetes etc., quae vastatae, pessumdatae sunt Am. 1, 2. Jes. 24, 4. 7. 33, 9. Joel. 1, 10. etc. — Fut. יֶאֱבַל Job. 14, 22. Jer. 4, 28. — Hiph. הֶאֱבִיל *lugere fecit, luctum attulit* Ezech. 31, 15., trop. Thren. 2, 8. יַיְאֲבֶל־חֵל *lugere fecit antemurale* h. e. vastando antemurali luctuosum spectaculum praebuit. — Hithpaël הִתְאַבֵּל *lugentem se gessit, luxit* i. q. Kal (quod minus in usu fuit) 2 Sam. 14, 2. Dan. 10, 2. Nah. 1, 4. Exod. 33, 4., sq. אֶל: הִתְאַבֵּל אֶל־שָׁאוּל *luxit Saulum* 1 Sam. 15, 35. 16, 1., sq. עַל: הִתְאַבֵּל עַל בְּנוֹ *luxit filium suum* Gen. 37, 34. 2 Sam. 13, 37.

אָבֵל m., אֲבֵלָה f. (Thren. 1, 4.) *lugens* Gen. 37, 35. Esth. 6, 12. (arab. أَبِيل). In regim. אֲבֵל, sq. *Makkeph* אֲבֵל־ Ps. 35, 14. Plur. אֲבֵלִים Jes. 61, 2. Job. 29, 25., in regim. אֲבֵלֵי Jes. 61, 3.

אֵבֶל m. *luctus* Mich. 1, 8. Esth. 4, 3. 9, 22., spec. propter mortuum Gen. 27, 41. אֵבֶל אָבִי *luctus patris mei* (i. e. quo patrem m. lugeo) Deut. 34, 8. Jer. 6, 26. Am. 8, 10., בִּגְדֵי אֵבֶל *vestes lugubres* 1 Sam. 14, 2.; עָשָׂה אֵבֶל לְ Gen. 50, 10. dic. de luctu solenni (cf. Judith 16, 29.). Cum affixo אֲבֵלֵךְ Jes. 60, 20. etc.

אָבֵל particula affirmandi, *verum* Esr. 10, 13., *veruntamen* 2 Chron. 33, 17. Dan. 10, 7., *profecto, utique* Gen. 42, 21., *immo* 17, 19. (arab. بَلْ *sed, at vero, quin, quin imo;* א, ab initio additum, est mere prostheticum).

אָבֵל propr. *viretum, campus herbosus, graminosus* (أَبَلَ *longum evasit gramen,* أَبِلٌ *humidus,* it. *gramen recens,* أَبِيلَةٌ *fascis graminis et foeni,* syr. ܐܒܠܐ *gramen, alga,* cf. rad. יבל), sed praemissum aliis vocabulis abiit in nomen propr. locorum complurium (fere ut nostr. *Aue*): a) אָבֵל בֵּית מַעֲכָה 1 Reg. 15, 20. 2 Reg. 15, 29., s. אָבֵל נָיִם 2 Chron. 16, 4., s. אָבֵל simpl. 2 Sam. 20, 14. 15. 18. oppidum Manassitar. trans Jordan. — b) אָבֵל כְּרָמִים pagus Ammonitar. Jud. 11, 33. — c) א׳ מְחוֹלָה opp. haud procul a Scythopoli situm Jud. 7, 22., patria Elisae proph. 1 Reg. 19, 16. v. Reland. Pal. p. 522. — d) א׳ מִצְרַיִם Gen. 50, 11. area trans Jord.; perperam hoc nomen l. c. explicatur: *luctus Aegypti* v. Rosenm. — e) א׳ הַשִּׁטִּים locus in Moabitide Num. 33, 49., al. שִׁטִּים Num. 25, 1. (ubi v. Rosenm.) Mich. 6, 5. — De אָבֵל הַנִּמְלָה 1 Sam. 6, 18. dissentiunt interpretes. Pro nom. propr. habuerunt Vulg. et Arabs;

contra LXX. CHALD. SYR. vertunt *lapis magnus*, אבן הגדלה, quemadmodum in aliquot codd. legitur v. DE ROSSI ad h. l. Sed fortasse *viretum magnum* appellata fuit planities in finibus Philistaeorum; nam quod seq. אֲשֶׁר־עָלֶיהָ, declarare videtur, גּ non esse nomen loci aut oppidi proprium.

אֶבֶן f. *lapis* in universum, cujuscunque generis, rudis et politus, major et minor, tam scopulus quam scrupulus (syr. sam. aeth. *id.*) Ger. 31, 45. Num. 35, 23. etc., collect. *lapides* Gen. 11, 3. 31, 45. Levit. 20, 2.; אֶבֶן הַשָּׂדֶה *lapides agri* Job. 5, 23., אֶבֶן יָד *lapis manuarius*, qui manu projici potest Num. 35, 17., אֶבֶן פִּנָּה *lapis angularis* (i. q. רֹאשׁ פִּנָּה Ps. 118, 22.) h. e. is, qui in extremo angulo fundamenti positus duos parietes sibi innixos sustinet et conjungit (et Jer. 51, 26. a *fundamento ipso* distinguitur) Job. 38, 6. Jer. 21, 26., אֶבֶן הָרִאשָׁה *lapis capitalis*, fundamentum ipsum Zach. 4, 7., אֶבֶן גָּדֹל *lapis grandis* (grandinis) Jes. 30, 30. coll. Jos. 10, 11. — Spec. a) *gemma, lapis pretiosus* Exod. 35, 33. 31, 5. 28, 9. 10. 11. 17. 21. etc. In eundem sensum dic. אֶבֶן יְקָרָה Ezech. 28, 13., אֶבֶן חֵן Prov. 17, 8., אַבְנֵי חֵפֶץ Jes. 54, 12., אַבְנֵי אֵשׁ *lapides ignis* h. e. splendentes, fulgentes Ezech. 28, 14. 16. b) *id quod est ex lapide factum, ut vas lapideum* Exod. 7, 19. (cf. עֲצִים *vasa lignea*), *idolum lapideum* (*ut* עֵץ *idolum ligneum*) Deut. 4, 28. 28, 36. 64. 29, 16. Jes. 37, 19. Jer. 2, 27. 3, 9. Habac. 2, 19. Ezech. 20, 32. Sic *Jupiter lapis* CIC. Famil. 7, 12. (v. ERNESTI clav. s. h. v.) et „velatum verlier ad *lapidem*" Lucret. lib. 5. c) *pondus librae*, quoniam olim lapidibus utebantur pro ponderibus; אֶבֶן וְאֶבֶן *diversa pondera*, magnum et parvum Deut. 25, 13. Prov. 20, 10. 23., אַבְנֵי צֶדֶק Levit. 19, 36. et אֶבֶן שְׁלֵמָה Prov. 11, 1. *pondus justum*, cui opponuntur אַבְנֵי מִרְמָה *pondus fallax* Mich. 6, 11.; אַבְנֵי כִיס *pondus quod in marsupio gestatur* Prov. 16, 11., שִׁקֶל בְּאֶבֶן הַמְּלָכָה *siclus ex pondere regio* 2 Sam. 14, 26. v. שִׁקֶל. Hinc אֶבֶן הַבְּדִיל Zach. 4, 10. *pondera stannea*. d) *pondus perpendiculi*, a filo pendens (primitus absque dubio lapideum, postea etiam stanneum aut plumbeum), quo caementarius structurae rectitudinem et architectus singulas aedificii exstruendi partes solet examinare, adeoque *perpendiculum ipsum*; נָטָה אַבְנֵי בֹהַ *extendit perpendiculum vastitatis* i. e. ad regulam et perpendiculum h. e. data opera omnia omnino vastavit Jes. 34, 11. — *Metaphorice* a) 1 Sam. 25, 37. *Nabal* הָיָה לָאֶבֶן *diriguit instar lapidis*, obstupuit quam maxime. b) לֵב הָאֶבֶן *cor lapideum*, durum Ezech. 11, 19. 36, 26., coll. לֵב עָצוּק כָּמוֹ אֶבֶן *cor lapidis instar fusum*, concretum, durum Job. 41, 15. c) Jova, populi sui tutor, appellatur אֶבֶן יִשְׂרָאֵל *lapis Israelis* Gen. 49, 24. cf. צוּר. — Cum affixo אַבְנוֹ 2 Reg. 3, 25. plur. אֲבָנִים Gen. 31, 46. 1 Chron. 29, 8., in regim. אַבְנֵי Exod. 25, 7. Levit. 19, 36. etc. [De origine vocis ita statuit SCHULTENS. ad Job. 28, 6.: esse propr. *massam firmius concretam*, ab arab. أَبِنَ *coaluit* sanguis in vulnere, *concrevit*, unde عُبْنَة *nodus* etc.].

אֶבֶן f. chald. *lapis* Dan. 2, 34. 45. 6, 18. Esr. 5, 8. 6, 4., emphat. אַבְנָא Dan. 2, 35. 5, 4. 32.

אֹבֶן m., unde dual. אָבְנַיִם: 1) Exod. 1, 16. וְרִאִיתֶן אֶת־הָאָבְנָיִם אִם בֵּן הוּא וְהִמִּתֶּן אֹתוֹ etc. ubi vel cum plurimis intelligenda

sella parturientium est, vel cum Gesenio *labrum* (lapideum) s. *alveus*, in quo lavari solebant pueri recens nati (cum operculo lapid.?). Alias conjecturas magnam partem ineptas recenset Rosenm. ad h. l. 2) Jer. 18, 3. עֹשֶׂה מְלָאכָה עַל־הָאֲבָנִים (הַיּוֹצֵר), ubi significari videtur *rota figlina*, quae constabat duobus *lapidibus*, quemadmodum auctor est Abulwalid (Rabbi Jona) in Lex. Ms., quod Oxoniae contulit Gesenius.

אֲבָנָה nomen propr. v. sub אֲמָנָה.

אַבְנֵט v. sub rad. בנט.

אָבַס ap. Chald. et Talm. *saginare*. Inde Pahul אָבוּס Prov. 15, 17. 1 Reg. 5, 3.

אָבוּס m. (ex syriasmo pro אבוּב) *praesepe* Job. 39, (9) 12. Jes. 1, 3. ad quem loc. v. Gesen., *stabulum* Prov. 14, 4. Plur. אֲבוּסִים Job. l. c.

מַאֲבוּס m. *locus pabulo asservando destinatus, horrearium*. Plur. Jer. 50, 26.

אֲבַעְבֻּעוֹת f. plur. *pustulae* v. sub rad. בעבע.

אָבָק m. *pulvis* (syr. chald. sam. *id.*) et quidem *tenuis* ac *subtilis*, qualis per leves auras facile dispergitur Jes. 5, 24. (29, 5.) Exod. 9, 9. qualemque equi inter currendum excitant Ezech. 26, 10., divers. ab עָפָר *pulvere densiore* et *crassiore*. Hinc in aëris siccitate, qua omnia in pulverem mutata sunt pulvisque per aërem fertur, dicitur *loco* pluviae de coelo demitti אָבָק וְעָפָר omnis generis *pulvis* (minutior et densior) Deut. 28, 24. — Poët. *pulvis pedum Dei* Nah. 1, 3. appellantur nubes, quibus vehitur Jova.

אַבְקָה vel אֲבַקָּת f. Cant. 3, 6. אַבְקַת רוֹכֵל *pulvis negotiatoris, institoris* h. e. aromaticus.

אָבַק verb. denomin., in Kal inusitat., Niphal נֶאֱבַק recipr. *luctari* Gen. 32, 25. 26. Haec significatio eodem modo ex אָבָק *pulvere* oriri videtur, quo κόνις dat κονίζεσθαι *pulvere conspergi, ad pugnam se parare, luctari*, et quo πυκτεύω *luctari* et πάλη *lucta* proficiscitur a πάλη, quod notat *tenuissimum pulverem* (v. Petr. Faber *Agonist.* lib. III. c. 22. Hier. Mercurialis *de arte gymnast.* lib. I. c. 8. lib. II. c. 2.).

אָבַר 1) radix inusitata *valere, pollere*, v. derivata. 2) Hiph. הֶאֱבִיר *volavit* Job. 39, 26 (29) cf. quod statim sequitur, אֶבְרָה.

אֶבְרָה m. 1) *penna major*, qua volucrium alae *pollent* (cf. אבר), ut columbae et aquilae (oppos. *alae ipsi* et *plumis*) Ezech. 17, 3. Jes. 40, 31. 2) collect. *pennae* pro *ala* (אֶבְרָא et כְּנָף *id.*) Ps. 55, 7. quemadmodum apud poëtas latinos *penna* saepissime pro *ala* sumitur, adeo in singulari.

אֶבְרָה f. 1) *penna* (alae inprimis) *major, longior, crassior* (oppos. *plumis*) Job. 39, 16 (13). 2) *ala* ipsa Ps. 68, 14. Deut. 32, 11., trop. de Deo Ps. 91, 4.

אַבִּיר m. *validus, fortis*. Semper de *Deo* adhibetur in his formulis: אֲבִיר יַעֲקֹב Deus *fortis Jacobi* (*Jacobitarum*) Gen. 49, 24. Jes. 49,

26. 60, 16. Ps. 132, 2. 5., אֲבִיר יִשְׂרָאֵל Deus *fortis Israëlitarum* Jes. 1, 24.

אַבִּיר m. 1) *robustus, validus* Job. 24, 22.; אַבִּיר לֵב valens animo i. e. fortis Jud. 5, 22. Jer. 46, 15. Thren. 1, 15. Ps. 76, 6. Jes. 10, 13. semel in malam partem: *contumax* Jes. 46, 12. Poët. אַבִּירִים *validi, fortes* sunt vel tauri Ps. 22, 13. 50, 13. Jes. 34, 7. (trop. *tauri populorum* Ps. 68, 31. de regibus) vel equi Jer. 8, 16. 47, 3. 50, 11. cf. Gesen. Lehrg. p. 651. — 2) *potens, nobilis* Job. 34, 20.; *princeps* לֶחֶם אַבִּירִים *cibus principum* h. e. cibus exquisitus, delicatus, eximius Ps. 78, 25. coll. Exod. 16, 31. (ut סֵכֶל אַדִּירִים est *patera pretiosa* Jud. 5, 25.), אַבִּיר הָרֹעִים *princeps pastorum*, a quo reliqui tanquam a duce et praefecto regebantur 1 Sam. 21, 8.

אַבְרֵךְ Gen. 41, 43. Forma quidem prodere videtur infinitivum vel imperativum aram. conj. Aphel (ut אַשְׁכֵּם Jer. 25, 3.), hoc sensu: *in genua procumbe* s. *procumbite*, a בָּרַךְ *genua flexit*, ut Clericus ad l. l. et Vitringa in *observv.* sacr. p. 71. voluerunt; quibus tamen jure opponi potest, formam aramaeam a casto Geneseos dicendi genere prorsus esse alienam, nisi doceatur, aramaeismum peculiari et satis idonea de caussa l. c. fuisse illatum (v. infra). Hinc disciplinae Schultensianae alumnis est superlativus, arabico more per א praefixum servile formatus: *fortunatissimus, felicissimus* (v. Ratelband diss. *de convenientia dialecti arab. cum hebr. sub praesidio* Alb. Schultensii *defensa*, Lugd. Bat. 1740. c. 3. §. 6. et Lette *in Biblioth. Brem. nova* Cl. I, p. 42.); cui tamen rationi obstat partim hoc, quod ex tali praeconum exclamatione populo Aegyptio nondum patebat, ad quam dignitatem evectus fuisset Josephus, partim quod melior adhuc interpretatio in promptu est. Nec immoramur eorum conjecturae, qui *patrem regis* (אָב, et nom. talm. parum cert. רֵךְ *rex*, v. Castell. s. v. רכך p. 3580.) ob locum Gen. 45, 8. (qui tamen huc prorsus non pertinet) cum Onkel., Targ. Hieros. et Hieron. vertunt (v. Hottingeri *smegm.* p. 131.). Imo videtur potius haec vox aegypt. originis esse. Possis igitur cum Pfeiffero (in *dub. vex.* p. 582.) a copt. ῥεκ *inclinavit se* s. *demisit venerabundus* et αὐ nota tertiae personae (αυρεκ), sensu optativo vertere: *inclinet se quisque*, quod sono adeo ab hebr. אַבְרֵךְ non multum abest. Si tamen major auctoritas desideratur, audiamus la Grozium et Jablonskium, qui ⲟⲩⲃⲉ-ⲣⲉⲕ *ουβε-ρεκ contra inclinatio* (ex ουβε *contra* et ρεκ *inclinavit*) explicant (v. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 3. Jablonsk. Opuscc. ed. te Water. Tom. I, p. 4.), vel Forster. (in libro *de bysso veterum* p. 111.), qui confert ⲍⲁ-ⲡⲣⲏ-ϧⲏⲕ *Haprechek, a rege cinctus* vel *vestitus*, ad contextum quidem satis apte, quanquam ad priorem rationem animus magis inclinat. Fuit autem Hebraeis in more positum, vocabula extera, quoties in suam linguam reciperent, ita inflectere; ut et hebraice sonarent et cum voce peregrina vel eundem vel vicinum saltem sensum funderent, quod in nomine מֹשֶׁה et aliis factum esse suo loco docebitur. Cet. cf. Rosenmuell. in Commentat. de versione Pent. pers. (Lips. 1813. 4.) p. 31. et in Scholl. ad h. l.

אֲגַג nom. propr. regum Amalecitarum Num. 24, 7. 1 Sam. 15, 8. 20, 32.

Origo voc. non liquet. Arab. أَجَّ sign. inter alia: *cucurrit, celeravit gradum.*

אָגַד radix inusitata, chald. *ligavit, colligavit* (unde talm. אגודים *fasciculi*), arab. مُوجَدٌ *firmus, compactus, firmatus, firmiter constrictus* (*nodus*), *firmum compagine* (aedificium) cf. Schultensius in *Lex.* et post eum Michaelis in *Suppl.*

אֲגֻדָּה f. 1) *adstrictio, nodus,* אֲגֻדּוֹת מוֹטָה *nodi, lora jugi* Jes. 58, 6., hinc *id quod (nodo) colligatum est, manipulus:* אֲגֻדַּת אֵזוֹב *manipulus, fasciculus hyssopi* Exod. 12, 22. Transfertur etiam ad *agmen* conglobatum 2 Sam. 2, 25. (Simil. חֶבֶל *funis* et *caterva;* عِصَابَةٌ *vinculum* et *caterva hominum;* حِزْقٌ *agmen, multitudo hominum,* apud Latinos *manipulus militum* etc., german. *Bande*). 2) *opus fornicatum* suo se nisu adversantium et *compactorum* lapidum sustinens (أَجَدٌ *fornix firmae compaginis* et *structurae,* quasi *structura colligata,* coll. קָשַׁר Neh. 3, 38.; sim. Malabariae incolis *domum ligare* dicitur pro *aedificare* v. Relatt. Malabar. contin. 38. p. 285.) Am. 9, 6., ubi *Deus fornicem* אֲגֻדָּתוֹ *super terra fundasse* dicitur h. e. coelum quasi fornicatum, quod horizonte sustentari videtur (ut Galli dicunt *la voute des cieux*) v. Faber in *archaeologia* T. I, p. 422.

אֱגוֹז m. *nux* Cantic. 6, 11. גִּנַּת אֱגוֹז *hortus nucum.* Consentit Vulg.; arab. جوز et syr. ܓܘܙܐ *nux.* Celsius in *Hierobot.* p. 28. *nucem juglandem* dici putat, ut Rabbini ad unum omnes, consentiente etiam Shawio. *Nucis* significationem in dubitationem adduxit etiam Castellus, quod *nuceti* nomen parum conveniat horto, cujus *poma, vites* et *malogranata* tantum memorentur. Temere. Et qui ipsi placet, *hortus putatus,* ut אֱגוֹז vel pro nomine habeatur (hortus *putationis*), vel punctis neglectis tanquam verbum efferatur (hortus *quem putaturus sum*), a גָּזַז (quod nunquam de arborum putatione adhibetur), a contextu prorsus alienus et longius quaesitus est.

אָגַל radix Hebr. non usitat., arab. أَجَلَ *coërcuit, conclusit, stare coëgit,* II. *congregavit, collegit in unum locum* (ut aquam), تَأَجَّلَ *collecta* ac *congregata* et *detenta* et *conclusa fuit* (aqua), أَجِيلٌ *conveniens in unum, congregatus,* peculiariter *collecta in unum locum* (aqua), مَأْجَلٌ et مُوجَلٌ *stagnum, piscina,* seu potius *locus ipse ubi aqua confluit et consistit.*

אֲגַל m. *receptaculum* (aquae). Inde in plurali אֲגָלֵי טָל *receptacula roris* Job. 38, 28. cf. v. 22. Alii: *guttae roris* (ut Rosenm. et Umbreit.). Sed illud praestat.

אֶגְלַיִם Jes. 15, 8. vicus moabiticus, de quo Eusebius *in locis:* Ἀγαλλὶμ κώμη πρὸς Νότον Ἀροεπόλεως, δεικνῦσα σημεῖον ἡ (h. e.

1½ milliar. german.) add. Joseph. Antt. 14, 2. Voc. proprie *gemina aquae receptacula, geminas piscinas* notat.

אָגַם rad. Hebr. non usitat., arab. اجم med. fatha *ferbuit* (dies) med. kesre (aqua) *corrupta* (adulterata) *fuit* (sc. q. d. conferbuit quando aqua stagnans post aestum foetorem exhalat), deinde اجم *nauseavit, fastidivit, abhorruit,* تاجم عليه وتاظم *excanduit in illum et aegritudinem ac molestiam animi concepit;* chald. אֲגַם *tristatus est* cf. עגם.

אָגֻם vel אָגוּם m. *tristis* (v. rad.) Jes. 19, 10. אֲגֻמֵּי נָפֶשׁ *tristes animo.*

אֲגַם (אֲגָם?) 1) *lacus, stagnum* (ab aqua corrupta, foetente dictum; syr. ܐܓܡ et chald. אֲגַם *id.*) Jes. 35, 7. 42, 15., saepius אֲגַם מַיִם Jes. 41, 18. Ps. 107, 35. 114, 8. Spec. ita dici videntur *stagna Nili,* quae hodie ab incolis بِرَك *Birce* vocantur Exod. 7, 19. 8, 1. 2) *arundinetum,* palus arundine obsita (arab. أَجَم *id.*) Jer. 51, 32. ad quem l. vid. post Vitringam (Observ. sacr. 6, 5.) Rosenm. — Plur. אֲגַמִּים Jer. 51, 32., sed in regim. אֲגַמֵּי Jes. 14, 23. et cum affixo אֲגַמֶּיהָם Exod. 7, 19. v. Gesen. L. p. 582.

אַגְמוֹן m. 1) *ahenum, lebes major* Job. 41, 12. (vel metaphora a *stagno* desumta, ut λάκκοι pro *amplissimis lebetibus* apud Athenaeum p. 131., vel tanquam *aestuarium* a *fervendo,* ut jam Schultensius explicuit). 2) *juncus, arundo,* qualis in *palude* plurima nascitur. Legitur a) proverbialiter Jes. 58, 5. *curvare caput* כְּאַגְמוֹן *arundinis instar,* quo modo lugentes et moesti solent; b) metaphorice Jes. 9, 14. 19, 15., ubi *arundines* oppositae *ramis* notant *infimae sortis homines* coll. Dan. 4, 11. Ezech. 31, 12. v. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 477 sqq. Meton. Job. 40, 26. de lune junceo, v. Plin. H. N. XIX, 2.

אָגַן radix Hebr. non usitat., arab. أَجَنَ *contudit* (pannos), ut fullones et lotores facere solent *ad expurgandas sordes,* unde مِيجَن *tudes* seu *lignum,* quo fullones aut lotores contundunt vestes ad eluendas sordes, أَجَانَة *labrum* seu *vas lapideum instar pelvis, in quo lavantur vestes.*

אַגָּן m. *crater, pelvis* Cant. 7, 3.; syr. ܐܓܢܐ *crater, hydria,* in qua vasa *abluebant* Judaei, λουτήρ, cf. utramque vers. syr. Jos. 2, 6. v. fem. sequens.

אֲגַנָּה f. *labrum, pelvis* (أَجَانَة *phiala, crater, urceus* v. Joa. 2, 6., *labrum* v. 1 Reg. 7, 38.). Plur. אֲגַנּוֹת (quae tamen forma possit etiam ab אַגָּן oriri, velut אוֹצָרוֹת ab אוֹצָר et multa alia) Jes. 22, 24. Exod. 24, 6.

אֲגַף vel אֲגָף m., plur. אֲגַפִּים Ezech. 12, 14. 17, 21. 38, 6. 9. 22. 39, 4. *alae* (exercituum) h. e. *exercitus ipsi*. Etenim 1) chald. et talm. אֲגַף, אֲגָף sign. *alam*; 2) cornua exercituum orientalibus quoque et talm. dicta sunt *alae* cf. כְּנָפַיִם Jes. 8, 8., حناح الخيل *ala equitum*. V. GESENIUM de hoc voc. subtiliter disputantem in Commentar. ad Jes. T. I, p. 335 sq.

אָגַר *collegit, congessit* (fruges) Prov. 6, 8. 10, 5.; fut. יֶאֱגֹר Deut. 28, 39.

אֲגוֹרָה 1 Sam. 2, 36. *numulus, obolus*, a *colligendo*, quod qui stipem petunt, ejusmodi numulos *colligunt*.

אָגוּר Prov. 30, 1. nom. propr. viri sapientis (vel *collectus* vel *qui studio sapientiae se applicat*, ut ܐܓܝܪ apud CASTELLUM in *Lex.*)

אִגֶּרֶת f. *epistola* (chald. *id.*, ܐܓܪܬܐ) Ezech. 9, 26. 29. Neh. 2, 8., plur. אִגְּרוֹת 2 Chron. 30, 1. 6. Neh. 2, 7. 9. 6, 17. 19. Posterioris Hebraismi vocabulum est, quod de regum potissimum edictis legitur. Origo non satis certa: vel *proficiscitur* a voce אגר, in qua notio *cogendi, adigendi* inest (syr. enim ܐܓܪ, chald. אֲגַר, arab. أَجَرَ est: *mercede conducere*, أَجِيرٌ אָגִיר *mercenarius*, rabb. אַגְּרָיָא *adactio ad ferendum onus, ad praestandum opus*), vel ab aethiop. ኀገረ: *indicavit*, annunciavit, quemadmodum vult EICHHORNIUS in 3. edit. huj. Lex. — vel denique persicae originis est cf. انكارة *angare* (unde Graecis ἄγγαρος, ἀγγαρεύειν) v. LORSBACH in STAEUDLIN. *Beitrāg. zur Philos. u. Gesch. d. Relig.* Tom. V, p. 20., nisi forte hoc ipsum voc. ad semiticam illam radicem אגר revocandum est.

אִגְּרָא f. chald. *epistola* Esr. 4, 8., emphat. אִגַּרְתָּא Esr. 4, 11. 5, 6.

אַגַּרְטָל m. *pelvis*. Plur. in regim. אַגַּרְטָלֵי Esr. 1, 9. ABEN EZRAE et ceteris Rabbinis est *patera, qua victimarum sanguis excipitur*, vel, ut Talmud hierosolymitan. loquitur, שאגרו שם דמים *ubi colligunt sanguinem*, compositum a rad. אָגַר *collegit* et טָלֶה *agnus*: in qua tamen originatione non temere reprehendas id, quod parum commode dicitur *colligere agnum* pro *colligere sanguinem agni*. Melius igitur SIMONIS et qui eum sequitur MICHAELIS in *Suppl.* repetunt ab אָגַר *collegit* et טַל, arab. طَلّ *sanguis* (vel صَلّ *pluvia tenuis*): cui origini puncta vocalia status constructi, quae dagesch forte nullum in consonante ל comitatur, non videntur obstare (quemadmodum opinati sunt MICHAELIS et EICHHORNIUS): possit enim haec vocis origo incognita fuisse punctorum auctoribus. Al. e graeca lingua sumtum putant, ubi κάρταλος, κάρταλλος sign. *corbem vimineum in angustum desinentem* v. LXX. 2 Reg. 10, 7. Deut. 26, 2. (cf. SCHLEUSNER. Thes. philol. Tom. III, p. 187.), quod quidem vocab. *Syri* etiam et *Rabbini* nec non *Arabes* in suam transtulerunt linguam cf. קרטיל, ܩܪܛܠܐ, قَرْطَلَة. Ceterum, quid-

quid statuis, nomen certe hoc late patet vasaque aurea variae formae et usus significat, id quod locus ipse suadet, quo *triginta* אגרטלים *aurei* memorantur, quos certe non soli sanguini excipiendo sed aliis quoque usibus destinatos fuisse, credere licet.

אָד v. sub rad. אוד et אוד.

אָדַב *contabescere, confici* (v. דאב), in Kal inusit.; Hiph. *defatigavit, confecit* 1 Sam 2, 33. אֶת נַפְשֶׁךָ (pro וְלַהֲאֲדִיב) וּלְכַלּוֹת אֶת־עֵינֶיךָ *ad consumendos oculos tuos et ad conficiendam* (summo moerore) *animam tuam*, cf. formula persimil. כְּלִיוֹן עֵינַיִם וְדַאֲבוֹן נָפֶשׁ *consumtio oculorum et animae defatigatio* Deut. 28, 65.

אָדוֹן v. sub rad. דון.

אֱדַיִן chald. adverb. temporis: *tunc*, hebr. אָז et אֲזַי (mutato ז in ד) Dan. 2, 15 17. 19. 25. 48. 3, 24. Esr. 4, 9. 23. etc. Cum praefixis a) בֶּאֱדַיִן *illo (ipso) tempore* (pro בֶּאֱדַיִן) Dan. 3, 3. 13. 19. 21. 26. 30. Esth. 4, 24. etc. b) מִן אֱדַיִן *ab illo tempore* Esr. 5, 16., et hebr. מֵאָז.

אֲדַלְיָא nom. propr. viri Esth. 9, 8. auctore Bohlenio pers. دلا *aquila* cum א prosth.

אָדַם *rubuit, rufus, rubicundus fuit* (chald. אְדַם *id.*, arab. أَدُمَ *fuscus fuit*, أَدِمَ *fuscus factus est* v. derivv. hebr.) Thren. 4. 7 (de coralliis), ubi tamen nonnulli hoc voc. de *lucido candore* (qui a *rubore* dictus esse potest) exponunt v. Bochart. *Hieroz.* P. II, p. 688 et 694 Maii dissert. sacr. L. IV. c. 1. §. 14. et Ludolfi *Comment. histor. aethiop.* p. 206. Hartmann. Hebräerinn III, p. 81. — Pyh. part. מְאָדָּם *rubefactus, rubore tinctus* Nah. 2, 4. (de clypeo vel *rubro colore* ad terrendos hostes vel *sanguine* hostium infecto v. Rosenm. ad h. l.) עֹרוֹת מְאָדָּמִים *pelles rubrae* Exod. 25, 5. 35, 7. 23. etc. — Hiph. *colorem rubrum referre, rutilare, rutilum dare adspectum* Jes. 1, 18. — Hithpa. *rubescere, rutilare* (de vino) Prov. 23, 31.

אָדֹם m., אַדְמָה f. 1) *ruber, rutilus*, ut de *veste* sanguine conspersa Jes. 63, 2., de *facie* subrubicunda juvenis formosi Cant. 5, 10. 2) *rufus, fuscus* (v. arab.), ut de *equo* fusco (*Fuchs*) Zach. 1, 8. 6, 2 de *vacca* rufa s. fusca Num. 19, 2. (germ. *rothe Kuh*), de *lentibus* (*rothe Linsen*) Gen. 25, 30. — Plur. אֲדֻמִּים 2 Reg. 3, 22.

אֱדוֹם 1) m. (rufus) nom. *Esavi* Gen. 25, 25. 30. et gentis idumaeae ab Esavo originem repetentis Gen. 36, 9. 43. Num. 20, 20. cf. Thren. 4, 11. 12.; שְׂדֵה אֱדוֹם *terra edomitica* Gen. 32, 4. 2) foem. *terra Edomitarum, Idumaea* Jer. 49, 17. — Nom. gentil. אֲדֹמִי Deut. 23, 8 1 Sam. 21, 8.

אֹדֶם m. Exod. 28, 17. 39, 10. Ezech. 28, 13. *gemma rubicunda* (Syr. ܣܪܕܝܘܢ, Chald. uterque סַמְקָא *rubrum*), *Sardius* veterum, et

tate LXX. VULG., HIERON., EPIPHANII, et quidem ea fortasse *Sardes* species indica, quae vicino nomine *Demius* dicitur PLINIO H. N. [illegible] c. 7., gemma αἱματοειδὴς EPIPHANIO, σάρδιον αἱματόεν ORPHEO. *Iaspis* quidem verus Sardius, sed *palloris* aliquid habet admixtum (conf. אֲדַמְדָּם); unde recentioribus *Carneolus* vocatur a carne humana conf. BRAUN. de *vestitu sacerdot.* lib. 2. p. 501 sqq. et BELLERMANN. *Urim et Thummim* (Berol. 1824.) p. 36 sq.

אַדְמוֹנִי m. *rufus, fuscus* (πυῤῥάνης LXX.), de puero et juvene fuscum sive pilum sive cutem habente Gen. 25, 25. 1 Sam. 16, 12. 17, 42. Versiones antiquae, utrum de capillis an de facie explicandum sit, non declarant.

אַדַמְדָּם m. *subrubicundus, subrutilus, subrufus* (etenim *colorum* nomina, quae formam קַטַלְטָל referunt, pleraque omnia significant aliquam tantummodo ejus coloris, quem primitivum voc. notat, viciniam v. GESENII Lehrgeb. p. 497., contra quem disputavit nuper EWALDUS Gramm. p. 242.) Levit. 13, 19. 14, 37. בַּהֶרֶת לְבָנָה אַדַמְדֶּמֶת *vitiligo alba in rubicundum deflectens* v. SCHILLING de lepra p. 7.; שְׁקַעֲרוּרוֹת אֲדַמְדַּמּוֹת *demersiones, valliculae rubrae* s. *cava rubra* in pariete leproso Levit. 14, 37. tanquam a sing. אֲדַמְדַּמָּה, geminata, ut in nominibus colorum fit, tertia radicali.

אֲדָמָה f. 1) terra i. e. a) *humus*, unde aliquid effingitur Gen. 1, 25. Exod. 20, 24., qua caput conspergunt lugentes 1 Sam. 4, 12. 2 Sam. 15, 32. Neh. 9, 1. (a *fusco* colore dicta v. VRIEMOET ad *Dicta class.* T. I, p. 228. et SCHEID. in *observv. etymol.*); b) *rus, ager*, qui colitur Gen. 4, 2. 22. Jes. 30, 23. Prov. 12, 11., hinc אֹהֵב אֲדָמָה *agriculturae deditus* 2 Chron. 26, 10.; אֲדָמָה meton. de *frugibus agrorum* Jes. 1, 7.; c) *tractus terrae, regio* Gen. 4, 14. 28, 15. Am. 7, 17. Jes. 15, 9., אַדְמַת נֵכָר *terra peregrina* Ps. 137, 4., אַדְמַת יְהוָה *terra Jovae* i. e. Palaestina Jes. 14, 2., אַ הַקֹּדֶשׁ *terra sancta* (Judaea) Zach. 2, 16. (quae הָאֲדָמָה κατ' ἐξοχὴν vocatur Zeph. 1, 2.), אַדְמָתִי *terra* h. e. patria *mea* Jon. 4, 2. (Jer. 27, 10. 42, 12.); meton. de alicujus regionis incolis Joel. 2, 21. Plur. אֲדָמוֹת *terrae* Ps. 49, 12.; d) universus *terrarum orbis, tellus* Gen. 6, 7. Exod. 10, 6. — 2) nom. propr. oppidi in agris Naphtal. Jos. 19, 36.

אָדָם m. 1) homo (a *rubicunda* facie) Gen. 1, 27. 5, 1. Levit. 5, 3. Num. 19, 16. 1 Sam. 15, 29. etc.; פֶּרֶא אָדָם *homo onagro similis (ein Waldesel von einem Menschen)* Gen. 16, 12., אָדָם בְּלִיַּעַל *homo nequam* Prov. 6, 12.; saepe collect. 2 Reg. 23, 14. 20. Ps. 68, 19. 76, 11. 2 Chron. 6, 18. Spec. a) opp. Deo: homo fragilis, imbecillis, *mortalis* Ps. 56, 12. 118, 6. 144, 3. Jes. 31, 3., opp. nobilibus aut viris (אִישׁ): homo ignobilis, vilis Ps. 82, 7. Jes. 2, 9. 5, 15. add. Jes. 29, 21. b) oppos. certo cuidam homini aut populo: *reliqui homines* collect. Jer. 32, 20. יִשְׂרָאֵל וְאָדָם *Israelitae et reliqui homines* coll. Jes. 43, 4. Ps. 73, 5. Jud. 16, 7. 18, 7. 28. — Passim abundare, certe sine ulla emphasi dictum videtur, ut Prov. 23, 28. בּוֹגְדִים בָּאָדָם *perfidi* (inter homines), Hos. 13, 2. זֹבְחֵי אָדָם *sacrificantes*, Jes. 29, 19. אֶבְיוֹנֵי אָדָם *miseri* etc. — Pro אָדָם ap. poet. haud raro legitur בֶּן אָדָם, sive in pa-

rallelismo (copul. c. אִישׁ vel גֶּבֶר vel אֱנוֹשׁ vel אָדָם) Num. 23, 19. Job. 16, 21. 25, 6. 35, 8. Ps. 8, 5. Jes. 56, 2., sive admixta fragilitatis imbecillitatisve notione: *mortalis* Ezech. 2, 1. 3. 3, 1. 3. 4. 10. 25. 4, 1. 16. 6, 2. 7, 2. (ubi Jova prophetam appellat). Plur. אֲדָמִים non est in usu; sed pro eo dic. בְּנֵי אָדָם saepius in poetica quam in pedestri oratione Gen. 11, 5. 1 Sam. 26, 19. 2 Chron. 6, 30. Ps. 11, 4. 12, 2. 58, 2. Prov. 8, 31. etc. 2) *vir* Eccles. 7, 28. 3) nom. propr. oppidi ad Jordan. Jos. 3, 16. — Quod addunt, in Genesi esse etiam propr. primi hominis (viri) nomen, id non magnopere placet; nam הָאָדָם et אָדָם iste appellatur κατ' ἐξοχήν et quod unus tum homo in terris fuit Gen. 3, 8. 9. 12 sqq. 4, 1. 25, 5. 3.; sed ap. recentiores scriptores אָדָם in nom. propr. primi parentis abiit 1 Chron. 1, 1. coll. Tob. 8, 8. Luc. 3, 38. etc.

אֲדָמִי nom. propr. oppidi in Palaestina septentrion. Jos. 19, 33.

אַדְמָה nom. urbis cum Gomorrha et Sodoma eversae Gen. 10, 19. 14, 2. 8. Deut. 29, 23. Hos. 11, 8.

דָּם (pro אֲדָם) m. sanguis (syr. ܕܡܐ, chald. דַּם, אֲדַם, אִדַּם, samar. דם et אדם, arab. دَمٌ) Gen. 37, 22. Exod. 7, 19. Levit. 3, 17. etc., in quo vitam (animam) inesse credebant Hebraei Gen. 9, 4. Levit. 17, 11. 14. Deut. 12, 23. cf. Levit. 19, 16.; מְקוֹר דָּמִים *profluvium sanguinis* (menstrua mul.) Levit. 12, 7. 20, 18., דָּם נָקִי pr. *sanguis insons* (insontis) 2 Reg. 21, 16., meton. de ipso homine insonte Ps. 94, 21.; אִישׁ דָּמִים (אַנְשֵׁי) *sanguinolentus (atrox)* Ps. 5, 7. 26, 9. Prov. 29, 10. 2 Sam. 16, 7. Metaph. דַּם עֲנָבִים *sanguis uvarum* de *vino* dicicitur *sanguinis* instar *rubente* Gen. 49, 11. Deut. 32, 14. ut graec. αἷμα 1 Macc. 6, 34. Sirac. 39, 26., apud Achillem Tatium L. 2. p. 67. et (ut volunt Grotius in *Commentar.* et Jac. Hasaeus in *Biblioth. Brem.* Class. III, p. 257. 258.) Apoc. 14, 20. 19, 13. Sic lat. *sanguis* apud Statium *Thebaid.* I, 329. Nemesianum *Eclog.* II, 50. Plinium XIV, 5. et Cassiodorum *Epist.* XII, 4. conf. Bocharti *Canaan* L. 1. c. 18. p. 478. add. Eustathius ad Homer. *Iliad.* II, 636. Poëtas *vinum* αἷμα τῆς σταφυλῆς vocare, notat Salmasius in *Exercitt. Plinian.* p. 906. ex Eustathio ad *Iliad.* II. l. c. — Persaepe דָּם est *sanguis per caedem effusus* atque adeo ipsa *caedes* Gen. 37, 26.; גֹּאֵל הַדָּם *vindex caedis* Jos. 20, 3., אֵין לוֹ דָּם *non est caedis reus* Exod. 22, 3. Num. 35, 27., דָּמֶיךָ עַל־רֹאשֶׁךָ *caedis tuae poena in te recidat* 2 Sam. 1, 16. Jos. 2, 19. Ezech. 33, 4.; adde Deut. 17, 8., ubi videndus Rosenm. est. — In regim. דַּם Gen. 9, 6. Exod. 23, 18., cum affixis דָּמוֹ Gen. 9, 4. Exod. 29, 16., דִּמְכֶם (pro דַּמְכֶם mutato patach in chirek) Gen. 9, 5., plur. דָּמִים, in regim. דְּמֵי Gen. 4, 10. 11. etc.

אֶדֶן m. *basis, stylobates,* in quem columna vel cardo asseris immittitur Exod. 26, 19 sqq. 27, 10 sqq. 36, 38. Num. 3, 36. 37., deinde *fundamentum* quodvis Cant. 5, 15. Job. 38, 6. Origo voc. non satis liquet. Aliis est propr. *firma inclinatio, firma consistentia* i. e. cui aliquid *firmiter inclinat* et *insistit,* a rad. aeth. ደነነ (דנן) *inclinavit, incubuit,* cum א heemantico ad formam אֶכֶף a כפף. Alii probabilius de-

rivant ab arab. عدن *fixus mansit*, II. *firmavit*, א et כ permutatis. — Plur. אַדָּנִים, in regim. אַדְנֵי.

אָדַר *amplus, magnificus fuit* [propriam vocis notionem Schultensius quaerit in *tumendo*, nam אֶדֶר significat *hernia laboravit*, qua inguen praeter naturam *extensum* est et *tumidum*; ita in hoc v. eadem inesset translatio, quae in graec. ὄγκος ab ὀγκοῦσθαι v. Lette in *Bibl. Bremens. nova* Class. I, p. 41.]. In Kal inusit., Niph. part. נֶאְדָּר *magnificus, illustris* Exod. 15, 11., cum jod *paragog.* (in stat. reg. v. Ewald. Gr. p. 377.) נֶאְדָּרִי Exod. 15, 6. — Hiph. *magnificum, illustrem fecit* Jes. 42, 21., it. *laudibus ampliavit, celebravit* Ps. 16, 3., si legis אַדִּיר pro הֶאְדִּיר (ut אָזִין pro אַאֲזִין Jes. 32, 11.) ex conjectura Schnurreri (in dissertatt. philol. p. 124 sqq.), sed v. sub אַדִּיר.

אֶדֶר m. 1) *tunica ampla, pallium* Mich. 2, 8. 2) *magnificentia, amplitudo* Zach. 11, 13. אֶדֶר הַיְקָר *magnificentia pretii*, iron. *pretium magnificum, egregium.*

אַדִּיר m. 1) *amplus, magnus, ingens* Exod. 15, 10. Ps. 93, 4. Ezech. 32, 18., *magnificus, illustris* Ps. 8, 2. 10., *potens* 1 Sam. 4, 8.; hinc 2) substant. *princeps, nobilis* Jer. 30, 21., plur. אַדִּירִים *principes, primores* Jer. 14, 3. Jud. 5, 13. 25. 2 Chron. 23, 20. Neh. 3, 5.; אַדִּירֵי צֹאן *principes* h. e. *duces gregis* Jes. 25, 34. 35. i. e. tropice *populi*. — In loco Ps. 16, 3. וְאַדִּירֵי כָל־חֶפְצִי בָם vertunt: quod attinet *ad nobiles terrae, his ego delector*, ita ut אַדִּירֵי stat. constr. positus sit pro abs^l. (v. Gesen. Lehrgeb. p. 680.); cogitando enim addendum e praecedentibus הָאָרֶץ, sed v. sub rad.

אַדֶּרֶת f. 1) *pallium amplum* (corpus late circumfluens) et *magnificum*, quale a regibus virisque principibus gestabatur 1 Reg. 19, 13. 19. Jon. 3, 6., spec. a) אַדֶּרֶת שִׁנְעָר Jos. 7, 21. *pallium babylonicum* h. e. *varium, picturis variegatum* (conf. chald. אוּדְרָא *lana*); secundum Lxx. ψιλὴ ποικίλη h. e. *peristroma babylonicum*, quod ψιλὴ dicitur, quoniam erat *tonsum*, non villosum et asperum, ποικίλη autem, quia intextas s. insutas acu ostentabat variis coloribus hominum et beluarum figuras. Quae ars peristromata picturis variegandi cum propria Babyloniis fuerit teste Plinio *H. N.* lib. 8. c. 48. et per omnem antiquitatem celebrata: cur pallii *babylonici* mentionem in S. S. admittere dubitemus, adeoque formula infrequentiore praeclaramque sensum fundente mutata in frequentiorem, cum Michaeli in *Suppl.* et Kennicotti cod. unico (n. 252.) ex conjectura potius quam rationibus idoneis אַדֶּרֶת שֵׂעָר rescribamus, non patet. Ceterum de palliis *babyl.* conf. Fischeri *proluss. de verss. graecis V. T.* p. 87 sq.; b) אַדֶּרֶת שֵׂעָר *pallium pilosum, pelliceum* (Lxx. μηλωτή) Gen. 25, 25. Zach. 13, 4. Niebuhrio teste hodieque magnates *pelles* gestant in *Aegypto* (*Itiner.* T. I, p. 158.), eaedemque in ipsa calidissima *Bassora* muneri offeruntur magnatibus (*ibid.* T. II, p. 235.), ut *Bagdadi* et apud *Drusos in Libano* (*ibid.* T. II, p. 317. 446.) conf. 1 Macc. 13, 37., ad quem locum v. *Repertorium lit. bibl. et or.* T. 15. p. 142. et Michaelis not. germ. vers. subject. — 2) *amplitudo, magnificentia* Zach. 11, 3.; גְּפָן

אַדֶּרֶת *vitis ampla, frondosa, patula* Ezech. 17, 8.— Cum affixis אַדַּרְתּוֹ 1 Reg. 1. c., אַדַּרְתָּם Zach. 11, 3.

אַדַּר v. sub rad. נדר.

אַדַּרְגְּזַרַיָּא chald. plur. m., emphat. אַדַּרְגְּזָרַיָּא *judices primarii et superioris ordinis* Dan. 3, 2. 3., ex אַדַּר *magnus, amplus* et גְּזָרִין, quod vid. infra suo loco. Vana eorum est conjectura, qui interpretantur vel: *sacerdotes ignis*, a pers. آذر *ignis*, vel: *ephemeridum ordinandarum curatores*, propr. *judices mensis Adar* (q. d. גְּזָרַיָּא דַּאֲדַר) h. e. illi, quibus testes annunciabant lunae apparitionem, et qui senatusconsulto decernebant de *Adar* pleno et cavo et de anni impraegnatione per secundum Adar (Jo. Cloppenburgius apud Lud. de Dieu ad Dan. 3, 2.).

אַדַּרְזְדָא chald. vel: *confestim, cito* Esr. 7, 23. (ex אַדַּר *magnum, valde*, et inusit. אַדְזְדָא *cito*, cujus radix אזד *cito effugit* vel *elapsus est* Dan. 2, 5. 8., aut a rad. זרז דָּרַז *festinare*), vel: *diligenter* (ut habet Vulg.), *perite*, coll. pers. در زاست *peritus*. Alii aliter explicant.

אַדְרַמֶּלֶךְ Deus Sippharenorum, qui sacrificiis humanis placabatur 2 Reg. 17, 31. (Saturnus), compos. ex מֶלֶךְ (nomine deastrorum generali, quod ab aliis gentibus auctum est aliis cognominibus) et אדר *magnificum esse*. Sed plerique repetunt hoc vocab. a rad. דרם *lente incessit*, quemadmodum Arabibus etiam a زحل *recessit, tardavit,* زَاحِلٌ *retro manens*, dicebatur planeta *Saturnus* زُحَلُ v. Lette in *Bibl. Bremens. nova* I, p. 41 sqq. Conjectura Michaelis in *Suppl.*, אַדַּרְמֶלֶךְ esse *solem in signo arietis* s. *solem vernalem*, pendet ab alia valde improbabili opinione, qua אַדִּיר pro nomine *arietis* sumitur. Et quanquam *sol*, tanquam rex coeli ejusque sidus primarium, vocabulo quasi proprio מֶלֶךְ dici potuerit: tamen non constat, ingenuos ei pro sacrificiis oblatos esse. Cf. omn. Hyde de rel. Persar. p. 128 sq. Carpzov. Apparat. antiquit. p. 518 sq. Gesen. in Encyclop. Hal. Tom. I, p. 440.

אַדְרֶעִי (sec. Simonis i. q. אַדַּר רְעִי *amplitudo pascui*) nom. propr. a) urbis basaniticae (circiter 6½ milliar. german. distantis a Damasco, secundum Abulfedam in *tabb. Syr.* p. 97.) Num. 21, 33. Deut. 1, 4. Jos. 12, 4., arab. أُذْرِعَات, v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 277.; b) oppidi in tribu Naphtal. Jos. 19, 37.

אֲדָר m. mensis Hebr. *duodecimus* (sec. Rabb. *sextus*), partim *Februario* partim *Martio* nostro respondens (אֲדָר שֵׁנִי et אֲדָר רִאשׁוֹן *Martius* v. Castell. et Michael. in *Suppl.* et in *comment. de mensibus Hebr.*; Syro-Chaldaeorum et Curdistanorum etiam mensis *sextus* v. Fabricii *Menologium* p. 20. 21.). Nomen fortasse a Babyloniis demum acceptum est, cum in libris tantum exilio babylonico posterioribus occurrat Esr. 6, 15. Esth. 3, 7. 13. 8, 12. 9, 1. 15 17. 19. 21. (Ἀδάρ 1 Macc. 7, 43.) et diserte vox *syriaca* dicitur 2 Macc. 15, 37. Origo incerta: quominus enim

Martium mensem ab *ariete* eo mundi tempore a Chaldaeis nominatum fuisse, quo maximam ejus partem sol in *ariete* esset, cum Michaelis ll. cc. statuamus, obstat tum id, quod frustra in אַדִּיר proprium et vulgare *arietis* nomen quaeritur, tum quod in lingua syriaca (ex qua nomen ipsum promanasse dicitur) notionis hujus nullum vestigium.

Aliis vox est *persica*: nam Persis quoque آذر est nomen mensis *noni*.

Nomen autem آذر h. e. *ignis* antiquissimis temporibus *Martem* planetam designasse, propter rubedinem ejus igneamque naturam, inde vero vetustissimis Persis sic dictum esse *Martium* mensem, observat Hyde de *religione vet. Persarum* p. 63. coll. Bohlen. Symb. p. 19.

אַדַּרְכֹּן m., plur. אֲדַרְכֹנִים 1 Chron. 29, 7. Esr. 8, 27. et sine א prosthetico דַּרְכְּמוֹן, plur. דַּרְכְּמֹנִים Esr. 2, 69. Neh. 7, 70—72. *Δαρεικός*, *Daricus*, درهم (ap. Barhebraeum, sec. 13. scriptorem, in Michael. Chrest. syr. p. 115.) *numus* (ex Talmudis etiam traditione) *persicus*, isque *aureus* (quoniam ubique argento opponitur), $2\frac{1}{2}$ ducatis cum parvus granulis aestimatus ab Eisenschmidio p. 142., quem tamen valorem, unde duxerit, ignoratur. Cum *siclo auri* comparat Josephus *Antiq.* VI, 14. Plerumque persicam hanc monetam a *Dario* Hystaspis dictam volunt; quae tamen origo pro fictione graecanica (v. Scholiast. in Aristoph. Eccles. p. 741.) eo magis habenda videtur, quo certius est, daricos jam ante Darii imperium in usu fuisse. Fortasse a persico درگاه *aula, regia* fuit proprie *moneta aulica*. Alias explicationes proposuit Bohlenius in Symbol. p. 22. Ceter. conf. Harenbergius in *Biblioth. Brem.* Class. VIII, fasc. 4. Salmasius de *usuris* p. 246. (qui idem esse putat cum pers. درهم sive درم; parum probabiliter), Hottingerus Append. ad *Cippos Hebr.* p. 96 sq. Lakemacher. *observatt. philol.* P. I, p. 328 sq. et Eckhel *Doctrina numor. vett.* P. I, Vol. III, p. 551.

אָדֶרֶת v. sub דרע.

אָדַשׁ *triturare*; infinit. absol. אָדוֹשׁ Jes. 28, 28. Convenit cum rad. דוּשׁ cf. דאב et אדב.

אָהַב et אָהֵב *amavit* sq. acc. vel pers. Gen. 25, 28. Jud. 16, 4. Prov. 3, 12. Cant. 1, 7. vel rei Prov. 20, 13. Ps. 69, 37. etc., rarius sq. לְ pers. Levit. 19, 18. 34., sq. בְּ rei Eccles. 5, 9. (alicui rei deditum esse, aliqua re delectari, *lieben, hängen an etwas*), sq. infin. Jes. 56, 10. אֹהֲבִים לָנוּם *amat dormire* h. e. delectatur somno, *lubenter dormit*, Jer. 14, 10. Hos. 12, 7. Passim accedit *desiderii* notio Ps. 40, 17. אֹהֲבֵי תְשׁוּעָתֶךָ *amantes* h. e. desiderantes, cum desiderio exspectantes *salutem tuam*. Absolute dic Ps. 116, 1. אָהַבְתִּי כִּי יִשְׁמַע יְהוָה *gratum est mihi, quod Jova me audit*, Am. 4, 5. — Particip. אֹהֵב passim substant. *amicus* 1 Sam. 18, 6. Ps. 88, 19. Prov. 18, 23., plur. אֹהֲבִים Deut. 13, 3. etc. — Praet. אָהַבְתָּ Deut. 15, 16. 23, 6., f. cum affixis אֲהַבְתֵּךְ Ruth. 4, 15., אֲהַבְתָּהוּ 1 Sam. 18, 28. etc. Part. f. אֹהֶבֶת Gen. 25, 28. et cum Jod *paragog.* (v. Ewald. Gr. p. 377.) אֹהַבְתִּי Hos. 10, 11. Infin.

constr. אֱהֹב Eccles. 3, 8., cum ה *paragog.* אַהֲבָה Deut. 10, 12. 15. Jos. 22, 5. 2 Sam. 19, 6. etc. et cum affixo אֲהֲבָם Hos. 9, 10. Imperat. אֱהַב Hos. 3, 1., cum affixo אֱהָבֶהָ Prov. 4, 6., plur. אֱהֵבוּ Ps. 31, 24., in pausa אֱהָבוּ Zach. 8, 19. Fut. יֶאֱהַב Prov. 3, 12. 20, 13. et יֶאֱהַב Prov. 15, 9. 2 Chron. 19, 2., c. affix. יֶאֱהָבוֹ 1 Sam. 18, 1. (sec. Cthib), 1. p. אֹהַב Mal. 1, 2. Hos. 14, 5. et chald. אֲהַב Prov. 8, 17.; sed תֶּאֱהַבוּ Prov. 1, 22. dictum est aram. pro תֶּאֱהָבוּ. — Niph. part. plur. נֶאֱהָבִים *amati, amabiles* (Vulg.) 2 Sam. 1, 23. — Pih. part. מְאַהֵב substant. *amator* (i. e. scortator) Ezech. 23, 5. 9. Hos. 2, 7. 10. 13.

אֲהָבִים (a sing. אֶהֶב s. אַהַב) m. plur. 1) *amores* Hos. 8, 9., trop. de *foederibus* cum gentibus exteris ictis (v. rad. זנה). 2) *delicias* Prov. 5, 19. אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva gratiosa, amabilis.*

אֲהָבִים (a sing. אֹהֶב s. אֹהַב) m. plur. *amores*, spec. *furtivi* Prov. 7, 18.

אַהֲבָה f. *amor* 2 Sam. 13, 15. Prov. 10, 12. Eccles. 9, 1. etc., metonymice *amata* Cant. 2, 7. 3, 5. 10. (ad q. loc. v. Ewald.) 7, 7. 8, 4. In regim. אַהֲבַת Deut. 7, 8. 1 Sam. 20, 17., cum affixo אַהֲבָתָם Eccles. 9, 1. Huc quoque referunt אַהֲבָתוֹ Gen. 29, 20. 1 Sam. 18, 3., qui aliis est infinitivus in ה cadens, sicut Exod. 40, 32. 2 Sam. 3, 11. v. sub אהב.

אֲהָהּ *ah! eheu!* interjectio a sono factitia Jud. 6, 22. Jer. 1, 6. 4, 10.; cum Dativ. pers. Joel. 1, 15. אֲהָהּ לַיּוֹם *vae diei;* per aphaeresin הָהּ Ezech. 30, 2. Ex hac interjectione Arabes novum verbum finxerunt أَهَّ *moeruit, prae dolore suspiravit* et *dixit: ah!*

אֵהוּד nom. propr. unius ex Suffetibus Hebr. Jud. 3, 15 sqq. 4, 1. Cf. samar. אהוד *pars, portio* in vers. Sam. Num. 31, 30. 47.

אֱהִי Hos. 13, 10. pro אֵי *ubi?* Sic Lxx. Vulg. Chald. Syr. et interprett. judd. Aliis: *Ha! Ha!* interjectio *irridentis* ὀνοματοπεποιημένη, ܐܗܐ, ܐܗܐ *belle, belle! euge, euge!* [أَهَا *risit alta voce, ingeminando: Ha, Ha!*] Sed vid. Pocockii *Not. Miscell.* ad *Portam Mosis* p. 69. Rosenm. Scholl. ad h. l.

אָהַל I) *fixit, posuit tentorium (zelten)* Gen. 13, 12. 18. וַיֶּאֱהַל עַד סְדֹם *tentoria fixit usque ad Sodomam* i. e. peragravit totam regionem usque ad Sod. greges agendo tentoriaque figendo. Pih. *id.* Jes. 13, 20., ubi fut. יַהֵל pro יְאַהֵל v. Gesen. L. p. 137. — II) id. q. הָלַל *splenduit, luxit* (quemadmodum aram. אֲכַף et כְּפַף *curvavit se*), Hiph. Job. 25, 5. הֵן עַד יָרֵחַ וְלֹא יַאֲהִיל *ecce ne luna quidem splendet* cf. Rosenm. ad h. l. et infra voc. עַד. In eundem sensum inclinant versiones antiquae omnes. Ceterum יהל, quod in uno adhuc codice Kennic. legitur, ex emendatione haud dubie fluxit. *Al.* interpretantur: *ecce usque ad lunam tentorium non figit* (Deus) h. e. non potest vel tota coelorum universitas summum numen capere, satis inepte.

אֹהֶל m. 1) *tentorium* Gen. 4, 19. Exod. 28, 44. Levit. 1, 3. Cant. 1, 5. etc.; אֹהֶל מוֹעֵד *tentorium conventus* (v. מוֹעֵד) h. e. *tabernaculum* s. templum illud mobile et portabile, divino jussu in deserto erectum Exod. 33, 7. Num. 4, 3. etc., in quo, si אֹהֶל a מִשְׁכָּן distinguitur, illud significat *tegumentum tentorii exterius* h. e. duodecim cortinas ex pilis caprarum contextas, quae imponebantur לַמִּשְׁכָּן *habitaculo* h. e. decem aulaeis intimis, elegantioribus, asseribus impositis, v. Exod. 26, 1. 7. אֹהֶל עַל הַמִּשְׁכָּן *tegumentum exterius habitaculo impositum*, 36, 8. 14. 19. 40, 2. 18. 19. add. אֹהֶל מִשְׁכְּנוֹת Job. 21, 28., ubi videtur significari *tentorium amplum, in plura conclavia* s. tentoria minora *divisum*. De loco diffic. Ezech. 41, 1. (ubi perperam vertunt: *templum*) v. Rosenm. in Scholl. 2) *domus* et *habitaculum* quodlibet (quae significatio mansit a priscis illis temporibus, quibus tentoria habitabantur) Jud. 20, 8., max. ap. poetas Ps. 52, 7. 91, 10. Job. 8, 22. Zach. 12, 7. coll. Ps. 132, 3.; *arx David.* vocatur אֹהֶל דָּוִד Jes. 16, 3. — Cum ה loc. אָהֳלָה Gen. 18, 6. Exod. 18, 7., cum affixis אָהֳלָךְ Ps. 61, 5., in pausa אָהֳלָךְ Ps. 15, 1. 91, 10., per syriasm. אָהֳלָךְ Jud. 19, 9. (v. Gesen. Lehrgeb. p. 152. 572.), אָהֳלוֹ Gen. 26, 25. et אָהֳלֹה Gen. 9, 21., plur. אָהֳלִים et per syriasm. אָהֳלִים Gen. 13, 5. 25, 27. Jud. 8, 11. 2 Reg. 7, 10., in regim. אָהֳלֵי Gen. 9, 27. Num. 16, 26., cum affixo אָהֳלֵיכֶם Deut. 1, 27., אָהֳלֶיךָ Num. 24, 5., אָהֳלָיו Jud. 7, 8. etc.

אָהֳלָה (pro אָהֳלָהּ *tentorium suum*, h. e. a Jovae tabernaculo s. templo diversum) f. nom. mulieris, quae in oratione prophetica Ezech. 23, 4 sqq. significat Samariam, Deorum suorum h. e. exterorum cultui deditam.

אָהֳלִיאָב nom. propr. viri cujusd. Exod. 31, 6. 35, 34.

אָהֳלִיבָה f. (*tentorium meum* Jovae *in ea*) nom. mulieris, quae apud prophetam Ezech. 23, 4 sqq. Hierosolyma significat fictos Deos colentia.

אָהֳלִיבָמָה (q. d. *tentorium excelsi*) 1) uxor Esavi Gen. 36, 2. 14. 2) princeps quidam Idumaeor. Gen. 36, 41. 1 Chron. 1, 52.

אֲהָלִים m. Num. 24, 6. Prov. 7, 17. et אֲהָלוֹת f. Ps. 45, 9. Cant. 4, 14. *xylaloë* arbor (Num. l. c.) et lignum (*agallochum*), quod quidem thymiamatum loco adolebatur; Belgis ex fabula orientali *Paradys-Hoot* h. e. *arbor paradisi*, Indis arbor sacra. Vocabulum indicae originis est, *aghil*, *aguru*, *haloha* v. Waul Ostindien Tom. II, p. 227. Frustra igitur fuerunt, qui ex hebraica lingua explicarent, ut Michaelis in Suppl. Hillerus in Hierophytico et all. Arbor ipsa Linnaeo *Excoecaria agallocha* dicta est v. Wedelius in *Exercitatt. Med. Philolog.* Cent. 1. decad. 8. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 135 sq. Michaelis in *quaestionibus viris doctis in Arabiam proficisc. propositis* p. 134. Describit arborem Rumphius lib. II. c. XI. XII. XIII. *herbarii Amboinensis* p. 29—40. T. II. ejusque ramum et fructus aeri incidendos curavit p. 38.

אָהַר, rad. inusitat. coll. syr. ܐܗܪ *libidinosus, lascivus.* Inde oriri videtur:

אַהֲרוֹן m. frater Mosis et primus Hebraeorum pontifex Exod. 4, 14. 6, 20. etc. Hinc pro: *summo pontifice* Ps. 133, 2.; בְּנֵי אַהֲרוֹן Jos. 21, 4. 10. 13. et בֵּית אַ *Aharonitae* Ps. 115, 10. 118, 3.

אוֹ (arab. أَوْ) conjunctio disjunct.: *vel* Exod. 5, 3. 21, 18. Deut. 13, 2. Jud. 21, 22. Job. 3, 15. Jer. 23, 33., *aut* 2 Reg. 2, 16. Eccles. 2, 19., יָמִים אוֹ עָשׂוֹר *dies* (sat multos cf. Num. 9, 22.) *aut* saltem *decem* Gen. 24, 55. Notandi inprimis tres loci sunt, unus Jes. 27, 5. אוֹ יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי *aut apprehendet perfugium meum* (deest apodosis: tum non comburam v. 4.), alter Levit. 26, 41. אוֹ־אָז יִכָּנַע לְבָבָם *aut tum frangetur eorum animus* (repete ex superioribus: atque ita non abripientur in terram hostium suorum), ubi ad sensum accommodate verti potest cum Rosenm. et Gesenio: *nisi forte apprehendat, frangatur* etc., tertius denique, 1 Sam. 20, 10., ubi מִי יַגִּיד לִי אוֹ מַה־יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשֶׁה vulgo ita explicant: *quis mihi indicabit, si quid durius tibi responderit pater*: perperam, nam אוֹ מַה esset *aut* (si) *quid*, itaque nos hunc sensum esse statuimus: *quis indicabit mihi* (quid pater tuus in me decreverit), *aut* (si tu ipse velles mihi indicare v. 9.) *quid duri putas eum tibi responsurum, in te decreturum esse? wer soll mir's anzeigen oder — (wenn du das selbst thun willst) was wird dein Vater* etc.*). — Passim אוֹ conjunctionem *conditionalem* includit, ut dictum sit pro אוֹ כִּי (Levit. 5, 3. al.), *aut si* Levit. 4, 23. 2 Sam. 18, 13. Exod. 21, 36., quamquam nos etiam in talibus sententiis subvincienda oratione abstinemus: *oder ist es bekannt geworden, so —, oder habe ich gethan, so* etc.; אוֹ — אוֹ *sive, sive* אוֹ יָדַע אוֹ רָאָה *sive viderit, sive cognoverit* Exod. 21, 31.

אוּב rad. Hebr. non usitat., arab. أَوَبَ *noctu venit* spec. aquae petendae caussa, hinc *aquatum ivit.*

אוֹב m. 1) *uter*, quo aqua conditur, plur. אוֹבוֹת Job. 32, 19., arab. أَوْبٌ. 2) *necromantes*, qui manes e tartaro in terras revocare studet, ut de rebus futuris respondeant. Plur. אוֹבוֹת Deut. 18, 11. 20, 6. 1 Sam. 28, 7 sqq. Jes. 8, 19. etc. Hinc 3) *necromantia, ars necromantica*, 1 Sam. 28, 7. 8. בַּעֲלַת אוֹב *domina necromantiae* h. e. *perita necr.*, Levit. 20, 27. אִישׁ אוֹ אִשָּׁה כִּי יִהְיֶה בָהֶם אוֹב *vir aut femina si in ipsis est necromantia* h. e. si necromantiae student. De loco Jes. 29, 4. ambigunt interpretes: alii (ut Millius in Dissertatt. sel. p. 403. et Gesenius in Comm. ad h. l.) אוֹב dictum putant de *manibus* ipsis e tartaro revocatis, alii

*) Scilicet v. 9. dixerat Jonathas, *se* Davidi nunciaturum, si quid duri in ipsum decrevisset pater. Itaque מִי non potest nisi hunc sensum habere: *quis a te missus?* qua *tu* ratione istum nuntium ad me deferendum curabis? in verbis autem מַה־יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשֶׁה, si de acerbitate Sauli in Davidem dicerentur, vana inesset repetitio eorum, quae v. 9. continentur. Ceterum unde Gesenius habeat significationem: *etwa, forte*, non assequor, neque enim in loco Gen. 24, 55. (quo uno utitur) inest, nec commode nascitur ex disjunctiva potestate *aut, vel.*

(ut Rosenm. in Scholl. ad h. l.) vertunt: *quemadmodum vox necromantum*; nam hi etiam in praestigiis suis usi sunt voce tenui atque exili v. Virg. Aen. VI, 493. Cet. origo hujus significationis n. 2. 3. dubia visa est viris doctis. Erant, qui ex lingua Aegyptiaca exponerent per *serpentem*, ut post Kircherum Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. 1. c. 3. et Stephanus le Moyne in *notis ad Varia S.* p. 993 sqq.; idem vero esse q. copt. ⲞⲨⲎⲂ *sacrificus, sacerdos* divinationibus et incantationibus vehementer deditus, statuit Jablonski in *Epist.* ad la Crozium (v. *Thesaur. epistol. La Croz.* P. I, p. 183. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 19.). Alii repetunt ab arab. أأب *noctu aliquid fecit*, ut Michaelis in Suppl.; alii ab arab. أأب *reversus est*, quod necromantes efficiant, ut umbrae ex inferis *revertantur*. Sed magis placet, necromantes אוֹבוֹת *utres* dictos propterea esse, quod vocem exiguam et tenuem e ventre tanquam ex *utre* emitterent; erant enim plerique omnes ἐγγαστρίμυθοι, quemadmodum vertunt Lxx. Cf. omn. Millius in Dissertt. sel. n. 7. Rosenm. Scholl. ad Jes. T. I, p. 338 sqq. Gesen. Comm. ad Jes. Tom. I, p. 343 sq.

אֹבוֹת nom. propr. loci in deserto arab., ubi castra posuerunt Hebraei Num. 21, 10. 33, 43.

אוד rad. Hebr. non usit.; arab. 1) أَأَدَ pro أود *curvavit, incurvavit, inflexit, gravavit, gravitate pressit* (onus); addit Willmet in *Lex.* ex Scheidii observv. etym.: spec. *incurvavit aliquem onus impositum, quod mole sua incubat atque gravitate opprimit.* 2) أَأَدَ pro أيد *durus, firmus, validus evasit; viribus valuit* et *robustus ac potens fuit.* 3) aeth. אוד i. q. עוד *circumdedit, vertit se*, v. infra אוֹדוֹת.

אוּד m. *titio, lignum fumans* Am. 4, 11. Zach. 3, 2., plur. אוּדִים Jes. 7, 4. (chald. et syr. *id.*, etiam *rutabulum* s. *pertica, qua ligna in fornace promovent* et *prunas eximunt*). Scheidio l. c. est partic. pass. pro אֲוּוּד (formae פְּקוּד) *lignum* per ignem *incurvatum, titio fumans.* Gesenio videtur a rad. n. 3. oriri.

אֵד m. 1) *vapor* (pro אֵיד s. אַיִד), *nubes* Gen. 2, 6. (conf. arab. إِيَادٌ, quod in Camuso exponitur هَوَاءٌ *aër*; videtur esse *aër condensatus, gravis*, ab אוד no. 1.). Cum affixo אֵדוֹ Job. 36, 27.

אֵיד m. *onus*, hinc *molestia, calamitas, exitium* Prov. 1, 26. 17, 5. Job. 18, 12. 21, 30. 31, 23. Jer. 48, 16. Cum affixo אֵידִי 2 Sam. 22, 19. Ps. 18, 19.

אוֹדוֹת plur. f. *occasiones, caussae* (a *vertendo, convertendo* v. rad. n. 3.; simil. a סבב *circumivit, vertit se*, est סִבָּה *occasio, caussa*, q. d. *conversio rerum*, quae caussa et occasio novarum rerum fieri solet v. Lud. de Dieu ad Gen. 21, 11.). Hinc עַל אוֹדוֹת sq. genit. propr. *in caussa* i. e. *propter* Gen. 21, 11. 25. Exod. 18, 8. Num. 12, 1. 13, 24. Jos. 14, 6. Jud. 6, 7., עַל כָּל־אוֹדוֹת אֲשֶׁר Jer. 3, 8. *propterea quod.* Semel pro עַל אֹ legitur אַל אֹ 2 Sam. 13, 16. (ut contra pro אַל *Cthib*

habet עַל Ezech. 9, 5.), quod quidam exponunt: *non* (sunt) *caussae*, alii: *ne* (sint) *caussae*; rectius diversa lectio subesse creditur, ut secundum literas legendum sit אֶל (quod quidem *Kri* in Codd. Mss., e quibus libri fluxerunt, per incuriam omissum fuit), qualis permutatio particularum אֶל et עַל occurrit 1 Sam. 20, 24. Jes. 65, 7. et sec. quosdam codices 1 Reg. 1, 33., ubi tamen addita est crisis Masoretharum conf. Oederi *Animadversiones S.* p. 82 sq. — Cum affixis עַל אֹדוֹתַי *propter me* Jos. 14, 6., עַל אֹדוֹתֶיךָ *propter te* Jos. 14, 6.

מְאֹד m. *robur, contentio, vehementia* (a rad. n. 2.) Deut. 6, 5. בְּכָל־מְאֹדֶךָ *cum omni robore, contentione tua* 2 Reg. 23, 25.; בִּמְאֹד מְאֹד *cum contentione contentionis* h. e. *c. summa contentione* Gen. 17, 2. 6., עַד מְאֹד *usque ad contentionem* h. e. *intente, valde, vehementer* Gen. 27, 33. 1 Reg. 1, 4. Dan. 8, 8., *prorsus* Ps. 119, 8. Jes. 64, 8., עַד לִמְאֹד *id.* 2 Chron. 16, 14.; רֹב מְאֹד *multitudo (vis) magna* 2 Chron. 24, 24. 30, 13. coll. Ps. 31, 12. Proprie igitur nomen est substantivum, quod tamen frequentius in adverbium *intendendi* abiit: *valde, vehementer, omnino, penitus* (q. d. בִּמְאֹד, לִמְאֹד) Gen. 4, 5. Exod. 14, 10. Num. 14, 39. 1 Sam. 18, 30.; טוֹב מְאֹד *valde bonum* Gen. 1, 31., רַבָּה מְאֹד *valde magna* Num. 11, 33. etc.

אָוָה I) in Kal inusit. i. q. arab. أوى propr. *flexit, deflexit,* hinc a) *devertit* (de via deflexit), *habitavit* v. Hithpah.; b) flexit voluntatem suam ad aliq. h. e. *concupivit.* — Pih. אִוָּה *concupivit, desideravit, expetiit* (أوى IV. *teneriore affectu propensus et commotus fuit,* chald. אָוָה *desideravit, concupivit;* syr. etiam ܐܘܐ *benevolentiae* notionem habuisse declarat ܐܘܝ *benevolus fuit*) Ps. 132, 13., alibi in hac duntaxat formula: נַפְשִׁי אִוְּתָה 1 Reg. 11, 37. 2 Sam. 3, 21. Deut. 14, 26, sq. infin. c. לְ Deut. 12, 20.; כַּאֲשֶׁר תְּאַוֶּה נַפְשֶׁךָ *prout tibi placuerit* 1 Sam. 2, 16. — Hithpah. הִתְאַוָּה 1) *devertit* atque adeo *habitavit* Num. 34, 10. הִתְאַוִּיתֶם לָכֶם *devertite vobis,* sedes vobis eligite. Sed antiqui interpretes omnes: *metabimini vobis,* tanq. ab אוה i. q. תאה (quod vide), nam a תאה non potest iste declinatus vocabuli cum Rosenm. repeti. 2) *concupivit, desideravit* Prov. 13, 4., sq. acc. Jer. 17, 16. Am. 5, 18., sq. dat. (*nach etwas*) Prov. 23, 3. 6. 24, 1., הִתְאַוָּה תַּאֲוָה *vehementer concupiscere, appetere, inhiare* Prov. 21, 26. Ps. 106, 14. Num. 11, 4. 34. — II) i. q. عوى *ejulavit, vociferatus est,* v. deriv. אִי.

אֵו vel אַו m. *desiderium, concupiscentia,* secund. Cthib Prov. 31, 4.; sed Kri habet אֵי.

אַוָּה f. *id.* Hos. 10, 10.; אַוַּת נֶפֶשׁ Deut. 12, 15. 20. 21. 1 Sam. 23, 20. Jer. 2, 24.

מַאֲוָי m. *id.,* unde plur. מַאֲוַיִּים *desideria* (meton.) Ps. 140, 9.

תַּאֲוָה f. 1) *desiderium* Jes. 26, 8. Prov. 11, 23., meton. Ps. 21, 3. Prov. 10, 24. 2) *prava cupiditas, libido, appetitus* Num. 11, 4. 34. Job. 33, 20. Prov. 21, 26., meton. Prov. 18, 1. 3) *delectatio* Gen. 3,

6. Prov. 19, 22. — In regim. תַּאֲוַת Ps. 10, 3. 17. (De loco Gen. 49, 26. v. sub תוה).

אִי m. 1) *terra habitabilis* (v. rad. I.), *continens* Jes. 42, 15. (v. Gesen. ad h. l.), spec. *regio maritima, tractus maritimus* (inprimis maris mediterranei) Jer. 25, 22. Jes. 20, 6. 23, 2., it. *insula* (Jer. 2, 10. 47, 4.) Esth. 10, 1. Plur. אִיִּים Ezech. 26, 15. 27, 3. Dan. 11, 18. Ps. 72, 10. (chald. אִיִּין Ezech. 26, 18.), plenius אִיֵּי הַגּוֹיִם Gen. 10, 5., אִיֵּי הַיָּם Jes. 11, 11. 24, 15. *terrae maritimae (et insulae)* remotiores quaevis, quae ad occidentem vergunt, quarumque notitia obliqua ad Hebraeos pervenerat cf. Michaelis in *Specileg. geogr. Hebr.* T. I, p. 131. 2) אִיִּים m. plur. Jes. 13, 22. 34, 14. Jer. 50, 39. genus animalium: *thoes* (Plin. H. N. 8, 52.), pers. *Schagal* (شغال), Arabibus *filii* أوى *(awi)*: vox a sono et acuto ululatu (v. rad. n. 2.) facta, quo personant agros Syriae, cum turmatim noctu cursitant (conf. أوى cum عوى *ululare*, quod secundum Lexicon Camus dicitur de lupo, cane et filio awi), serioribusque Jesaiae et Jeremiae temporibus demum frequentata, quibus Hebraei thoas a vulpibus proprio nomine distinguere coeperunt v. Bochart. *Hieroz.* P. I. lib. 3. c. 21. Schroder *specim. Hieroz. primum* p. 150. 3) interjectio: *vae!* Eccles. 4, 10. 10, 16. [Aliud אִי v. infra suo loco].

אִיתָמָר *(insula palmae? similitudo palmae?* coll. arab. أَيْمٌ v. Simonis Onom. p. 456.) filius Aaronis Exod. 6, 23. 28, 1. 38, 21.

אוֹת (pro אִוֹת) com. signum Gen. 4, 14. Exod. 31, 13. 17. Deut. 13, 2. (أَيْمٌ et أَيْلٌ *id.*, quanquam non liquet, quomodo oriatur a rad. אוה): dicitur de *signo militari, vexillo* Num. 2, 2 sqq., de *signo rei absentis* vel *praeteritae*, ut sit *monumentum* Exod. 13, 9. Deut. 6, 8. Jes. 56, 13. al., vel *futurae* Ezech. 4, 3. Jes. 7, 11. 8, 18. 20, 3. etc., vel *ejus, quae cerni omnino nequit.* Hinc circumcisio Gen. 17, 11., sabbathi solennitas Exod. 31, 13. Ezech. 20, 12. appellatur אוֹת, tanquam *signum* foederis Jovam inter et Israelitas icti; hinc prophetarum miracula, quae alibi מוֹפְתִים, saepenumero etiam אֹתוֹת dicuntur, tanquam potentiae majestatisque divinae per eos operantis *documenta* Deut. 4, 34. 6, 22. Exod. 4, 8. etc. Inde omn. *argumenta, rationes rerum (Beweisgründe)* hoc voc. insigniuntur Job. 21, 29. — Plur. אוֹתוֹת Exod. 4, 9. 17. 28. 30. Deut. 4, 34.

אָת com. chald. *id.* Plur. אָתִין Dan. 3, 33. 6, 28., emphat. אָתַיָּא Dan. 3, 32. *signa* i. e. miracula.

אוְזָל Gen. 10, 27. eadem urbs, quae hodie صنعا *Sanaa* vocatur (id quod testantur et Lex. Camus et Jacuti Lex. geogr. ap. Rosenm. ad Ezech. 27, 19.), metropolis regni *Al Jemen*, quae est Arabiae felicis pars australis. Hodienum *Sanaitae* urbis nomen olim *Usal* fuisse credunt auctore Niebuhrio in *descr. Arab.* p. 291. add. Bochart. *Phaleg* lib. 2. c. 21. p. 130. v. Michaelis *Spicil. geogr. Hebr.* T. II, p. 161 sqq. Graecis ipsa regio mutatis liquidis *Auzara* dicta est, unde *myrrha Auzaritis* ap. Plinium in H. N. lib. 12. c. 16. Ceterum sunt, qui huc referant locum Ezech. 27, 19. pro בְּאוּזָל legentes בְּאֵזֶל. Quinam vero

fuerint יָוָן מְאוּזָל *Javanaei ex Usal,* acute expedivit Bochartus l. c. Placuit haec conjectura nuper Rosenmuellero.

אוֹי Interjectio (a sono factitia. cf. graec. οἴ): 1) dolentis: *eheu! ah!* 1 Sam. 4, 7. 8. Jes. 3, 11. Jer. 4, 31. Thren. 4, 38. 2) comminantis: *vae!* Num. 21, 29. Jer. 13, 27. Occurrit quoque cum ה *paragog.* אוֹיָה Ps. 120, 5.

אָוַל rad. inusit. (v. sub seq. voc.):

אֱוִיל m. *stupidus, stultus* (inclusa passim *impietatis* notione vid. נָבָל) Prov. 7, 22. Job. 5, 3. Jer. 4, 22. Hos. 9, 7. etc.; plur. אֱוִילִים Prov. 1, 7. Ps. 107, 17. Opponitur *sapienti* חָכָם Prov. 10, 14. et *astuto* עָרוּם Prov. 12, 16.; אֱוִיל שִׂפָתַיִם *stultus (quoad) labia* h. e. qui temere eloquitur, quidquid in buccam venit Prov. 10, 8. 10. Originem voc. repetunt plerumque ab arab. أَوَّلَ pro أَلَّ *incrassuit* (liquor) v. אפל. Vocabula enim *crassitiei* de *stupiditate* accipi solent, ut טִפֵּשׁ *incrassatus est,* chald. *stupidus, stultus fuit,* conf. Jes. 6, 10. Sic Lat. *crassus, obesus* et *pinguis* pro *stupido* et *hebete* dicitur (unde *oscassa* et *pingui Minerva*); sic graec. παχύς etc. conf. Elsneri *Observatt.* ad Matth. 13, 14. et Schultensii *Commentar.* ad Job. 5, 3. Sed possis etiam cum Gesenio radicem אָוַל diversam existimare ab אוּל; transpositis enim literis וָאַל (יָאַל) sign. *stultum esse* q. v.

אֱוִיל מְרֹדַךְ nomen regis Babylon., qui Nebucadnezarum in imperio excepit, sed biennium tantum rebus praefuit 2 Reg. 25, 27. Jer. 52, 31. Ap. Syncellum appellatur *Evidanmeroch.* De voce מְרֹדַךְ, qua idolum babyl. significatur, v. infra. Sed in אֱוִיל videtur latere vocabulum assyriacum, quod in hebraicam formam corruperunt Judaei. Cf. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 88.

אֱוִילִי id. quod אֱוִיל Zach. 11, 15. Scheidio in Observv. etymol. est diminutivum: *crassulus, stolidulus;* sed haec vis non inest in hoc vocum exitu י־, v. Gesen. Lehrgeb. p. 514 sq.

אִוֶּלֶת f. 1) *stultitia* Ps. 96, 6. Prov. 12, 23. 13, 16. etc. Sic fortasse etiam 14, 24., ubi bis occurrit, *stultitia stultorum* manet *stultitia* (etiamsi opulenti sint). Sed prius & Schultens. in *Animadverss.* per *principatum* exponit, ex radicis أول notione *praecedendi,* in *Commentar.* autem per *opulentiam* (quomodo et graec. παχύς pro *opulento* dicitur, et Hesychius *πίσρα* ac *πῆρη* exponit *πλούσια*; *πίονα νηὸν* pro *templo divite* dixit Homerus *Iliad.* II, 549. etc.). Ita paronomasia oritur haud ingrata v. Umbreit. ad h. l. — 2) *delictum, peccatum:* nam stultitiae et peccati notiones apud Hebraeos finitimae sunt (conf. נְבָלָה et תָּכְמָה), Ps. 38, 6. — Cum affixo אִוַּלְתִּי Ps. 69, 6.

אוּל (איל) radix Hebraeis non usitata, arab. أَلَّ pro أَوَّلَ et أَبَّلَ *prior fuit, praefuit, rexit,* cf. יָאַל et מוֹל. Accedit in Hebr. *roboris* propinqua satis notio, quanquam alii hanc a *pinguedinis* et *carnositatis* significatione, quae in arab. أيل inesse dicitur, repetunt, v. Scheid. in Schediasm. philol. p. 1—24.; sed cf. Gesenius in Lex. maj. s. h. v.

אוּל m. 1) *corpus* (آلٌ, أَلٌ, ألٌ *id.*) Ps. 73, 4. 2) *principatus* vel concret. *princeps* (أَوَّلٌ *prior, anterior, primus*); אוּלֵי הָאָרֶץ 2 Reg. 24, 15. sec. *Cthib*, sed *Kri* habet אֵילֵי, ut Ezech. 17, 13.; conf. de h. l. Zornius in *Decimis Porussicis* P. XXIV.

אוּלַי 1) *fortasse* Gen. 16, 2. 18, 24. 28. 29. 24, 5. Num. 23, 27. Jos. 9, 7. 14, 12. Job. 1, 5. Jer. 21, 2. Am. 5, 15., *forte* Hos. 8, 7. אוּלַי יַעֲשֶׂה זָרִים יִבְלָעֻהוּ (si) *forte* (ager) *proferat* farinam, *peregrini consument eam (bringt etwas hervor* etc. v. sub אוֹ), nisi est ἀσυνδετῶς dictum: fortasse (tamen) proferet, peregrini consument eam. Uno in loco Num. 22, 33. interpretes omnes vertunt: *nisi*, quod sententia postulare videtur, sed unde negandi vim huic voc. accedere existimemus? Quapropter lege intrepide: לוּלֵא; nam haec explicatio: *fortasse declinavit, quod* alioquin *te jam interfecissem* (v. Gesen. L. p. 768.), *du hast ein verständiges Thier, welches durch sein Ausweichen dir das Leben rettete,* haec inquam explicatio paullulum contorta est. Quidquid vero statuis, alienus esto ab interpretum vocabulis quascunque significationes affingentium temeritate. — Oritur haec vox a rad. אוּל *priorem esse*, et signif. pr. *id quod prius*, *probabilius, verosimilius est*. De exitu ַי, qui est adverbiorum, v. Gesen. Lehrgeb. p. 625. [Aliud v. infra suo loco].

אוּלָם, rarius אֻלָם m. 1) *vestibulum, porticus* (pars aedificii *prima* sive *anterior*) 1 Reg. 7, 6 sqq., spec. templi Salomon. (πρόναος) 1 Reg. 6, 3. Joel. 2, 17. 2 Chron. 8, 12. Ezech. 40, 7. 41, 15.; אוּלָם הָעַמּוּדִים *porticus columnata* 1 Reg. 7, 6. Alexandrini saepius per ναὸς vertunt, unde suspicantur nonnulli, posteriore aetate interdum אוּלָם pro *templo* ipso, partem pro toto, dictum fuisse 2 Chron. 29, 7. coll. 28, 24. Plur. אֻלַמֵּי, אֵלַמִּים Ezech. 41, 15. 2) particula advers. (pr. ab *anteriore* h. e. *adversa* parte): *contra* Job. 5, 8., *veruntamen, nihilominus* Gen. 48, 19. Job. 13, 4., *sed* Job. 2, 5. 14, 18. Gen. 28, 19. Jud. 18, 29. Semel scribitur אֻלָם Job. 17, 10., ubi quidam codices male habent אֻלָּם cum dagesch.

אַיִל m. 1) *aries* Gen. 15, 9. Exod. 29, 15. Levit. 5, 15. etc. (vulgo a *robore* frontis scil. et cornuum, aliis, ut Majo in *Histor. Animal.* L. II. c. 7., *a principatu*, quod gregem ovium tanquam *dux praecedit*, secundum illud Homeri Iliad. XIII, 492. ὡσεί τε μετὰ κτίλον ἕσπετο μῆλα, *sicut arietem sequuntur oves*, unde κτίλος *dux* et *aries*). In regim. אֵיל Exod. 29, 22. 26. 31. Levit. 8, 18. 22, 29., plur. אֵילִים Exod. 25, 5. Levit. 23, 18. Gen. 31, 38. Jes. 60, 7. — 2) ornamentum aliquod januae, quae in adytum templi ducebat 1 Reg. 6, 31., et parietum templi Ezech. 40, 14. 16., quod quale fuerit, non liquet. Fortasse capitis *arietini* formam repraesentabat, quemadmodum illud, quod in capitibus columnarum corinth. conspicuum est, ornamentum, graec. κριὸς dictum (Coccejo est *projectura* parietis in imo *prominentis*) 1 Reg. 6, 31. Ezech. 40, 14. 16. 41, 3. v. Michaelis *Suppl.* p. 70. 71. Plur. אֵילִים Ezech. 40, 10. 14. 38. 39. 41, 1., cum affixo אֵילָיו Ezech. 40, 9. 21. 24. 26. 29., אֵלֵיהֶמָּה Ezech. 40, 16. v. Gesen. Lehrg. p. 216.

אֱיָל m. *robur* Ps. 88, 5.

אֱיָלוּת f. *id.* Ps. 22, 20.

אַיָּל com. (foem. Ps. 42, 2.) *cervus, cerva* (أَيِّل, syr. ܐܝܠܐ, chald. et samar. *id.*; aethiop. ኀየል: adspiratione tenui in densam mutata, Bochart. *Hierozoic.* P. I. lib. 3.) Deut. 12, 15. 14, 5. Jes. 35, 6. etc., non tam a maximo cornuum *robore,* quam a *praecedendo* et *praevertendo,* ob summam pedum *celeritatem:* unde ἔλαφος ταχεῖα et ὠκεῖα apud Homer., ὠκύπους apud Oppian., *cervi celeres* apud Stat., *alipedes* apud Lucret. etc. Plur. אַיָּלִים Cant. 2, 9. 17. 8, 13. Thren. 1, 6.

אַיָּלָה f. *cerva* (syr. ܐܝܠܬܐ *id.*) Gen. 49, 21. Plur. אַיָּלוֹת 2 Sam. 22, 34. Ps. 18, 34., in regim. אַיְּלוֹת Cant. 2, 7. 3, 5.

אַיֶּלֶת f. *id.* Jer. 14, 15., trop. de muliere formosa Prov. 5, 19., ubi v. quae ex poetis orient. disseruit Umbreit. Sed אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר Ps. 22, 1. genus esse tibiarum ex *cervinis* ossibus, voluerunt Theod. Hasaeus in *Biblioth. Brem.* Class. I. Fasc. 2. et Vriemoet in *Observatt. Miscell.* L. I. c. 10. conf. Bocharti *Hieroz.* P. I. L. 3. c. 17. Rectius haud dubie illi, qui א׳ ה׳ carminis, ad cujus modum (*Melodie*) ille Psalmus decantandus fuerit, initium significare statuunt v. Rosenm. in Scholl. ad h. l. cf. Jones de poësi Asiatica, in praefat. ed. Lipsiensi an. 1777. praemissa p. 32.

אַיָּלוֹן nom. propr. oppidi Danitarum Jos. 10, 12. 19, 42. 21, 24. Jud. 1, 35. 12, 12.

אֵל m. 1) *robur, vis* Gen. 31, 29. יֵשׁ לְאֵל יָדִי לַעֲשׂוֹת *valet manus mea ad* hoc *faciendum,* Lxx. ἰσχύει ἡ χείρ μου κακοποιῆσαι (alii: *Dei loco mihi manus est* coll. Virg. Aen. 10, 773. *dextra* mihi Deus, et אֱלֹהַּ Job. 12, 6. Hab. 1, 11.), Deut. 28, 32. Neh. 5, 5. Mich. 3, 1. Sed de loco Prov. 3, 27. v. sub n. 3. — 2) *potens,* v. sub אֵיל. — 3) Deus, sive verus (Jova) Gen. 14, 20. 22. Exod. 20, 5. Num. 12, 13. Deut. 3, 24. etc., sive commentitius Jes. 44, 10. 45, 20. 46, 6. etc. Ille vocatur accuratius אֵל אֱלֹהִים Jos. 22, 22. Ps. 50, 1., אֵל עֶלְיוֹן Gen. 14, 20. Ps. 78, 35., אֵל שַׁדַּי Gen. 17, 1. Ezech. 10, 5., אֵל חַי *Deus vivus* Jos. 3, 10., commentitium vero numen אֵל אַחֵר Exod. 34, 14., אֵל זָר Ps. 81, 10., אֵל נֵכָר Deut. 32, 12. Mal. 2, 11. Hoc sensu etiam cum particula negativa in unam vocem quasi coalescit לֹא־אֵל *qui nihil minus* (plane alius) *quam Deus est* Deut. 32, 21. — Passim *Dei* vocab. adhibetur ad *res praeclaras* significandas, in suo genere eximias, quae Hebraeis *divinae* dici solent, quod in *Deo* summa et perfecta praestantia (cf. Cant. 8, 6. Jon. 3, 3. 1 Sam. 14, 15.), velut אַרְזֵי אֵל *cedri divinae* (ut עֲצֵי יְהוָֹה Ps. 104, 16.) h. e. *altae, ramosae, florentes,* Ps. 80, 11. הַרְרֵי אֵל *montes divini* s. *alti* Ps. 36, 7. (cf. הַר אֱלֹהִים Ps. 18, 16.) v. Gesenii Lehrgeb. p. 694. — Cum affixo אֵלִי Exod. 15, 2. Ps. 18, 3., plur. אֵלִים Dan. 11, 36. Exod. 15, 11. (ubi defective אֵלִם scribitur); בְּנֵי אֵלִים *filii Dei* h. e. *angeli* Ps. 29, 1. 89, 7. [Derivandum esse hoc voc. ab rad. אוּל notionemque *roboris, potentiae, fortitudinis* exprimere, communis fere est virorum doctorum sententia (cf. arab. إِلٌ s. إِيل, syr. ܐܝܠ

Secus tamen statuit Schultensius, cui אֵל propr. est θεὸς ὅρκιος, ab אָלָה *jurare*, parum probabiliter].

Huc spectant multa nomina propria, ut 1) אֶלְחָנָן 2 Sam. 21, 19. 1 Chron. 20, 5. 2 Sam. 23, 24. — 2) אֱלִיאֵל 1 Chron. 5, 24. 8, 20. 22. 11, 45. 15, 9. etc. — 3) אֱלָנָה אֱלוּדָה (*robur Jovae*) propheta nobilis 1 Reg. 17, 13. 15. Mal. 3, 23., Ἠλίας Mt. 11, 14. — 4) אֱלִיהוּא amicus Jobi 32, 5. 6. 34, 1., qui etiam אֱלִיהוּ scribitur 32, 4. 35, 1. — 5) אֱלִימֶלֶךְ Ruth. 1, 2. 12, 1. — 6) אֱלִיעֶזֶר servus Abrahami Gen. 15, 2., it. filius Mosis Exod. 18, 4. 1 Chron. 23, 15. etc. — 7) אֱלִיפַז (*Deus roboris?* v. פּוּז) a) filius Esavi ex Ada Gen. 36, 4. 10. 1 Chron. 1, 35.; b) amicus Jobi Job. 2, 11. 4, 1. — 8) אֶלְקָנָה (*Deus stabiliet*) a) praefectus regius tempore Hiskiae 2 Reg. 18, 18. 19, 2. Jes. 22, 20.; b) rex Judaeorum, posthac יְהוֹיָקִים dictus, 2 Reg. 23, 34. 24, 1. Jer. 1, 3. 1 Chron. 3, 15. — 9) אֱלִישֶׁבַע (*Deus jurisjurandi*) uxor Aaronis Exod. 6, 23.; Ἐλισάβετ Luc. 1, 7. — 10) אֱלִישָׁמָע 1 Chron. 3, 24. 24, 12. Neh. 3, 1. 12, 10. Esr. 10, 24. etc. — 11) אֱלִישָׁע (a שׁעה?) propheta, discipulus Eliae, 1 Reg. 19, 16. 2 Reg. 2, 1. Ἐλισσαῖος Luc. 4, 27. — 12) אֶלְעָזָר filius Aaronis Exod. 6, 23. Levit. 10, 6. Alii ejusd. nom. memorantur 1 Sam. 7, 1. 2 Sam. 23, 9. Esr. 8, 33. 10, 25. etc. — 13) אֶלְקָנָה (*Deus redemit*) a) Korachi filius secundus Exod. 6, 24. 1 Chron. 6, 6.; b) pater Samuelis prophetae 1 Sam. 1, 2.; alios vide 1 Chron. 6, 10. 9, 16. 12, 6. etc.

אֵרֶל (אֵל) m. 1) *terebinthus*, a *robore* et *longaevitate* dicta. Celsius in Hierobot. P. I. 34—38. bene ostendit, praedicata omnia cadere in terebinthum, quae in Judaea non frequens modo est, sed indigena (Dioscor. L. I. c. 91. Bellon observ. sing. p. 249.), montium amans, firma et robusta, et in paucis longaeva (perstitisse v. c. a tempore Jacobi Gen. 35, 4. usque ad Abimelechum Jud. 6, 9. ejusmodi arbor perhibetur), magna et excelsa Ezech. 31, 14., viridis, amoena et fructifera. Confusa saepe est ab antiquis et recentioribus V. T. interpretibus cum אָלָה *quercu*, facili errore. Singularis אֵיל semel tantum occurrit Gen. 14, 6. אֵיל פָּארָן, si cum Alexandrinis vertere lubet τερέβινθος τῆς Φαράν. Pluralis אֵילִים frequentior est: Jes. 1, 29. et sec. quosdam 57, 5., in regim. אֵילֵי Jes. 61, 3., cum affixo אֵילֵיהֶם Ezech. 31, 14. Sed אֵילִם est nom. propr. stationis Israel. in deserto Arab. Exod. 15, 27. 16, 1. Num. 33, 9., quam deprehendisse sibi videntur recentiores in *Girondel* (غرندل), quae duo milliaria germ. abest ab urbe *Tor*, v. Niebuhr. Itin. I, p. 228. Descript. Arab. p. 403. Burckhardt. Itin. II, p. 779. — 2) *princeps, potens* Ezech. 31, 11. (ubi אַל scribitur), plur. אֵילִים ac sine Jod אֵלִים Job. 14, 17. et sec. quosdam Exod. 15, 11.; in regim. אֵילֵי Exod. 15, 15. Ezech. 17, 13. et sec. Kri 2 Reg. 24, 15. et sine Jod אֵלֵי Ezech. 32, 21., ubi אֵלֵי גִבּוֹרִים *principes heroum* sunt *fortissimi heroes*.

אֵלוֹן m. 1) *terebinthus* Jud. 9, 6. 37. אֵלוֹן תָּבוֹר *terebinthi thaboricae* 1 Sam. 10, 3., quarum meminit Doubdan c. 54. et Surius lib. 2. c. 8. Plur. אֵלוֹנִים Gen. 13, 18. 14, 13. 18, 1. Deut. 11, 30. 2) nom. propr. viror. Gen. 26, 34. 36, 2. 46, 14. Jud. 12, 11.

אַיָּלוֹן nom. propr. oppidi Danitarum Jos. 19, 43. 1 Reg. 4, 9.

אֵילָם et אֵלָם m. *vestibulum, porticus.* Plur. אֵילַמִּים s. אֵלַמִּים Ezech. 40, 21. 22. 24—26. 29. 33. 34. 36. vel אֵלַמּוֹת Ezech. 40, 16. 30.

אֵלָה f. *terebinthus* Gen. 35, 4. Jud. 6, 11. 19., collective *terebinthi* 1 Sam. 17, 2. 19. 21, 10. Propter longaevitatem ad designanda loca in historiis usurpantur terebinthi, velut Gen. 35, 4. Jud. 6, 11. 1 Chron. 10, 12. et nomina etiam locis ipsis dant, ut עֵמֶק הָאֵלָה 1 Sam. 17, 2. 19. 21, 10.

אִילָן m. chald. *arbor* (syr. ܐܝܠܢܐ *id.*) Dan. 4, 7., emphat. אִילָנָא Dan. 4, 8. 11. 17. 23.

אוּלַי nom. fluvii, qui arcem Susorum, urbis Pers., ambit (Plin. H. N. IV, 27.) et Graecis *Εὔλαιος* dicitur Dan. 8, 2. Wahlius (Asien p. 736.) e lingua pehlv. explicuit: *av halaeh aqua pura, praeclara.*

אוּן. Duae radices in subsidium vocandae sunt: I) أَوَنَ *commode, placide, tranquille se habuit,* hinc hebr. *valuit, potens fuit,* v. אוֹן. — II) أَيَنَ *lassus, defatigatus fuit,* v. אָוֶן, תְּאֻנִים, hinc hebr. *defecit, nullus fuit* v. אַיִן et אָוֶן.

אָוֶן m. 1) *vanitas, vanum, id quod revera non est, nihil* (synon. אֶפֶס) Jes. 41, 29. Zach. 10, 2., spec. *idolum* (quod revera *nihil* est) Jes. 66, 3. Hos. 10, 3. Hinc urbs בֵּית־אֵל (*sacra Dei sedes*) antonomastice ob cultum vitulorum dicitur בֵּית אָוֶן *sedes idolorum* Hos. 4, 15. 5, 8. 10, 5. 2) *pravitas, nequitia* Jes. 1, 13. Prov. 17, 4. Ps. 36, 4. 41, 7. Mich. 2, 1., פֹּעֲלֵי אָוֶן *facientes pravitatem* h. e. *malefici* Ps. 5, 6. 6, 9. Job. 34, 8. 22., אַנְשֵׁי אָוֶן Job. 34, 36. et מְתֵי אָוֶן 22, 10. *id.*; hoc sensu nonnunquam tanquam persona spectatur, ut Job. 36, 10. 21. Semel videtur pro concr.: *pravus* poni Prov. 11, 7., ubi v. Umbreit. 3) *dolor, luctus* Hos. 9, 4. Gen. 35, 18. Hab. 3, 7., *miseria, calamitas* (ab rad. n. 2.) Ps. 55, 4. Job. 4, 8. Jer. 4, 15. Prov. 22, 8. etc. 4) בִּקְעַת אָוֶן Am. 1, 5. (vallis *idolorum?*) vallis prope Damascum, fortasse eadem, quae alibi בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vocatur, sita illa Libanum inter et Antilibanum v. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 302., ubi Michaelis sententia exploditur. — Cum affix. אוֹנִי, אוֹנָם Ps. 94, 23., plur. אוֹנִים Hos. 9, 4.

אוֹן m. 1) *robur, vires* Gen. 49, 3. Hos. 12, 4. Deut. 21, 17. Job. 40, 16. 18, 12., plur. אוֹנִים Ps. 78, 51. Jes. 40, 26. 2) *opes, facultates* Job. 20, 10. Hos. 12, 9.

אוֹנָן filius Judae Gen. 38, 4. 46, 12. Num. 26, 19.

אַיִן propr. *vacuitas, defectus* (a rad. n. 2.), *das Nichtvorhandensein,* ut Deut. 22, 27. אֵין מוֹשִׁיעַ *defectus* est *servantis* (non est, qui servet), Ezech. 38, 11. בְּאֵין חוֹמָה *deficiente pariete* (*beim Nichtvorhandensein einer Mauer*) h. e. sine pariete; hinc *nihil* Jes. 40, 17. כָּל־הַגּוֹיִם כְּאַיִן *omnes gentes nihili aestimantur,* Jes. 41, 24. אַתֶּם מֵאַיִן *vos estis ex nihilo* i. e. nihili. Sed ea est huj. voc. natura, ut 1) ubi simplic. ponitur, sive in fine sententiae sive (in statu reg.) aliis verbis praemissum, negativam verbi substant. notionem exprimat: *non est*

erat, sunt etc. (oppos. יֵשׁ): a) Num. 20, 5. מַיִם אַיִן *aqua non* (nulla) *est* (in promtu), Jes. 37, 3. Prov. 25, 14.; Gen. 30, 1. *cedo mihi liberos* וְאִם־אַיִן מֵתָה אָנֹכִי *at si non* (sunt, fuerint mihi), *moritura ego sum*, 2 Reg. 2, 10.; Exod. 17, 7. הֲיֵשׁ יְהוָה בְּקִרְבֵּנוּ וְאִם־אַיִן *utrum Jova est inter nos nec ne* (an non est)? 1 Sam. 9, 4. *peragrarunt terram Schaalim* וְאַיִן *et non erant* (asinae), *sie fanden sich nicht vor.* b) Gen. 37, 29. וְאֵין יוֹסֵף בַּבּוֹר *et non erat Josephus in fovea*, Num. 14, 42.; Jos. 6, 1. אַיִן יֹצֵא וְאַיִן בָּא *non erat exiens* (qui exiret) *nec intrans* (qui intraret), Gen. 41, 4. Deut. 22, 27.; Ruth. 4, 4. אֵין זוּלָתְךָ לָגְאֹל *non est praeter te, qui me vindicet;* Levit. 26, 6. וְאֵין מַחֲרִיד *cubabitis et nemo erit qui vos terreat;* 1 Reg. 8, 9. אֵין בָּאָרוֹן רַק שְׁנֵי לֻחוֹת *non* (nihil) *fuit in arca praeter duas tabulas;* 1 Reg. 18, 43. אֵין מְאוּמָה *nihil est* (adest); Dan. 1, 4. יְלָדִים אֲשֶׁר אֵין־בָּהֶם כָּל־מאוּם *pueri, in quibus non erat ulla labes.* Simil. cum affixis Gen. 20, 7. אִם אֵינְךָ מֵשִׁיב *si non eris reducens* (si non reduces), 30, 33. כָּל־אֵינֶנּוּ נָקֹד *quidquid punctis notatum non est,* Deut. 1, 32. אֵינְכֶם מַאֲמִינִם *vos non confisi estis* Deo, etiam absol. Gen. 5, 24. אֵינֶנּוּ *non erat* (amplius), Prov. 12, 7. *evertuntur impii et non sunt* amplius. Adde has duas formulas: אֵין לִי *non est mihi (non habeo)* Levit. 11, 10. Exod. 22, 2. Joel. 1, 18. Prov. 30, 27., אֵין לָבוֹא *non est* h. e. *licet venire* Esth. 4, 2. Ruth. 4, 4. Eccles. 3, 14. — 2) Paullatim ita invaluit hujus voc. usus, ut in merum *negandi adverbium* verteret: 1 Sam. 21, 9. אֵין יֵשׁ פֹּה חֲנִית (all. אַיִן) *non fuit ibi lancea,* Ps. 135, 17.; Jer. 38, 5. אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר *non* (nihil) *potuit* (valuit) *rex* etc. Job. 35, 15. — 3) Passim *sine* interpretantur, sed omnes hujuscemodi loci ad n. 1. redeunt: Exod. 21, 11. יֵצֵאת חִנָּם אֵין כָּסֶף *exeat gratis sine pretio,* propr. *non sit* (detur) *pretium,* Thren. 5, 3. יְתוֹמִים הָיִינוּ אֵין אָב *orbi sumus sine patre,* propr. *non est* nobis *pater,* Joel. 1, 6. Ps. 88, 5. Deut. 32, 4. — Cum praefixis 1) בְּאֵין *beim Nichtvorhandensein* i. e. *dum (ubi) non est* Prov. 11, 14. 29, 18., *dum non* (nondum) *erat* h. e. *priusquam esset* Prov. 8, 24., hinc *sine* Ezech. 38, 11., *ita ut non esset* Jes. 57, 1. 2) כְּאֵין *tantum non, propemodum* Ps. 73, 2. (i. q. כִּמְעַט). 3) לְאֵין *ei cui non est, sunt* Jes. 40, 29. Neh. 8, 10., *usque adeo, ut non esset* 2 Chron. 20, 25. 36, 16. Esr. 9, 14., *sine* 1 Chron. 22, 4. לְאֵין מִסְפָּר (propr. *usque ad defectum numeri*). 4) מֵאֵין *ita ut non* (nullus) *sit, esset* Jes. 5, 9. Jer. 7, 32. Ezech. 33, 28. (sq. infin. Mal. 2, 13.), *propterea quod non est* Jes. 50, 2., rarius *nullus est* (i. q. אֵין) Jer. 10, 6. 7. 30, 7. (duae negatt. copul. v. Ewald. Gr. p. 656.).

אַיִן 1 Sam. 21, 9. v. sub אַיִן n. 2.

אִי (quod decurtatum esse videtur ex אַיִן, אֵין) *non,* in compos. ut אִי־נָקִי *non-insons* Job. 22, 30., אִי־כָבוֹד *non-gloria* (nom. propr.) 1 Sam. 4, 21. Aethiop. et Rabb. admodum frequentant hoc voc. [Aliud אִי v. sub rad. אוה].

תְּאֵנָה f. *ficus* arbor Jud. 9, 10. Num. 20, 5. Deut. 8, 8. et fructus 2 Reg. 20, 7. etc. (Vulgo derivant a rad. n. 2., in Vl. *cunctatus est,* coll. وَنَى IV. *distulit, retardavit,* V. *cunctatus est:* quod etymon spec. illis ficubus competit, quas ὀψίμους Theophrastus *Histor. Plant.*

L. I. c. 15., *siras* dixit Columella L. V. c. 9., et *novissimas*, sub hiemem maturescentes, Plinius L. XXIII. c. 7., quasque בנות שׁרה vocant Talmudici, quae non maturescunt ante tertium annum, vid. Lightfooti *Horae Talmud.* ad Matth. 21, 19.). Gen. 3, 7. intelligunt nonnulli *Musam Paradisiacam* (*Pisangfeigenbaum*), cujus folia 12 fere ped. longa, 2 ped. lata sunt. Sed parum probabiliter v. Celsii Hierobot. II, p. 398 sq. Cum tam ob foecunditatem, quam ob fructus dulcedinem et nobilitatem cum uvis inter fructus autumnales principatum obtineat ficus, et in pedestri et in elatiore poetarum sermone frequenter jungitur viti tum in celebranda *fertilitate* Palaestinae Deut. 8, 8. coll. Cant. 3, 13. tum in annuncianda *saeculi mess. felicitate, securitate* et *quiete* Joel. 2, 22. (unde יָשַׁב תַּחַת תְּאֵנָתוֹ *sub ficu sedere*, et *placide* et *fortunate vivere* Mich. 4, 4. Zach. 3, 10. 1 Reg. 4, 25. (5, 5.) Jer. 36, 16. 2 Reg. 18, 18.) et contra in describenda *calamitate* Num. 20, 5. Am. 4, 9. Hagg. 2, 19., aut in comminandis *poenis* et *vastationibus* Jer. 5, 17. 8, 13. Hos. 2, 14. In oratione symbolica Jer. 24, 1. ficus *populum israeliticum* repraesentat. — Plur. תְּאֵנִים 2 Reg. 20, 7. Jer. 8, 13., in regim. תְּאֵנֵי Jer. 24, 2., c. affixo תְּאֵנֵיכֶם Am. 4, 9. Cet. v. sub בְּכֹרָה.

תְּאֻנִים m. plur. *defatigationes, labor multus, molestia* Ezech. 24, 12.

אוֹן s. אֵן *Heliopolis* Gen. 41, 45. 50. 46, 20., אָוֶן Ezech. 30, 17. (v. Rosenm., nisi אוֹן legendum), urbs Aegypti, in honorem *solis* condita et hinc בֵּית שֶׁמֶשׁ (Oein *lux*) *urbs lucis* s. *solis* ab Aegyptiis appellata, ut ab Arabibus عين شمس *fons solis;* Hebraeis etiam nomine domestico Jer. 43, 13. v. Rosenm. ad h. l. Antiquis Aegypti regibus sedem haud incelebrem nonnunquam praebuit; nunc vastata est nec nisi ruderibus tantum iisque paucis prope vicum *Matarie*, duabus a Cahira horis versus orientem et septentrionem dissitum, superstes. Lxx. ubique substituunt Ἡλιούπολιν, et interpretes copt., licet hebraeae linguae ignari solam Alexandrinorum versionem prae oculis haberent, Ἡλιούπολιν verterunt *On*, antiquo urbis nomine, ut adeo vetustissimi nominis memoria inter Aegyptios sec. IV. post Chr. adhuc superstes fuerit. Cf. Jablonski *Panth. Aeg.* P. I, p. 137 sqq. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 11. Michaelis *Suppl. ad Lex.* p. 44. Hartmann. *Erdbeschreib. v. Africa* Tom. I, p. 879.

אוֹפָז nomen propr. regionis auriferae Jer. 10, 9. (jungitur *Tartesso*) Dan. 10, 6.; videtur ab *Ophir* non diversa fuisse (affines etiam literae sunt ר et ז ap. Arab., et Jer. l. c. Chald. Syr. Theodot. posuerunt *Ophir*), quanquam illi argumento, quo plerumque utuntur, non magna tribuenda vis est, scil. 1 Reg. 10, 18. זָהָב מוּפָז (i. e. מֵאוֹפָז) appellari, quod v. 11. זָהָב מֵאוֹפִיר dictum sit.

אוֹפִיר, passim אוֹפִר, nom. regionis Gen. 10, 29. maritimae, auroque et lignis ac lapidibus pretiosis nec non ebore, pavonibus, simiis uberrimae, quam Salomonis (ac Josaphati 1 Reg. 22, 49.) naves petierunt. De *situ* magna est virorum doctorum contentio. Alii enim, ut Relandus (Dissertat. misc. I, p. 165 sqq.), in *India orientali* quaerunt, ubi, au-

ctore Abulfeda, sita fuit urbs سوفالة, in quam quidem sententiam videntur etiam LXX. inclinare, reddentes Σωφίρ, Σώφειρα, Σωφιρά, quod fuit apud Aegyptios nomen (totius) Indiae orient. v. Jael אוצר Opusc. ed. te Water Tom. I, p. 337. Alii transferunt in Africae litus orientale, in quo, insulae Madagascar adversa, urbs *Sofala* jacet v. Schultens Paradies p. 310 sq. Sed praeferenda haud dubie eorum sententia, qui Arabiae tractum esse contendunt: nam a) Gen. l. c. medias inter arabicas gentes ponitur; b) in provincia arab. *Oman* dicta reperta nuper a Seetzenio est urbs *el Ophir* satis nobilis et opulenta (v. Zach monatl. Correspond. XIX, p. 331 sqq); c) Arabiam *auro* praedi item esse, uno ore celebrant veteres scriptores v. Bochart. Phal. II. c. 27. quanquam *natum* ibi esse, vix credere licet v. Mannert Geogr. VI, 1, p. 8. Itaque videtur *Ophir* emporium fuisse, quod auro, ebore, pavonibus, ex aliis terris, fortasse ex Africa importatis, similis vero et gemmis tanquam indigenis, abundaret. Adde Michael. Spicil. II, p. 184 sq. Bredow hist. Untersuch. II, p. 253 sqq. Tychsen de commercio Hebr. in Commentatt. Gotting. XVI, p. 164 sqq. Wineri Lexic. bibl. II, p. 498 sq. Ritter Erdkunde II, p. 201 sq. — Auri *ophiritici* tanquam purissimi mentio quoque fit Ps. 45, 10. Job. 28, 16. Jes. 13, 12. (כֶּתֶם אוֹ) 1 Chron. 29, 4. (זָהָב אוֹ) et per meton. Job. 22, 24. אוֹפִיר pro *auro ophiritico* ponitur. Ceterum originem vocis ab arab. وفر *divitiis abundavit* repetendam esse putat Paulus in Memorabb. V, p. 112.

אָרַץ 1) *arctus, angustus fuit* Job. 17, 15. (aliis *instans* i. e. *vicinus fuit*). 2) *pressit, ursit, institit* Exod. 5, 13. (sine casu). 3) pressus h. e. *incitatus est, festinavit* Prov. 19, 2., sq. infin. Prov. 28, 20.; *praeceps ruit* Prov. 21, 5. 29, 20. אָץ דְּבָרִים *praeceps* (temerarius) *in sermonibus;* proripuit, *subtraxit se* Jer. 17, 16. לֹא־אַצְתִּי מֵרֹעָה אַחֲרֶיךָ, quae verba, a multis perperam intellecta, sic explicuit Schnurrerus: *non proripui me, quo minus pastor essem post te* h. e. non recusavi munus prophetae mandata ex tuo ore excepturi. — Hiph. *ursit, institit* sq. בְּ pers. Jes. 22, 4. Gen. 19, 15.

אוֹר *lucidum fieri, lucescere, clarescere* 1 Sam. 14, 27. 29. (de oculis), *illucescere* Gen. 44, 3. (de die) coll. 1 Sam. 29, 10. (ubi praet. est impersonale dictum), *illuminari* trop. Jes. 60, 1., *lucere* Prov. 4, 18. — Niph. נֶאוֹר *illucescere* 2 Sam. 2, 32 (ubi fut. יֵאוֹר), *illuminari, collustrari* Job. 33, 30. לֵאוֹר בְּאוֹר הַחַיִּים (pro לְהֵאוֹר) *ut collustretur vitae lumine* (ut in vitam quasi redeat). Particip. נֶאוֹר *illustris, gloriosus* Ps. 76, 5. — Hiph. הֵאִיר 1) *lucere fecit* aliquid. Trop. a) הֵאִיר עֵינַי פ Ps. 19, 9. 13, 4. Esr. 9, 8. Prov. 29, 13. al. et הֵ פָּנִיו פ Ps. 80, 4. 8. Eccles. 8, 1.: *oculos alic. lucere fecit* h. e. *exhilaravit, recreavit* aliquem (cf. Thren. 5, 17.); b) הֵאִיר פָּנִיו Ps. 80, 4., sq. עַל pers. Ps. 31, 17. Dan. 9, 17., sq. בְּ pers. Ps. 119, 135., sq. אֶל pers. Num. 6, 25, sq. אֵת (*cum*) Ps. 67, 2., semel simpl. הֵאִיר לְ, dicitur Jova, quando *propitium se exhibet* alicui (austerus enim et truculentus vultus irascentium est). Lucere facere ramos Jes. 27, 11. vel altare Mal. 1, 10. est: *accendere, incendere* (cf. arab. وَرَ *incendit*). 2) *collustravit, illustravit* aliquid, quod obscurum est Neh. 9, 12 (viam) Ps. 77, 19

97, 4. (mundum) 185, 39 (noctem), trop. ad mentem refertur Ps. 119, 130. 3) *lumen sparsit* i. e. *luxit* Gen. 1, 15. Exod. 13, 21. Jes. 60, 19. Num. 8, 2. — Fut. apoc. יָאֵר Ps. 67, 2.

אוֹר m., semel f. (Job. 36, 32.) lux Gen. 1, 3. 4. 5. 18. Jer. 25, 10. Jes. 45, 7. Job. 17, 12., אוֹר הַבֹּקֶר *lux matutina, lux oriens* Jud. 16, 2. 1 Sam. 14, 36., מִן־הָאוֹר *a prima luce* Neh. 8, 4. Job. 24, 14. Spec. a) *lux splendens, splendor* solis Jes. 18, 4. Prov. 4, 18. Job. 31, 26. (Lxx. ἥλιος) 37, 21. vel fulminis Job. 36, 22., hinc meton. pro *fulmine* ipso Job. 37, 3. 11. 13. b) *lux vitae* (ut graec. φῶς) Job. 3, 16. (plenius אוֹר חַיִּים Ps. 56, 14. Job. 33, 30.), ipsa *vita* Job. 3, 20. — Late patet translatus hujus voc. usus. Nam a) אוֹר פָּנִים est: *hilaritas vultus* (frontis), *vultus hilaris, serenus* Ps. 104, 15. Job. 29, 24., hinc *benevolentia, gratia* regis aut Dei Prov. 16, 15. Ps. 4, 7. 43, 3. 44, 4. 36, 10.; b) אוֹר vero simpl. dicitur ap. poetas *α*) de *intelligentia* et *cognitione* Jes. 2, 5., concr. de illustri doctore Jes. 49, 6. 51, 4. (cf. φάος Aristoph. Plut. 640.); *β*) de *salute* et *felicitate* Jes. 9, 1. Job. 18, 5. 22, 28. 30, 26. Ps. 97, 11. 27, 1. (sim. φάος Iliad. VIII, 282., φόως VI, 6., add. Tryphiod. ed. Wernicke p. 361.; *lux* ap. Liv. 7, 30.); hinc Jova vocatur אוֹר יִשְׂרָאֵל Jes. 10, 17. h. e. *praesidium Israel, auctor salutis et felicitatis Isr.* — Plur. אוֹרִים *lumina* (sidera) Ps. 136, 7. [אֹר Am. 8, 8. per aphaeresin dicitur pro יְאֹר, quod vid. suo loco].

אוּר m. 1) *ignis* Ezech. 5, 2. Jes. 44, 16. 47, 14.; sed non tam ignis *ardorem*, quam ejus *flammam, splendorem* exprimit, unde ab אֵשׁ distinguitur Jes. 50, 11. 2) Jes. 24, 15., plur. אוּרִים vel *septentrio* (coll. arab. G أُور), quae fuit Doederlinii sententia, vel *oriens* (ubi *lux* oritur), quemadm. suspicatus est Schellingius; v. Gesen. ad h. l. 3) אוּרִים Num. 27, 21. 1 Sam. 28, 6., plenius אוּרִים וְתֻמִּים Exod. 28, 30. Deut. 33, 8. Esr. 2, 63.: *lumina et* (*integritates*) *veritas*, sortes sacrae, quas summus pontifex pectorali indutus conjicere solebat, ut, quid faciendum, quid omittendum esset, divinitus constaret. Varias viror. doctorum de hoc oraculo sententias collegerunt Carpzovius in Appar. p. 75 sqq. Bellermannus die Urim u. Thummim. Berl. 1821. 8. Saalschuetzius in Illgenii hist. theol. Abhandl. II, p. 31 sqq. et, qui subtiliter hanc rem exposuit, Theilius in n. krit. Journ. d. Theol. V, p. 185 sqq. 4) אוּר כַּשְׂדִּים Gen. 11, 28. Neh. 9, 7. *Ur Chaldaeorum*, cujus vestigium haud dubie deprehenditur in castello persico *Ur*, quod auctore Ammiano Marcell. XXV, 8. centum millia pass. a Corduena remotum fuit v. Bocharti Phaleg. lib. II, c. 6. p. 87. cf. sub כַּשְׂדִּים. In d'Anvillii *l'Euphrate et le Tigre* invenies sub gradu long. 60′. 12″. latit. 36′. 4″. Alii putant, *Ur* non diversum esse a Ptolemaei *Orchoe* (Cellarii Notit. II, 3, 15. 27.) vel ab *Edessa*, quae syr. *Urhoi* dicitur (v. Hyde rel. vett. Pers. 2. p. 73.). Gesenius nuper statuit, hoc nom. indicae originis esse, coll. *ur* i. e. *urbs, pagus*. Sed talis voc. in lingua sanscritica vix invenies vestigium.

אוֹרָה f. 1) *lux* Ps. 139, 12., metaph. de felicitate Esth. 8, 16. 2) plur. אוֹרוֹת *herbae, olera* 2 Reg. 4, 39. (v. Celsius in *Hierobot.* T. I, p. 459 sqq.), dicta a *splendore* i. e. *virore*; vocabula enim *splendoris* ad *virorem* referri, multis exemplis declaravit Simonis in *Ar-*

cano Form. p. 352. conf. et *Onomast. V. T.* p. 617 et 629. Hinc locum Jes. 26, 19. כִּי טַל אֹרוֹת טַלֶּךָ sic interpretantur: *nam ros olerum est ros tuus* (Dei) h. e. vis divina rori consimilis est plantas recreanti novamque quasi vitam iis largienti.

מָאוֹר m. 1) *lux* Ps. 90, 8. 74, 15., trop. מְאוֹר עֵינַיִם i. e. *vultus hilaris, serenus* Prov. 15, 30. cf. sub אוֹר; it. *lumen*, hinc plur. מְאֹרוֹת *lumina* Gen. 1, 15. 16. de sideribus. 2) *candelabrum* Exod. 25, 6. 27, 20. 35, 14. (alibi מְנֹרַת הַמָּאוֹר Num. 4, 9. 16.).

מָאוֹרָה f. *foramen* (proprie per quod *lux* illabitur), deinde *caverna* (nostr. *Loch*) Jes. 11, 8. Alii dict. putant pro מְעוֹרָה.

אוּרִיאֵל (*lux Dei*) nom. propr. viror. 1 Chron. 6, 9. 15, 5. 11. 2 Chron. 13, 2.

אוּרִיָּה (*lux Jovae*) nom. propr. 1) mariti Bathsebae 2 Sam. 11, 3. 23, 39. 2) sacerdotis jud. regnante Ahaso Jes. 8, 2. 2 Reg. 16, 10. etc. Sed אוּרִיָּהוּ fuit propheta Jer. 26, 20.

אֻוָּה vid. sub rad. ארה.

יָאִיר nom. propr. viror. Num. 32, 41. Deut. 3, 14. Jos. 13, 30.; Jud. 10, 3.; Esth. 2, 5. coll. Ἰάειρος Mr. 5, 22.

אוּת vel אוֹת in Kal inusit., Niph. *consentire*, hinc *morem gerere* 2 Reg. 12, 9., sq. dat. pers. Gen. 34, 15. 22. 23. (arab. alia forma أَتَى, III. آتَى *convenit, consensit, adstipulatus est, obsecutus est* etc., V. تَآتَى *socium se praebuit, se accommodavit*). Fut., quod solum occurrit, יֵאוֹת.

אוֹת com. *signum*, v. sub אָוָה.

אָז (vox primitiva? secus statuit Schultens. ad Prov. 8, 22.) adverb. *temporis*, notans *tum, tunc* (ut כְּ), idque vel temporis *futuri (dann)* Ps. 96, 12. Zeph. 3, 9. Job. 3, 13. vel *praeteriti* (*damals*) Gen. 4, 26. 12, 6. 1 Reg. 8, 12. etc. (cum verbo *praeter.*) Exod. 15, 1. Deut. 4, 41. (cum *futuro* v. Gesen. Lehrgeb. p. 773. Ewald. Gr. p. 542.). De tempore, non de caussa dictum etiam est Mich. 3, 4. Jer. 22, 15. Ps. 40, 8. (ad quem loc. v. H. Michaelis) 56, 10. Passim incipit apodosin non sine vi, ut nostrum *dann*, lat. *tum, tum denique*, graec. τότε, Job. 13, 20., praesertim post particulas *conditionales* (Iliad. 4, 36. Odyss. 11, 112.) אִם Prov. 2, 5. Job. 9, 31., לוּלֵא Ps. 119, 92. 124, 3. 4. 5. — Cum praefixo מֵאָז 1) adv. *ab antiquo tempore, antiquitus* (parall. מִקֶּדֶם) Ps. 93, 2. Prov. 8, 22., *olim, antea, jam pridem* 2 Sam. 15, 34. Jes. 16, 13. 45, 21. 48, 5. 2) praepos. *inde a* Ruth. 2, 7. מֵאָז הַבֹּקֶר *inde a matutino tempore*, Ps. 76, 8. מֵאָז אַפֶּךָ *inde ab ira tua* h. e. ubi ira tua exarserit; c. infin. Exod. 4, 10. מֵאָז דַּבֶּרְךָ *ex quo locutus es*, atque inde etiam c. verbo fin. Jos. 14, 10. מֵאָז דִּבֶּר יְהוָה *ex quo locutus est Jova*, Exod. 5, 23. מֵאָז בָּאתִי *ex quo veni*, Gen. 39, 5. Jes. 14, 8.

אָזַי *tunc* Ps. 124, 3. 4. 5., cf. chald. אֱדַיִן.

אֲזָא vel אֲזָה chald. *accendit, succendit* fornacem (cf. arab. أَزَّ). Part. Pehil אֵזֵה (ex syriasmo pro אֱזֵה) Dan. 3, 22., infin. מֵזֵא (pro מֵאזֵא et hoc per contractionem pro מֶאֱזֵא) Dan. 3, 19., unde cum affixo מֵזֵהּ (mutata tertia radicali א in Jod mobile v. Wineri Grammat. chald. p. 78.) Dan. 3, 19.

אָזַב rad. Hebr. inusit., coll. arab. أَزَبَ *hirsutus fuit* (unde أَزَبٌ *hirsutus, magnis praeditus superciliis*). Inde videtur proficisci

אֵזוֹב m. (ex syriasmo pro אֱזוֹב) Exod. 12, 22. Levit. 14, 4. 6. 21. 49. Num. 19, 6. 18. Ps. 51, 9. etc. *hyssopus* v. Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 587 sq. et Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 407 sq. Frequenter eam nasci in Galilaea testantur Radzivilius in *Itiner.* et Dapperus. Contra *mentham* intelligunt L. de Dieu ad Exod. 12, 22. Hottingerus et Jobus Ludolfus in historia Aethiop. p. 204. coll. aethiop. አዛብ quod Matth. 23, 23. respondet graeco ἡδύοσμον; *rutam murariam* vel *capillum Veneris* dici volunt Lemnius *de herbis bibl.* c. 26. et Deodatius in *notis* ad Vers. Ital. 1 Reg. 5, 13., quibus favere creditur et nominis origo (est enim herba *pilosa*) et locus 1 Reg. 5, 13.; *origanum* denique *creticum* tanquam genuinam Graecorum hyssopum optavit J. E. Faber in Keil u. Tzschirner. Analect. I, 1, p. 3 sqq.

אֲזַד chald. *elapsus est, abiit* Dan. 2, 5. 8. (Theod. ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη). Hoc sensu vicinum esset rad. אֲזַל *abiit:* nisi potius conferenda est aut (permutatis ז et צ) rad. arab. أصد, cui vicina alia وصد *firmus fuit,* aut rad. rabb. אזד *robustus, firmus fuit,* unde esset *firmiter destinatum decretumque fuit* negotium, quod optime quadrat. Ita Syr. Abenesra al.

אֲזָה vid. antea אזא, אֲזַי v. sub אָז.

אָזַל Duplex radix esse creditur: I) *abiit, discessit* (syr. chald. et sam. *id.*) Jer. 2, 26. (ubi 2. f. תֵּזְלִי pro תֶּאֱזְלִי) Prov. 20, 14 (sq. dat. pron. reflex. pleon.), de aquis: *diffluxit* Job. 14, 11.; it. *defecit, consumtus est* Deut. 32, 36. (ubi 3. praet. f. אָזְלַת v. Gesen. L. p. 264.) 1 Sam. 9, 7. — II) *texuit, nevit* (talm. *id.*, syr. et arab. عزل, كزل, permutatis inter se ע et א, ut אָגָם et עָגָם) Ezech. 27, 19. וְדָן וְיָוָן מְאוּזָּל בְּעִזְבוֹנַיִךְ נָתַנּוּ *Vedanitae et Graeci in emporia tua attulerunt texta.* Sed v. sub אוּזָל.

אֲזַל chald. *abiit, discessit* (in aliq. locum) Dan. 2, 17. 24. 6, 19. 20. Esr. 4, 23. 5, 8. Imper. אֵזֶל־ Esr. 5, 15. ablato tono pro אֵזֵל et hoc ex syriasmo pro אֱזֵל.

אֶזֶל m. *abitus, discessus* 1 Sam. 20, 19. Aliis est nomen propr.

אוּזָל v. supra suo loco.

אָזַן 1) denominat. a nomine אֹזֶן *auris,* Hiph. הֶאֱזִין *audivit,* quod v. sub אֹזֶן. 2) *ponderavit,* sed in Piel tantum: אִזֵּן Eccles. 12, 9. translato sensu: *ponderavit* h. e. *examinavit, exploravit,* arab. وزن. Inde:

מֹאזְנַיִם *bilanx* Jes. 40, 12. Jer. 32, 10. Ps. 62, 10. etc. forma *dualis* ob *geminam* ejus *partem*. Quid differat a פֶּלֶס, docet Reimarus de *differentiis vocum Hebr.* Dissert. I, p. 62 sq., v. sub h. v.; מֹאזְנֵי צֶדֶק Levit. 19, 36. Ezech. 45, 10. et מֹאזְנֵי מִשְׁפָּט Prov. 16, 11. *lances rectae* (sic Latini: *aequa lance*), quibus opponuntur מֹאזְנֵי מִרְמָה *lances fallaces* Prov. 11, 1. 20, 23. Am. 8, 5., quae etiam מֹאזְנֵי רֶשַׁע *lances iniquae* vocantur Mich. 6, 11. Hos. 12, 8. Dicitur עָלָה בְּמֹאזְנַיִם *ascendit in bilance* h. e. impositus est bilanci Ps. 62, 10., שָׁקַל בְּמֹאזְנַיִם *ponderavit in bilance* Jes. 40, 15. Job. 31, 6.

מֹאזְנַיִן chald. dual. *id.*, unde stat. emphat. מֹאזְנַיָּא Dan. 5, 27.

אָזֵן m., plur. אֲזֵנִים Deut. 23, 14. vel *suppellex* omnino omnis, vel spec. *arma* coll. rad. chald. זון, זַיֵּן *armavit*. Ita nostrum *Zeug* et latiore et angustiore sensu (de armis) dicitur. Aliter de hujus voc. significatione censet Schultens. in *Animadvv. philol.* ad Prov. 17, 4.

אֹזֶן f. *auris* (arab. أُذُن, chald. אוּדֶן, syr. ܐܘܕܢܐ, ܐܘܕܢܐ, graec. οὖς, ὠτός, quae nomina consonant omnia) Exod. 29, 20. Levit. 8, 23. 1 Sam. 9, 15. etc. Cum affixo אָזְנִי 1 Sam. 20, 2. et sec. Kri 22, 17. (ubi Cthib habet אָזְנוֹ). Dual. אָזְנַיִם *utraque auris, aures* Deut. 29, 3. Ps. 40, 7., הַשְׁמָעוּת אָזְנַיִם *auditus aurium* h. e. narratio auribus percipienda Ezech. 24, 26.; in regim. אָזְנֵי Gen. 23, 13. 16. Exod. 10, 2., cum affixo אָזְנֶיךָ 1 Sam. 20, 12. 13. Jes. 30, 21.; בְּאָזְנֵי פ׳ *audiente aliquo, coram al.* Gen. 20, 8. 44, 18. Exod. 10, 2. 1 Sam. 18, 23. 2 Sam. 3, 19. (etiam de Deo Num. 11, 1. 14, 28.) etc. De formulis הִכְבִּיד אָזְנַיִם, הִטָּה אֹזֶן, גָּלָה אֹזֶן פ׳, שׂוּם בְּאָזְנַיִם etc. v. sub his vv. Inde oritur verb. denomin. Hiph.:

הֶאֱזִין *auscultavit, attendit* (voc. poet.) Jud. 5, 3., sq. acc. rei Gen. 4, 23. Jes. 42, 23. Job. 33, 1., sq. לְ rei Job. 34, 2., sq. אֶל pers. Ps. 77, 2. Jes. 51, 4., sq. עַד pers. Num. 23, 18. Saepius emphat. legitur a) de Deo: *audivit, exaudivit, admisit* preces, sq. acc. Ps. 5, 2. 17, 1. vel dat. Ps. 54, 4. Job. 9, 16. vel אֶל Ps. 39, 11. nominis, quod preces significat; b) de hominibus: *obedivit* 2 Chron. 24, 19 Neh. 9, 30., sq. dat. nominis, quod legem aut praeceptum significat Exod. 15, 26. Part. מֵזִין Prov. 17, 4., irregulariter pro מַאֲזִין, fut. 1. p. אָזִין (contract. pro אַאֲזִין) Job. 32, 11.

אֲזִקִּים *catenae, vincula*, quod voc. Schultens. (ad Hamas. p. 325.) ab arab. أزق *coarctatus, pressus fuit*, repetit, v. sub rad. זקק.

אָזַר *cinxit* (atque adeo compressit) Job. 30, 18., sq. acc. vel cinguli 1 Sam. 2, 4 (trop.) vel membri Jer. 1, 17. Job. 38, 3. 40, 2., אָזוּר אֵזוֹר *accinctus balteo* 2 Reg. 1, 9. Imp. אֱזֹר, fut. יֶאֱזֹר, c. affixo יַאַזְרֵנִי Job. 30, 18. — Niph. part. נֶאְזָר *accinctus* Ps. 65, 7. — Pih. *accinxit* (firmiter) aliquem aliqua re sq. dupl. acc. Ps. 18, 33. 40. (trop. 30, 12.), it. *accinxit* aliquid Jes. 50, 11. מְאַזְרֵי זִיקוֹת *accingentes sagittas ignitas* h. e. accincti, instructi sagittis ign. Fut. c. affixo semel תַּזְרֵנִי

2 Sam. 22, 40. pro תְּאַזְּרֵנִי. — Hithpah. *accinxit se* Jes. 8, 9. (ubi *accingi* pro *armari* ponitur; sim. Graecis ζώννυσθαι et Latinis *cingi* pro *armari, succinctus,* qui *ad pugnam paratus* est), sq. acc. rei, *qua* quis se accingit Ps. 93, 1.

אֵזוֹר m. (ex syriasmo pro אָזוֹר) *cingulum* Jes. 5, 27. Jer. 13, 1. 2. 4. 6. 7. 10. 11., it. *vinculum* Job. 12, 18. (أَزَرٌ *cinctus lineus, succinctorium,* quali medium corpus et inferiora cingunt). Adde has phrases: פָּתַח אֵזוֹר *solvit cingulum* Jes. 5, 27., אָסַר אֵזוֹר *substrinxit cingulum* Job. 12, 18., דָּבַק אֵזוֹר אֶל־מָתְנֵי אִישׁ *zona lateribus adhaeret* Jer. 13, 11.

אֲזַרְזַע v. sub זָרוֹעַ.

אָח interjectio (a sono factitia) dolentis et gementis: *ah, eheu!* Ezech. 6, 11. 21, 20.; sed הֵאָח, quae est interjectio *gaudentis, exsultantis: evax! euge!* v. infra. Inde derivandum

אָחַח Hebr. inusit. (cf. tamen arab. أَحَّ *vocem ah! tussiendo edidit atque iteravit*), unde oritur:

אֲחִים plur. m. Jes. 13, 21. genus animalium vel avium a *clamore gemebundo* sive *ululatu* dictum, ut sunt *ululae, bubones, striges* etc.; sed Bochartus, Castellus aliique (Lxx. Syrum aliosque vett. interpretes secuti) ipsos *clamores, rugitus, ululatus,* quibus deserta personant ferae, intelligunt, parum probabiliter.

אָח m. frater (arab. أَخٌ, syr. ܐܰܚ, chald. אח) Gen. 4, 2. 8. 9. 11. 22. 10, 21. etc., etiam (ubi non attinet accurate loqui) is, qui ex altero tantum parente natus est (*Halb-Stiefbruder*), sive ex eod. patre Gen. 42, 15. 43, 3. Jud. 11, 3. 2 Sam. 13, 8. 26. (coll. v. 1. et 1 Chron. 3, 1. 2. 9.) 2 Reg. 2, 7., sive ex ead. matre (*frater uterinus*) Jud. 9, 19. (accuratius dicunt בֶּן־אִשָּׁה אַחֶרֶת Jud. 11, 2.). Sed multis in locis aliquanto latius patet hoc voc.; *frater* enim Hebr. vocatur: a) *cognatus* et *consanguineus* quivis (ubi, quae sit cognationis ratio, nihil refert dicere) Gen. 24, 27. 31, 23. 25. 32. 37. Jud. 14, 3. 1 Chron. 5, 13.; hinc spec. de consobrino 2 Sam. 20, 9. coll. 1 Chron. 2, 16. 17. 23, 22. coll. 21., de nepote ex fratre vel sorore Gen. 14, 14. 16. (coll. 11, 31.) 24, 48. (coll. 11, 27. 24, 24.) 29, 12. 15. 2 Reg. 10, 13. (coll. 2 Chron. 22, 8.), de patruele et matruele Gen. 13, 8., de patruo Gen. 20, 5. 13. 16., de patruelis filio Levit. 10, 4. coll. 6, 18 sqq., de affine 2 Sam. 1, 26.; b) *contribulis* Num. 8, 26. 16, 10. 1 Sam. 3, 8. 19, 12. 2 Chron. 31, 15. et *popularis* Exod. 2, 11. 14, 18. Levit. 10, 6. Deut. 15, 2 coll. 3. Job. 22, 30.; c) *socius* Am. 1, 9., *familiaris* 2 Sam. 1, 26. Job. 6, 15. 1 Reg. 9, 13. 20, 32. cf. Xenoph. Anab. 7, 2, 25.; d) is qui alter cui *consimilis* est ingenio et moribus, Prov. 18, 9. *frater prodigi* coll. Job. 30, 29. Ezech. 18, 10. (ibiq. Rosenm.) cf. ἀδελφός Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 569., *frater* ap. Ovid. *Trist.* I, 1, 107. Calpurn. *Eclog.* I, 8.; e) *alius* quivis (*Nächster, Nebenmensch*) Levit. 19, 17. praecedente אִישׁ: *alter,* ut Gen. 13, 11. אִישׁ מֵעַל אָחִיו *alter ab altero,* 26, 31. Jud. 6, 29. Exod. 25, 20. Jer. 31, 34. Denique f) adhibetur אָח in allocutionibus ad captandam benevolentiam Gen. 19, 7. 29, 4.

1 Sam. 30, 23. 2 Sam. 19, 13. — In regim. אֲחֵי Gen. 10, 21. Levit. 18, 14., cum affixis אֲחִי Gen. 4, 9., אֲחִינוּ Gen. 31, 32. Num. 36, 2., אֲחִיךָ Gen. 4, 9—11., אֲחִיךְ Gen. 20, 16., אֲחִיכֶם Gen. 42, 15., אֲחִיו Gen. 4, 2. Exod. 10, 23. et אֲחִיהוּ 2 Chron. 31, 12. Jer. 34, 9., אֲחִיהָ Gen. 24, 53. 55. etc. Plur. אַחִים Gen. 13, 8. Num. 27, 10., in regim. אֲחֵי Gen. 34, 25. Num. 27, 4., cum affixis אֲחֵיכֶם Levit. 10, 4. Num. 18, 6., אֲחֵיהֶם Gen. 48, 6. Sed ante suff. levia kamez suum in patach et dagesch forte implicitum resolvit, ut אֲחַי Gen. 19, 7. Exod. 4, 18. (in pausa אָחִי 1 Sam. 20, 29. Ps. 22, 23.), אַחֵינוּ, אַחֵיךָ, אַחַיִךְ, אֲחֵיו, אַחֶיהָ.

אָח m. chald. *frater;* plur. cum affixo אֲחֵיכֶם Esr. 7, 18.

אָחוֹת (forma contracta pro אֲחוֹת, chald. אֲחָת, arab. أُخْت) *soror* Gen. 4, 22. 25, 20. Levit. 18, 12. 2 Sam. 13, 1. 4. 20. 22. 32. 1 Chron. 3, 9., etiam (ubi nihil refert, accurate dicere) ea, quae ex *altero* tantum parente prognata est *(Stiefschwester)*, sive ex eod. patre 2 Sam. 13, 2. 5. 6. 11. 1 Chron. 3, 9. Levit. 18, 9. 11., sive ex eadem matre *(soror uterina)* Deut. 27, 22. Levit. 18, 9. 11. 20, 17. Latiore sensu *soror* vocatur: a) *cognata, consanguinea* Gen. 24, 59. Jer. 22, 18. Job. 42, 11. (al. 15.), ut fratris filia Gen. 12, 13. 19. 20, 2. 5. 12., patruelis filia Gen. 26, 7. 9.; b) *popularis, gentilis* Num. 25, 18.; c) *socia* Jer. 3, 7. 8., max. civitas foedere cum alia quadam juncta Ezech. 16, 46. 23, 31. 33., poet. adeo de re arctissime cum aliquo copulata Prov. 7, 14. *dic sapientiae, tu soror mea* es, Job. 17, 14. cf. Petron. Sat. 84.; d) ea, quae alii cuidam *similis* est ingenio et moribus Ezech. 16, 45. coll. Jer. 3, 7.; e) praecedente אַשָּׁה *altera* (de rebus) Exod. 26, 3. 5. 6. 17. Ezech. 1, 9. 23. 3, 13. Adhibetur denique f) tanquam vox caritativa de *amasia* Cant. 4, 9. — In regim. אֲחוֹת Gen. 4, 22. Exod. 6, 23., cum affixo אֲחוֹתִי Gen. 12, 13. 19., אֲחֹתוֹ Exod. 2, 4. 7. (pro quo semel recurrit אַחֹתוֹ Num. 6, 7.). Sic cum reliquis affixis אֲחוֹתְנוּ, אֲחוֹתֵךְ, אֲחוֹתָהּ, אֲחוֹתָם, Plur. c. affix. אֲחוֹתֵיכֶם, אֲחוֹתֵיהֶם Ezech. 16, 55. Hos. 2, 3., it. אֲחִיוֹתַי Ezech. 16, 52., אֲחִיוֹתָיו Job. 42, 11., אֲחִיוֹתֵיכֶם 1 Chron. 2, 16 (tanq. a sing. אֲחֹתָהּ).

אַחְאָב *(frater patris) Ahabus* 1) rex Israel., filius Omri (918—897. a. Chr.) 1 Reg. 16, 28 sqq. 2) pseudopropheta Jer. 29, 21.

אַחֲוָה f. *fraternitas, foedus fraternum* Zach. 11, 14. (syr. ܐܚܘܬܐ, arab. أُخُوَّة). Sed אַחֲוַת et אַחֲוָת v. sub rad. חָוָה.

אֲחִיָּה nom. propr. 1) sacerdotis 1 Sam. 14, 3. 18. ejusdem qui אֲחִימֶלֶךְ appellatur; 2) prophetae, qui Jerobeami tempore vixit 1 Reg. 11, 29. 12, 15.; 3) patris Baesae, regis Israel. 1 Reg. 15, 27. 33.; 4) aliorum hominum 1 Chron. 8, 7. 26, 20. etc.

אֲחִימֶלֶךְ nom. propr. 1) sacerdotis Nobensis 1 Sam. 21, 2. Ps. 52, 2. 2 Sam. 8, 17.; 2) Hethitae cujusdam, qui Davidis Saulum impugnantis socius fuit 1 Sam. 26, 6.

אֲחִימַעַץ *(frater irae,* coll. معض) nom. propr. 1) soceri Sauli 1 Sam. 14, 50.; 2) filii Zadoci sacerdotis 2 Sam. 15, 27.; 3) 1 Reg. 4, 15.

אֲחִינֹעַם f. nom. propr. uxoris et Sauli 1 Sam. 14, 50. et Davidis 1 Sam. 25, 43.

אֲחִיתֹפֶל (*frater insulsitatis?* v. Maji Oecon. jud. p. 133 sqq.) m. nom. viri nobilis, qui Davidi a consiliis fuit 2 Sam. 15 sqq.

אָח foem. *olla* portatilis, in qua ignis alebatur vel carbones Jer. 36, 22. 23., إِخٌّ (cujus voc. origo latet) *id.* In aedibus Hebraeorum ante captivitatem babylonicam neque fornaces neque camini memorantur, sed reges adeo ipsi, ut ex loco l. patet, ad calefaciendum utebantur olla prunis ardentibus impleta. R. Jona explicat מחתה *receptaculum ignis* aut *prunarum*, Arabs كاخون نار *focutus*, prunarum ardentium receptaculum, Lxx. ἐσχάρα πυρός. Conf. S. Rau diss. *de aedibus Hebraeorum* p. 78. Celsii *Hierobot.* T. I, p. 323. Michaelis *Suppl.* p. 57. Niebuhrii *Itinerar.* T. I, p. 154. et ex his Rosenm. Morgenl. IV, p. 286 sqq.

אֶחָד m. (fortasse pro אֲחַד v. Ewald. Gr. p. 491), אַחַת (pro אַחֲדָה), in pausa אֶחָת (Gen. 11, 1. Exod. 23, 29.) f. 1) *unus, una* Gen. 1, 9. 2, 21. 24. Exod. 8, 27. 12, 49. Num. 1, 41. etc. (arab. أَحَدٌ i. q. وَاحِدٌ, aethiop. አሐድ:, chald. אֶחָד et חַד, syr. ܚܕ, unde in recentioribus libris hebr. etiam חַד legitur Ezech. 33, 30. Dan. 2, 31. 7, 5.). In regim. אַחַד Gen. 21, 15. 2 Sam. 6, 20. 2 Reg. 18, 24. Dan. 10, 13. etc., quod tamen etiam extra regimen ante praep. מִן usurpatur Levit. 13, 2. Deut. 25, 5. etc. Valet praeterea אֶחָד i. q. *primus*, ubi nomina mensium adjiciuntur Gen. 8, 5. Esr. 10, 16. Exod. 12, 18. (quemadmodum et reliqua numeralia *cardinalia* 2 — 10 eadem lege pro *ordinalibus* venire solent, et Latini *unum* pro *primo* dixerunt, ut Cicero de *Senect.* c. 5. imo et Graeci, ut Homerus *Iliad.* XVI, 173. ἰῆς (pro μιᾶς) στιχὸς dixit pro πρώτης στιχός, et Euripides in *Bacch.* v. 680. ἑνὸς pro πρώτου. Vid. *Biblioth. Brem.* Class. V, p. 428.). Continuo repetitum: *unus, alter, tertius* 1 Sam. 10, 3. 13, 17. 18., duplicatum saltem: *unus, alter* (distributive) Exod. 17, 12. Levit. 5, 7. Num. 6, 14. Jud. 16, 29. vel *singuli de singulis* Num. 34, 18. נָשִׂיא אֶחָד נָשִׂיא אֶחָד מִמַּטֶּה *principes singuli de singulis tribubus*, 13, 3. 17, 6. Jos. 3, 12. etc.; לֹא אֶחָד *non unus* (sed plures) Jos. 17, 17., *ne unus quidem* 2 Sam. 13, 30. Job. 14, 4., אֵין אֶחָד *non est unus* (ne unus quidem est) Dan. 10, 21. — 2) *unicus, singularis* Ezech. 7, 5. (v. Schultens. ad Job. 9, 22.). — 3) *quidam, aliquis* (ut german. *einer*, εἷς Matth. 8, 19. Luc. 24, 18. et ap. serior. Graecos), אַחַד הָעָם *aliquis e populo* Gen. 26, 10. 21, 15. 22, 2. Deut. 12, 14., אֶחָד מֵאֶחָיו *aliquis e fatribus ejus* Levit. 25, 48. 13, 2. Num. 16, 15. 1 Sam. 16, 18., plenius נַעַר אֶחָד מֵהַנְּעָרִים 1 Sam. 25, 14. Hinc passim est, in recentioribus max. libris, pro artic. indefin. Dan. 8, 3. אַיִל אֶחָד *ein Widder*, 1 Reg. 9, 19. 19, 4. 20, 13. Gen. 22, 13. — Plur. m. אֲחָדִים 1) *uni, uniti* Gen. 11, 1. וַיְהִי כָל־הָאָרֶץ דְּבָרִים אֲחָדִים *fuit universa terra unorum* quasi *verborum* h. e. *unius linguae* (quemadmodum Romani: *unae literae, unae nuptiae* Terent. Andr. 4, 1, 50. Cic. ad Att. 11, 17. cf. Ramshorn. lat. Gramm. p. 328.), Ezech.

37, 17. 2) *aliquot* (ut nostr. *einige*) Gen. 27, 44. יָמִים אֲחָדִים *aliquot dies*, 29, 20. Dan. 11, 20. — Foem. אַחַת adverbialiter interdum sumitur pro *semel* (per ellipsin nominis פַּעַם) idque vel nude 2 Reg. 6, 10. Ps. 62, 12. Job. 40, 5. etc. vel cum בְּ, בְּאַחַת Num. 10, 4. Job. 33, 14., it. *simul, pariter* (q. d. *in unc*, ad unum omnes) Jer. 10, 8. — Cum praefixo: כְּאֶחָד *sicut unus* h. e. a) *unā* Jes. 65, 25.; b) *pariter* Esr. 6, 20. Eccles. 11, 6.; c) *in universum, ne uno excepto* Esr. 2, 64. Eodem sensu dicitur כְּאִישׁ אֶחָד Jud. 20, 8. כָּל־הָעָם כְּאִישׁ אֶחָד *totus populus in universum* h. e. nullo excepto, ad unum omnes, 1 Sam. 11, 7.

חַד m. chald. (sed v. tamen sub אֶחָד) *unus* Dan. 6, 3. 7, 5., *primus* Dan. 7, 1. Esr. 5, 13., *aliquis* Dan. 7, 16., pro articulo indefinito Dan. 2, 31. 6, 18. Esr. 4, 8.; חַד שִׁבְעָה *unum septem* i. e. *septuplo* Dan. 3, 19. (simil. Jer. 17, 18. שֶׁבֶר מִשְׁנֶה *duplo*, מִשְׁבְּרֵי שִׁבְעָתַיִם *septuplo* Gen. 4, 15). Foem. חֲדָא Dan. 4, 16. 6, 18. Esr. 4, 8. et חֲדָה Dan. 2, 9. 7, 1. Esr. 5, 13. 6, 3. Cum praefixo כַּחֲדָה adverbialiter: *simul, pariter* Dan. 2, 35. Ita sexcenties in Targum. [Aliud v. sub rad. חדד].

אָחַד *unus fuit* vel *factus est, unitus est*, in Kal inusitat. (sed v. יחד), Hithpah. imper. f. הִתְאַחֲדִי Ezech. 21, 21. *uni te* (gladium triplicem compellat v. 19.) h. e. unitis, conjunctis viribus grassare, saevi in hostes, ut recte explicuit Rosenm. ad h. l. Sed Schnurrer. in diss. philol. p. 463 sq., coll. arab. اِسْتَأْحَدَ, vertit: *operam da, attende*, non male quidem et ad poeticam sublimitatem satis accommodate, sed non est, cur a trita et certa voc. אחר significatione recedas.

אֶחָד vel sec. Kri אַחַת Jes. 66, 17. הַמִּטַּהֲרִים אֶל־הַגַּנּוֹת אַחַר אֶחָד *plurimis* nomen est *Dei* cujusdam, et alius quidem t) *Adadi*, Syro-Phoenicum Dei summi Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν ap. Sanchuniathon. in Fragm. ab Orellio editis p. 34.; Plinio etiam *H. N. lib. 37. §. 71. Adad* dicitur coll. Salmasii *Exercitt. in* Solin. *c. 27. p.* 248. Hall. Encyclop. I, 357 sq.), quod quidem voc., auctore Macrobio *Saturnal.* 1, 23., significat *unum* h. e. אֶחָד, *Adad*, ut adeo adspirationis vitandae caussa, quam Graeci in mediis vocibus non facile admittunt, litera *h* cum *d* permutata sit. Cui tamen rei obstat, non solum quod *Adad* rectius scribitur הֲדַד (ut in nomin. בֶּן־הֲדַד, הֲדַדְעֶזֶר), verum etiam, quod, cur non *Achad*, Ἄχαδος ad literarum orienti. sonum accommodatius dici potuerit, nequaquam intelligitur. Accedit, levem etiam esse Macrobii in vocabuli exteri origine declaranda auctoritatem v. Seldenus de *Diis Syris* p. 179. Michaelis append. ad Bibl. orient. T. XIV, p. 212 sqq. Ceterum defendunt hanc opinionem Scaliger, Drusius, Vossius, Grotius, Bochartus, Marshamus, Vitringa ad Jes. l. c., Rosenmullerus in Scholl. 2) Alii est *Hecate s. Proserpina (Luna)*, χθονίης dicta ab Hesiodo, in cujus sacris caro suilla adhibebatur apud Aegyptios teste Herodoto 2, 47. v. Clericus ad Jes. 65, 11. et 66, 17. Millii dissert. select. n. 5. Lakemacher. Observ. philol. IV, p. 18 sqq. Addit schola Schultensiana, nomen ipsum esse formae superlativae per א a rad. חדד, unde אחדד et media rad. elisa אחד, *acutissimum* (ut أَحَدّ in excerptis ex Ispahan. p. 14.) h. e. *necessitas inflexibilis, rigi-*

dissima, qualis est mortis vel fati mortem infligentis v. Lette *de idolo Achad* in *Bibl. Brem. nova* Cl. 1. p. 48 sqq. Nugae! v. Michael. l. c. 3) Hinc copulata lectione marginali אַחַת cum ea, quae in textu est, אֶחָד D. Michaelis in Bibl. l. c. vertit: *qui* in medio horto *se lavant unicus unica* h. e. *unicus cum unica* vel אֶחָד אַחַר אַחַת *unicus post unicam*, adeoque post lotionem Venerem explent (v. Vers. syr.). 4) Alii denique simpliciter vertunt: *qui se mundant, unum sequentes* ducem s. choragum. Ita Pfeiffer. in dubiis vexat. ad h. l. ac nuper Gesenius in Commentar. Alias aliorum conjecturas, quas omnes recensere longum est, v. in J. F. Schellingii Animadvv. ad diffic. Jes. loca p. 129 sqq.

אֲחִידָן f. plur. chald. *aenigmata* vid. sub rad. חוד.

אֵחוּ m. *omne quod virens in palude nascitur, juncus*, vocabulum copticum, ut refert Hieronymus ad Jes. 19, 7. (c. artic. ⲡⲓ-ⲁϩⲓ, *piachi*), hinc Pentateucho inprimis (Gen. 41, 2. 18.) ac Jobo (8, 11.) nec non Alexandrinis interpretibus (locis citt. Jes. 19, 7. Ἄχει, Ἄχι) et, qui in Aegypto scripsit, Siracidi (40, 16.) familiare v. Jablonskii Opusc. ed. te Water I, 45. N. 160. Arabes fortasse ex eodem fonte hauserunt أَخِيَّة et plur. أَوَاخِي *res pascuales* v. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 3. Add. Celsii *Hierobotan.* P. I, p. 340 sqq. Schultens. *Commentar.* ad Job. 8, 11.

אֲחֻזָּה v. sub rad. חזה.

אָחַז (arab. أَخَذَ, aram. אחד, אחז) 1) *prehendit, comprehendit*, propr. manu (synon. verbi חָזַק) Exod. 4, 4., sq. בְּ pers. vel rei 2 Sam. 4, 10. 6, 6. Jud. 20, 6. Job. 23, 11. Cant. 7, 9. Gen. 25, 26. (*fassen, anfassen*), sq. accus. Jud. 12, 6., sq. acc. pers. et בְּ membri 2 Sam. 20, 9. (*er fasste den Joab beim Barte*), ut λαμβάνειν τινὰ ποδῶν hinc: a) *cepit* (*fangen*), ut homines in bello vel feras, pisces etc. Eccles. 9, 12. Cant. 2, 15. Jes. 5, 29. b) *legit, elegit* (lat. etiam *cepit*) Num. 31, 30. 1 Chron. 24, 6. c) *occupavit* (ut λαμβάνειν) de animi commotionibus, ut de metu ac terrore Exod. 15, 14 sq. Ps. 48, 7. Jes. 33, 14. (dicitur etiam vicissim: *capere, occupare metum* Job. 18, 20. Jes. 13, 8.). — 2) prehensum captumve *tenuit, retinuit* sq. acc. rei אָחַז צִנָּה *tenuit clypeum* 2 Chron. 25, 5. (אֲחוּזֵי חֶרֶב *tenentes gladium* v. Ewald. p. 233.), sq. ב rei אָחַז בְּזֹאת *tenuit hoc* (*er hielt daran fest*) Eccles. 7, 18. — 3) *adhaesit*: quidquid enim rem aliquam *apprehendit* et *tenet*, id illi *adhaeret* (sic graec. ἔχεσθαι etiam significat *adhaerere, conjunctum, contiguum esse*) sq. ב: אָחַז בְּקִרְוֹת *adhaesit parietibus* 1 Reg. 6, 6. Ezech. 41, 6. Hinc 4) *clausit, occlusit* Neh. 7, 3. coll. 3, 3. 13. (ita Syr. Matth. 6, 6. et chald. Targ. Gen. 19, 7. Am. 3, 5.), sec. nonnullos etiam Job. 26, 9. Huc refer אָחַז אֶת־הַבַּיִת בָּעֲצִים *contignavit domum* etc. 1 Reg. 6, 10. — Praet. 3. foem. cum affixo אֲחָזַתְנִי Ps. 119, 53., אֲחָזָתָה Jer. 49, 24., אֲחָזָתַם Ps. 48, 7. Infin. constr. אָחֹז 1 Reg. 6, 6., sed cum praefixis: בֶּאֱחֹז Ps. 56, 1., לֶאֱחֹז Job. 38, 13. 1 Chron. 13, 9., imper. אֱחֹז Exod. 4, 4., foem. אֲחֹזִי (pro אֶחְזִי) Ruth 3, 15., plur. אֱחֹזוּ Cant. 2, 15., in pausa אֲחֹזוּ Neh. 7, 3., fut. יֹאחֵז Job. 17, 9. 18, 9., cum vau convers. וַיֹּאחֶז 2 Sam. 20, 9., plur. c. affix. יֹאחֲזוּהָ Jer. 13, 21.; al. וְיֹאחֹז 1 Reg. 6, 10. Eccles. 7, 18.

Niph. נֶאֱחַז 1) *prehensus, captus est* Eccles. 9, 12., hinc *haesit* Gen. 22, 13. 2) *possessor factus est* (a *tenendo* v. Kal) Gen. 34, 10. 47, 27. Jos. 22, 19. (أَسْدٍ *possedit*, it. *dominatus est, rexit*). — Pih. *occlusit* (h. e. *operuit*) Job. 26, 9. — Hoph. part. plur. מָאֳחָזִים *inclusa* 2 Chron. 9, 18.

אָחָז *Ahasus* a) rex Judaeor., filius Jothami (743—728. a. Chr.) 2 Reg. 15, 38. 16, 1 sqq. Jes. 1, 1., Ἄχαζ Mt. 1, 9. b) alius quidam 1 Chron. 8, 35. 9, 42.

אֲחֻזָּה f. *possessio* Gen. 47, 11. Levit. 14, 34. Num. 27, 4. Jos. 22, 4. Adhibetur de *mancipiis* Levit. 25, 45. 46., frequentius de *agro* s. *terra*, jam addito, jam omisso שָׂדֶה Levit. 27, 16. 22. Num. 27, 4., spec. de *Palaestina* tanquam Hebraeis a Deo data Gen. 17, 8. 48, 4. Num. 35, 8. Levit. 14, 34. 25, 24. Conjungitur אֲחֻזַּת נַחֲלָה Num. 27, 7. 32, 32. et נַחֲלַת אֲחֻזָּה Num. 35, 2.

אֲחַזְיָה et אֲחַזְיָהוּ nom. propr. 1) regis Israelitarum, filii Ahabi (897—896. a. Ch.) 1 Reg. 22, 40. 2 Chron. 20, 35. Lxx. Ὀχοζίας. 2) regis Judaeorum, filii Jorami (884 a. Ch.) 2 Reg. 8, 24. 9. 16. etc., pro quo 2 Chron. 20, 6. עֲזַרְיָהוּ, v. Wineri Lex. bibl. I, p. 26.

אָחַח v. sub. אָח interject.

אַחֲלֵי et אַחֲלַי v. infra sub rad. חָלָה.

אַחְלָם vid. sub rad. חלם.

אַחְמְתָא Esr. 6, 2. *Ecbatana*, urbs Mediae regia (Tob. 3, 7.), vid. Michaelis *Suppl.* p. 60. Hoeck vet. Med. et Persiae Monumenta (Gott. 1818. 4.) p. 144 sqq. Ilgen Commentar. ad libr. Tob. p. 160—169. De origine voc. dubitatur. Alii putant esse persicum أباد أن (*locus cultus et incolis frequens*) v. Hyde rel. Pers. p. 541., alii repetunt a pers. أق (turc. *aga*) *dominus* et talm. מתא *urbs* (v. Heinii Dissertat. sacr. p. 107 sqq.), alii e semiticis linguis totum explicant, ut sit *urbs foci* (ignis) coll. אָח et מְתָא v. Ilgen l. c.

אָחַר *posterior fuit, moratus, cunctatus est* (أَخَّرَ II. *distulit, tardavit, procrastinavit*, ܐܰܚܰܪ et ܐܰܚܰܪ *moratus est*, chald. אֲחַר *id.*) Gen. 32, 5., ubi fut. cum vau convers. וָאֵחַר (ut אֵהַב Prov. 8, 17.). — Pih. אֵחַר (compensato dagesch forti) 1) *tardavit, moratus est* aliquem Gen. 24, 56., *distulit* Exod. 22, 29., sq. dat. pers. Deut. 7, 10. לֹא יְאַחֵר לְשֹׂנְאוֹ *non differt* (poenam promeritam) *osori suo*. 2) *cunctatus, moratus est* Jud. 5, 28. 2 Sam. 20, 5. Hab. 2, 3., sq. infin. Gen. 34, 19. Deut. 23, 22. Eccles. 5, 3.; מְאַחֲרִים עַל־הַיַּיִן *morantes super vino* h. e. ad multam noctem bibentes Prov. 23, 30. cf. Jes. 5, 11. Ps. 127, 2. Spec. *morari* s. *cunctari* dicitur Jova, quando auxilium differt Ps. 40, 18. 70, 6. Dan. 9, 19. — Praet. plur. אֶחֱרוּ (pro אִחֲרוּ) Jud. 5, 28., fut. יְאַחֵר, plur. תְּאַחֲרוּ. Cet. v. rad. יחר.

אָחוֹר m. 1) substant. *pars posterior, postica*, plur. אֲחֹרִים *posteriora, partes posticae* Exod. 26, 12. 33, 23. 1 Reg. 7, 25. Ezech. 8, 16.;

hinc אָחוֹר spec. est *occidens* Jes. 9, 11. (cf. קֶדֶם; orientales enim situm locorum determinaturi, faciem convertunt ad orientem solem). 2) adverb. (opp. קֶדֶם et פָּנִים) *pone, a tergo* Ezech. 2, 10. 1 Chron. 9, 10.; *retro, retrorsum* Gen. 49, 17. 2 Sam. 1, 22. Jes. 1, 4. etc.; *in occidentem* Job. 23, 8. Cum praefix. בְּאָחוֹר *retrorsum* Prov. 29, 11. חָכָם בְּאָחוֹר יְשַׁבְּחֶנָּה sc. כָּל־רוּחוֹ *sapiens* (omnem spiritum suum) *reprimit* (*zurückdrängen*); לְאָחוֹר *pone, a tergo* Jer. 7, 24., *retrorsum* Ps. 114, 5., *in posterum* Jes. 41, 23. 42, 23.; מֵאָחוֹר *a tergo* (مِن أُخْرَاء) 2 Sam. 10, 9., *ab occasu* Jes. 9, 11.

אַחֵר (pro אַחֵר) m., אַחֶרֶת f. *alius* (cf. *secundus* a *sequendo*) Gen. 37, 9. Levit. 6, 11. Num. 23, 13. Deut. 29, 28. Jud. 11, 2., אֵל אַחֵר et simpl. אַחֵר *Deus alius* praeter Jovam Exod. 20, 3. 34, 14. Jes. 42, 8. 48, 11. Ubi de duobus agitur: *alter* 2 Sam. 13, 16. 1 Reg. 3, 22.; בַּיּוֹם הָאַחֵר בַּשָּׁנָה הָאַחֶרֶת *altero* h. e. sequenti *die*, *altero*, sequenti *anno* 2 Reg. 8, 15. Gen. 17, 21. — Plur. m. אֲחֵרִים Gen. 8, 10. 12. Exod. 20, 3. etc. et more chald. אֲחֵרִין Job. 31, 10., fem. אֲחֵרוֹת Gen. 29, 27. 30. 41, 3. 19. Levit. 14, 42.

אַחַר propr. *posterius, pars posterior* s. *postica* vel *extrema* 2 Sam. 2, 23 (plur.). Sed plerumque abit 1) in adverbium *loci* ac *temporis*, notans *pone, post*, Gen. 22, 13. הִנֵּה אַיִל אַחַר נֶאֱחָז בַּסְּבָךְ *aries post* (h. e. *a tergo Abrahami*) *vepribus implicitus*; *postea* Exod. 5, 1. 1 Chron. 2, 21. (c. praeter.) Hos. 3, 5. Num. 5, 26. Jud. 19, 5. (c. futur.); אַחַר כֵּן *id.* Levit. 14, 36. Deut. 21, 13. 1 Sam. 10, 5. Huc videtur etiam אַחֲרֵי Prov. 28, 23. spectare (c. termin. adv. v. Gesen. L. p. 625.). — 2) in praepositionem: *post, pone* a) de *loco* Cant. 2, 9., Exod. 3, 1. אַחַר הַמִּדְבָּר *post desertum* h. e. *ad occidentem deserti*. Hinc הָלַךְ אַחַר פ׳, בּוֹא, רָדַף Gen. 37, 17. Num. 25, 8. 2 Reg. 25, 5., trop. 2 Reg. 13, 2. הָלַךְ אַחַר חַטֹּאת פ׳ *peccata alicujus sectari, imitari*, Job. 31, 7. אַחַר עֵינַי הָלַךְ לִבִּי *oculorum cupiditate ductus est animus m.* Jes. 65, 2. v. sub his verb.; b) *de tempore* Gen. 9, 28. 1 Reg. 13, 33., אַחַר נְדָרִים *post vota* h. e. *nuncupatis votis* Prov. 20, 25., אַחַר עוֹרִי *post cutem meam* h. e. consumta cute Job. 19, 26.; sq. infin. Jer. 40, 1. אַחַר שַׁלַּח אוֹתוֹ *postquam dimisit eum*, Num. 6, 19. adeo sq. verbo fin. Job. 42, 7. אַחַר דִּבֶּר יְהוָֹה *postquam locutus est Jova* Levit. 14, 43. — Frequentius in plur. אַחֲרֵי, et cum affixis אַחֲרָיו, אַחֲרֶיךָ etc.: 1) *pone, post*, de *loco* Gen. 19, 6. Jos. 6, 8., hinc: *ab occidente, in occidentem* Jud. 18, 12. Cet. persaepe jungitur cum verbis *eundi*, ut ירד, עלה, רדף, יצא, בוא (v. haec vv.) et praegnant. c. זנה, מלא, החרים rel.; adde קָרָא אַחֲרֵי פ׳ 1 Sam. 20, 38. *jem. nachrufen*. 2) *post*, de *tempore* Gen. 17, 8. 2 Chron. 35, 20., sq. infinitivo Gen. 50, 14. Num. 30, 16. Deut. 1, 4., sq. verbo fin. Levit. 25, 48.

Cum praefixis 1) מֵאַחַר *von hinter--weg* Ps. 78, 71. 2 Sam. 7, 8. de iis, quae, cum post aliquem essent, illinc revocantur aut removentur; מֵאַחֲרֵי *id.* Num. 14, 43. Deut. 7, 4. 2 Sam. 20, 2. Hos. 1, 2., alibi i. q. אַחֲרֵי Jer. 9, 21. Jos. 8, 2. Exod. 14, 19, (propr. *a parte* alicuj. *posteriore*, ubi מִן non remotionem sed directionem tantummodo significat). 2) אֶל אַחֲרֵי *post* aliquem, *hinter* (c. acc. et c. dat.) 2 Reg. 9, 18. Zach. 6, 6. 3) עַל־אַחֲרֵי *pone* Ezech. 41, 15 (opp. אֶל־פְּנֵי). — אַחַר אֲשֶׁר

postquam sq. praeter. Ezech. 40, 1.; אַחֲרֵי אֲשֶׁר *postquam* sq. praeter. Jos. 9, 16. Deut. 24, 4. 2 Sam. 19, 31. — De אַחֲרֵי בֵּן v. sub בֵּן.

אַחֲרֵי chald. id. quod hebr., unde אַחֲרֵי דְנָה *post hoc, postea* Dan. 2, 29. 45., cum affixo אַחֲרֵיהוֹן *post illos* Dan. 7, 24.

אַחֲרֵי f. chald. per apocopen pro אַחֲרִית *alia* Dan. 2, 39. 7, 5. 6. 8. 20.

אַחֲרִית f. 1) propr. *postremum, extremum alicujus rei* אַ יָם *extremum mare* Ps. 139, 9., hinc 2) *residuum, reliquiae* Am. 4, 2. 9, 1., spec. *posteritas, posteri* Ps. 109, 13. Dan. 11, 4. 3) *finis, exitus* Num. 23, 10. Dan. 8, 19. Prov. 5, 4. etc.; אַחֲרִית הַשָּׁנָה *finis anni,* opp. רֵאשִׁית הַשָּׁנָה Deut. 11, 12., hinc *exitus* rei Jes. 41, 22. 46, 10., hinc *postrema hominum fata,* sive in praemiis Prov. 23, 18. 24, 14. sive in poenis cernantur Thren. 1, 9., hinc *interitus* populorum regnorumve Num. 24, 20. Deut. 32, 29. Jes. 47, 7. 4) אַחֲרִית הַיָמִים *posterior, futura aetas* Gen. 49, 1. Deut. 4, 30. Num. 24, 14. Jer. 48, 47., max. de aetate messiana Jes. 2, 2. v. Bertholdt. Christol. p. 38.

אַחֲרִית f. chald. *id.;* אַ יוֹמַיָא *tempus posterius, futurum* Dan. 2, 28.

אָחוֹר m., אָחוֹרָה f. 1) *posticus* (opp. *anteriori*), hinc i. q. *occidentalis* Job. 18, 20., הַיָם הָאַחֲרוֹן *mare occidentale* h. e. mediterraneum Deut. 11, 24. 34, 2. Joel. 2, 20. Zach. 14, 8. 2) *posterior* (opp. *priori*), *posterus* sive ordine Gen. 13, 2. Exod. 4, 8., sive tempore 2 Chron. 9, 29. 12, 15.; hinc דוֹר אַחֲרוֹן *generatio postera, ventura* Ps. 48, 14. 78, 4. 6., יוֹם אַחֲרוֹן *tempus posterum, futurum* Prov. 31, 25. Jes. 30, 8.; רִאשׁוֹן וְאַחֲרוֹן *primus et postremus* (ultimus) Jes. 44, 6. coll. 41, 4. et Coran. 57, 3. Plur. אַחֲרוֹנִים *posteri* Eccles. 4, 16. — Foem. אַחֲרוֹנָה adv. *postea, denuo* Dan. 11, 29., בָּאַחֲרוֹנָה Deut. 13, 10. *postea,* לָאַחֲרוֹנָה *in posterum, postea* Eccles. 1, 12. (וְאַחֲרוֹנָה *tandem, postremo*).

אָחֳרִין vel sec. Kri אָחֳרָן chald. *id.,* unde עַד אָחֳרִין *ad postremum, tandem* Dan. 4, 5.

אָחֳרָן m. chald. *alius* Dan. 2, 11. 44. 3, 29. 5, 17. 7, 24.

אָחֳרַנִית f. adverb. *retrorsum* Gen. 9, 23. 1 Sam. 4, 18. 1 Reg. 18, 37. 2 Reg. 20, 10. 11. Jes. 38, 8.

אֲחַשְׁדַרְפְּנִים m. plur. *archisatrapae,* qui compluribus provinciis praeerant rerumque et civilium et bellicarum potestatem habebant, Esth. 8, 9. 9, 3., in regim. אֲחַשְׁדַרְפְּנֵי Esth. 3, 12. Esr. 8, 36. Vox origine persica, quam Pfeifferus conflatam putat ex آخش *pretium, dignitas, excellentia,* et سَتْرَب *satrapa* (Castellus vero postremam voc. partem quaerit in ترند h. e. *servus,* german. *Trabant,* ut significentur *praefecti satellitum*).

אֲחַשְׁדַרְפְּנַיָא m. plur. chald. *id.,* in statu emphat. Dan. 3, 2. 3. 27. 6, 2. 3. 4. 7. 8.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *Ahasverus*, nom. propr. regum Pers., ut Astyagis Dan. 9, 1., Cambysis Esr. 4, 6., Xerxis Esth. 1, 1. De postremo v. *Repertorium litteraturae bibl. et orient.* T. XV, p. 1 sqq. Vox habet originem persicam: proficiscitur enim ab اخش *excellentia*, ور et ش (quae sunt multorum vocabulorum syllabae postremae v. Bohlen. Symbol. p. 19.), ac signif. *praestantem, nobilem, principem.*

אֲחַשְׁתְּרָנִים m. plur. *muli praestantiores, nobiliores* Esth. 8, 10. 14., vox et ipsa persica, sec. Bohlenium corrupta ex خوش استاران (add. Pfeifferi Dub. vex. p. 488.). Castello altera compositionis pars est شتر *camelus*, ut intelligendi sint *cameli praestantiores* (in quam sententiam inclinavit etiam R. Salom.); sed, ut recte monet Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 20., animalia illa vocantur *filii equarum* Esth. l. c., ergo non possunt esse *cameli*. *Asturcones* (v. interptt. ad Petron. Satir. 86.) intelligit J. G. Schelhornius in *Miscell. Lipsiens.* T. X. p. 231 sq.

אָטָד m. *rhamnus* (أَطَدٌ, أَطْدٌ, אֲטָד), *rhamnus paliurus* L., Jud. 9, 14. 15. Ps. 58, 10., a *firmitate* radicum, coll. arab. أَطَدَ *stabilis, firmus fuit*, أَطَّدَ *firmavit;* est enim, auctore Prospero Alpino (*de plantis Aegypti* p. 21.) frutex *radicibus multis, duris, lignosis, oblique incedentibus*, longitudine 3 cubitorum et plus observatis. Conf. Locmanni *Fab.* 22. Celsii *Hierob.* T. I, p. 199 sqq. — גֹּרֶן הָאָטָד Gen. 50, 10. 11. nomen propr. regionis transjordanensis, a frequentia rhamnorum fortasse dictae.

אָטַט radix Hebraeis non usit., arab. *levem, tenuem sonum edidit, murmuravit.* Inde est

אַט m. 1) *levis strepitus*, hinc plur. אִטִּים concr. *leviter, submissa voce loquentes* i. e. necromantes (v. sub אוֹב) Jes. 19, 3. 2) *lenitas*, ut incessus 1 Reg. 21, 27., hinc לְאִטִּי *ad lenem incessum meum* h. e. pro commoditate mea Gen. 33, 14.; alibi adverb. לְאַט *leniter* Jes. 8, 6. (de animo: 2 Sam. 18, 5.) et אַט 1 Reg. 21, 27. Adde Job. 15, 11. דָּבָר לָאַט עִמָּךְ *verbum secundum lenitatem* (lene) *tecum* (ad te) factum.

אָטַם *clausit, obturavit*, ut labia Prov. 17, 28., aures 21, 13. Jes. 33, 15.; חַלֹּנִים אֲטֻמוֹת Ezech. 40, 16. 41, 16. 26. coll. 1 Reg. 6, 4. sunt *fenestrae* clathris (*Jalousien*) *clausae*, *fen. reticulatae* (Lxx. θυρίδες δικτυωταί) vel, auctore Symmacho ad Ezech. 40, 16., θυρίδες τοξικαὶ h. e. *fenestrae* intus latae, foris angustae, quales hodienum in munimentis conspiciuntur cf. Hieron. ad h. l. — Hiph. Ps. 58, 5. יַאְטֵם אֹזֶן *obturat aurem*, ad quem l. v. Rosenm.

אֵטוּן m. (ex syriasmo pro אֱטוּן) *filum* (chald. *funiculus, instita*), metonymice *linteum ex filis contextum*, graec. ὀθόνη Prov. 7, 16. Si semiticae originis est, conferri potest cum rad. aethiop. אצן *ligavit*, unde arab. أُصُنٌ *funes, quibus inferiores tentorii partes ad paxillos*

alligari solent. Saepe enim inter se permutantur literae צ et ט. Aliis tamen magis placet derivatio e lingua coptica, in qua *Athi-ou-nian* est *stamen* seu *vestis lintea* (FORSTER *de bysso*), unde etiam Graecorum ὀθόνιον *linum* fluxit. *Linum* autem *Aegypti* h. e. linum bombycinum, *byssus*, merx fuit Aegyptiorum celebratissima cf. CELSIUS in *Hierobotan.* T. I, p. 89 sqq. SCHULTENS. in Comment. ad Prov. l. c. SALMASIUS in not. ad Achill. Tatium p. 747. MICHAELIS Biblioth. orient. T. X, p. 186. Ceter. v. סדין. — CASTELLUS in *Lex.* et JOBUS LUDOLFUS in Commentar. ad *Histor. Aethiop.* p. 204. אֵטוּן idem esse volunt quod aethiop. ዕጣን: *thus, suffitus.* Sed Aegyptus suffitu nobilitata non fuit.

אָטַר *clausit, conclusit.* (arab. أَطَرَ *flexit, circumdedit*). Fut. foem. תֶּאְטַר Ps. 69, 16.

אִטֵּר *clausus, ligatus* Jud. 3, 15. 20, 16. אִטֵּר יַד יְמִינוֹ *ligatus* (captus) *manu dexterâ* h. e. scaevola, qui dexterâ recte uti nequit.

אֵי (ab absol. אַי, v. אַיֵּה) vocab., quod pronominibus aut adverbiis, quibus praemittitur, vim interrogandi addit: אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ *quaenam via?* 2 Reg. 3, 8., אֵי זֶה בֵּית הָרֹאֶה *quaenam est domus vatis?* 1 Sam. 9, 18. Job. 28, 12. 38, 19. Jer. 6, 16.; alibi אֵי זֶה adverb. legitur (v זֶה) *ubi?* Esth. 7, 5. Job. 38, 19 (in quo poster. loco scriptum est אֵיזֶה). — אֵי מִזֶּה עִיר *quanam ex urbe?* 2 Sam. 15, 2. Jon. 1, 8., etiam adv. אֵי מִזֶּה *unde?* Gen. 16, 8. Job. 2, 2. 1 Sam. 30, 13. — אֵי לָזֹאת *quare? cur?* Jer. 5, 7., אֵיכָה et אֵיפֹה *ubi?* v. infra (adde talm. אֵי מָתַי *ecquando?*). — Passim אֵי simpl. de *loco* ponitur, ut sit *ubi* (quemadmodum זֶה *hic* significat) Gen. 4, 9. Deut. 32, 37. 1 Sam. 26, 16. etc. (De loco Prov. 31, 4. v. sub אוה). — Cum he demonstrat. (v. EWALD. Gr. p. 172.) אַיֵּה *ubi?* Gen. 19, 5. 2 Sam. 16, 3. 17, 20. Jer. 2, 8. Mal. 2, 17. Job. 15, 23. (ubi v. UMBREIT.), in interrog. obliq. Nah. 3, 17. Cum affixis אַיֶּכָּה *ubi tu?* (cum nun *epenthet.* et ה *paragog.*) Gen. 3, 9., אַיּוֹ *ubi ille?* Exod. 2, 20. 2 Reg. 19, 13. Mich. 7, 10. etc., אַיָּם *ubi illi?* Jes. 19, 12. Nah. 3, 17., sed Zach. 1, 5. אַיֵּה הֵם. [Arab. أَيٌّ latius patet, est enim graec. τίς].

אַיִן *ubi;* מֵאַיִן *unde* Gen. 29, 4. Num. 11, 13. Jos. 2, 4. etc.

אָן (pro אַיִן) *quo?* 1 Sam. 10, 14. Jes. 10, 3.; — מֵאָן *unde?* 2 Reg. 5, 25. (sec. Cthib; עַד־אָן *quousque?* Job. 8, 2. — Cum he paragog. אָנָה a) *quo, quorsum?*, tam in interrogat. recta Gen. 16, 8. Jud. 19, 17. 2 Sam. 2, 1. quam obliquâ Jos. 2, 5. Neh. 2, 16., *ubi?* Ruth. 2, 19. Jes. 10, 3., עַד־אָנָה *quousque, quamdiu?* Exod. 16, 28. Jer. 47, 6. Hab. 1, 2., adde Job. 18, 2. עַד־אָנָה תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין *wie lange (währt's, bis) ihr ein Ende macht?* b) אָנָה וָאָנָה *huc aut illuc* 1 Reg. 2, 36. 2 Reg. 5, 25.

אֵיכֹה vel sec. Kri אֵיכוֹ *ubi?* 2 Reg. 6, 13.

אֵיכָה (ex אֵי et כָּה chald. pro hebr. כֹּה) 1) *ubi?* Cant. 1, 7. 2) *quomodo?* Deut. 1, 12. 18, 21. 2 Reg. 6, 15. (in interrog. obliq. Jud. 20, 3.); passim quiritantium est: *ah, (eheu) quo modo?* Thren.

אִם 1) a) particula conditional. *si* (arab. إِنْ, syr. ܐܢ) sq. praeter. (ubi non dubitatur aliquid factum esse vel fieri) Esth. 5, 8. אִם מָצָאתִי *si inveni* Gen. 18, 3. 50, 4. Num. 22, 20. Prov. 30, 32., Jer. 14, 7. אִם עֲוֹנֹתֵינוּ עָנוּ בָּנוּ *si peccata nostra testantur contra nos,* Ps. 63, 7., Gen. 43, 9. אִם לֹא הֲבִיאֹתִיו אֵלֶיךָ *si non reduxero ad te,* Jes. 4, 4.; sq. fut. (in re dubia) Jud. 4, 8. אִם־תֵּלְכִי עִמִּי *si me comitaberis* (quod nescio an futurum sit), Exod. 4, 8. Gen. 13, 16., Jer. 15, 1. אִם יַעֲמֹד מֹשֶׁה לְפָנַי *si* (vel) *Moses apud me intercederet* (quod vix potest fieri) h. e. *fac, ut M. intercedat,* Num. 22, 18.; sq. particip. (quod raro fit) אִם אֲתֶם מְשִׁחִים *si uncturi estis* Jud. 9, 15. 11, 9. (cf. de simili usu graeci *εἰ* Seidler. ad Eurip. Electr. 533.). Passim geminatur אִם Eccles. 5, 11. אִם־מְעַט וְאִם־הַרְבֵּה יֹאכֵל *si (sive) parum, si (sive) multum comederit,* Exod. 19, 13. Levit. 3, 1. Ezech. 2, 5. Deut. 18, 3. (cf. *si deo, si deae,* apud Gellium II, 28.). b) *etsi, etiamsi* sq. fut. Deut. 30, 4. Jes. 1, 18. Job. 9, 20. 20, 6. c) *quando* (ita vern. *wenn* et *wann* antiquitus unum voc. fuit) Jes. 24, 13. *ut racemi* אִם כָּלָה בָּצִיר *quando finita est vindemia,* Job. 14, 14. Jes. 28, 25.; *quoties* sq. praet. Gen. 38, 9. אִם בָּא אֶל־אֵשֶׁת אָחִיו *quoties ingressus est ad uxorem fratris sui,* Ps. 94, 18., immo adeo: *cum (als)* Am. 7, 2. אִם כִּלָּה לֶאֱכֹל *cum prorsus comedisset.* d) optativo sensu: *utinam, o si* sq. fut. Ps. 81, 9. אִם תִּשְׁמַע לִי *utinam me audias* (propr. *si me audires,* probe faceres), 139, 19. Simil. *si* c. optat. — 2) partic. interrog. *ob? an* (arab. أَمْ): a) in interrog. obliqua (ut *si*): Cant. 7, 13. נִרְאֶה אִם פָּרְחָה הַגֶּפֶן *videamus, an floreat vitis,* 2 Reg. 1, 2. Jer. 5, 1. Ps. 139, 24., etiam si non expressa est sententia, unde pendeat interrogatio 1 Reg. 1, 27. אִם מֵאֵת הַמֶּלֶךְ נִהְיָה הַדָּבָר *ob das wohl vom König ausgegangen ist?* b) in altera interrogatione Gen. 27, 21. אִם אַתָּה זֶה אִם לֹא *utrum tu es hic nec ne,* Jud. 9, 2. coll. 2 Sam. 24, 13. Sed non ponitur nisi ubi altera interrogatio partem efficit geminae interrogationis. — 3) in *jurisjurandi formulis* אִם absolute positum *negat,* ut 2 Reg. 2, 4. אִם אֶעֱזָבֵךְ *non deseram te* 1 Reg. 1, 51. 17, 1. 12. Ps. 89, 36. (cf. arab. أَمْ), sed addito לֹא *affirmat,* ut Jes. 5, 9. אִם לֹא בָתִּים רַבִּים לְשַׁמָּה *multae domus desolatae erunt,* Jer. 15, 11. אִם לֹא שֵׁרוֹתִיךָ certissime *te solvam,* Num. 14, 28. Jes. 14, 24. Sed in his etiam formulis particula mere conditionalis est: nam per euphemismum omitti solet membrum, quod mali imprecationem continet. Plenior formula est כֹּה יַעֲשֶׂה לִי אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף *sic faciat mihi numen et sic addat,* אִם *si* sciens fefellero (mentitus fuero) vel אִם לֹא *nisi,* verum quod sit, dicam. Integrae phrasis exempla sunt Num. 32, 23. Deut. 11, 28. 2 Sam. 19, 14. Ps. 137, 6. etc. cf. Win. Grammat. N. T. p. 174. [Quod addunt, אִם esse particulam *conclusivam: ὅτι, dass,* id errore nititur: nam Exod. 1, 16., ut jam perspexerunt masorethae, non debet רְאִיתֶן cum אִם־בֵּן הוּא copulari, sed vertenda verba sic sunt: *attendite in sella: si puer*

est, eum interficite rel., Gen. 31, 52. autem in verbis: עֵד הַגַּל אִם־אֲנִי לֹא־אֶעֱבֹר אֵלַיִךְ duarum structurarum confusio locum habet; dicendum enim fuit vel: *testis hic lapidum acervus esto* (contra me), *si transiero* (אִם אֶעֱבֹר), vel: *testis h. ac. l. esto; non transibo*].

אָמָה f. *ancilla, serva* Gen. 21, 10. 13. Exod. 21, 7. 30. Levit. 25, 44.; nomen haud dubie primitivum, arab. أَمَةٌ (unde ductum أَمِيَ, أَمِيَ *ancilla s. serva facta est, evasit*), oppos. עֶבֶד Exod. 21, 32. Job. 31, 13. Pertinebat ad sermonis urbanitatem, ut adeo ingenuae se alicujus אָמָה dicerent (conf. sub עֶבֶד) Jud. 19, 9. Ruth. 3, 9. 1 Sam. 1, 11. 16. etc. — בֶּן אָמָה *servus*, sine omni emphasi i. q. עֶבֶד Exod. 23, 12. Ps. 86, 16. 116, 16., nonnunquam *filius concubinae*, si ea per contemtum אָמָה dicitur, Jud. 9, 18. — Cum affixo אֲמָתִי Gen. 30, 3. Job. 31, 13. Plur. (immissa lit. ה) אֲמָהוֹת Gen. 31, 33. 2 Sam. 6, 22., in regim. אַמְהוֹת 2 Sam. 6, 20., cum affixo אַמְהֹתֵיהֶם Esr. 2, 65. Neh. 7, 66. Apud Targumistas ה etiam in sing. servatur, אַמְהָה, cum affixo אַמְהָתִי Job. 31, 13., et אַמְהוֹת, per apocopen אַמְהוּ, Gen. 29, 24. v. WINERI Gramm. chald. p. 81.

אָמַל *defecit, languit, tabuit* (vicinum est אבל *marcuit*, unde transitus facilis ad *languorem* et *debilitatem*) Ezech. 16, 30. אֲמֻלָה לִבָּהּ *tabescit* (desiderio, libidine) *cor tuum* (animus tuus) cf. Cic. Catil. 2, 4. — Pyl. אִמְלַל *languescere, languere*, voc. poet., quod et de plantis Joel. 1, 12. Jes. 24, 7., agris ac regionibus Jes. 16, 8. 33, 9. Nah. 1, 4. Jer. 14, 2. et de hominibus dicitur, qui moerore conficiuntur Jes. 19, 8. 1 Sam. 2, 5. Hos. 4, 3.; hoc autem *lugendi* sensu trop. etiam de muris collapsis Thren. 2, 8.

אָמְלָל m. *languens, languidus* (morbo) Ps. 6, 3.

אֻמְלָל m., unde plur. אֻמְלָלִים *languidi* h. e. *debiles, infirmi, miseri* Neh. 3, 34.

אָמַם v. sub voc. אם.

אָמַן *firmus, stabilis fuit* (Arabes أَمِنَ etiamnum proprie dicunt de *pede erecto* ac *firmo*, de *inconcusso gressu*), hinc a) *tutus, securus fuit*, v. Niph. b) sensu ethico: *fidus, fidelis fuit* in dictis factisque (ut arab. أَمِنَ), partic. Pahul plur. אֲמֻנִים *fideles* Ps. 12, 2. 31, 24. c) *educavit, enutrivit* (vel quod *firmum facit* nutritor infantem, ut firmiter gressus ponere et stare discat, vel quod *fideliter agit* nutriendo et educando, h. e. *firmum* ac *fidum praestat curatorem* vel *educatorem*; nisi potius fluxit haec significatio ex inusitato מוּן, arab. مَانَ *curavit, sustentavit, aluit, nutrivit*, cum verba mediae rad. quiesc. et primae א cum iisdem significationibus saepius occurrant, adeoque permutata inter se videantur, v. אָדַשׁ; cf. SCHULTENS. ad Prov. 8, 30. et ad Job. 4, 18. Ev. SCHEID. in *observv. etym.*). Hinc particip. אֹמֵן substant. *nutritor, nutricius* Num. 11, 12., *tutor, educator* 2 Reg. 10, 1. 5. Esth. 2, 7.; foem. אֹמֶנֶת *nutrix* Ruth. 4, 16., cum affixo אֹמַנְתּוֹ 2 Sam. 4, 4. Part. Pahul אֲמֻנִים עֲלֵי תּוֹלָע *nutriti* h. e. *gestati* (v. Niph.) *in purpura* Thren. 4, 5.

Niph. נֶאֱמַן 1) *firmus factus est* vel *fuit* Jes. 22, 23. 25. (מָקוֹם נֶאֱמָן *locus firmus*); it. *stabilis factus est* vel *fuit*, בַּיִת נֶאֱמָן *domus stabilis* h. e. posteritas duratura 2 Sam. 7, 16. 1 Reg 11, 38., חֳלָיִם נֶאֱמָנִים *morbi constantes, tenaces* (ut Sueton. dixit Claud. 2.) Deut. 28, 59., מַיִם נֶאֱמָנִים *aquae perennes* Je. 33, 16. Jer. 15, 18. Adde Jes. 7, 9. אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ *si non credideritis, profecto non eritis stabiles* h. e. non fruemini stabili rerum vestrarum prosperitate, 2 Chron. 20, 20. Elegantem paronomasiam bene expressit Lutherus: *gläubet ihr nicht, so bleibet ihr nicht.* 2) *fidus, fidelis fuit* Jes. 1, 21. Num. 12, 7. 1 Sam. 3, 20. 22, 14. (de servo) Jer. 42, 5. Jes. 8, 2. (de teste) Prov. 25, 13 (de nuncio) Ps. 78, 8 (de animo); *verax* (πιστὸς) *fuit* Deut. 7, 9. Huc referunt nonnulli etiam Job. 12, 20. מֵסִיר שָׂפָה לִנְאֱמָנִים *aufert facundiam veracibus*, sed rectius interpretaberis: *iis, qui suae facundiae* nimium *confidunt, den Zuversichtlichen.* Singulare est, quod Prov. 27, 6. legitur: נֶאֱמָנִים פִּצְעֵי אוֹהֵב *fidelia sunt amici vulnera* h. e., ut jam B. Michaelis explicuit, ex candore animi ac bona fide profecta (Umbreit. *treugemeint*). 3) *verus fuit* Ps. 19, 8. 93, 5. 111, 7., it. *verus habitus* est Gen. 42, 20., hinc *eventu comprobatus, confirmatus est* 1 Reg. 8, 26. 1 Chron. 17, 23. 4) *gestatus est* (infans) Jes. 60, 4. Praet. 3. foem. נֶאֱמְנָה Ps. 78, 8., plur. נֶאֶמְנוּ Ps. 78, 37., fut. יֵאָמֵן, foem. plur. in pausa תֵּאָמַנָּה (omisso dag. f.) Jes. 60, 4o. pro תֵּאָמַנְנָה.

Hiph. 1) *fisus, confisus est, fiduciam posuit,* sq. vel ב 1 Sam. 27, 12. Jes. 28, 16. Job. 4, 18. Prov. 26, 25. 2 Chron. 20, 20. Exod. 14, 31. (cf. בָּטַח) vel acc. Jud. 11, 20 (q. d. aliquem fidelem, certum habuit); ה׳ בְּחַיָּיו *de vita sua certum esse* Deut. 28, 66. Job. 24, 22.; sq. infin. c. לְ Ps. 27, 13. הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת *confido me visurum esse.* 2) *credidit* 1 Reg. 10, 7. Jes. 7, 9. (v. sub Niph.), sq. לְ pers. Gen. 45, 26. Exod. 4, 1. vel rei Jes. 53, 1., sq. infin. Job. 15, 22., sq. integra sententia c. pr. כִּי Exod. 4, 5. 3) *constitit, stetit* (equus) Job. 39, 24. cf. Virg. Geo. 3, 83. [Fut. תַּאֲמִינוּ Jes. 30, 21. v. sub rad. ימן].

אֲמַן chald., unde Aphel הֵימִן *confisus est* sq. ב pers. Dan. 6, 24. Part. praet. מְהֵימָן *fidus, fide dignus* Dan. 2, 45. 6, 5.

אֹמֶן (אֹמֵן) m. *artifex* (*firmus* in arte sua) Cant. 7, 2. (chald. אוּמָנוּת *id.*, אוּמָנוּת *ars manuaria, artificium,* syr. ܐܘܼܡܢܵܐ *artifex, faber,* ܐܘܼܡܢܵܘܼܬܵܐ *ars, artificium*).

אֱמֶן m. *verum, veracitas, fides (Zuverlässigkeit),* unde אֱלֹהֵי אֱמֶן *Deus verax,* in quo fiducia potest collocari. Alibi in particulam *affirmandi* et *approbandi* abit: *vero, ita fiat* 1 Reg. 1, 36. Jer. 28, 6. (arab. أَمِينَ *firmum, ratum est* vel *esto! ita sit!* Syr. ܐܡܝܢ), max. in adjurationibus, Num. 5, 22. Deut. 27, 15. Neh. 5, 13. vel ad confirmandam doxologiam Neh. 8, 6., ubi asseverationis caussa geminatur Ps 41, 14. 72, 19. 89, 53.

אָמוֹן m. 1) *alumnus* Prov. 8, 30., nisi potius est *artifex* (*sapientia*) v. Umbreit. ad h. l. 2) i. q. הָמוֹן *multitudo, turba* populi

Jer. 52, 15. 3) Jer. 46, 25. nom. *propr.* Jovis *Ammonii* (v. infra נֹא אָמוֹן), qui Thebis coleb tur. Auctore JABLONSKIO (Panth. aegypt. I, p. 181.) est coptic. *Amu-oein* i. e. productio lucis, quae quidem explicatio b ne cadit in huj. numinis naturam: fuit enim symbolum solis in ariete commorantis.

אֱמוּן m. (ex svriasmo pro אֱמֻן) *fides, veracitas* Deut. 32, 20., etiam in plur. אֱמוּנִים Jes. 26, 2.; אִישׁ אֱמוּנִים *homo fidus, certus* Prov. 20, 6., עֵד אֱמוּנִים Prov. 14, 5., צִיר אֱמוּנִים Prov. 13, 17. [Sed אֱמוּנִים *educati, nutriti*, vid. in ipsa rad. אמן].

אֶמֶן m. *fides* Jes. 25, 1., ubi conjungitur cum foem. אֲמִנָּה ad significandam *fidem omnibus numeris perfectam.*

אֲמִנָּה f. *columna, postis;* plur. 2 Reg. 18, 16. cf. rad. Kal et arab. أَمَنَ sq. عَلَى *niti aliqua re.*

אֱמוּנָה f. 1) *firmitas* Exod. 17, 12. וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה *et redditae sunt manus ejus firmitas* h. e. firmae, *confirmatae sunt.* 2) *securitas* Jes. 33, 6. 3) *fides* vel hominum Prov. 12, 22. Ps. 37, 3. Jer. 5, 1. (plur. אֱמוּנוֹת Prov. 28, 20.), vel Dei Ps. 36, 6. 40, 11. 88, 12. 89, 2. 3. 49. 143, 1. Thren. 3, 23.

אֲמָנָה f. 1) *foedus firmum* et *fidum* (ἀσφαλές) Neh. 10, 1. 2) *constitutio* firma, *decretum* (fere ut nostrates dicunt: *eine Festsetzung*) Neh. 11, 23., ubi tamen alii vert. *demensum, merces constituta.* 3) nom. propr. partis Libani in vicinia Damasci Cant. 4, 8., unde fluvius *Amana* (i. e. *constans*, qui semper aquas habet) 2 Reg. 5, 12. profluit.

אֱמֶת f. 1) *veritas* (a masc. אֱמֶן), et adverb.: *vere, revera* Jos. 7, 20. Gen. 20, 12. (quo loco Cod. samarit. ex emendatione אֱמֶתְמָ legit). 2) *educatio, tutela* Esth. 2, 20.

אֱמֶתְמָ adverb. *vere, certo, profecto* Job. 12, 2. Ruth. 3, 12. 2 Reg. 19, 17. Job. 9, 2. Jer. 37, 18.

אֱמֶתְמָם *id.* Gen. 18, 13. Num. 22, 36. 1 Reg. 8, 27. Ps. 58, 2.

אֱמֶת f. (per syncopen pro אֲמִנָּה) 1) *diuturnitas* Jer. 14, 13. 33, 6. Jes. 39, 8. (in quibus locis copulatur cum שָׁלוֹם). 2) *fides, certitudo* Jos. 2, 12. אוֹת אֱמֶת *signum cui quis confidere potest, signum certum; fides,* quae in aliquo inest quaque fit ut ei confidere possis Exod. 18, 21. אַנְשֵׁי אֱמֶת *viri certi (zuverlässige M.)* Esth. 9, 30. Neh. 7, 2.; sed spec. dicitur a) *de fide Jovae* h. e. de veracitate ejus, qua fit, ut ipsius promissis confidere possis (max. copul. cum חֶסֶד) Ps. 25, 10. 40, 11. 115, 1. 117, 2. Prov. 3, 3. Zach. 8, 8. b) de fide hominum, qua Deum amant et sectantur, adeoque de probitate animique integritate, quae a simulatione et inconstantia aliena est 1 Sam. 12, 24. Jes. 59, 14. 1 Reg. 2, 4. 2 Chron. 31, 20. — 3) *veritas* Prov. 8, 7. 23, 23. Gen. 42, 16. 24, 18., max. rerum divinar. Dan. 8, 12. 9, 13. — Cum affixo אֲמִתּוֹ (pro אֲמִנָּתוֹ) Gen. 24, 27. Ps. 57, 4.

אָמַן *firmus, robustus, validus fuit, valuit,* sq. מִן *praevaluit* Ps. 18, 18. 142, 7. Gen. 25, 23., it. *fortis, animosus fuit* Deut. 31, 6. 7. 23. Jos.

1, 6. 9. 18. 10, 25. Imp. אֱמַץ, fut. יֶאֱמַץ. — Pih. *firmum reddidit, firmavit* Prov. 8, 28. (ubi v. Umbreit.) 24, 5. Jes. 35, 3. Am. 2, 14., hinc *refecit, restauravit* (aedificium) 2 Chron. 24, 13. *Translate* duobus potissimum modis dicitur: a) *confirmavit* aliquem h. e. vel animum addidit Deut. 5, 28. Job. 16, 5. vel auctoritatem 2 Chron. 11, 17. *(regem confirmare)* Ps. 80, 18., sed א׳ לֵב פ׳ Deut. 2, 30. vel א׳ לִבּוֹ Deut. 15, 7. 2 Chron. 36, 13. est *obfirmavit animum alic.* vel *suum,* pertinacem *reddidit* aliquem vel *exhibuit se;* b) *decrevit, elegit* sibi aliquid Jes. 44, 14. — Hiph. Ps. 27, 14. יַאֲמֵץ לִבֶּךָ *fortem praestet se animus tuus,* fortem se exhibeat, 31, 25. — Hithpah. הִתְאַמֵּץ *roboravit se, vires suas excitavit, contendit* 1 Reg. 12, 18. 2 Chron. 10, 18. 13, 7., it. *obfirmavit se* h. e. *firmiter sibi proposuit* Ruth. 1, 18.

אֹמֶץ m. *robur* Job. 17, 9.

אָמֹץ m. *robustus, fortis* (equus) Zach. 6, 3. 7. (Aquil. κρατερός). Alii (in his etiam Rosenm.) *coloris* vocabulum esse putant, sive *candidi, cinerei* (ab inusit. ימץ, arab. ومض *leviter splenduit,* adeoque *palluit;* Chald. קִטְמָנִים Lxx. ψαροί), sive *rufi* (a rad. חָמַץ *acescere,* ὀξύνειν, unde ὀξύς de coloribus splendentibus, aciem oculorum praestringentibus, ut πορφύρα ὀξεῖα). Ita Arabs سُقْر et Lxx. πύῤῥοι.

אַמִּיץ m. *firmus, robustus, pervalidus* 2 Sam. 15, 12. Job. 9, 4. 19. Jes. 28, 2. 40, 26. Am. 2, 16. Nah. 2, 2.

אַמְצָה f. *robur* Zach. 12, 5.

מַאֲמָץ m., plur. מַאֲמַצֵּי כֹחַ *corroborationes virium* h. e. *opes praegrandes* Job. 36, 19.

אֲמַצְיָה nom. propr. Amasiae regis Judaeorum 2 Reg. 12, 22. 13, 12. (אֲמַצְיָהוּ 14, 1. 9. 11. etc.) et alior. viror. Am. 7, 10. 12. 1 Chron. 4, 34. 6, 30.

אָמַר 1) dixit, additis verbis, quae quis dixerit (vel scripserit 2 Chron. 2, 10., v. Gesen. in Rosenm. Repert. 1, p. 135.) Gen. 1, 3. 2, 18. 3, 10. 4, 10. etc., vel certe accus. nominis aut pronominis Jer. 14, 17. Gen. 44, 16., poet. Job. 39, 17 (24) de equo יֹאמַר הֶאָח *dicit evax;* — raro: *locutus est* (i. q. דִּבֶּר) Gen. 4, 8. Exod. 19, 25. 2 Chron. 32, 24. *Ad aliquem* (alicui) *dicere* constr. c. אֶל Gen. 3, 4. 4, 6. 8. etc. vel לְ Gen. 1, 28., *de aliq. dic.* itidem c. לְ Jud. 9, 54. Ps. 3, 3. 71, 10., cum אֶל *(in aliquem)* 2 Reg. 19, 32. Jer. 29, 16., nec non omisso praeverbio cum suff. Ps. 139, 20. aut relat. Gen. 43, 27. 29. Num. 14, 31. (ut Lat. *aliquem dicere,* graec. λέγειν τινά). — Passim אָמַר potest definitius reddi: a) *praecepit, jussit* (ut امر) Levit. 17, 12. 1 Reg. 11, 2., max. in libris recentt., sq. vel infin. c. לְ 2 Chron. 35, 21. וֵאלֹהִים אָמַר לְבַהֲלֵנִי *et Deus me festinare jussit,* Esth. 1, 17. 4, 13. Neh. 14, 10., vel acc. rei 2 Chron. 29, 24. לְכָל־יִשְׂרָאֵל אָמַר הַמֶּלֶךְ הָעוֹלָה *omnibus Israelitis praecepit rex hoc sacrificium* (jussit omnes hoc sacr. offerre); adde has tales sententias: Jon. 2, 11. וַיֹּאמֶר יְהוָה לַדָּג וַיָּקֵא אֶת־יוֹנָה *praecepit Deus pisci et* hic (praecepto obsecutus) *evomuit Jonam,* Ps. 33, 9. 105, 31. 2 Chron. 24, 8. Neh. 13, 9. Ad

eandem signif. revocabis formulam לַחֹם אֲמַר לוֹ 1 Reg. 11, 18. *victum ei assignabat*, Lxx. ἄρτους διέταξεν αὐτῷ; b) *promisit* Jes. 38, 15., sq. infin. c. ל 1 Reg. 8, 12.; c) *praedicavit, celebravit, cecinit* Ps. 40, 11. 145, 6. 11. Jes. 3, 10. sq. acc.; d) *vocavit, nominavit* Jes. 8, 12. לֹא תֹאמְרוּ קֶשֶׁר לְכֹל־אֲשֶׁר וגו *ne dicatis*, nominetis *conjurationem omne id, quod* etc., sed v. infra *Niph.* — 2) adhibetur quoque de *sermone animi* sive *cogitatione: animo volvit, cogitavit*, vel addito בְּלִבּוֹ, בִּלְבָבוֹ Ps. 10, 6. 11, 13. Zeph. 1, 12. Eccles. 2, 13. (ubi seq. ea sententia, quam quis mente agitavit) Ps. 4, 5 (ubi ad praecedent. respicit), vel omissis his vocc. Gen. 26, 9. Exod. 2, 14. (ubi sequitur sententia ipsa) Exod. 2, 14. 2 Sam. 21, 16. 2 Chron. 13, 8. (ubi sq. infin. c. ל: *cogitavit aliquid facere, meditatus est aliquid*). Simil. arab. قَالَ فِي قَلْبِهِ et قَالَ فِي نَفْسِهِ et *φημὶ* Iliad. 1, 187. 15, 167. v. Schaefer. Melet. p. 136. (*λέγειν ἐν ἑαυτῷ* Mt. 3, 9. Luc. 7, 29.). Sed אֲמַר לְלִבּוֹ Hos. 7, 2. videtur potius significare: *zu seinem Herzen sprechen* h. e. *beherzigen*.

Infin. absol. אָמֹר Exod. 21, 5. Jud. 15, 2., constr. אֲמֹר Prov. 25, 7. et אֱמֹר Ezech. 25, 8., cum praefixis בֶּאֱמֹר Deut. 4, 10. Ps. 42, 4., כֶּאֱמֹר Jos. 6, 8. sed cum לֶאֱמֹר: (qui inf. sexcenties praemittitur orationi directae, ut sit: *his verbis*, hoc modo) Gen. 1, 22. Exod. 1, 22.; cum affixis אֲמָרַי Jos. 6, 10., אֲמָרָם Jer. 23, 37., sed cum praefixo בֶּאֱמָרָם Malach. 1, 7. 12., imper. אֱמֹר Gen. 45, 17. Fut. יֹאמַר et יֹאמֵר, c. vau convers. וַיֹּאמֶר sexcenties; 1. p. sing. אֹמַר Gen. 24, 14., 2. p. תֹּמְרוּ sine א 2 Sam. 19, 14, 3. f. תֹּאמַרְנָה Exod. 1, 19. 2, 19.

Niph. 1) *dictus est* Dan. 8, 26., sq. ל pers. (*de* al.) Num. 23, 23.; impers. נֶאֱמַר a) *dicitur, dici solet, in proverbio est* Gen. 10, 9. 22, 14. 1 Sam. 24, 14., et, ubi loci ex auctoribus afferuntur, *dicitur* (*legitur, scriptum est*, graec. *φησί*) Num. 21, 14. 27.; b) sq. ל pers. *dicetur alicui* (nomen) h. e. *nominabitur* Jes. 4, 3. 19, 18. 61, 6.

Hiph. הֶאֱמִיר Deut. 16, 17. 18. *dicere* (spondere) *fecit*. Ita praeeunte Buxtorfio, Michaelis. Alii, ut Ludolfus, Rosenm. Gesenius (L. p. 244.) *serio affirmavit, asseveravit*. Sed ea vis non inest in hoc declinatu. — Hithpah. Ps. 94, 4. semet ipsum praedicavit (v. Kal 1. c.), *gloriatus est*, vel (auctore Schultensio): *dominatus est, dominum se gessit* coll. arab. v.

אֲמַר *chald.* 1) *dixit*, additis vel *iis* verbis, quae quis dixerit Dan. 2, 24. 5, 10. *aut scripserit Dan.* 7, 2., vel acc. rei Dan. 4, 4. 7. vel *integra sententia Esr.* 5, 4. *Ad aliq. dicere* constr. c. ל Dan. 2, 5. 3, 9. *Infin. לְמֵמַר orationi rectae praemissus Esr.* 5, 11. *his verbis, hoc modo.* 2) *jussit* sq. infin. c. ל Dan. 2, 12. 46. 4. 23. 6, 24. — Praet. foem. אֲמָרַת (pro אֲמַרַת) Dan. 5, 10., 1. p. אֲמָרַת Dan. 4, 5., plur. אֲמָרוּ Dan. 4, 23., partic. אָמַר Dan. 2, 5., imper. אֱמַר Dan. 2, 4., plur. אֱמָרוּ Dan. 2, 9., fut. יֵאמַר Dan. 2, 7. etc.

אֹמֶר m. 1) *verbum, dictum* Job. 9, 27. Ps. 19, 3. 4., *decretum* Hab. 3, 9. (v. Rosenm. ad h. l.), it. *carmen* epinicium Ps. 68, 12. 2) *res* (ut דָּבָר) Job. 22, 28., consentiente arab. أَمْر *res, negotium, status*.

אֵמֶר m. voc. poet. *verbum* Deut. 32, 1. Prov. 17, 27. 19, 7., max. Dei Num. 24, 4. 16.; נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors ejus a Deo dicta, promissa* Job. 20, 29.; אִמְרֵי אֱמֶת Prov. 22, 21., א׳ יֹשֶׁר Job. 6, 25., א׳ בִּינָה Prov. 1, 2., א׳ דַּעַת 19, 27., א׳ שֶׁקֶר Jes. 32, 7., א׳ נֹעַם Prov. 15, 26. etc. De loco Gen. 49, 21. נַפְתָּלִי אַיָּלָה שְׁלֻחָה הַנֹּתֵן אִמְרֵי שָׁפֶר mirifice dissentiunt interpretes. Vulgo sic vertunt: *Naphtali --- edit verba pulcra* (נֹתֵן enim spectat ad Naphtali, non ad אילה), quod de facundia et lepore, qui in Naphtalitis fuerit, dictum putant. Alii אִמְרֵי a chald. אִמַּר *agnus* repetunt, hoc sensu: *edit agnos* i. e. *pullos pulcros* (bellos). Denique post Bochartum (in Hieroz. I, p. 895.) fuerunt, qui pro אַיָּלָה legentes אֵילָה et אֲמָרֵי pro אִמְרֵי, totam sententiam ita explicarent: *N. est terebinthus patula, bonos ramos emittens* cf. Herder. *Geist d. ebr. Poes.* II, p. 191. Sed placet in prima ista interpretatione, quam nuper etiam Fridrichius et Staehelinus (Animadv. in Jac. vaticin. Basil. 1827. 4. p. 23.) secuti sunt, persistere.

אִמְרָה f. *verbum* Gen. 4, 20. Deut. 32, 2., unde in regim. אִמְרַת 2 Sam. 22, 31. Jes. 5, 24. Plur. אֲמָרוֹת *dicta, eloquia* Ps. 12, 7.

אֶמְרָה f. *id.* Thren. 2, 17.

אָמִיר m. *cacumen, vertex* arboris, *ramus elatior* Jes. 17, 6. 9. Origo incerta; possis *arboris summum culmen* (cum Lxx. ἐπ' ἄκρου μετεώρου) vertere, ex أَمِيرٌ *dux, princeps* (v. rad. sub Hithpah.), facili transitu ad *id quod aliis supereminet.* Cf. فرع *in summo fuit,* it. *ramos emisit* arbor et قَرْعٌ *vertex rei, princeps* populi, *ramus* arboris.

מַאֲמָר m. *edictum, mandatum* Esth. 1, 15. 2, 20. 9, 32.; syr. ܡܐܡܪܐ et arab. مَأْمُورٌ *id.*

מֵאמַר m. chald. *id.* Dan. 4, 14. Esr. 6, 9.

אִמַּר m. chald. *agnus,* a *foecunditate,* ut hebr. צֹאן, coll. rad. arab. أَمَرَ *multiplicavit,* it. *multiplicatus est.* Plur. אִמְּרִין Esr. 6, 9. 17. 7, 17.

אֱמֹרִי nom. propr. populi cananitici, qui cis Jordanem in tractu Judaeae montano (Gen. 14, 7. 13. Num. 13, 29. Jos. 11, 3.) et ultra (Gen. 48, 22. Jud. 1, 34 sqq.) ultimis jam temporibus sedem habuit, postea trajecto Jordane bellum intulit Moabitis et Ammonitis, iisque devictis quidquid terrarum erat inter fluvios Jabok et Arnon occupavit Num. 21, 27 sqq. 32, 33. Deut. 4, 46. 31, 4. Jos. 9, 10. Cf. Bocharti *Phaleg* c. 36. p. 345. Michaelis *Spicileg.* T. II, p. 19. 20. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 255 sqq.

אַמְרָפֶל nom. propr. regis sinearitici Gen. 14, 1. 9. Vid. quae de hoc nom. non satis probabiliter disputavit Simonis in Onom. p. 438.

אֶמֶשׁ m. 1) *heri* 2 Reg. 9, 26., spec. *nocte praeterita* Gen. 19, 34. 31, 29. 42. (arab. أَمْسِ مَسًا *heri vesperi*). Adde Job. 30, 3. אֶמֶשׁ שׁוֹאָה

(q. d. *das Gestern der Verwüstung*) *vastitas*, quae jam *heri* (jam pridem) erat, *pristina;* alii vertunt: *ager desolationis*, coll. syr. ܐܡܫܐ *ager* ap. Schindler. in *Lex.* Sed hujus voc. nuspiam est vestigium. Alii sic explicant: *tenebrae desolationis.* Illud tamen, quod supra posuimus, utpote simplicius, praestare videtur.

אֱמֶת vid. supra sub rad. אמן.

אַמְתַּחַת v. sub rad. מתח.

אָן et אָנָה, אָנָה vid. supra sub אֵי.

אֲנָא et אֲנָה pronom. *personale* chald. 1 pers. sing. com. *ego* Esr. 6, 12. Dan. 4, 1. 6. etc., quod persaepe additur participiis, ut יָדַע אֲנָא *sciens ego* (sum) h. e. *scio* Dan. 2, 8. 23. 3, 25. Pleonasmi speciem habent רוּחִי אֲנָא Dan. 7, 5., מִנִּי אֲנָא Esr. 7, 21., sed v. Winer. Gramm. chald. p. 91. Plur. אֲנַחְנָא et אֲנַחְנָה Esr. 5, 11., copul. c. particip. plur. Dan. 3, 16. 17.

אָנָּא (cum gemino accentu, ut alia composita, unde legendum *anna*, non *onna*) particula *precandi*, quae conflata videtur ex אָהּ *ah!* et נָא *quaeso*, q. d. *ah quaeso!* Gen. 50, 17. Exod. 32, 31. Ps. 118, 25. Dan. 9, 4. Neh. 1, 5. 11. Scribitur quoque אָנָּה 2 Reg. 20, 3. Jes. 38, 3. Jon. 1, 14. 4, 2. Ps. 116, 4. 16.

אָנָה Duplex radix est: I) *moeruit, luxit* (quae significatio ab אנן petita est) Jes. 3, 26. 19, 8. — II) *praesens fuit* vel *factus est, adfuit opportuno tempore, accessit*, arab. أَنَى *appropinquavit, advenit.* Hinc Pih. אִנָּה *advenire* s. *obvenire fecit, objecit* Exod. 21, 13. Pyh. *objici, obtingere* Prov. 12, 21. Ps. 91, 10. — Hithpah. part. מִתְאַנֶּה *se ipsum objiciens* vel *ingerens* (vulgo *occasionem quaerens*) 2 Reg. 5, 7. (Cet. v. sub אֲנִי).

אֲנִיָּה f. *moeror, luctus* Jes. 29, 2. Thren. 2, 5. Simil. ܐܢܝܬܐ *tristitia, luctus* (Prov. 14, 3.), أَنِيَّة *moestitia.*

תַּאֲנִיָּה f. *moeror, luctus* Jes. 29, 2. Thren. 2, 5.

אֳנִי com. *navis* Jes. 33, 21. (ubi אֳנִי שַׁיִט *navis remi* est navigium, quod remis agitur, navis parva), collect. *classis* navium 1 Reg. 9, 26. 27. 10, 11. 22. — Arab. إِنَاءٌ σκεῦος, *vas, receptaculum*, a notione *vasis* fortasse *navis* appellata ob cavitatem, qua res impositas *continet* (arab. أَنَى IV. *retinuit, detinuit*, fort. etiam *continuit*).

אֳנִיָּה f. *navis* Prov. 30, 19. Jon. 1, 3. 4. 5. Plur. אֳנִיּוֹת Gen. 49, 13. Deut. 28, 68. Sed 2 Chron. 8, 18. Cthib habet אוֹנִיּוֹת, forma participiali, ut הוֹמִיָּה, פּוֹרִיָּה etc. Cum affixo אֳנִיּוֹתֵיהֶם Ezech. 27, 29.

תַּאֲנָה f. *occursus* (de libidine venerea) Jer. 2, 24.

תֹּאֲנָה f. (pro תָּאֳנָה, sicut in verbis הֹעֲלָה pro הָעֳלָה, זֹעֲמָה pro זָעֳמָה etc.) *occasio* semet offerens, *opportunitas* Jud. 14, 4.

אֲנָה vid. supra אֲנָא.

אֲנוּ vid. sub אָנֹכִי.

אִנּוּן m. et אִנֵּין f. chald. pron. plur. *hi, hae* Dan. 2, 44. 7, 17., ap. paraphrast. הִנּוּן et הִנֵּין, ut syr. ܗܢܘܢ et ܗܢܝܢ.

אָנַח *gemuit, suspiravit,* in Kal non occurrit, Niph נֶאֱנַח Thren. 1, 21. Prov. 29, 2. Joel. 1, 18., sq. עַל caussae Ezech. 21, 12. (9, 4.), sq. מִן Exod. 2, 23. Praet. 3. foem. נֶאֶנְחָה Thren. 1, 8., plur. נֶאֶנְחוּ Jes. 24, 7., fut. יֵאָנַח Ezech. 21, 11. [Convenit انح *anhelavit, vehementius spiritum duxit,* cum affini ὀνοματοπεποιημένῳ نحّ et نحنح *anhelare, suspirare,* aram. אִתְאַנַּח et ܐܬܬܢܚ *ingemuit, suspiravit,* sam. אלח *gemuit*].

אֲנָחָה f. *gemitus, suspirium* Ps. 31, 11. Jes. 21, 2 (ad quem loc. v. Gesen.) 35, 10. 51, 11. (Chald. אַנְחָא et syr. ܬܢܚܬܐ *id.*). Cum affixis אַנְחָתִי Ps. 6, 7. Job. 3, 23. Plur. cum affixo אַנְחוֹתַי Thren. 1, 22.

אֲנִי v. sub אָנֹכִי.

אֲנָךְ m. *plumbum* (أَنَكٌ et ܐܢܟܐ *id.*). Sed sumitur meton. pro *libella* sive *perpendiculo plumbeo* Am. 7, 7. 8. Interpretes graeci Lxx. et Symmachus per *adamantem* reddunt, quod defendit Reinesius *Var. Lect.* L. II. c. 7. indeque tum adamantis *anachitae* apud Plin. L. XXXVII. c. 4. tum *onychis* nomen derivat vid. Braun. *de vest. Sacerd.* lib. 2. p. 542.

אָנֹכִי (phoen. אנכ v. Gesen. L. p. 200.) et contr. אֲנִי (max. in libris recentt.) pron. pers. 1. pers. sing. com. (arab. أَنَا, aeth. ኧነ:) ego Gen. 9, 12. Exod. 6, 2. 3, 6. Jud. 17, 9. Levit. 11, 44., in pausa אָנֹכִי et אֲנִי Gen. 27, 24. Exod. 22, 26. etc. Ubi cum participiis copulatur, includit verbi subst. notionem, ut אֲנִי רֹאֶה *videns ego* sum i. e. *video* 2 Reg. 9, 17. Thren. 1, 16. Ps. 27, 3. Jud. 17, 9. Gen. 16, 8. 37, 16.; דָּן אָנֹכִי *judicaturus sum ego* Gen. 15, 14. 30, 1. Levit. 14, 34. De locis Prov. 23, 15. לִבִּי גַּם אֲנִי, Zach. 7, 5. צִמְּתֻנִי אֲנִי etc. v. Gesen. L. p. 727. Ewald. Gr. p. 637. — Plur. אֲנַחְנוּ Jos. 2, 17. Num. 9, 7., rarius נַחְנוּ Gen. 42, 11. Num. 32, 32. Thren. 3, 42., semel אֲנוּ Jer. 42, 6. (sec. Cthib.): *nos.* Copul. cum particip. אֲנַחְנוּ יְרֵאִים *timemus nos* 1 Sam. 23, 3., מַשְׁחִיתִים אֲנַחְנוּ *perdituri sumus* Gen. 19, 13. Deut. 1, 28.

אָנַן *gemuit, moeruit* (arab. أَنَّ *gemuit,* chald. אֲנַן *moestus fuit, planxit ob mortuum*), refertur ex opinione Judaeorum ad luctum internum, ut אבל ad luctum externum v. *Mischn. Sanhedrin* c. 6. §. 6. In Kal inusit., Hithpah. הִתְאוֹנֵן *id.* Thren. 3, 39. Num. 11, 1.

אָנַס gener. *molestiam fecit* sive *negotium facessivit,* spec. premendo et cogendo, hinc *coëgit, adegit* Esth. 1, 8. (ܐܬܢܣܝ *coactus, adactus est,* Pahel *violentiam adhibuit* etc.). Cf. Hartmann. Einl. p. 215.

אֲנַס chald. *negotium facessivit* (scil. difficultate sua) Dan. 4, 6.

אָנַף *spiravit*, metaphorice *iratus fuit* (*spirando* enim fumandoque generosa quaedam animalia *iram* declarant) Ps. 60, 3. 5., sq. בְּ ejus, cui succenses Jes. 12, 1. Esr. 9, 14. Fut. יֶאֱנַף Ps. 2, 12. — Hithpah. הִתְאַנֵּף *iratum se exhibuit*, german. *sich erzürnen*, Deut. 1, 37. 9, 8. 20. 1 Reg. 11, 9.

אַף (per syncopen pro אַנְף, אָנְף): 1) *nasus* (a *spirando*) Num. 11, 20. Job. 4, 9. Ps. 10, 4., גְּבַהּ אַף *nasi altitudo* h. e. fastus, insolentia Ps. 10, 4. cf. arab. سمي الانف *elatus naso*. 2) *ira* Gen. 27, 45. Exod. 4, 14. Num. 11, 10. etc. (uti *stomachus* Latinis *indignationem* notat, Martialis vero 6, 64. *fumantem nasum ursi* dixit). Cum affixo אַפִּי Exod. 22, 23. Deut. 31, 17. Cf. radd. חרה, עלה, חטם, שוב et שלח. — Dual. אַפַּיִם a) ambae *nares* Gen. 2, 7. 7, 22. Exod. 15, 8. Prov. 30, 33. etc., per synecdochen *os*, *facies* Gen. 3, 19. 19, 1. 42, 6. 48, 12. 1 Sam. 24, 8. etc. (syr. ܐܦ *vultus*), hinc לְאַפַּי i. q. לְפָנַי 1 Sam. 25, 23.; etiam *bini homines* (*2 Personen*) 1 Sam. 1, 5. מָנָה אֶחָת אַפַּיִם *portio una binis* (ut Helvetii: *die Larve* d. h. *Person zahlt* etc., add. graec. πρόςωπον). b) *ira* Dan. 11, 20., unde אֶרֶךְ אַפַּיִם *tardus ad iram* Exod. 34, 6. Num. 14, 18., קְצַר אַפַּיִם *praeceps ad iram* Prov. 14, 17.

אַנְף chald., unde dual. אַנְפִּין ambae *nares*, per synecdochen *facies*, *os* Dan. 2, 46. 3, 19.

אַנָּפָה f. nomen avis ab *iracundia* dictae Levit. 11, 19. Deut. 14, 18. vulgo *ardea*, Lxx. χαράδριος, Bochartо *aquilae* species, arab. نَسْر similiter ab *iracundia*, Graecis voce cognata ἀνόπαια apud Hom.

אָנַק *ingemuit* vehementius, *suspiria duxit* (chald. et syr. ܐܢܩ *id.*). Est ὀνοματοπεποιημένον, paullo fortius quam אָנָה (ut ק littera fortior est quam ה). Bis occurrit, infin. אָנֹק Ezech. 26, 15., fut. יֶאֱנַק Jer. 51, 52. — Niph. נֶאֱנַק *id.* (v. Ewald. Gr. p. 192.) Ezech. 9, 4. 24, 17.

אֲנָקָה f. 1) *gemitus*, *suspirium* Mal. 2, 13., in regim. אַנְקַת Ps. 12, 6. 79, 11. 102, 21. — 2) lacertae species Levit. 11, 30., a clamore *gemebundo* v. Bochart. Hieroz. I, 4, 2. cf. Targ. Esth. 1, 2.

אָנַשׁ *graviter aeger* vel *infirmus fuit* sive corpore sive animo (syr. ܐܢܫ, cf. etiam Schultens. in *Clave dialect.* p. 257.). Part. Pahul אָנוּשׁ *aeger*, transl. a) de vulnere: *aegre curabilis* vel *insanabilis* Jes. 15, 18. Mich. 1, 9. Job. 34, 6.; b) de dolore: *gravis*, *improbus* Jes. 17, 11. Jer. 30, 15.; c) de die: *funestus* Jer. 17, 16.; d) de animo: *malignus*, *perditus* Jer. 17, 9. [Fut. אֲנוּשֶׁת Ps. 69, 21. ad נוּשׁ pertinet]. — Niph. *morbo gravi* (insanabili) *affectus est* 2 Sam. 12, 15.

אֱנוֹשׁ m. *homo* (a *debilitate* dictus), *mortalis* vocab. mere poeticum (hinc etiam in precibus ad Deum factis 2 Chron. 14, 11.) Ps. 8, 5. Job. 5, 17. 25, 4., saepe collect. Deut. 32, 26. Ps. 104, 15. Job. 9, 2. etc. In deterius dict. a) pro homine maligno Ps. 9, 20. 56, 2. 66, 12.

b) pro hom. de plebe (ut syr. ܐܢܫ), hinc אֱנוֹשׁ דֶּרֶךְ *scriptura vulgaris* h. e. quam nemo non, quam plebeji etiam ac rudes homines legere possunt Jes. 8, 1. ubi v. Gesen. Contra *humanitatis* (opp. duritiae et crudelitati) notio admixta est 2 Sam. 7, 14. — Plur. אֲנָשִׁים, in regim. אַנְשֵׁי (in pedestri oratione) *homines* Gen. 32, 29. 1 Sam. 2, 26. Num. 16, 26., it. *viri* (pro אִישִׁים) Ger. 18, 2. 19, 10. Exod. 2, 13. 21, 22. rel. Cum aliis nominibus constructum exprimit concreta denominativa et possessiva, ut *viri nominis* i. e. *celebres* Gen. 6, 4., *viri domus ejus* h. e. *domestici ejus* Gen. 17, 27., *viri navium* h. e. *nautae* 1 Reg. 9, 27., *viri belli* h. e. *bellatores* sive *bellici* 1 Reg. 9, 22. Jes. 38, 5. Joël 2, 7., *viri foederis* h. e. *confoederati* Obad. 7., *viri Bethlehemi* h. e. *Bethlehemitae* Neh. 7, 26. (v. sub אִישׁ) etc. Cum affixis אֲנָשֶׁיךָ Jud. 8, 15., אֲנָשֵׁיהֶם 2 Reg. 25, 23. 24. Jer. 18, 21.

אִשָּׁה f. (pro אֲנְשָׁה, unde aeth. ሰብእ) *femina*, et hominis Gen. 2, 22. 3, 1. Levit. 15, 19. Num. 5, 6. etc. et brutorum Gen. 2, 23.; saepe *uxor* Gen. 21, 21. Exod. 19, 15. Jud. 15, 16. Gen. 2, 23. 12, 11. Exod. 2, 7. Distributive legitur pro: *quaeque* Exod. 3, 22. Ruth. 1, 8. 9. Am. 4, 3., copul. cum אַחוֹת vel רֵעוּת pro: *altera* Jes. 34, 15. 16. Exod. 26, 3. 17. Zach. 11, 9., denique per appositionem jungitur variis nominibus, ut אִשָּׁה יִשְׂרְאֵלִית Levit. 24, 10., אִשָּׁה זוֹנָה Jos. 2, 1., אִשָּׁה גִּבֹּרָה Jud. 4, 4., אִשָּׁה פִּילֶגֶשׁ Jud. 19, 1., אִשָּׁה אַלְמָנָה 1 Reg. 7, 14. — Cet. non occurrit, nisi in statu absoluto; pro constructo sing. est אֵשֶׁת (forma segolata, v. sub אִישׁ). Plur. אִשּׁוֹת semel legitur, alibi נָשִׁים Gen. 4, 19. Levit. 26, 26. Deut. 17, 17. Num. 31, 35. Literam א amittit, ut ܐ in ܐܢܫ occultatur, Arabes tamen et Aethiopes retinent. In regim. נְשֵׁי Gen. 7, 13. Num. 31, 9., cum affixis נָשֶׁיהָ Num. 14, 3. Jer. 35, 8., נְשֵׁיהֶם Gen. 34, 29. Num. 16, 27.

אֱנָשׁ m. chald. *homo* Dan. 2, 10. 3, 10. 5, 5. 7. 6, 8. 13. Esr. 4, 11. 6, 11. etc., emphat. אֱנָשָׁא Dan. 5, 21. 7, 8. et אֱנָשָׁא Dan. 2, 38. 43. 4, 22. 30., nec non אֲנוֹשָׁא (tanquam ab אֲנוֹשׁ) sec. Cthib Dan. 4, 13., sed Kri habet אֱנָשָׁא; בַּר אֱנָשׁ Dan. 7, 13. de Messia, ut in N. T. ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. — Plur. אֱנָשִׁים (forma hebr.) Dan. 4, 14.

אַנְתָּה pronomen *personale* chald. 2. pers. sing. masc. *tu* Dan. 2, 29. 31. 37. 38. 3, 10. 4, 15. 5, 13. 18. 22. 23. 6, 17. 21., secundum litteras legendum אַנְתָּה, sec. puncta autem אַנְתְּ, conf. infra אַתְּ.

אָסָא nom. propr. regis Judaeor. (955—914. a. Chr.) 1 Reg. 15, 8 sqq. 16, 8. 10. 15. 22, 41. 43. Jer. 41, 9., cf. chald. אָסָא *sanavit*.

אסה radix Hebraeis inusit. coll. arab. آذى *laesus fuit, damnum percepit*, et transitive: *noxa affecit, laesit*. Unde

אָסוֹן m. *malum, damnum, injuria* alicui illata Gen. 42, 4. 38. 44, 29. Exod. 21, 22. 23., ut arab. أَذًى.

אָסוּךְ v. sub rad. סוך.

אָסָם m., plur. אֲסָמִים Deut. 28, 8. Prov. 3, 10. *horrea, promtuaria,*

Lxx. ταμεῖα (a rad. deperdita; conferas ܐܣܰܢ *coacervavit, reposuit*, unde ܐܣܳܢܳܐ et ܐܣܳܢܳܘܬܳܐ *coacervatio, commeatus*, chald. אִסְנַיָּא *granaria, horrea*; saepe מ et נ permutantur; alii referunt ad rad. שׂוּם, شام). Ceterum istis in locis dici potissimum videntur *cellae* sive *scrobes subterraneae* (*Vorrathsgruben*), quarum ori imponitur lapis, lapidi terra, ut distingui a reliqua humo nequeant, utque hac ratione fruges tutae praestentur a furibus (cf. Plinius in *hist. nat.* lib. 18. c. 30. Harmari *observatt. de Oriente* T. II, p. 459 sqq. vers. germ. et ad h. l. Faber.

אָסְנַת nom. propr. uxoris Josephi patriarchae Gen. 41, 45. 46, 20. Videtur esse coptic. voc., et Jablonskio quidem (in Panth. Aeg. I, p. 56.) auctore CEXE-NEIT i. e. *Minervae cultrix*.

אָסַף gener. est: aliquid ad se traxit vel adduxit, hinc pro locorum varietate: a) *retraxit, recepit* (quod emiserat, *zurückziehen*), ut spiritum Job. 34, 14., pedem Gen. 49, 33., manum (atque adeo *abstraxit*) 1 Sam. 14, 20., hinc *abstulit* (propr. quod in aliquem contulerat) sive boni quid sive molesti Gen. 30, 23. Ps. 26, 9. 104, 29. Jes. 4, 1., *removit, sustulit e medio* 1 Sam. 15, 6. Ezech. 34, 29., *delevit, exstinxit* Ps. 85, 14. Poet. dicta sunt Joel. 2, 10: *stellae* אָסְפוּ נָגְהָם *recipiunt splendorem suum* i. e. obscurantur. — b) *recepit* in hospitium et tutelam Deut. 22, 2. Jos. 20, 4. Jud. 19, 15. 2 Sam. 12, 27. coll. Ps. 27, 10. Singularis locutio est אָסַף מִצָּרַעַת *a lepra* liberatum *recipere aliquem* h. e. hominum societati, unde exire jussus fuerat, reddere 2 Reg. 5, 3. 6, 7. coll. Num. 12, 15. — c) *collegit* (ut chald. אֲסַף) dispersa, Gen. 6, 21. Mich. 2, 12., ut spicas et fruges Ruth. 2, 7. Jes. 17, 5. Deut. 11, 14., gregem Gen. 29, 2., praedam Jes. 32, 4., thesauros Eccles. 2, 26., exercitum 1 Sam. 17, 1. 2 Sam. 12, 8., congregavit Exod. 3, 16. Singulare est: Jes. 58, 8. כְּבוֹד יְהוָֹה יַאַסְפֶךָ *gloria Jovae claudet* (q. d. colliget, coget) *agmen tuum*. — Praet. 2. sing. cum affixo וַאֲסַפְתּוֹ Deut. 22, 2. 2 Reg. 5, 6. (v. Gesen. L. p. 346.), part. praes. cum affixis אֹסִפְךָ 2 Reg. 22, 20., אֹסְפָם Ps. 39, 7., infin. absol. אָסֹף Jer. 8, 13., construct. אֱסֹף Jes. 10, 14., cum affixo אָסְפְּךָ Exod. 23, 16., imper. אֱסֹף, cum ה parag. אֶסְפָה Num. 11, 16., fut. יֶאֱסֹף, c. affixo יַאַסְפֵנִי Ps. 27, 10., 1. p. אֶאֱסֹף et cum א quiesc. אֹסַף, unde c. he parag. אֹסְפָה Mich. 4, 6.

Niph. נֶאֱסַף 1) *retraxit, recepit se* ipsum (*sich zurückziehen*) Ps. 104, 22. Jer. 47, 6. חֶרֶב הֵאָסְפִי אֶל־תַּעְרֵךְ *gladie retrahe, recipe te in vaginam tuam*, Jes. 6, 20. וִירֵחַ לֹא יֵאָסֵף *luna non recipiet se* q. in cubile suum h. e. *non occidet* amplius; *retractus* atque adeo *ablatus est* Jes. 16, 10. Jer. 48, 33., hinc *deletus, sublatus* e medio *est* Hos. 4, 3. 2) *receptus est* Num. 12, 14. i. e. societati hom. restitutus est, quippe lepra liberatus v. Kal sub b. 3) *collectus est, collegit se, congregatus est* Ezech. 29, 5. Levit. 26, 25. 1 Sam. 13, 5. 2 Sam. 17, 11., *coactus est* (grex) Gen. 29, 7. Crebro legitur: *ad patres suos colligi* Jud. 2, 10., s. *ad populum suum* (populos s.) *colligi* Gen. 25, 8. 49, 29. 33. Num. 27, 13., s. *colligi* simpl. Num. 20, 26. Jes. 57, 1. h. e. *mori*, sepeliri; quae formula vel, ut Clericus vult, ab ea opinione du-

cta est, qua credebant unamquamque nationem et familiam in orco seorsum ab aliis sedem habere, ubi nepotes ad majores congregentur, sive, quod praestat, inde proficiscitur, quod singulae gentes familiaeque sepulcra sibi peculiaria habebant (unde Jer. 8, 2. 25, 33. c. verbo נִקְבַּר jungitur). — Praeter. plur. נֶאֶסְפּוּ 1 Sam. 13, 5., infin. absol. הֵאָסֹף 2 Sam. 17, 11.

Pih. 1) *recepit* in hospitium Jud. 19, 18. 2) *collegit* Jer. 9, 21. 3) *agmen clausit* Num. 10, 25. Jos. 6, 9. 13. Jes. 52, 12. (v. Kal sub c.). — Pyh. *colligi* Ezech. 38, 12. Jes. 33, 4. Zach. 14, 14., *congregari* Jes. 24, 22. Hos. 10, 10. — Hithpah. הִתְאַסֵּף *congregare se* Deut. 33, 5.

אָסָף m. nom. propr. 1) Levitae cujusdam, poëtae et musici (regnante Davide) 1 Chron. 6, 24. 15, 17. 2 Chron. 29, 30. etc., cui tanquam auctori tribuuntur Pss. 50. 73. 74. 77. 79. 80—83. 2) aliorum 2 Reg. 18, 18. 37. Jes. 36, 3. Neh. 2, 8.

אֹסֶף m. *collectio* frugum, *messis* Jes. 32, 10. Mich. 7, 1. Locustis tribuitur Jes. 33, 4.

אָסִיף m. *messis (perceptio) pomorum* Exod. 23, 16. 34, 22.

אֲסֻפִּים plur. m. 1) *collectiones*, hinc בֵּית א׳ *cellae* (promtuaria) templi Hieros. 1 Chron. 26, 15. 2) *cellae, apothecae* 1 Chron. 26, 17. Neh. 12, 25.

אֲסֻפּוֹת plur. foem. Eccles. 12, 11. בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת vulgo *domini* h. e. *sodales societatum*, sed vid. sub בַּעַל.

אֲסֵפָה f. *congregatio* Jes. 24, 22.

אֲסַפְסֻף m. *turba* ex variis hominum generibus *collecta, colluvies* (עֵרֶב רַב Exod. 12, 38.). Cum articulo הָאסַפְסֻף Syrorum more Num. 11, 4.

אָסְפַּרְנָא chald. *perite, diligenter* Esr. 5, 8. 6, 8. 12. 13. 7, 17. 21. 26. Bohlenius (Symb. p. 21.) confert pers. ازفرفان h. e. *sapienter, diligenter*. Peregrinum esse, vel ipse accentus in penultima arguit, cum voces chaldaicae in נא cadentes eundem habeant in ultima.

אָסַר 1) *ligavit* (aram. arab. aethiop. *id.*) Ps. 118, 27. Job. 12, 18., sq. לְ *alligavit* Gen. 49, 11. אֹסְרִי לַגֶּפֶן עִירֹה *viti alligat asini pullum*, coll. 2 Reg. 7, 10., hinc 1 Sam. 6, 7. אָסַר פָּרוֹת בָּעֲגָלָה *vaccas alligare, jungere currui* Jer. 46, 4., etiam absol. (ut nostr. *anspannen*) 1 Reg. 18, 44. vel אָסַר הַמַּרְכֹּבֶת *currum jungere* (equis, juvencis etc.) Gen. 46, 29. Exod. 14, 6. Trop. a) אָסַר, אִסַּר עַל־נַפְשׁוֹ *alligare animae suae ligamen* h. e. votum, quo tibimetipsi aliqua re interdicis, suscipere, voto ejusm. sese obstringere Num. 30, 3 sqq. (hinc chald. אֲסַר *vetuit, prohibuit*); b) אָסַר מִלְחָמָה *ligare, nectere certamen, proelium* h. e. incipere (fere ut nostrates dicunt: *mit jem. anbinden*) 1 Reg. 20, 14. 2 Chron. 13, 3. (coll. arab. أسر *caussam quaesivit praetenditque*). — 2) *vinxit*, catenis vel funibus ligavit aliquem Gen. 42, 25. Jud. 15, 10. 12. 13. 16, 5. 6. 7. 21. Ps. 105, 22. 149, 8. Ezech. 3, 25., it. *in car-*

cerem conjecit (arab. أسر *in bello cepit, captivum abduxit*) 2 Reg. 17, 4. 23, 33., hinc אָסוּר *vinctus, captivus* Gen. 40, 3. 5. 39, 20. Trop. Cant. 7, 6. מֶלֶךְ אָסוּר בָּרְהָטִים *rex vinctus* (captus) *cincinnis puellae*. — Part. pahul plur. אֲסוּרִים Neh. 4, 12., cum articulo, א per syncopen excluso, הָסוּרִים Eccles. 4, 14. [quod quo minus sit a rad. inus. חסר, arab. هشر, obstat kamez immutabile sub ה]; infin. absol. אָסוֹר Jud. 15, 13., infin. constr. cum ל, לֶאֱסֹר Jud. 15, 10. et לֶאְסֹר Num. 30, 3., cum affixis אֱסָרְךָ Jud. 15, 12., אָסְרָם Hos. 10, 10., imper. אֱסֹר 1 Reg. 18, 44., plur. אִסְרוּ Ps. 118, 27., fut. יֶאֱסֹר et יֶאְסֹר Exod. 14, 6., cum affixo וַיַּאַסְרֵהוּ Jer. 39, 7. — Niph. *vinciri* Jud. 16, 6. 13., *in carcerem conjici, captivum teneri* Gen. 42, 16. 19. (non legitur nisi imp. et fut.). — Pyh. *capi, captivum abduci* Jes. 22, 3.

אָסִיר m. *vinctus, captivus* Ps. 68, 7. 79, 11. 102, 21. 107, 10. Gen. 39, 22. Zach. 9, 11. أَسْرَى et أَسِيرٌ *id.*

אֲסוּר m. (ex syriasmo pro אֱסוּר) *vinculum;* unde *domus vinculi* i. e. *carcer* Jer. 37, 15. Plur. אֲסוּרִים Jud. 15, 14. Eccles. 7, 26.

אֱסוּר m. chald. *id.* Dan. 4, 12. 20., plur. אֱסוּרִין Esr. 7, 26.

אֱסָר m. *obligatio,* hinc *votum, quo quis sibi aliquid interdicit* (cf. נֶדֶר). Cum affixo אֱסָרָהּ Num. 30, 5. Plur. אֱסָרִים, cum affixo אֱסָרֶיהָ Num. 30, 6. 8. 15.

אֱסָר m. chald. *interdictum* Dan. 6, 8. 13. 16., emphat. אֱסָרָא Dan. 6, 9. 10. 14. (opp. מְתָר *solutum, licitum*).

אַסִּיר m. *vinctus, captivus* Jes. 10, 4. 24, 22. 42, 7.

אִסָּר m. *obligatio,* metaphorice *votum quo quis sibi aliquid interdicit* Num. 30, 3. 4. 5. 11. 13. 14.

מוֹסֵר (pro מֹאסֵר) m. *vinculum.* Plur. מוֹסְרִים Ps. 116, 16., et מוֹסֵרוֹת Ps. 2, 3. 107, 14.

מָסֹרֶת f. (contracte pro מַאֲסֹרֶת) *id.* Ezech. 20, 37.

אֵסַר־חַדּוֹן nom. regis Assyriae, qui Sanheribo patri successit 2 Reg. 19, 37. Jes. 37, 38. (Esr. 4, 2.); Σαχέρδων Tob. 1, 21. *Asaradin* ap. Ptolem., *Asordan* ap. Berosum in Euseb. Chron. I, p. 42 sq. Propria vis vocab. latet, v. tamen Gesen. ad Jes. I, p. 977.

אֶסְתֵּר nomen Hadassae, postquam Persarum regina facta erat Esth. 8, 10. 11. adeoque persicum, fortasse ستارة stella (ἀστήρ) *felicitas.* Qui *myrthum* interpretantur (הֲדַסָּה), videant, an vox آس Persiae indigena sit.

אָע m. chald. *lignum* Esr. 5, 8. 6, 4. 11., emphat. אָעָא Dan. 5, 4. 23. i. q. hebr. עֵץ, mutato ע in א (sicut in זְרָא *semen* ab hebr. זֶרַע, in צַלָּא *coriarius* pro צַלָּע), et צ in ע (sicut in יְעָא ab hebr. יָצָא, in אֲרַע *terra* ab hebr. אֶרֶץ, in בֵּיעָא *ovum* ab hebr. בֵּיצָה etc.).

אַף *nasus, ira* vid. supra sub rad. אנף.

אַף particula, quae augendae orationi inservit (*Steigerungspart.*): *etiam, adeo* אַף עַל־זֹאת פָּקַחְתָּ עֵינֶיךָ *in hunc* (talem) *adeo convertis oculos tuos* Job. 14, 3. 15, 4. Cant. 1, 16. (ubi fortius quid additur), adde Jol. 4, 19. (ubi Umbreit. bene vertit: *nun gar vollends*) et Prov. 22, 19., ubi verba הוֹדַעְתִּיךָ אַף אַתָּה sic transferas: *doceo te, te inquam; immo, immo potius* Ps. 55, 3.; sed paullatim de vi sua remisit haec vox, ita ut (ap. poet max.) ibi ponatur, ubi aliud ad aliud simpliciter adjicitur (synon. גַּם): *etiam, et* Deut. 15, 17. 2 Sam. 20, 14. Ps. 68, 9. Prov. 9, 2. Jes. 41, 10. Job. 36, 16. — אַף כִּי 1) *etiam cum* (quamvis) Neh. 9, 18. Ezech. 14, 21. 2) ellipt. a) *magis etiam* hoc verum est, ὅτι: Prov. 15, 11. *orcus et abyssus Deo nota sunt* אַף כִּי לִבּוֹת בְּנֵי אָדָם *magis etiam* verum est, *animos hominum* sc. notos esse Deo (Lxx. πῶς οὐχί); hinc est pro locorum diversitate vel: *quanto* (eo) *magis* 2 Sam. 4, 11. 1 Sam. 14, 30. vel: *quanto minus* 1 Reg. 8, 27. (Lxx. πλὴν καί) Ezech. 15, 5.; b) Gen. 3, 1. אַף כִּי אָמַר i. e. הַאַף Lxx. τί ὅτι εἶπεν; *ist's wirklich wahr, dass — itane verum est, eum dixisse?*

אַף chald. *etiam* Dan. 6, 23. Esr. 5, 10. 6, 5.

אָפַד *accingere, amicire* spec. amiculo pontificali (אֵפוֹד) sq. לְ pers. et בְּ vestimenti Exod. 29, 5. Levit. 8, 7. (in quo poster. loco fut. יֶאְפֹּד legitur).

אֵפוֹד m. (ex syriasmo pro אֵפוּד) *Ephod* i. e. *amiculum* a) summi pontificis, quod pectus et tergum tegebat, gemmis auroque distinctum Exod. 28, 4 sqq. Levit. 8, 7. 1 Sam. 2, 28. Hos. 3, 4. etc., quo indutus pontifex oracula divina captabat Num. 27, 21. (plura v. ap. Braunium *de vestitu sacerd.* lib. 2. c. 6. et in Wineri Lex. bibl. Tom. I, p. 296.); b) aliorum sacerdotum, ex lino confectum 1 Sam. 22, 18. coll. 2, 18. 2 Sam. 6, 14. Hinc נָשָׂא אֵפוֹד *gestare Ephod* est: munere sacerdot. vel pontif. fungi 1 Sam. 2, 28. 14, 3. 21, 9. — Tale Ephod interdum in superstitionem versum est, ut Jud. 8, 27. 17, 5., ubi alii putant, *simulacrum* quoddam significari; minus recte v. post Rosenm. ad Hos. 3, 4. inpr. Saalschuetzius in Illgenii Denkschrift. III, p. 36 sqq. Theilius im n. krit. Journ. V, p. 186 sq.

אַפֻּדָּה f. 1) *amictus, indutus* Exod. 28, 8. 39, 5. 2) *operimentum,* אַפֻּדַּת זָהָב *operim. aureum* h. e. aurum, quo simulacra Deorum obducta erant Jes. 30, 22.

אַפְדֹּן v. sub rad. פרן.

אָפָה *coxit* panem vel placentas Gen. 19, 3. Jes. 44, 15. 19. (chald. אֲפָא, syr. ܐܦܶ, arab. وفى). Part. praes. אֹפֶה substantive: *pistor* Gen. 40, 1. 5. 17. Hos. 7, 4. (ܐܦܳ), cum affixo אֹפֵיהֶם Hos. 7, 6. (pro אֹפֵיהֶם), plur. אֹפִים Gen. 40, 2. 17. 20. 22. Jer. 37, 21. Foem. plur. אֹפוֹת *pistrices* 1 Sam. 8, 13. Cet. adde hos verbi declinatus: imper. plur. אֲפוּ (ex syriasmo pro אַפּוּ) Exod. 16, 23., fut. foem. cum vau convers. et affixo וַתֶּאֱפֶהָ (pro וַתֶּאֱפֵהוּ) 1 Sam. 28, 24., plur. יֹאפוּ Ezech. 46, 20. — Niph. *coctus est* (panis etc.) Levit. 6, 10. 7, 9. 23, 17.

מַאֲפֶה m. *coctum,* in regim. מַאֲפֵה Levit. 2, 4.

תַּפְנִים v. sub rad. אפן.

אֶפּוֹא, rarius אֲפוֹ, videtur graeco οὖν vel δή respondere, max. post imperat. vel adverbia et pron. interrog. 2 Sam. 10, 10 דַּעְ אֶפּוֹא *γινώσκεις οὖν* (*δή*), Hos. 13, 10. אֵהִי מַלְכְּךָ אֶפּוֹא *ποῦ δή ὁ βασιλεύς σου*, Gen. 27, 37. אֶפּוֹא מָה אֶעֱשֶׂה בְנִי *τί οὖν* etc. Job. 24, 25. אֲפוֹ מִי *τίς οὖν* (*δή*). Adde Job. 9, 24. 17, 15. Exod. 33, 16. al.

אָפַל rad. Hebr. inusit., arab. أَفَلَ *occidit* sol, et أَفَلَ *ad occasum tendit* sidus; v. Schultens. ad Job. 3, 6. Inde sunt

אָפֵל m. *tenebricosus, caliginosus* Am. 5, 20.

אָפִיל m., fem. אֲפִילָה, *serotinus* Exod. 9, 32. (syr. ܐܦܝܠ) v. Fullerі *Miscell. sacra* lib. 3. c. 11., propr. *caliginosus*, hinc *serum diei* quo tenebrae oriuntur, hinc translatione facta id quod sero provenit.

אֹפֶל m. *caligo, tenebrae* Ps. 18, 12. Job. 3, 6. Jes. 29, 18. etc., trop. de *miseriis* Job. 23, 17. v. sub חָשֵׁךְ.

אֲפֵלָה f. *i.* Exod. 10, 22. Deut. 28, 29., trop. Jes. 8, 22. etc. Cum affixo אֲפֵלָתְךָ Jes. 58, 10., plur. אֲפֵלוֹת Jes. 59, 9. (trop. de miseriis).

מַאְפֶּלֶת m. *id.* Jos. 24, 7.

מַאֲפֵלָיָה m. *caligo Jovae* i. e. *caligo maxima* Jer. 2, 31. ex מַאְפֶּלֶת et nomine divino יָהּ; v. Rosenm. ad h. l.

אפן rad. inusit. I) i. q. פָּנָה *verti, volvi.* — II) i. q. arab. فَنَّ *divisit*, cogn. أَفَنَ *deminuit*, v. חֻפִּינִים.

אוֹפָן m. *rota* 1 Reg. 7, 32. Prov. 20, 25. Nah. 3, 2. (ubi quidam codices male habent אוֹפַן) Ezech. 1, 15. 16. 10, 10. In regim. אֹפַן Exod. 14, 25. Jes. 28, 27. Plur. אֹפַנִּים 1 Reg. 7, 32. 36. Ezech. 1, 17. 19. 22., in regim. אׇפַנֵּי 1 Reg. 7, 30., cum affixo אׇפַנֵּיהֶם Ezech. 10, 12.; יְדוֹת הָאֹפַנִּים *axes rotarum* 1 Reg. 7, 32.

אֹפֶן m., unde dual. אׇפְנַיִם; Prov. 25, 11. דָּבָר דָּבַר עַל אׇפְנָיו *verbum* dictum *opportuno tempore, opportune*, coll. arab. أَفَانٌ *tempus opportunum* (a *volvendo*?). All. *verbum ductum super rotis suis* (i. e. cito dictum cf. syr. ܓܠܓܠ), ita ut ad originem vocis דָּבָר alludatur. Artificiosius quam verius.

חֻפִּינִי (pro חֻאֲפִינִי) m. plur. Levit. 6, 14 (21) חֻפִּינֵי מִנְחָה פִּתִּים (offeras) *comminutia* (in frusta concisa) *oblationis comminutae* i. e. ad modum obl. comm., eodem quo haec modo comminuta. Ita Lxx. (in plurimis certe libris) Pseudojon. Sam. Saad. Syr., v. supra rad. n. 2. Alii vertunt: *coctiones*, tanq. ab אפה, non satis probabiliter.

אָפַס *desiit, finem habuit* Jes. 16, 4. 29, 20. Ps. 77, 9., *defecit* Gen. 47, 15. 16.

אֶפֶס m. 1) *finis, extremitas*, plur. אַפְסֵי [הָ]אָרֶץ *extremi fines*

terrae (terrarum) Ps. 2, 8. 59, 14. Jer. 16, 19. Jes. 45, 22. Zach. 9, 10. etc. Dual. אַפְסַיִם spec. *utraque* pedum *extremitas* i. e. *tali* Ezech. 47, 3. Sic Chald. Syr. Vulg. Alii, quibus nuper Rosenm. accessit, derivant ab aram. פַּס, quod de vola manuum et pedum dicitur, ita ut א sit prosthet. 2) *defectus* (*das Nicht vorhanden sein*), hinc בְּאֶפֶס sq. genit. *propter defectum, penuriam* rei (*beim Mangel an*) Prov. 14, 28. 26, 20., *sine* Job. 7, 6. Dan. 8, 25., עַד־אֶפֶס Jes. 5, 8. עַד־אֶפֶס מָקוֹם *usque dum non erit* amplius *spatium*. 3) *nullus, nihil est* (i. q. אֵין) Deut. 32, 36. Am. 6, 10. Jes. 46, 9. 2 Sam. 9, 3., *nihil, nullus* Jes. 34, 12. 45, 14., בְּאֶפֶס *um nichts, immerito* Jes. 52, 4., it. *non nisi* (tantummodo) Num. 22, 35. 23, 13. אֶפֶס קְצֵהוּ תִרְאֶה *non videbis nisi extremam ejus partem*, hinc: *praeter* Zeph. 2, 15. ubi אֶפְסִי *praeter me*; אֶפֶס כִּי *praeterquam quod* (*sed, veruntamen*) Num. 13, 28. Jud. 4, 9. Am. 9, 8.

אֶפֶס דַּמִּים 1 Sam. 17, 1. s. פַּס דַּמִּים 1 Chron. 11, 13. nom. propr. oppidi in trib. Jud.

אֶפֶס *nihil* Jes. 41, 24. i. q. אֶפֶס (cf. 40, 17. 41, 12. 29.), vel librariorum vitio, vel, ut plurimi volunt, ס mutato in ע v. Gesen. Commentar. ad h. l. Consent. Chald. Vulg. Saad.

אֶפְעֶה *vipera* vid. sub rad. פעה.

אפף *circumdedit, cinxit*, Lxx. περιέχειν. Praet. plur. אָפָפוּ Ps. 40, 13. (ad quem l. v. Michael. in Colleg. crit. p. 408.), cum affixo אֲפָפוּנִי 2 Sam. 22, 5. Ps. 18, 5. 116, 3. Jon. 2, 6. Sic veteres interpretes.

אפק *firmus, robustus, validus fuit* (arab. أَفَقَ *vicit, excelluit, praestitit* aliqua re). Occurrit tantum in Hithpah. הִתְאַפֵּק se robustum, validum praestitit h. e. 1) *animum sibi sumsit, ausus est* 1 Sam. 13, 12. — 2) *continuit se, cohibuit se*, quod est vel a) ejus, qui animi motus in potestate tenet eosque reprimit (*an sich halten*) Gen. 45, 1. 43, 31. Esth. 5, 10. Jes. 42, 14.; vel b) ejus qui, cum agere deberet, deses est et cessat Jes. 64, 11. coll. 63, 15.

אֲפִיק m. 1) *robustus, validus*, hinc *nobilis*, plur. אֲפִיקִים Job. 12, 21. 2) substant. *tubus*, qui *continet* aquas etc. Job. 40, 18. (ubi ossa hippopotami assimilantur tubis ferreis), *canalis* Job. 41, 6. (ubi v. Umbreit), *torrens, rivus* Job. 6, 15. Joel. 1, 20. Cant. 5, 12. Ps. 42, 2., *alveus* fluminum Jes. 8, 7. Ezech. 32, 6. et maris 2 Sam. 22, 16., *vallis* per quam fluit rivus vel torrens Ezech. 6, 3. 31, 12. 36, 4. 6. cf. voc. נַחַל. 3) nom. propr. oppidi in tribu Ascher. Jud. 1, 32. ejusdem, quod alibi אֲפֵק appellatur.

אֲפֵק nom. propr. 1) oppidi in tribu Ascher. Jos. 19, 30. 13, 4. (ubi adjectum est ה locale) 1 Reg. 20, 26 sqq. 2) oppidi prope Jesreel 1 Sam. 29, 1. Horum alterutrum intelligas etiam Jos. 12, 18.

אַפֵּקָה nom. propr. oppidi in montibus tribus Judae Jos. 15, 5. 3. cf. 1 Sam. 4, 1 sqq.

אפר rad. inusit., arab. أَفَرَ *transiliit, cucurrit, agilis fuit*. Unde

בּוֹקֵר m. vulgo *bubulcus* Am. 7, 14. Quia vero Amosus propheta non *bubulcus* fuit, sed *opilio* coll. v. sq. et c. 1, 1., cum B. Michael. in Diss. de *vaticinio Amosi* §. 13. gener. *pastorem* explicare praestat. Sic syr. ܒܘܩܪܐ est *grex*.

בֹּקֶר m. 1) *lux mane exoriens, mane* Gen. 44, 3. Exod. 19, 16. Jud. 16, 2. 1 Sam. 14, 37. 25, 36. 2 Sam. 17, 22. 23, 4. 2 Reg. 7, 9. Mich. 2, 1. etc. Hinc ultima pars noctis dicitur אַשְׁמֹרֶת הַבֹּקֶר *vigilia matutina* Exod. 14, 24. 1 Sam. 11, 11. (בְּקַר *diluculum*, אֻבְקָר *matutinum tempus*, a בָּכַר *praecessit* cf. בְּכוֹר). Passim adverbialiter legitur: *mane* Exod. 16, 7. Ps. 5, 4.; בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר *mane mane* i. e. *quovis mane* Exod. 16, 21. 30, 7. Levit. 6, 5. Jes. 28, 19., מִבֹּקֶר עַד עֶרֶב *per unum diem* Job. 4, 20. Plur. לַבְּקָרִים *quovis mane* Job. 7, 18., בַּבְּקָרִים *id.* Ps. 73, 14. 101, 8. Jes. 33, 2. Thren. 3, 23. — Saepe notatur spec. *mane posteri* (crastini) *diei*, hinc בַּבֹּקֶר *mane postridie, cras mane* Deut. 16, 7., עַד־בֹּקֶר *in mane crastinum* Exod. 16, 24., deinde vero בֹּקֶר adv. in univ. est *cras, crastino die* Num. 16, 5. (quemadmod. etiam nostrates *morgen* utroque sensu dicunt), לַבֹּקֶר poet. *mox, illico* Ps. 49, 15. 59, 17. 90, 14. 143, 8. etc.

בָּקַשׁ in Kal inusit., Pih. בִּקֵּשׁ 1) *quaesivit* 1 Sam. 10, 2. 14. Prov. 14, 6. 1 Chron. 4, 39. Cant. 3, 1. (etiam sensu forensi: *quaestionem instituere* Esth. 2, 23.), *conquisivit* Neh. 12, 27.; sq. לְ pers. et acc. *exquisivit, selegit* alicui aliquid 1 Sam. 13, 14. Esth. 2, 2. (Ruth. 3, 1.); sq. לְ rei: *inquisivit* in aliquid Job. 10, 6. 2) *sectatus est, studuit* rei, *operam dedit*, sq. accus., et in malam partem Num. 35, 23. Ps. 4, 3. 27, 4., et in bonam Ps. 34, 15. Zeph. 2, 3.; sq. infin. *studuit aliquid facere* Eccles. 12, 10. Exod. 2, 15. 1 Sam. 14, 4. 19, 2. etc. 3) *poposcit, postulavit* sq. acc. rei et מִן vel מִיַּד pers. Neh. 5, 12. Gen. 31, 39. Jes. 1, 12. Ps. 104, 21., hinc בִּקֵּשׁ דָּם v. infra. 4) *petiit* ab aliquo aliquid, constr. cum מִן pers. et accus. rei Esr. 8, 21., cum מִן pers. et עַל rei Esth. 7, 7. Esr. 8, 23., cum acc. pers. et בְּיַד rei 2 Sam. 12, 16. Sq. לְ pers. et acc. rei *alicui aliquid expetere* Ps. 122, 9. Ceterum notandae sunt hae phrases: a) בִּקֵּשׁ דָּם פ׳ *sanguinem alicujus poscere, reposcere* h. e. caedem ulcisci 2 Sam. 4, 11. Ezech. 3, 18. 20., omisso דָּם 1 Sam. 20, 16. Jos. 22, 23. b) בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ פ׳ *vitae* alicujus *insidias*

struere Exod. 4, 19. 2 Sam. 4, 8. Ps. 35, 4. etc. (cf. v. דָּרַשׁ); quae phrasis tamen in bonam partem sumitur Prov. 29, 10. *vitam quaeri, defendere* (ut alia similis Ps. 142, 5.). c) בִּקֵּשׁ אֶת־פְּנֵי מֶלֶךְ *videre cupere* 1 Reg. 10, 24., *placere studere* Prov. 29, 26. d) בִּקֵּשׁ פְּנֵי יְהוָה et בִּקֵּשׁ יְהוָה *quaerere Jovam,* vel ad venerandum eum implorandamque ejus gratiam Deut. 4, 29. Jes. 65, 1. 2 Sam. 12, 16. Zeph. 1, 6. Ps. 27, 8. 105, 4. 2 Chron. 20, 4. vel ad eum consulendum Exod. 33, 7. 2 Sam. 21, 1. Jes. 45, 19. vel ad eum placandum Hos. 5, 6. coll. Jer. 50, 4. 2 Chron. 15, 4. 15. e) בִּקֵּשׁ אֶל־הַיִּדְּעֹנִים *consulere hariolos* (i. q. דָּרַשׁ אֶל) Levit. 19, 31. — Praet. foem. cum affixo בִּקְּשָׁתַם Hos. 2, 7. Part. plur. מְבַקְּשִׁים (omisso dagesch) Exod. 10, 11. Thren. 1, 11. Jes. 51, 1. Inf. cum affixo בַּקְּשָׁךְ 1 Reg. 18, 10. — Pyh. *quaeri* Jer. 50, 20. Ezech. 26, 21., in quo posteriore loco legitur fut. 2. p. תְּבֻקַּשִׁי (cum Chateph-Patach sub ת non-gutturali et emisso dagesch).

בַּקָּשָׁה f. *petitio, petitum desiderium.* Cum affixis בַּקָּשָׁתִי Esth. 5, 7. 8. 7, 3., בַּקָּשָׁתֵךְ 5, 3. 9, 12., בַּקָּשָׁתוֹ Esr. 7, 6.

בַּהּ, בָּהּ et בּוֹ vid. sub radd. ברה et ברר.

בָּרָא propr. (ut arab. بَرَأَ et بَرَى cf. ברה) *secuit, cecidit, asciavit* v. Pih., deinde 1) *formavit, creavit, finxit* (Deus), ut בָּרָא et בָּרָה, Gen. 1, 1. 5, 2. Am. 4, 13. Ps. 51, 12. Jer. 31, 22. Jes. 65, 17., sq. dupl. acc. Jes. 65, 18. חָנְנִי בֹרֵא אֶת־יְרוּשָׁלַיִם גִּילָה h. e. *ego converto Hierosolyma in gaudium, ich mache Jerus. zu (lauter) Frohlocken.* Subst. c. affixo בְּרֹאֵךְ Jes. 43, 1. Spec. Jova dicitur *Israel. creasse* Jes. 43, 1. h. e. condidisse gentem Israel. cf. intpt. ad Sueton. Aug. 98. [Verba *secandi* et *exsecandi* sensum quoque habere *formandi* et *parandi,* exemplis docuit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 112. cf. arab. خلق *efformavit, creavit,* rr. חָרַשׁ et צוּר. Ceterum v. Majus in *Dissert. S.* loc. III, p. 197 sq. H. S. Reimarus de *Differentiis vocum Hebr.* dissert. III, p. 4 sq. Sal. Deylingius in *Observatt. S.* P. I, p. 15 sq. etc.]. 2) *edit, comedit,* i. q. ברה, v. בָּרִיא. — Infin. בְּרֹא Gen. 5, 1., imper. בְּרָא Ps. 51, 12., fut. יִבְרָא Num. 16, 30. — Niph. *creatus est* Gen. 2, 4. 5, 2. Ps. 104, 30., *procreatus, natus est* Ps. 102, 19. Ezech. 21, 35., *effectus est* Exod. 34, 10. (de miraculis) coll. Jes. 48, 7. Infin. cum affixo הִבָּרְאָךְ Ezech. 28, 15. pro הִבָּרְאָךְ (ut occurrit v. 13.) ex chaldaismo. — Pih. בֵּרֵא 1) *secuit, cecidit, succidit* (silvam) Jos. 17, 18., deinde *trucidavit* Ezech. 23, 47. 2) *incidit* in tabula, *designavit, descripsit* Ezech. 21, 19. (24), ubi tamen all. vertunt (in his etiam Rosenm.) *decernere, constituere, eligere.* — Hiph. *saginavit* 1 Sam. 2, 29. v. Kal n. 2.

בְּרִיאָה f. *creatum, res creata* h. e. nova, prorsus singularis Num. 16, 30. cf. Exod. 34, 10.; בְּרִיָּה et בְּרִיָּא *id.*

בַּר m. *filius* (v. rad. Niph.) Ps. 2, 12. (vocab. poet.). Cum affixo בְּרִי *fili mi!* Prov. 31, 2. Chald. Syr. Samar. pro בֵּן. Aliud vid. sub rad. ברר.

בַּר m. chald. *id.* Dan. 3, 25. 6, 1. 7, 13., etiam nepos Esr. 5, 1. 2. 6, 14. Cum affixo בְּרֵהּ Dan. 5, 22.

מְרֹאָדָךְ v. בְּרֹאָדָךְ.

בָּרַד gener. *sparsit*, ut chald. et syr., spec. *sparsit grandinem, grandinavit* (arab. بَرَدَ *frigiuit, grandinavit*) Jes. 32, 19.

בָּרָד m. *grando* (syr. chald. aeth. *id.*) Exod. 9, 18. Jes. 28, 2. 17. 30, 30. Ps. 18, 13. 14. (arab. بَرَدٌ *frigus*).

בָּרֹד m., plur. בְּרֹדִים *sparsi, respersi* i. e. *maculis distincti, varii* Gen. 31, 10. 12. Zach. 6, 3. 6. Syr. est ܒܪܕܢܐ *albo et rubro distinctus, maculosus, versicolor*, arab. البُرْدَة *vestis variegata*. Sic lat. *sparsas albo pelles* dixit Virgilius *Eclog.* II, 41., *spargere coloribus Aeneid.* VII, 191.; *maculis spargere* Tacitus Germ. XVII, 4. Sic graec. πάσσω et διαπάσσω praeter *spargendi* significationem etiam *variegandi* sensum habent, unde χρυσόπαστος *auro sparsus* i. e. *variegatus* etc. conf. Bochartı *Hieroz.* Tom. I, p. 50 sqq. et 535. ed. Lips.

בָּרָה propr. *secuit, concidit* (ut arab. بَرَأَ, بَرَى), hinc 1) *edit, comedit* 2 Sam. 13, 6. 10., plene בָּרֹה לֶחֶם *panem secuit* (ut alibi *fregit panem*) 2 Sam. 12, 17. (cf. קָמַח arab. *concidit*, aethiop. *edit*, v. radd. אכל et גזר). 2) *elegit*, i. q. בָּרַר, 1 Sam. 17, 8. (arab. بَرَأَ i. q. بَرَءَ *distinxit, separavit*). — Pih. infin. בָּרֹת *comedere* Thren. 4, 10. — Hiph. הִבְרָה *comedere fecit, cibum suppeditavit* sq. dupl. acc. 2 Sam. 3, 35. 13, 5.

בָּרִיא m., בְּרִיאָה f. *pinguis, opimus* Gen. 41, 2. 4. Jud. 3, 17. 2 Sam. 6, 13. Ps. 73, 4. Dan. 1, 13. (de hominib. et animall.) Hab. 1, 16 (de cibo). Cet. cf. מָרִיא.

בָּרִי m., unde foem. בְּרִיָּה *pinguis* Ezech. 34, 20.

בְּרִיָּה f. *cibus* 2 Sam. 13, 5. 7. 10. Aliud vid supra sub rad. ברא.

בָּרוֹת f. *id.*, cum affixo בָּרוֹתִי Ps. 69, 22.

בְּרִית f. foedus Gen. 9, 13. 16. Jer. 3, 16. Ezech. 16, 59. etc. Sic dicitur a *dissectione* animalium, in pangendis foederibus usitata, vid. Gen. 15, 10 sq. Jer. 34, 18. et e scriptt. classicis Varro de *re rustica* lib. II. c. 4. Suetonius in Claudio c. 25. Hinc dicitur כָּרַת בְּרִית 1 Sam. 18, 3. 23, 18. 2 Chron. 34, 31. etc. propr. *secare sectionem* (τέμνειν ὅρκον, ut Graeci loquuntur, Iliad. 2, 124.) h. e. *foedus ferire, icere*, quae formula constr. cum לְ Jos. 9, 6. 7. 24, 25. 1 Sam. 11, 1. 2 Sam. 5, 3. 2 Reg. 11, 4. 1 Chron. 11, 3. Job. 31, 1. (v. tam. sub כרת), cum עִם 2 Chron. 23, 3. Hos. 12, 2., cum אֶת 2 Sam. 3, 13. 21. 2 Reg. 17, 35., cum בֵּין 2 Reg. 11, 17. (sed sq. עַל est *foedus ferire contra al.* Hos. 2, 20. Ps. 83, 6. etc.). Legitur etiam בּוֹא בִּבְרִית *venire in foedus* (*Aeneid.* IV, 339.: „aut haec in foedera veni") 1 Sam. 20, 8. Ezech. 16, 8. 2 Chron. 15, 12., quoniam in pangendis foederibus bove aut vitulo in duas partes discisso per illam divisam hostiam transibant ii, qui foedere jungi cupiebant. Huc semel eod. sensu עָבַר בִּבְרִית Deut. 29, 11. Cf. hanc in rem Pitisci *Lexic. Antiqu. rom.* Vol. I, p. 794 sq. J. D. Michaelis *in den Hall. Anzeigen* a. 1745. n. 32. 33. et ad Peircium in Epist. ad Hebr. p. 329 sq. Dougtaei *Analecta S.* ad Gen. 15, 10. et Feithii *Antiquitt. Homer.* L. IV. c. 17. §. 2. De *foedere sal.*

v. sub v. מָלַח. — Sed non solum homines cum hominibus dicuntur *foedus inire*, verum etiam Deus cum hominibus Mal. 2, 4. 5, imprimis autem celebratur *foedus* a Jova cum *Israelitis* ictum (Exod. 2, 24. 6, 4. 19, 5. Levit. 26, 9. Deut. 4, 31. Ps. 55, 21. Jes. 54, 10. etc.), quo quidem hi ad perpetuum obsequium, ille ad salutem populo praestandam sese obstrinxerunt. Hoc foedus primum cum *Abrahamo*, gentis israeliticae conditore Gen. 17, 9 sqq. Neh. 9, 8., deinde cum universo populo per *Mosen* pepigit Exod. 24. Deut. 5, 2. 29, 1 sqq. Jer. 11, 2 sqq; לוּחוֹת הַבְּרִית *tabulae foederis* (in quibus perscripta erant decem praecepta primaria coll. Exod. 34, 28.) Deut. 9, 9. 11., אֲרוֹן הַבְּרִית *arca foederis* Num. 10, 33. 14, 44. Deut. 10, 8. etc., סֵפֶר הַבְּרִית *liber foederis* Exod. 24, 7 (ubi v. Rosenm.) 2 Chron. 34, 30., דַּם הַבְּרִית *sanguis foederis* h. e. quo effuso foedus istud sancitum est Exod. 24, 8. coll. Zach. 9, 11. *Meton.* circumcisio vocatur בְּרִית h. e. *signum foederis* Gen. 17, 13., *concr.* vero significat *populum israeliticum* foedere cum Deo junctum Dan. 11, 28. vel *μεσίτην* foederis Jes. 42, 6. (ubi v. Gesen.) 49, 8. — Jam vero cum foedus a Deo concedatur potius hominibus quam aequo utrimque jure feriatur, saepe accidit, ut in voc. בְּרִית non tam foederis et pactionis, quam *legis* et *promissionis* notio spectaretur 2 Sam. 23, 5. Jer. 33, 21. Prov. 2, 17. Ps. 25, 10. 78, 10. Gen. 6, 18. 9, 9. (hinc חֻקִּים בְּרִית, v. sub קוּם) rel. — Cum affixo בְּרִיתִי, בְּרִיתוֹ rel., sed affixa et genit. saepe *objectivo* sensu intelligenda sunt, ut בְּרִית אֲבוֹתֶיךָ *foedus patrum tuorum* h. e. cum majoribus t. factum Deut. 4, 31., בְּרִיתִי יַעֲקֹב *foedus meum c. Jacobo factum* Levit. 26, 42. al. [Plur. בְּרִיתוֹת in Mischna legitur III, 114.].

בַּעַל בְּרִית propr. *dominus foederis*, cognomen Baalis Phoenic., qui a *Sichemitis* colebatur, Jud. 8, 33. 9, 4. 46. Praeerat ille foederibus pangendis putabaturque curare, ut fides data servaretur cf. graec. *Ζεὺς ὅρκιος*.

בַּרְבֻּרִים v. sub rad. ברר.

בְּרוֹשׁ m. 1 Reg. 5, 8. 6, 15. 9, 11. Jes. 37, 24. 41, 19. Hos. 14, 9. Zach. 11, 2. sec. Vulg. *abies* (arab. بَرَوْشٌ 2 Chron. 25, 18. et syr. ܒܪܘܫ). Aliis est *cupressus* v. Castellus in *Lexico* col. 3974. Lampius in *Syntagmate Dissert. philolog. theolog.* P. I, p. 574 sq. et J. C. Biel in Exercitat. de *lignis ex Libano ad templum aedificandum petitis* §. 14 sq., cui sententiae commendationem petunt ab arab. بَرِسَ *durus fuit* coll. Theophrasti *Historia Plantarum* l. V, c. 5. adde Faberi *Archaeol.* p. 371. Fortasse latius patuit hoc voc. et plures arborum coniferarum species comprehendit v. Celsii Hierob. I, p. 74 sqq. — עֲצֵי בְרוֹשִׁים *ligna abietina* 2 Sam. 6, 5. i. e. *instrumenta mus. ex ligno abietino confecta* (1 Chron. 13, 8. per jejunam emendationem legitur: עֹז וְשִׁירִים v. Gramberg. *die Chronik n. ihr. geschichtl. Charakter* p. 59.). Poet. בְּרוֹשִׁים legitur pro *hastis abietinis* Nah. 2, 4. vid. Schroederum de *vest. mulier. Hebr.* p. 76 sq., ut graec. *μελία* sive *μελίη* et *ἐλάτη*, nec non lat. *fraxinus* apud Stat. *Thebaid.* VI, 102., et arab. بَشَبٌ *fraxinus* vid. Schultens. ad *Monumenta vetust. Arab.* p. 22. adde Virgil. Aen. XI, 667.: „longa transverberat *abiete* pectus."

בְּרוֹת m. eadem arbor, mutato tantummodo שׁ in ת ex dialecto Syrorum, Cant 1, 17. Sunt, qui ob soni vicinitatem *brutam* intelligant, arborem cupresso fusae similem, odorem proximum cedro prodentem, ut PLINIUS eam L. XII. c. 18. describit, conf. SALMASIUS ad SOLINUM p. 669 sq. Denique בְּרוֹת *sabinam (Juniperum Sabinam L.)* esse, pluribus contendit WEDELIUS in *Exercitatt. Medico-Philoll.* cent. II. dec. II. exercit. 6.

בְּרוֹת s. בְּרוֹתַי nom. urbis, quae in ditione regis Syriae Sobaeae fuit 2Sam. 8, 8. et Damascum inter et Hamatham interponitur Ezech. 47, 16. Plerique dici putant *Berytum*, celebrem Phoenices urbem (hod. بيروت), alii oppidum *Birtha* (بيرة v. ASSEMANI Bibl. or. III, 2, p. 560.) ad Euphratem, cujus PTOLEMAEUS quoque mentionem facit. Sed neutrum satis probabile est v. ROSENM. *Alterth.* I, 2, p. 292 sq.

בַּרְזֶל m. *ferrum* (chald. et sam. *id.*) Num. 35, 16. Deut. 3, 11. 1 Sam. 17, 7. etc., metonymice sumitur pro *eo quod ex ferro factum est*, ut *securi* 2 Reg. 6, 5. Eccles. 10, 10., *catena* Ps. 105, 18. etc. Sed v. פַּרְזֶל.

בַּרְזַי (*ferreus?*) nom. propr. viror. 2 Sam. 17, 27. 21, 8. Esr. 2, 61. Alii conf. chald. בַּרְזִינִין *duces, praefecti* (TARG. Cant. 1, 8.), בַּרְזָא *subpastor.*

בָּרַח 1) fugit (arab. *obvertit latus sinistrum*, quo modo milites fugere solebant) Gen. 31, 22. 27. Neh. 6, 11. 2 Sam. 15, 14. (de vita Job. 9, 25.), sq. מִן Jer. 4, 29. Jes. 48, 20., מִפְּנֵי Gen. 35, 7. 1 Reg. 2, 7. Ps. 139, 7., מֵאֵת 1 Reg. 2, 23. (*fliehen vor jem.*), sq. אַחֲרֵי *post aliquem fugere* 1 Sam. 22, 20.; בְּרַח לְךָ *fuge tibi* (gall. s'enfuir) Gen. 37, 43. Num. 24, 11. Am. 7, 12. 2) *pertransiit* Exod. 36, 33. *repagulum fecit* לָבְרֹחַ בְּתוֹךְ הַקְּרָשִׁים *ita ut per medios asseres pertransiret ab uno extremo ad alterum.* — Particip. בֹּרֵחַ Gen. 31, 2., foem. בְּרֵחָה Gen. 16, 8., fut. יִבְרַח Job. 27, 22. — Hiph. הִבְרִיחַ 1) *fugavit* Prov. 19, 26. Job. 41, 20. 1 Chron. 8, 13., sq. מֵעַל Neh. 13, 28. 2) intransit. *pertransiit, transmissus est* Exod. 26, 28.

בָּרִיחַ m. 1) *fugitivus* Jes. 43, 14., hinc de serpente: *celer* Jes. 27, 1. (all. *protensus, rectus* cf. בְּרִיחַ), sed Job. 26, 13. נָחָשׁ בָּרִחַ est *sidus* et quidem *draco borealis*, perquam tortuosus, serpentis instar (VIRG. Georg. I, 244.), qui labitur (ut Cicero ait) *inter perque duas in morem fluminis Arctos.* Arabibus etiam حَيَّة *serpens* et تنين *draco* dicitur. Cet. cf. SCHNURRERI Dissertatt. p. 322 sq. et GESEN. Comment. in Jes. I, p. 812.

בְּרִיחַ m. *pessulus, repagulum, vectis*, quo januae vel portae clauduntur (a *pertranseundo, trajiciendo* v. rad. 2.) Deut. 3, 5. Jud. 16, 3. 1 Sam. 23, 7. 1 Reg. 4, 13. Neh. 3, 3. Ps. 147, 13. (poet. mari Job. 38, 10. et terrae Jon. 2, 7., ad quem l. v. ROSENM., tribuuntur), it. lignum transversarium, quo (per annulos transmisso) duo asseres copulantur (*Riegel im Sinne d. Bauleute*) Exod. 26, 26. 28. 29. 35, 11. 36, 31. 33. etc. (VULG. *vectis*). — Metaph. principes et viri fortes

vocantur *vectes terrae*, quibus hostes arcentur a terra Jes. 15, 5. ubi v. Rosenm.

מִבְרָח m. propr. *fuga*, concr. *fugitivus* Ezech. 17, 21.

בֶּרֶךְ f. *genu* Jes. 45, 23., dual. בִּרְכַּיִם *utrumque genu, genua* Deut. 28, 35. Jud. 7, 5. 1 Reg. 18, 42. Esr. 9, 5. Dan. 10, 10., pro plur. Ezech. 7, 17. 21, 12. Pueros recens natos solebant patres in genua suscipere Gen. 30, 3. Job. 3, 11., paullo adultiores in genibus h. e. gremio gestare Gen. 50, 26. Jes. 66, 12.

בֶּרֶךְ vel בְּרַךְ f. chald. *id.* Plur. cum affixo בִּרְכוֹהִי Dan. 6, 11.

בָּרַךְ 1) *genua flexit, in genua procubuit* venerationis caussa 2 Chron. 6, 13. Ps. 95, 6. (برك, ܒܪܟ et בָּרַךְ *id.*) v. infra Hiph. 2) *benedixit*, quae tamen verbi significatio non obtinet, nisi in infin. absol. Jos. 24, 10., it. (de Deo) *beavit, fortunavit* (*segnen* hoc etiam sensu dic. nostrates), hinc בָּרוּךְ לַיהוָה Jud. 17, 2. 1 Sam. 23, 21. *fortunatus a Deo*, בְּרוּךְ יְהוָה Gen. 24, 31. 26, 29. Jes. 65, 23. *id.* 3) *celebravit, laudavit* Deum, in hac form. בָּרוּךְ יְהוָה Gen. 9, 26. Exod. 18, 10. — Piel. בֵּרֵךְ propr. *in genua procumbere fecit*, hinc 1) *benedixit, bona, fausta apprecatus est*, sq. accus. (nam, quibus benedicebatur, hi antiquitus in genua provoluti sunt), et de privata et de publica (sacerdotis) benedictione Gen. 27, 4. 7. 19 sqq. 48, 9. Exod. 39, 43. Levit. 9, 22. Num. 6, 23. Jos. 14, 13. 1 Sam. 2, 20. 2 Chron. 30, 27. Prov. 27, 14. Adeo de Deo dicitur faustum, fortunatum, augustum aliquid (aliquem) esse jubente Gen. 1, 22. 21, 3. Exod. 20, 11. — Jam vero, cum *salutantes* bona sibi invicem apprecari solerent, בֵּרֵךְ passim est: *salutavit* 2 Reg. 4, 29. 1 Sam. 13, 10., it. *valedixit* Gen. 47, 10. Sed hoc posteriore sensu in malam etiam partem dicitur, ut Lat. *valedicere* (Cic. nat. Deor. I. extr.), ut sit: *renuntiare* alicui (*Abschied geben*), *desciscere* ab aliquo Job. 1, 5. 2, 5. adjuncta *execrandi* notione 1 Reg. 21, 10. Ps. 10, 3. cf. Schultens. ad Job. l. c. qui apposite confert arab. ابترك v. Pococke ad port. Mos. p. 19. add. graec. χαίρειν φρᾶσαι. 2) *fortunavit, beavit* (de Deo) Gen. 12, 3. 48, 3. Exod. 23, 25. Deut. 7, 13. 30, 16. Jos. 17, 14. Ps. 5, 13. 28, 9. 29, 11. 65, 11. 132, 15. etc., cum dupl. acc. *fortunare aliquem aliqua re* Deut. 12, 7. 15, 14. Gen. 27, 41., sq. בְּ rei *fort. al. in al. re* Gen. 24, 1. Deut. 2, 7. 3) *celebravit, laudavit* Gen. 24, 48. Deum, sq. accus. Ps. 16, 7. 26, 12. 103, 1. etc., sq. לְ 1 Chron. 29, 20. Nah. 11, 2.; sed passim in libris rec. sq. vel acc. Jes. 66, 3. vel בְּשֵׁם יְהוָה est *adoravit, veneratus est* 1 Chron. 23, 13. — Praet. c. affixo בֵּרֲכֶךָ Deut. 24, 13. Part. plur. cum affixo מְבָרְכֶיךָ Gen. 12, 3. 27, 29. Infin. בָּרֵךְ, cum affixo בָּרְכוֹ Gen. 28, 6. et בָּרְכוֹ 1 Sam. 13, 10. 2 Sam. 8, 10. Imperat. בָּרֵךְ, plur בָּרְכוּ Jud. 5, 2. et בָּרְכוּ Jud. 5, 9. Fut. יְבָרֵךְ, 1. p. sing. cum affixo אֲבָרֶכְךָ Ps. 63, 5. simulque cum nun epenthet. אֲבָרְכֶךָ Ps. 145, 2. et cum ה paragog. אֲבָרֶכְכָה Gen. 27, 7. — Pyh. בֹּרַךְ *benedici* Num. 22, 6., *fortunari, beari* 2 Sam. 7, 29. Ps. 37, 22. Deut. 33, 13., *celebrari, laudari* Ps. 113, 2. — Niph. *fortunari, beari* Gen. 12, 3. 18, 18. 28, 14. — Hiph. הִבְרִיךְ *in genua procumbere fecit* camelos Gen. 24, 11. — Hithpah. 1) *sibi benedixit* Deut. 29, 19. Jes. 65, 16. 2) *fortunatus, beatus est* Gen. 22, 18.

בָּרַךְ chald. 1) *in genua prolabi, in genua se demittere* Dan. 6, 11. 2) Pehil בְּרִיךְ *celebratus* Dan. 3, 28. — Pahel בָּרֵךְ *celebravit* Dan. 2, 19. 20. 4, 31.

בָּרוּךְ (v. sub rad.) nom. propr. familiaris et scribae Jeremiae proph. Jer. 32, 12. 36, 4., nec non aliorum Neh. 3, 20. 10, 7. 11, 5.

בְּרָכָה (semel בְּרָכָת Gen. 27, 38.) f. 1) *benedictio* h. e. qua quis alicui bona apprecatur Gen. 27, 35. 36. 49, 28. 2) ipsa *prosperitas, felicitas*, quae alicui (divinitus) contigit Gen. 39, 5. Levit. 25, 21. Deut. 16, 17. Ps. 3, 9. 21, 4. 129, 8. Prov. 24, 25., meton. Gen. 12, 2. הֱיֵה בְרָכָה i. e. *prosperatus, fortunatus esto*, Zach. 8, 13. Ps. 21, 7. Etiam de singulari quodam Dei *beneficio* Jes. 65, 8. Ps. 84, 7. (ut vern. *ein Segen, eine Segnung*). 3) *munus, donum* (spec. quod salutantes offerunt) Gen. 33, 11. 1 Sam. 25, 27., deinde quodvis Jud. 1, 15. 1 Sam. 30, 26. 2 Reg. 5, 15. (ut aeth. በረከት et syr. ܒܘܪܟܬܐ). Spec. de *pace* legitur 4 Reg. 18, 31. עֲשׂוּ אִתִּי בְרָכָה, quae verba Chald. ita reddidit: גְּבִידוּ עִמִּי שְׁלָמָא. — Plur. בְּרָכוֹת, in regim. בִּרְכוֹת Gen. 49, 25. 26., cum affixo בִּרְכוֹתֵיכֶם Malach. 2, 2.

בְּרַכְיָה et בִּרְכְיָהוּ *(benedictio Jovae)* nom. propr. viror. Zach. 1, 7. 1 Chron. 6, 24. 15, 17. 9, 16. 2 Chron. 28, 12. Neh. 3, 4. 6, 18. etc.

בְּרֵכָה f. *piscina, lacus* 2 Sam. 2, 13. 4, 12. etc. (arab. بِرْكَة *piscina aut simile aquae receptaculum* stagnantis, unde cameli adaquantur, v. הַבְרִיךְ, hispan. *Alberca*, hodie adhuc Jemanensibus *Birke*, teste Niebuhrio in *descript. Arabiae* p. 156.). Quae Jes. 7, 3. (Neh. 3, 15.) et 22, 9. commemorantur *piscinae superior* et *inferior*, prope Hieros. ex fonte Siloa oriebantur v. Gesen. in Jes. I, p. 275 sq. In regim. בִּרְכַת 1 Reg. 22, 38. בִּרְכוֹת Eccles. 2, 6. Cant. 7, 5.

אַרְכּוּבָה f. chald. *genu* Dan. 5, 6., c. א prosthet. pro רְכוּבָה, ut in Targum. legitur, atque id transposit. pro בַּרְכוּבָה (v. בֶּרֶךְ).

בְּרַם Particula Chald. confirmandi et asseverandi: s e d, *verum* Dan. 2, 28. 4, 12. 20. Esr. 5, 13., *sed tamen, verum tamen* Dan. 5, 17. Syr. ܒܪܡ *profecto, sane, tamen.*

בָּרַם rad. Hebr. non usitat., arab. برم II. IV. *contorsit.*

בָּרוֹם m., plur. בְּרוֹמִים genus *vestium* ex pluribus (ac versicoloribus) filis contextarum Ezech. 27, 24. coll. בִּרְמִים *ex duabus aut pluribus partibus in unum contortum filum*, quale stamini saepius inservit, מִבְרָם *vestis ex duobus aut pluribus fil s contexta.* Conferunt πολύμιτα Graecor. v. Hartmann. Hebraeerin Tom. III, p. 151.

בָּרַע rad. Hebr. non usitat., arab. برع *excelluit virtute et scientia.* Inde repetas: בָּרַע nom. propr. regis Sodomor. Gen. 14, 2.

בָּרַק *fulguravit* Ps. 144, 6., arab. برق, syr. ܒܪܩ *id.*

בָּרָק m. 1) *fulgur* Job. 38, 35. Ps. 77, 19. 97, 4. 135, 7. Ezech. 1, 13. Dan. 10, 6., etiam de *fulgore* ensis Deut. 32, 41., hinc בָּרָק metaph. est *ensis* 2 Sam. 22, 15. Ezech. 1, 13. Dan. 10, 6. etc. fulguris instar micans (similem metaphoram v. in rad. להב) Ezech. 21, 15. Nah. 3, 3. Job. 20, 25. 2) nom. propr. viri, quo duce Cananitae fugati sunt Jud. 4, 6. 8. 5, 1. Conf. arab. بَارِق *fulgurans* (heros), et punic. *Barcas*.

בָּרְקַת f. Exod. 28, 17. 39, 10. sec. LXX. VULG. JOSEPH. *smaragdus*, (graec. μάραγδος, permutatis *b* et *m*), a *fulgurante splendore* cf. BRAUNIUS de *Vestitu Sacerdotum Hebr.* p. 518 sq. et BELLERMANN. Urim et Thummim p. 40 sqq. Sed *chrysolithum* post GROTIUM, MERCERUM aliosque intelligit HILLERUS in *Syntagm. Hermeneut.* p. 15 sq. et pro *carbunculo* pugnat LUDOVICUS DE DIEU ad l. c. Eodem sensu occurrit בָּרְקַת Ezech. 28, 13.

בָּרָקָן m., plur. בָּרָקָנִים Jud. 8, 7. 16. *tribulum (syriacum)* s. machina, qua Syri ad triturandum uti solent h. e. tabula *pyritis acutis* munita et asperata (v. NIEBUHRII *descript. Arab.* Tab. 15.), a *fulgurando* dicta. *Terra lapidosa* Arabibus quoque est بَرْقَة, v. MICHAELIS *biblioth. Orient.* T. VII, p. 16. Al. (in his etiam DATHIUS) *spinas* intelligunt cf. v. 8.

בָּרַר 1) *separavit*, sq. acc. et מִן Ezech. 20, 38. (בֵּר VIII. *segregatus est*), hinc: *selegit, elegit* Neh. 5, 15. 1 Chron. 7, 40. 16, 41., sq. לְ *destinavit, constituit* 1 Chron. 9, 22. 2) *purificavit, purgavit* (q. d. separavit sordes), hinc *polivit* (sagittas) Jes. 49, 2., alibi translate בָּרוּרָה שְׂפָה *labium purum, castum* h. e. sermo castus et sanctus Zeph. 3, 9., בָּרוּר adv. *caste, sancte* Job. 33, 3. (arab. بَرَّ *verax, justus fuit*). 3) *exploravit* (quod fit cernendo) Eccles. 3, 18. (arab. Conj. X. et بَارَ *id.*). Cet. v. rad. ברה. — Niph. נִבַּר *se purgavit* Jes. 52, 11. Part. נָבָר *purus* h. e. *castus, sanctus* 2 Sam. 22, 27. Ps. 18, 27. — Pih. *purgavit* (h. e. emendavit) Dan. 11, 35. Metaph. ducta a metallis est. — Hiph. *purgavit* ventilando (frumentum) Jer. 4, 11., *polivit* (sagittas) Jer. 51, 11. coll. Jes. 49, 2. — Hithpah. 1) *purgari* (i. e. emendari) Dan. 12, 10. 2) *purum* h. e. *castum, sanctum se praestare, exhibere* Ps. 18, 27. 2 Sam. 22, 27 (in quo poster. loco legitur תִּתְבָּרַר pro תִּתְבָּרָה v. EWALD. p. 477.).

בַּר m., בָּרָה f. adject. 1) *lectus, electus* Cant. 6, 9. 2) *purus* Cant. 6, 10 (splendor), hinc i. q. *vacuus* (בֵּר) Prov. 14, 4. (ubi per kametz scribitur ob pausam); alibi sensu translato *purus, sincerus* i. e. fraudis, erroris expers Ps. 19, 9 (de praeceptis Jovae), vel *sanctus, probus, integer* Job. 11, 4. Ps. 24, 4., בְּרֵי לֵבָב 73, 1.

בַּר m. subst. *far, frumentum*, propr. id quod a palea *separatum* et *purgatum est* (conf. Jer. 4, 11.) Am. 5, 11. 8, 6. Ps. 72, 16., deinde illud etiam, quod in aristis est Ps. 65, 14. (arab. بُرّ *triticum*). Alibi semper scribitur בַּר ut Gen. 41, 35. 49, 42, 3. 25. Prov. 11, 26. etc. v. CELSII *Hierobot.* P. II, p. 120 sqq. (Aliud בַּר *filius* vid. sub rad. ברא).

בָּר m. *ager,* locus *vacuus* vel ab urbibus et pagis *separatus,* Job. 39, 4., נֶ֫גֶב *ager, campus patens.*

בַּר m. chald. *id.,* in statu emphat. בָּרָא Dan. 2, 38. 4, 18. 20. 22. 29.

בֹּר m. 1) *puritas;* trop. בֹּר יָדַיִם Ps. 18, 21. (2 Sam. 22, 21.), בְּ כַפַּיִם Job. 22, 30. *puritas manuum,* quae ei tribuitur, qui manus sceleribus aut flagitiis non contaminavit. 2) i. q. בְּרִית, *sal lixivii, sal alcali,* quo res *purgantur* Job. 9, 30. Huc pertinet etiam Jes. 1, 25., ubi vulgo *puritatem* vertunt. Cf. Michaelis in Commentatt. societ. Gott. oblatis 1758—62. Brem. 1774. 4.

בְּרִית f. Jer. 2, 22. Mal. 3, 2. *lixivium* (Lauge), *sal lixivii, sal Alcali* (Potasche), quod infusa aqua ex cinere combustarum arborum, fruticum, herbarum extrahitur, maxime quorundam fruticum, Arabibus eodem nomine *Kali* dictorum (a קָלָה *ussit, combussit*). Hoc sal oleo permixtum in vestibus purgandis adhibuerunt fullones v. Bochart. Hieroz. Tom. V, p. 45. Celsii Hierob. Tom. I, p. 449. Schoettgen triturae et fulloniae antiquitates. edit. 2. Lips. 1763. 8. Aliorum opiniones enarrat Hiller. in Hierophyt. P. II. c. 16.

בַּרְבָּרִים plur. avium aliquod genus (si antiquis interpretibus fides), a rad. בָּרַר h. e. בָּרָא *saginare,* 1 Reg. 4, 23. conf. Neh. 5, 18. et vid. Bochart. *Hieroz.* P. II. L. I. c. 19. *Animalia non-domestica, silvestria* (a פַּר et נֶגֶב *desertum*) vertit Michaelis in *Supplem.*

בָּשַׁל *coctus est* (*kochen* intrans.) Ezech. 24, 5., it. *maturuit* Joel. 4, 13., quia, quae *matura* sunt, solis calore et aestu *cocta* sunt. Sic graec. πέπτω cum derivatis de *coctione* et *maturatione* dicitur; nec non lat. *coqui* Varro R. R. 1, 7, 5. (chald. et syr. *id.*). — Pih. בִּשֵּׁל *coxit* (carnes, olera etc.) Exod. 16, 23. Num. 11, 8. Deut. 16, 7. 1 Reg. 19, 21. 1 Sam. 2, 13. Ezech. 46, 20. Particip. plur. מְבַשְּׁלִים subst. *coqui* Ezech. 46, 24. — Pyh. *coctus est* Levit. 6, 21. Exod. 12, 9. 1 Sam. 2, 15. — Hiph. הִבְשִׁיל *maturavit (coxit)* Gen. 40, 10.

בָּשֵׁל m. *coctum, coctile* Exod. 12, 9., foem. בְּשֵׁלָה Num. 6, 19.

מְבַשְּׁלוֹת plur. foem. *loca ubi coquitur, foci,* aliis *culinae* (Lxx. Vulg.) Ezech. 46, 23.

בָּשַׂם rad. Hebr. inusit., Syr. et Chald. בְּסַם *suavis, gratus fuit, bene oluit.* Inde:

בֹּשֶׂם m. *aroma,* arab. بَشَم Cant. 5, 1. Spec. *opobalsamum* intelligit Majus in *Observatt. S.* L. II, p. 37. 38.

בֹּשֶׂם m. 1) *odor* suavis, aromaticus Cant. 4, 6., hinc Exod. 30, 23. קִנְמָן־בֹּשֶׂם *cinnamomum aromaticum.* 2) *aroma,* plur. בְּשָׂמִים *aromata, odores* 1 Reg. 10, 2., בְּשָׂמִים רֹאשׁ *odores praestantissimi* Exod. 30, 23.

בֹּשֶׂם m. 1) *odor* suavis, aromaticus Exod. 30, 23. קְנֵה בֹּשֶׂם *calamus aromaticus.* 2) *aroma* Exod. 35, 28. Jes. 3, 24. Ezech. 27, 22. 3) *balsamum* (?) Cant. 5, 14. 6, 1.

מִבְשָׂם nom. propr. viror. Gen. 25, 13. 1 Chron. 4, 25.

בָּשָׁן *Batanea* (Josepho et Ptolemaeo *Βαταναία* et *Βατάνεα*, samar. בתנין, arab. بَثَنِيَّة), regio trans Jordanem inter torrentem Jabok et montem Hermon interjecta Num. 21, 33. Deut. 1, 4. 3, 1. 3. 4. Jos. 9, 10. 12, 4. 5. 17, 1. 21, 6. 27. 1 Reg. 4, 13. 2 Reg. 10, 33. Jer. 22, 20. etc., pascuis felicissima Deut. 32, 14. Ps. 22, 13. coll. Am. 4, 1. Mich. 7, 14. (אֶרֶץ מִקְנֶה *pecori alendo aptissima* Num. 32, 4.). v. Relandi Pal. p. 200 sq. Wineri Lex. bibl. I, p. 88. Conf. arab. بَثٌّ *solum aequale, planum et molle*, quod tamen in hanc regionem, utpote montanam, vix cadit.

בָּשְׁנָה Hos. 10, 6. v. sub rad. בוּשׁ.

בָּשַׁס, Po. בּוֹשֵׁס *conculcavit* pro בּוֹסֵס (ut סָרִיוֹן Jer. 51, 3. pro עָרִיוֹן) Am. 5, 11., ubi infin. c. affixo בּוֹשַׁסְכֶם. (Aliis videtur verbum mixtum ex duobus cognatis, בוס, arab. باس media Je *superbum se gessit contra alios*, et שׁוס, arab. شاس *limis oculis adspexit prae superbia*).

בָּשַׂר I) rad. in Kal inusit., Pihel בִּשֵּׂר *laeta nunciavit, laetum nuncium attulit* 2 Sam. 4, 10., sq. acc. pers. (cui quid nunciatur) 2 Sam. 18, 19. 1 Sam. 31, 9. (partic. מְבַשֵּׂר *laeta nuncians* Jes. 41, 27. coll. 40, 9.), *laeti aliquid praedicavit* sq. acc. rei 1 Chron. 16, 23. Ps. 40, 10. 96, 2. Jes. 60, 6.; it. simpl. *nunciavit*, etiam de rebus tristibus 1 Sam. 4, 7. 2 Sam. 18, 20. 26., hinc ubi de laetis, passim additur voc. טוֹב 1 Reg. 1, 42. Jes. 52, 7. [Simil. בְּשַׂר prim. est *laeta annunciavit*, deinde generatim: *nunciavit, adnunciavit, admonuit*, etiam *mala* ac *tristia* Coran. 4, 13. 45, 7. 51, 28. Syr. ܒܫܪ transpositis literis]. — Hithpah. הִתְבַּשֵּׂר *laetum nuncium accepit* 2 Sam. 18, 31. — II) i. q. arab. بَسَرَ V. *friguit* v. בְּשׂוֹר.

בְּשׂוֹר nom. rivi, qui prope Gazam in mare mediterran. illabitur 1 Sam. 30, 9. 10, 21. Lxx. *Βόσορ* (*Βάσελος* Joseph. Antiqq. 6, 15.), pr. *frigidus*, v. rad. n. 2.

בְּשֹׂרָה f. *nuncius laetus, εὐαγγέλιον* (arab. بُشَارَة) 2 Sam. 18, 21. 22. 25. 27. 2 Reg. 7, 9., metonymice *laeti nuncii praemium* 2 Sam. 4, 10.

בָּשָׂר 1) caro (syr. chald. בְּסַר *id.*, arab. بَشَر *cutis externa*) Gen. 2, 21. 40, 19. Exod. 21, 28. 29, 14. 31. Levit. 4, 11. Jud. 6, 19. Dan. 10, 3., בְּשַׂר חֲזִיר *caro porcina* Jes. 65, 4. 66, 17., בְּשַׂר קֹדֶשׁ *caro sacra* i. e. victimarum Hagg. 2, 13. Jer. 11, 15. De form. אֲכֹל בְּשָׂרוֹ Eccles. 4, 5. v. sub voc. אכל. Quod legitur Ps. 102, 6. דָּבְקָה עַצְמִי לִבְשָׂרִי *ossa mea adhaerent carni* et Job. 19, 20. בִּבְשָׂרִי דָּבְקָה עַצְמִי, manifestatum est, summam denotare corporis maciem. Ceterum huc spectat etiam, quod a) *consanguineus* dicitur esse alicujus *caro et os* Gen. 29, 14. Jud. 9, 2. 2 Sam. 5, 1. 19, 12. 13. 1 Chron. 11, 1. vel *caro* simpl. Gen. 37, 27. (cf. לֶחֶם *caro*, hinc לָחִים *cognatus*, לְחֻמָה *cognatio*), quod quidem interdum latius patet, ita, ut alium quemvis *hominem*, quippe a communi mortalium stirpe ortum significet (*Nebenmensch*) Jes. 58, 3. b) בָּשָׂר simpl. de *pudendo* virili legitur Levit. 15, 2. 3. 7. 19. Ezech. 16, 26. (al. בָּשַׂת עֶרְוָה Exod. 28, 42.). — 2) totum *corpus*

(ut σάρκες ap. recentt.) opp. animo Jes. 10, 18. 31, 3. Ps. 84, 3. 16, 9. Eccles. 12, 12. (etiam plur. בְּשָׂרִים Prov. 14, 30.), max. quatenus est libidinum sedes Eccles. 2, 3. 5, 5. coll. Gen. 6, 3., ut σάρξ in N. T. — 3) *animans*, quod corpore praeditum est, כָּל־בָּשָׂר *omnia animantia* i. e. bestiae et homines Gen. 7, 15. 16. Deut. 27, 16. Job. 34, 15. Ps. 136, 25., saepius spec. *omnes homines* Ps. 65, 3. 145, 21. Jes. 40, 6. 49, 26. 66, 23. Jer. 12, 12. 25, 31. Ezech. 20, 48. Joel. 3, 1. Zach. 2, 13. (simil. arab. بَشَرٌ), accedente plerumque fragilitatis mortalitatisque notione: *mortales* Ps. 56, 5. Jes. 31, 3. Job. 10, 4. [Vid. de hoc voc Hartmann. Einl. p. 206 sq.].

בְּשַׂר m. chald. *caro* Dan. 7, 5., emph. בְּשָׂרָא 2, 11. collect. *homines, mortales;* כָּל־בְּשָׂרָא 4, 9. *omnia animantia.*

בָּשַׁשׁ, part. praes. בֹּשֵׁשׁ v. sub rad. בּוּשׁ.

בְּתוּאֵל nom. propr. patris Labani Gen. 22, 22. 24, 15. 24. 25, 20. 28, 2. 5. etc. Arab. بَتَّ est *commorari.* Sed Simon. in Onom. p. 495. dictum vult pro בְּתוּלְאֵל *segregatus, consecratus Dei.*

בָּתַל rad. Hebr. inusit., arab. بَتَلَ *segregavit.* Inde:

בְּתוּלָה f. *virgo* illibata Gen. 24, 16. Exod. 22, 15. 17. Levit. 21, 3. 14. Jud. 19, 24. 1 Reg. 1, 2. Ps. 45, 17. Thren. 1, 4. etc. (q. d. a virorum consortio *separata* et *seclusa* conf. 2 Macc. 3, 19. 3 Macc. 1, 18.), semel *(haud ita pridem) nupta* Joel. 1, 8. cf. Horat. Od. 2, 8, 23. Virg. Eclog. 6, 47. Κόρη et παρθένος (v. Schaefer. ad Sophocl. Trach. 1221.); syr. ܒܬܘܠܬܐ *virgo,* arab. بَتُولٌ *virgo pura et religiosa, a mundo et conjugio aliena.* Metaphorice sumitur pro *urbe* aut *gente* Jes. 37, 21. Jer. 18, 13. Am. 5, 2. Thren. 2, 13. (israel.) Jes. 47, 1 (babyl.) Jer. 46, 11 (aegypt.), praesertim *intacta* et *incorrupta* i. e. in hostium potestatem nondum redacta Jes. 23, 12., ad quem l. vid. Gesen. — Plur. בְּתוּלוֹת Ps. 45, 15. Jes. 23, 4. et בְּתֻלוֹת Thren. 5, 11.

בְּתוּלִים m. plur. *virginitas* Levit. 21, 13. Jud. 11, 37., de *signis virginitatis* Deut. 22, 14. 15. 17. 20. In loco Ezech. 23, 8., ubi gens Israel comparatur cum muliere, *virginitas* significat statum Israelitarum ab idololatria alienorum.

בָּתַק in Kal inusit., Pih. בִּתֵּק *confodit, transfixit* Ezech. 16, 40., coll. بَتَكَ *secuit, amputavit.*

בָּתַר, Pih. בִּתֵּר *dissecuit* Gen. 15, 10. cf. arab. بَتَرَ *abrupit, avellit.*

בֶּתֶר m. *sectio* vel potius *separatio, sejunctio* Cant. 2, 17. (ubi v. Ewald.), it. *pars resecta* Jer. 34, 18. 19., cum affixo בִּתְרוֹ Gen. 15, 10.

בִּתְרוֹן nom. loci 2 Sam. 2, 29.

בָּתַר et בָּאתַר chald. *post* vid. in אתר.

בָּתַת radix Hebraeis inusit., arab. بَتَّ *scidit, secuit, resecuit.* Inde sunt:

בַּת m. *bathus*, mensura liquidorum, decima pars *Chomeri* (a *secando* h. e. *metiendo, dimetiendo* dict.) 1 Reg. 7, 26. 38. Jes. 5, 10. Ezech. 45, 10. 11. 14. Plur. בַּתִּים 2 Chron. 2, 10. 4, 5. Ezech. 45, 14. [Sed בַּת f. *filia* vid. sub rad. בנה].

בַּת m. chald. *id.*, plur. בָּתִּין Esr. 7, 22.

בַּתָּה f. *excidium, desolatio* (sec. R. Kimchium), unde נַחֲלֵי בַתּוֹת *valles desolationum*, v. *devastatae* Jes. 7, 19. Al. *valles praeruptae.*

בַּתָּה f. *excidium, interitus* Jes. 5, 6., sed forma petita est a בות vel בהה. Aliter hoc voc. explicuit Michaelis in Suppl. p. 174.

ג

גָּאָה v. poet. *extulit se* Ezech. 47, 5. (de aquis), hinc: *in altum excrevit* planta (ut עלה) Job. 8, 11., trop. *sublimem* h. e. *potentem, magnificum se ostendit* (Jova) Exod. 15, 1. 21. (Chald. et Syr. *excelluit*, Ethpa. *extulit se, gloriatus* est). In loco Job. 10, 16. וְיִגְאֶה vertas vel: *si effert se* scil. caput meum (ex v. praeced. subintellecto אַתָּה), vel: *crescit* (ut c. 8, 11.) scil. *afflictio mea*, similiter ex v. praeced.

גֵּאֶה m. *sublimis, magnificus, illustris* Jes. 2, 12. Job. 40, 11. 12., *fastuosus, superbus, protervus* atque adeo *impius* Jer. 48, 29. Ps. 94, 2. 140, 6. Prov. 15, 25. Plur. גֵּאִים.

גֵּא m. animo *elatus, fastuosus* Jes. 16, 6.

גַּאֲה f. *elatio* animi, *fastus* Prov. 8, 13.

גַּאֲוָה f. (mutata tertia rad. ה in ו) *elatio* i. e. 1) *sublimitas, magnificentia* Dei Deut. 33, 26. 29. Job. 41, 6. 2) *elatio animi, fastus* Ps. 10, 2. Prov. 29, 23. Jes. 13, 11. 16, 6. etc., עָשָׂה גַּאֲוָה *insolenter egit* Ps. 31, 24. *Fastus* poet. mari etiam tribuitur Ps. 46, 4. Meton. Job. 41, 6 (7) גַּאֲוָה אֲפִרְקֵי מָגִנִּים *superbia* (gloria) ejus (crocodili) sunt *squamarum canales*, ubi tamen alii vertunt: *tergum scuta sunt robusta*, ita ut גַּאֲוָה dictum sit pro גֵּוָה.

גֵּוָה f. (pro גַּאֲוָה) *elatio, exaltatio* Job. 22, 29., spec. *elatio animi, fastus* 33, 17. Jer. 13, 17. Syr. ܓܘܐ *id.* Aliud v. sub גּוּ.

גֵּוָה f. chald. *fastus* Dan. 4, 34.

גַּאוּת f. *elatio* h. e. 1) *motus* in *sublime* (de fumo in altum se extollente) Jes. 9, 17. 2) *sublimitas, majestas* Dei Ps. 93, 1. Jes. 12, 5. 26, 10. 3) *elatio animi, fastus, insolentia* Ps. 17, 10. 89, 10. Jes. 28, 1. 3.

גָּאוֹן m. 1) *majestas, gloria* (inpr. Dei) Exod. 15, 7. Jes. 24, 14. Mich. 5, 3. Job. 37, 4. 40, 5. 2) *elatio, fastus,* et proprie (hominum) Job. 35, 12. Ps. 59, 13. Prov. 8, 13 (ubi copulatur cum גַּאֲה) Jes. 13, 11 (ubi sq. גַּאֲוָה) 14, 11., et translate (maris, fluctuum) Job. 38, 11.; meton. (ut Lat. *gloria* Tac. Germ. 5.) de eo, quo quis *se*

effert et *gloriatur* Ezech. 24, 21. 32, 12. Am. 8, 7. In regim. גְּאוֹן Levit. 26, 19. Ps. 47, 5. גְּאוֹן הַיַּרְדֵּן *gloria, decus Jordanis* Jer. 12, 5. 49, 19. 50, 44. Zach. 11, 3. i. e. nemorosae hujus fluminis ripae v. SCHNURRER Observatt. in Jerem. (Commentatt. theol. a RUPERTIO, KUINOEL. et VELTHUSEN. editt. Vol. III, p. 372.). Alii de Jordanis *exundationibus* intelligunt, quae nullae sunt v. KUIPERS Diss. in h. l. in Observatt. sup. var. Cod. V. T. loca sub praes. S. RAVII Traiect. ad Rh. 1773. Cum Affixo גְּאוֹנָם *fastus eorum* Zeph. 2, 10. Ps. 59, 13. Plur. גְּאוֹנִים, unde cum Affixo גְּאוֹנֶךָ *fastus* sive *superbiae tuae* Ezech. 16, 56. Sed

גַּאֲיוֹן m. *fastuosus:* unde Plur. גַּאֲיוֹנִים sec. Cthib Ps. 123, 4. sed Masorethae legendum volunt גַּאֲוֵי יוֹנִים *elationes opprimentium*, a Sing. גַּאֲ.

גָּאַל Duplex radix: I.) 1) *repetere (reposcere), redimere, vindicare* id cujus redimendi vindicandive jus ex lege tibi competit, ut villas et agros, qui vel a te ipso vel a proximo cognato venditi fuerant, Levit. 25, 24. 28., ut res (pecudes gregis tui) Jovae consecratas Levit. 27, 15., ut *sanguinem* cognati, caedem ejus ulciscendo Num. 35, 19 sqq. Deut. 19, 6. etc. Hinc גֹּאֵל subst. sign. *cognatum proximum,* cui ista jura, id inprimis, quod in ulciscenda nece versabatur (hinc גֹּאֵל הַדָּם Deut. 19, 6.), competunt 1 Reg. 16, 11. Levit. 25, 25. Ruth. 2, 20.; et cum hujus esset, mortui cognati viduam in matrimonium ducere, גָּאַל semel etiam de hoc ipso officio dicitur Ruth. 3, 13. Cet. cf. omn. MICHAELIS Mos. Recht Tom. II. — Deinde vero 2) גָּאַל omnino est: *vindicare,* ut Job. 3, 5. יִגְאָלֻהוּ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת *vindicent* sibi *illum* (diem) *tenebrae* h. e. occupent, in servitutem quasi redigant. Alibi *vindicare,* liberare *a miseriis* (de Deo) Hos. 13, 14. מִמָּוֶת אֶגְאָלֵם *a morte vindicabo illos* Exod. 6, 6. Ps. 106, 10. Jes. 44, 22. hinc est, quod Jova sexcenties appellatur גֹּאֵל *vindex, assertor* alicujus Jes. 49, 7. etc. et cum Affixis גֹּאֲלִי *redemtor meus* Ps. 19, 15. Job. 19, 25. גֹּאֲלֶכֶם *redemtor vester* Jes. 43, 14. — Pahul גָּאוּל, Plur. גְּאוּלִים *redemti, liberati* Jes. 35, 9. 51, 10. in regim. גְּאוּלֵי Ps. 107, 2. Jes. 62, 12. cum Affixo גְּאוּלַי *redemti, liberati mei,* i. e. *abs me* Jes. 63, 4. Infin. absol. גָּאוֹל Levit. 27, 13. 19. 31. Inf. construct. cum Affixo גְּאָלֵךְ Ruth. 3, 13. Imperat. גְּאַל Ruth. 1, 4. 6. Fut. יִגְאַל Levit. 25, 33. Ruth. 3, 13. — Niph. נִגְאַל *redemtus est* Levit. 25, 30. *liberatus est* Jes. 52, 3. it. *redemit se* Levit. 25, 49. 54.

II.) *Polluere, contaminare,* max. sanguine ac caede, i. q. Chald. גְּעַל. Hinc ortum putant nonnulli יִגְאָלֻהוּ Job. 3, 5. sed v. supra. — Niph. נִגְאַל *contaminatus est* Zeph. 3, 1.; sed Jes. 59, 3. Thren. 4, 14. נְגֹאַל formâ insolenti, quam olim mixtam putarunt ex Niph. et Pyal, v. tamen GESEN. Lehrgeb. p. 462. Pih. Mal. 1, 7. בַּמֶּה גְּאַלְנוּךָ *qua re polluimus te* (al. *qua re dicamus te pollutum esse*). — Pyh. Esr. 2, 62. וַיִּגָּאֲלוּ מִן־הַכְּהֻנָּה praegn. *et polluti declarati* (adeoque remoti) *sunt a sacerdotio* (Neh. 7, 64.); ubi tamen al. conferri jubent Aph. *reiecit;* Mal. 1, 7. 12. מְגֹאָל *pollutus, impurus* (sensu levit.). — Hiph. Jes. 63, 3. אֶגְאַלְתִּי (pro הִגְאַלְתִּי ex Syriasmo): *contaminavi.*

גְּאֻלָּה m. *pollutio*. Plur. גְּאֻלִּים *pollutiones*, unde in regim. גְּאֻלֵּי Neh. 13, 29.

גְּאֻלָּה f. 1) *redemtio, vindicatio* Levit. 25, 24. 31. 48. Ruth. 4, 7. Jer. 32, 7. 8. — 2) *jus redemtionis* Levit. 25, 31. 32., quod Jer. 32, 7. dicitur מִשְׁפַּט הַגְּאֻלָּה, it. *pretium redemtionis* Levit. 25, 51 sqq. it. *res cujus redimendae jus competit* Ruth. 4, 6. — 3) *cognatio* Ezech. 11, 15. In regim. גְּאֻלַּת Levit. 25, 32. cum Affixo גְּאֻלָּתִי *redemtio mea* Ruth. 4, 6.

מְגֹאָל m. *proximus post Goëlem* Ruth. 2, 20. 3, 12. coll. 4, 4. coll. מְגֹאָר *proximus post regem* Nah. 3, 17.

גָּבָא rad. inusit. Arab. جَبَأَ *congregavit deduxitque aquam*, Chald. *collegit*.

גֵּבָא m. *fossa, lacuna, palus* Jes. 30, 34. q. d. *collectio aquae*, جُبّ *stagnum*. Plur. גֵּבָאִים, cum Affixo גֵּבָאָיו *paludes ejus* Ezech. 47, 11.

גָּבַב rad. inusit. 1) coll. Sab. جبص *in gibbum se contraxit, dorso eminuit* (v. Norberg Lexid. p. 23 sq.). v. infra גַּב. Finit. est Sab. بص (v. Norberg p. 24.). — 2) i. q. גּוּב, unde oritur גַּב.

גַּב m. in genere: *eminentia cum convexitate conjuncta;* 1) *dorsum, tergum,* et hominis Ps. 129, 3. et animalis Ezech. 10, 12. (alibi גַּו et גֵּו). — Hinc a) גַּב מָגֵן *dorsum clypei*, i. e. *umbo* Job. 15, 26. ubi cum *dorsis* sive *umbonibus clypeorum occurrere* (Arab. تلب له ظهر المجن), est: *adversarium se gerere*, de qua phrasi vid. Schultens. in *Animadvers.* ad h. l. — b) *munimentum, propugnaculum,* dorsi instar editum, (cf. Lat. *agger*), Job. 13, 12. לְגַבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם *propugnaculis, munimentis luteis* (similia sunt) *propugnacula vestra*, h. e. argumenta, quibus vestram vos caussam defenditis. Arab. ظهر *dorsum*, passim pro *praesidiis* et *munimentis* dicitur (v. Schultens. ad h. l.); *lutea* autem propugnacula sunt *infirma*. — 2) *arcus (bogenförmige Krümmung):* a) *fornix, aedes fornicatae, (absis* Plin. Epp. 2, 17.; *arcum* etiam Lat. dicunt), Ezech. 16, 24. 31. 39. Convenit cum Arab. جَبَنْدٌ *fornix* ab altitudine. Cf. sequens صدا. Sed Ezech. 43, 13. videtur *fundamentum altaris fornicatum* significari. Lxx. τὸ ὕψος τοῦ θυσιαστηρίου, Vulg. *fossa altaris*. — b) *supercilium oculorum* Levit. 14, 9. Chald. et Syr. صدا *supercilium, vertex*. — 3) *absis, curvatura rotae* 1 Reg. 7, 33. Ezech. 1, 18. et sec. quosdam c. 10, 12. Cum Affixis גַּבֵּי Ps. 129, 3. גַּבָּהּ Ezech. 16, 31. 39. Plur. masc. גַּבִּים in regim. גַּבֵּי Job. 13, 12. cum Affixo גַּבֵּיהֶם, et sine Jod, גַּבֶּהָם Ezech. 10, 12. Plur. foem. גַּבּוֹת cum Affixo גַּבּוֹתָם Ezech. 1, 18.

גַּב m. Chald. *dorsum;* unde cum Affixo גַּבֵּהּ Dan. 7, 6. cum Jod otioso. Al. coll. Syr. بص vertunt: *latus*.

גֵּב m. Chald. *fossa, fovea* (جُبّ *id.* حُفْرَة *fovea, cisterna*) Dan. 6, 8. 13. 25. In Statu emphat. גֻּבָּא Dan. 6, 13. 18. 20. 21. 24. 25.

גָּבַב rad. inusit. Arab. جبى *latere egredi ex terra.* Unde

גּוֹב (i. q. גֹּבַי): m. *locustae* species, proprie locusta primum *ex terra prorepens,* i.e. prima sua aetate (Arab. جَابٍ pro جابى *locusta*). Scilicet locustarum proprium est, ova sub auctumnum recondere sub terra, unde subsequente veris exitu nigri vermes emergunt. cf. Bochartı *Hieroz.* P. II. lib. 3. c. 1. p. 443. Aristotelis *Hist. anim.* lib. 5. c. 28. Plinius lib. II. c. 29. Nah. 3, 17. Plur. formae rarioris גּוֹבַי *locustae* Am. 7, 1., unde גּוֹב גּוֹבַי *locusta locustarum,* i. e. *praegrandes* vel *plurimae locustae* Nah. 3, 17. coll. simili phrasi Hos. 10, 15. et sec. Chib 2 Reg. 19, 23. Caeterum de terminatione illa plur. in י_ varie sentiunt Grammatici. cf. Verbrugge Observ. de Nom. hebr. Num. plur. (Gron. 1730) p. 183 sqq. et Gesen. Lehrgeb. p. 523 sq.

גֵּב (i. q. גֶּבֶה): m. *locusta,* unde Plur. גִּבִּים *locustae* Jes. 33, 4.

גָּבַהּ *altus, sublimis, elatus fuit:* a) de rerum hominumque *proceritate* Ezech. 31, 5., sq. עַל Ps. 103, 11. vel מִן 1 Sam. 10, 23. *altior fuit quam,* altitudine superavit. — b) de *dignitate* et excellentia, vel Dei Jes. 5, 16. vel hominum Job. 36, 7. Jes. 52, 13. — c) translate junct. cum לֵב: *animus extulit se, elatus fuit,* vel in bonam partem 2 Chron. 17, 6. וַיִּגְבַּהּ לִבּוֹ בִּדַרְכֵי יְיָ *et extulit se animus ejus in viis Jovae,* h. e. animum sibi sumsit ad ingrediendas vias J. — vel longe frequentius in malam partem, de *fastu* et *superbia* 2 Chron. 26, 16. Ps. 131, 1. Ezech. 28, 2. 5. 17., etiam omisso לֵב Ezech. 16, 59. Jes. 3, 16. ubi tamen vid. Rosenmueller. (coll. Arab. جَبُهَ *altifrons fuit* v. Schultens. in Commentar. ad Job. 35, 5.) Jer. 13, 15. Praet. foem. גָּבְהָא (pro גָּבְהָה) Ezech. 31, 5. Plur. גָּבְהוּ Jes. 3, 16. Infin. cum ה paragog. גָּבְהָה Zeph. 3, 11. Fut. יִגְבַּהּ Prov. 18, 12. Plur. in Pausa תִּגְבְּהוּ Jer. 13, 15. Pers. 3 foem. cum Vau convers. וַתִּגְבְּהִינָה Ezech. 16, 50. pro תִּגְבָּהְנָה ad formam Quiescentium tertia radicali ה.

Hiph. 1) transit. *altum fecit, exaltavit,* proprio sensu, Ezech. 17, 24. Prov. 17, 19. Imper. (שְׁאֵלָה) הַגְבֵּהּ *altum fac, pete,* i. e. *ex alto pete* Jes. 7, 11.; trop. *sublimem excellentem reddidit* Ezech. 21, 31.; sq. Infin. alius verbi pro adverbio est, יַגְבִּיהוּ עוּף *altum faciunt volare,* i. e. *alte volant,* Job. 5, 7. — 2) intrans. *se exaltavit* h. e. *sublime petiit* Ps. 113, 5. מַגְבִּיהִי לָשָׁבֶת (Partic. cum Jod parag.) *exaltans se ad habitandum,* h. e. *in sublimi* (in montibus) *habitat;* Job. 39, 27. (30.) יַגְבִּיהַּ נָשֶׁר *in sublime se tollit aquila,* sublime petit.

גָּבֹהַּ m. 1) adject. *altus, elatus, excelsus* (de arboribus, montibus etc.) Jes. 2, 15. Jer. 3, 6. Ezech. 17, 22. 24. etc. it. *elatus animo, fastuosus,* Ps. 138, 6. Ezech. 21, 31. Plur. גְּבֹהִים *alti, elati* Gen. 7, 19. Jes. 5, 15. Eccles. 5, 7. Foem. גְּבֹהָה Deut. 3, 5. 1 Reg. 14, 23. Ponitur pro *Neutro:* דַּבֵּר גְּבֹהָה *superbe loqui* 1 Sam. 2, 3. Plur. גְּבֹהוֹת Deut. 28

52. Jer. 17, 2. — 2) subst. *altitudo, proceritas* 1 Sam. 16, 7. גְּבַהּ קוֹמָה *proceritas staturae.*

גָּבֹהַּ adj. *id.* unde in regim. גְּבַהּ Ps. 101, 5. Prov. 16, 4. Ezech. 31, 3. Eccles. 7, 8.

גֹּבַהּ m. *altitudo* 1 Sam. 16, 7. v. sub גָּבֹהַּ.

גֵּבַהּ m. 1) *altitudo* Job. 22, 12. *proceritas* Am. 2, 9. Ezech. 31, 14. — 2) *sublimitas, majestas* Job. 40, 5. etc. — 3) גְּבַהּ אַף *elatio nasi, superbia, fastus* Ps. 10, 4. qua phrasi etiam Arabes utuntur (vid. Schultens. in *Animadverss.* ad h. l.), et ipsi Germani nostri. Hoc sensu passim omittitur אַף Prov. 16, 18. Jer. 48, 29. Simil. גְּבַהּ לֵב *elatio animi*, i. e. *insolentia, superbia* 2 Chron. 26, 16. Cum Affixis גַּבְהוֹ 1 Sam. 17, 4. Ezech. 31, 10. גַּבְהָם Ezech. 31, 14. Plur. construct. גַּבְהֵי Job. 11, 8.

גַּבְהוּת f. *elatio animi, fastus* Jes. 2, 11. 17.

גִּבֵּחַ m. *recalvus, recalvaster* Levit. 13, 41. Cognationem habet cum praeced. Verbo גָּבַהּ *altus, elatus fuit*, pro quo Samaritani dicunt גבח, quod apud Arabes speciatim de *fronte alta* et *magna* adhibetur, unde أجبح *fronte magna praeditus: recalvo* enim, sincipite capillis destituto, frons solito *altior* et *major* apparet. Calculum adiicit J. D. Michaelis in *Suppl.* Quomodo a קָרֵחַ differat, ostendit H. S. Reimarus de *Differentiis vocum Hebr.* Dissert. II. p. 3 sq. v. infra.

גִּבֵּחַת f. *recalvatio* Levit. 13, 42. cum Suffixo גִּבַּחְתּוֹ Levit. 13, 42. 43. 55.

גָּבַל *terminavit, determinavit*, h. e. *terminos posuit, fines constituit* Deut. 19, 14. Jos. 18, 20. it. intransit. *finitimus, conterminus fuit.* Fut. תִּגְבַּל־בָּהּ *contermina ei erit* Zach. 9, 2. — Hiph. הִגְבִּיל *terminum posuit, termino circumscripsit*, unde Praet. cum Vau convers. וְהִגְבַּלְתָּ *et termino circumscribes* Exod. 19, 12. Imperat. הַגְבֵּל *termino circumscribe* Exod. 19, 23.

גְּבַל *Byblus* Graecorum, Phoenices urbs, ad mare mediterraneum paullo post gradum latitudinis 34 sita, Arabibus vetusto adhuc nomine جُبَيْلَة et diminutive جُبَيْل dicta, nostris *Gibla, Dschible, Esbele* Ezech. 27, 9. v. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 251.

גְּבָל Nomen propr. *partis Idumaeae* Ps. 83, 8. (v. Relandi *Palaestina* L. I. c. 15. Bachiene *descr. Palaest.* T. I. lib. 2.). Montanus enim Arabiae tractus ab oriente maris mortui versus austrum exporrectus, Balkam hodiernam antiquasque Ammonitarum, Moabitarum et Idumaeorum sedes complexus, dicitur جبال teste Abulfeda coll. Arab. جَبَل *mons.*

גִּבְלִי *Gebalensis* vel *Gebalenus* s. Byblius Jos. 13, 5. 1 Reg. 5, 32.

גְּבוּל et גִּבֻל m. 1) *terminus, finis* Gen. 10, 19. 47, 21. Num. 34, 6. Deut. 3, 16. 2 Sam. 21, 5. etc. sic sec. Cthib Jos. 15, 47. (ubi Kri habet גָּדוֹל *magnum*); it. *lapis terminalis*, (qui et ipse Latinis *terminus* ap-

pellatur), Deut. 19, 14. 27, 17.; nec non *margo, ora, Rand* Ezech. 43, 13. 17. 20. — 2) id quod certis finibus circumscriptum est: h. e. a) *regio* (ut Latinor. *fines*) Exod. 13, 7. Num. 20, 16. 17. 21. Jud. 11, 22. Ps. 105, 31. 33. 147, 14. — b) *spatium* Ezech. 40, 12. Cum Affixo גְּבוּלְכֶם Jos. 1, 4. et גִּבְלְכֶם Deut. 11, 24. Plur. גְּבוּלִים *termini*, unde cum Affixis גְּבוּלֶיךָ Jer. 15, 13. 17, 3. גְּבוּלָהּ 1 Sam. 5, 6. 2 Reg. 15, 16.

גְּבוּלָה et גִּבְלָה f. 1) *terminus*, unde cum Affixo גִּבְלָתוֹ *terminus* (margo) *ejus* (agri) Jes. 28, 25. Plur. גְּבוּלוֹת Ps. 74, 17. Job. 24, 2. — 2) Plur. גְּבוּלוֹת *fines* h. e. *regio, terrae tractus, ager* (*Gebiet*) Jes. 10, 13. defect. גְּבֻלוֹת Num. 32, 33. Deut. 32, 8. cum Affixo גְּבֻלֹתֶיהָ Num. 34, 2. 12. Jos. 18, 20.

גַּבְלוּת vel גִּבְלַת f. *determinatio*, hinc Exod. 28, 22. 37, 15. *catenae determinationis* h. e. determinandis, distinguendis gemmarum ordinibus inservientes. Alii aliter v. J. D. Michaelis in *Supplem.*

מִגְבָּלָה f. *id.* in Plur. מִגְבָּלוֹת Exod. 28, 14.

גָּבַן radix Hebraeis inusit.; Syr. in Ethpeh. ܐܬܓܒܢ *coagulatus, condensatus est*, Arab. جَبَنَ in Conjug. IV. *coagulavit*, in Conjug. V. *coagulatum fuit lac.* Inde sunt

גְּבִינָה f. *caseus*, q. d. *lac coagulatum* Job. 10, 10.

גִּבֵּן m. *gibbosus*, q. d. *condensatus* et *concretus*; Germani dicunt *zusammen gekrochen, gewachsen.* Levit. 21, 2.

גִּבְנוֹן m. unde Plur. גִּבְנֻנִים *gibbositates*, hinc הַר גִּבְנֻנִים *mons gibbositatum, gibbosus*, h. e. multos colles habens Ps. 68, 16. 17. Syr. ܓܒܢܘܢ *supercilium, vertex, cacumen.*

גָּבַע radix inusit. cujus derivata omnia id quod *editum atque simul subrotundum* est (*abgerundete Erhöhung*) significant. Simonis vim *tegendi* et *operiendi* (coll. קבע) radici tribuit, Schultens. vero in *Commentar.* ad Prov. 22, 23. notionem *complicandi in rotundiorem formam.* Inde sunt

גִּבְעָא Nomen proprium oppidi in tribu Benjamin, prope Ramam, sic dicti, quod in colle exstructum eminuit 1 Sam. 13, 16. Appellatur etiam גִּבְעָה 1 Sam. 22, 6. et, quoniam Saul ibi natus erat, גִּבְעַת שָׁאוּל 1 Sam. 11, 4. Cum ה locali גִּבְעָתָה 1 Sam. 10, 10. 23, 19.

גָּבִיעַ m. 1) *scyphus, crater*, divers. a כּוֹס Jer. 33, 5. — 2) *calix*, sensu botanico, Arab. كَأْس *calix, folliculus florum* Exod. 25, 33. In regim. גְּבִיעַ Gen. 44, 2. 12. 16. 17. cum Affixo גְּבִיעִי Gen. 44, 2. Plur. גְּבִיעִים *scyphi, crateres* Exod. 25, 33. 34. Jer. 35, 5. cum Affixo גְּבִיעֶיהָ Exod. 25, 31. 37, 17.

גְּרָר Nom. propr. urbis Philistaeorum Kades inter et Schur Gen. 26, 1. 27. Distabat ab Eleutheropoli meridiem versus 25 mill., ut auctor est Hieron. ad Gen. 22, 3.

גָּרַשׁ 1) *pepulit, expulit, eiecit*, propr. Jes. 57, 20. יִגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ *expellunt, eiectant aquae coenum*; deinde *finibus expellere, eiicere* gentem Exod. 34, 11., domo eiicere h. e. *repudiare* uxorem Levit. 21, 7. 22, 13. Num. 30, 3. Ezech. 44, 22. Hinc 2) *vacuefecit, evacuavit* Ezech. 36, 5. v. infra מְגֹרָשׁ. — Niph. 1) *pulsus, expulsus est* Jon. 2, 5. — 2) *propulsus, impulsus est* Am. 8, 8. וְנִגְרְשָׁה *et propelletur*, huc illuc agitabitur, commovebitur (Chald. *id.*); Jes. 57, 20. יָם נִגְרָשׁ *mare impulsum* h. e. agitatum. — Pih. גֵּרַשׁ *pepulit, expulit* Gen. 21, 10. Prov. 22, 10. Jud. 2, 3. Exod. 23, 28. Gen. 4, 14. Praet. cum Suffixo et Vau convers. וְגֵרַשְׁתָּמוֹ Exod. 23, 31. Infin. גָּרֵשׁ Exod. 11, 1. 1 Chron. 17, 21. Fut. יְגָרֵשׁ Exod. 11, 1. Plur. cum Nun paragog. תְּגָרֵשׁוּן Mich. 2, 9. — Pyh. Praet. Plur. גֹּרְשׁוּ *expulsi sunt* Exod. 12, 39. Fut. Plur. in Pausa יִגָּרְשׁוּ *expellebantur*, vel *expelluntur* Job. 30, 5.

גֶּרֶשׁ m. *proventus* Deut. 33, 14. Sed גֶּרֶשׁ vid. supra sub rad. גרס.

גְּרוּשָׁה f. *expulsio*, unde Plur. cum Affixo גְּרֻשֹׁתֵיכֶם *expulsiones vestrae* Ezech. 45, 9.

מִגְרָשׁ m. 1) Infinit. Aram. (ut מִקְרָא Num. 10, 2. v. Gesen. Lehrgeb. p. 304.) *evacuare* (al. depascere coll. Arab جرس) Ezech. 36, 5. — 2) *suburbium*, h. e. spatium mille cubitorum ab omni parte urbium Levitis concessarum, quod pascendo pecori inserviebat, ut Levit. 25, 34. Num. 35, 2. coll. Jos. 21, 2. et rad. Arab. جشر. — 3) in univ. *spatium* quod urbem aliquam undique cingit Ezech. 48, 17. 27, 28. etiam de *pomoerio templi* Ezech. 45, 2. In regim. מִגְרַשׁ Levit. 25,

34. 2 Chron. 31, 19. Plur. מִגְרָשִׁים, in regim. מִגְרְשֵׁי Num. 35, 4. 5 1 Chron. 5, 16. cum Affixo מִגְרָשֶׁיהָ Jos. 21, 11. 13. 14. 15. etc.

מִגְרָשָׁה f. *suburbium*, semel in Plur. occurrit, מִגְרָשׁוֹת Ezech. 27, 28. qui tamen Plur. potest etiam a מִגְרָשׁ derivari.

גֵּרְשֹׁם Nom. propr. 1) filii Mosis Exod. 2, 22. 18, 3. — 2) filii Levi 1 Chron. 6, 1.; al. גֵּרְשׁוֹן Gen. 46, 11. Exod. 6, 16.

גָּשַׁם propr. *crassus fuit*, ut Arab. جسم et جشم *gravi mole incumbere*. Sed Part. Hiph. plur. מַגְשִׁימִים *pluentes, pluere facientes* Jer. 14, 22. a sq. Nomine significationem accepit.

גֶּשֶׁם m. *pluvia magna, imber* Gen. 7, 2. 8, 2. 1 Reg. 17, 7. 14. 2 Reg. 3, 17. etc. Plur. גְּשָׁמִים *imbres* Esr. 10, 9. 13. In regim. גִּשְׁמֵי Ezech. 34, 26. cum Affixo גִּשְׁמֵיכֶם imbres *vestri* Levit. 26, 4. etc.

גֶּשֶׁם m. *id.* unde cum Affixo גִּשְׁמָהּ Ezech. 22, 24.

גִּשְׁמָא m. Chald. *corpus*, a *crassitie*. Cum Affixis גִּשְׁמָהּ *corpus ejus* Dan. 4, 30. 5, 21. Foem. גִּשְׁמָהּ *id.* Dan. 7, 11. cum Segol גִּשְׁמֵהּוֹן Dan. 3, 27. 28. sed in posteriore loco Cthib habet גִּשְׁמֵיהוֹן in Plur.

גֹּשֶׁן Nomen proprium 1) partis Aegypti, Philistaeis finitimae, in qua Israelitae per 430 annos habitarunt Gen. 45, 10. 46, 29. Exod. 13, 17. al. Ex sententia J. D. Michaelis in *Suppl.* pertinuit a Philistaea usque ad ostium Tanaiticum, in quo *Casius* mons, nomine *Gosenitidi* vicinus, et a Raphia s. a mari mediterraneo, confiniis Palaestinae et Aegypti, usque ad Heroopolim, non tamen exclusa magna Arabiae Aegyptiae ab Austro Heroopolis et Heliopolis parte. Jablonski vero *in Dissertt. VII. de terra Gosen* (rep. in Opusc. ed. te Water. Tom. II. p. 77 sqq.) pugnat pro Heracleopolitana insula et praefectura, (*νόμος Ἡρακλεώτης* Graecis appellatur), parum verisimiliter. — 2) oppidi in tribu Judae Jos. 10, 41. 11, 16. 15, 51.

גְּשׁוּר Nomen proprium trium regionum a *pontis*, ut videtur, vicinia (جسر enim, גְּשָׁרָא et ܓܫܪ *pons* est) dictarum: 1) terrae ab oriente Jordanis, in Gileaditidis vicinia, a Cananaeis inhabitatae Deut. 3, 14. Jos. 12, 5. 13, 13. 1 Chron. 2, 23. — 2) terrae ab austro Palaestinae, et quidem tribus Judae, in Philistaeorum vicinia, Jos. 13, 2. 1 Sam. 27, 8. coll. 10. — 3) Gesurae Aramaeae (גְּשׁוּר בארם), de cujus positu nihil certi constat, sed fortasse ultra Hamatham sita fuit, 2 Sam. 3, 3. 13, 37. 15, 8. 1 Chron 3, 2. v. Relandi *Palaest.* p. 77. 78. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 381. Hinc גְּשׁוּרִי *Gesuraeus.*

גָּשַׁשׁ *palpavit, contrectavit*, proprie *explorandi* causa, (coll. جاس *scrutatus est, pervasit quaerendo*). Arab. جَسَّ Syr. ܓܫ Chald. גְּשַׁשׁ *palpavit*. In Kal inusit.; Pih. Fut. cum ה paragog. נְגַשֶּׁשָׁה כְעִוְרִים קִיר (emisso Dagesch) *palpamus ut coeci parietem*, i. e. non habemus, quo nos vertamus, non patet exitus e tam stipato calamitatum agmine Jes. 59, 10. Sed יְגֻשֵּׁנִי Job. 40, 19. vid. sub נָגַשׁ.

גַּת f. *cupa* in qua uvae conculcantur pedibus, unde dicitur דָּרַךְ גַּת *calcavit cupam*; vulgo *torcular*: sed torcular cochlea intorquetur (conf. יֶקֶב); Jud. 6, 11. Jes. 63, 2. Joel. 4, 13. Thren. 1, 15. Sec. Hillerum in *Onom. S.* p. 808. et in *Hierophyt.* P. I. p. 293. per Syncopen litterae Nun et per Aphaeresin primae radicalis Jod dicitur pro יְגֶנֶת (יְגַנְתְּ), a rad. Arab. وجن *contudit, subegit, pressit*, ut Lat. *prelum* dicitur quasi *premulum*, a *premendo*. Plur. גִּתּוֹת (mutato Patach in Chirek, ut in aliis Defectivis) *cupae* Neh. 13, 15.

גַּת Nomen propr. *urbis Philistaeorum* Jos. 11, 22. 13, 3. 1 Sam. 6, 17. 2 Chron. 26, 6. Am. 1, 7. al. v. Relandi *Palaest.* p. 786. — גַּת הַחֵפֶר fuit *urbs Sabulonitarum* Jos. 19, 13. — גַּת רִמּוֹן *urbs* et *Danitarum* Jos. 19, 45. et *Manassitarum* Jos. 21, 25; utraque concessa Levitis Jos. 21, 24. 25. v. Relandum l. c. Hinc גִּתִּי Nom. gentil. Jos. 3, 3. 2 Sam. 6, 10.

גִּתַּיִם *urbs Beniaminitica* Neh. 11, 33. forte eadem ac Gittaim quam filii Rimmon postea profugi inhabitarunt 2 Sam. 4, 2. 3., nisi extra fines Palaestinae, in terra Philistaeorum, quaeratur; legere enim etiam posses גַּת יָם *Gath ad mare* sita, portus *Gathensium*, v. J. D. Michaelis *Bibl. Or.* T. 13. p. 221.

גִּתִּית f. Ps. 8, 1. 81, 1. genus *instrumenti musici*, quod unde denominatum sit, dubium plane est. Alii deducunt ab urbe *Gath* Philistaeorum, vel a *Gath Rimmon*, urbe Levitarum (v. supra), ubi forsitan inventum vel maxime frequentatum fuit. Ad גַּת *cupam (torcular)* refert J. D. Michaelis in *Suppl.*, quasi fuerit instrumentum, ad quod cantica, vindemiae et uvarum calcationis tempore maxime frequentata, canerentur (Graecis etiam fuerunt ὕμνοι ἐπιλήνιοι). v. Pfeiffer. *v. d. Musik d. Hebr.* p. 33. Alior. opiniones recensuit Rosenmueller. Scholl. in Psalm. T. I, p. XXXVIII sqq.

גֶּתֶר Nomen propr. populi aramaei, de quo nihil certi constat Gen. 10, 23. Clericus ad l. c. suspicatur innui *Cartharae*, urbis ad Tigrim, incolas; Bochartus vero in *Phal.* lib. 2. c. 10. p. 92. accolas fluvii *Centritis* Carduchaeos ab Armeniis dirimentis dictos putat. Quo concesso forte גִּתָּר (pro גִּנְתָּר) scribendum esset. v. etiam J. D. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 158. et *Suppl.* p. 383.

ד

דָּא *haec, hoc, ista, istud*, Pronomen Chald. *Demonstrativum* sing. foem. Dan. 4, 27. 5, 6. 7, 3. 8. דָּא לְדָא *hoc ad illud, invicem* Dan. 5, 6 (אַרְכֻּבָתֵהּ דָּא לְדָא נָקְשָׁן Vulg. *genua ejus ad se invicem collidebantur*). Finitimum est Pronomini Hebr. זֹה vel זוֹ, mutato, ut fit, ז in ד et Cholem in Kametz.

דָּאַב *defatigatus est, languit, contabuit* (ut دَأَبَ Arab. de viribus fractis v. rad. אָדַב. Finitimum ذاب *contabuit caro aegri*, quod etiam de

moerore animi dicitur in vers. Arab. Ps. 207, 26.). Praet. foem. דָּאֲבָה *contabuit* (oculus meus prae moerore) Ps. 88, 10. Infinit. cum ה paragog. דַּאֲבָה *languere* Jer. 31, 12.

דְּאֵבָה f. *sollicitudo, moeror* Job. 41, 14.

דְּאֵבוֹן m. *defatigatio.* נָפֶשׁ דַּאֲבוֹן *defatigatus*, confectus moerore *animus* Deut. 28, 65.

דָּאַג 1) *sollicitus fuit* Ps. 38, 19., sq. לְ Pers. *de aliquo* 1 Sam. 9, 5. 10, 2. 2) *sollicite et anxie timuit,* vel *ab aliqua re,* sq. מִן Jer. 42, 16. Ps. 38, 19., vel aliquid, aliquem, sq. Accus. Jer. 38, 19. Jes. 57, 11. (Originem quaerunt in *motu crispato* aquarum coll. Jer. 49, 23., qui Graecis φρίξ et φρίκη dicitur. v. N. G. Schroeder in *Observv.* p. 104. Ale. Schultens. *Origg.* p. 6). Fut. יִדְאַג Jer. 17, 8. Ps. 38, 19.

דְּאָגָה f. *sollicitudo* Jos. 22, 24. *terror* Jer. 49, 23 (בְּיַם דְּאָגָה *in mari* h. e. in maris insulis *terror, consternatio est*). conjunctum cum רַגְזָה et רַעַשׁ Ezech. 12, 18. et oppos. דָּבָר טוֹב *bonae rei quae animum exhilarat* Prov. 12, 25.

דֹּאֵג Nom. propr. Idumaei, qui fuit in aula Sauli pastorum princeps. 1 Sam. 21, 8. 22, 9.

דָּאָה *volavit.* Fut. יִדְאֶה *volabit, volat* Deut. 28, 49. Jer. 48, 40. 49, 22. cum Vau convers. (apocop.) וַיִּדְא *et volavit* Ps. 18, 11. Sed de loco 2 Reg. 17, 21. v. sub rad. נדא.

דָּאָה f. *milvus* Levit. 11, 14. fortasse a *volatu,* qui in eo eximius est: altissime enim volat, nec facile delassatur. Pro דָּאָה Deut. 14, 13. recurrit רָאָה (a ראה *vidit,* ob *visus* acumen, unde *milvini oculi* apud Apulejum pro *acutis*), litteris ד et ר permutatis (nisi forte est librariorum error). v. Bochart. *Hieroz.* Tom. II, p. 777. Cet. cf. Michaelis Fragen p. 303 sqq.

דֳּבָא m. *quies,* a rad. Arab. دَبَّ *quievit,* ut jam ostendit Pfeiffer. in Dub. vex. p. 320. Parum probabiliter Hottingerus in *Smegm. Orient.* per Arab. دَبًى *opes, facultates,* Majus autem ad Cocceji *Lex.* p. 21. per *affluentiam* exponit ex significatione radicis Chald. דבא *fluere fecit.* Occurrit cum Suffixo in Pausa, דָּבְאֵךְ *quies tua* (quietus, pacatus status tuus) Deut. 33, 25. v. Rosenmueller. ad h. l. [ubi Textus Samarit. habet רֻבֵּיךְ, quod emendationis manifestam speciem prae se fert].

דָּבַב *repere, irrepere.* Unde דּוֹבֵב Cant. 7, 9. de *vino leniter* per guttur delabente, coll. Arab. دَبَّ *leniter incessit, paulatim fluxit, irrepsit* v. Schultens. in *Notis* ad Haririum p. 20. in *Comment.* ad Prov. 25, 10. et in *Clave Dialectorum* p. 202. Michael. Suppl. p. 385.

דֹּב et (cum Cholem pleno) דּוֹב epicoen. *ursus* 1 Sam. 17, 34. 36. 37. 2 Sam. 17, 8. Prov. 17, 12. 18, 15. etc. a *lento incessu* sic dictus, quo *repere* magis, quam gradi videtur, sec. Majum et Schultensium, vel, ut Bochartо placet, quod animal est *maxime villosum,* coll. rad. Arab.

دَبَّ *pilosus fuit,* unde et Graec. *δασυλλὶς* vocatur; nisi potius haec radicis Arab. significatio ab *urso* petita est. Plur. דֻּבִּים *ursi* 2 Reg. 2, 24. Jes. 59, 11. Arab. دُبٌّ *ursus* et دُبَّةٌ *ursa.*

דֹּב Chald. *id.* Dan. 7, 5.

דִּבָּה f. *obtrectatio, diffamatio, calumnia,* coll. Arab. دَبُّوبٌ *reptitius, lente incedens,* it. *qui clanculum obtrectat ac nocet,* et دَبَّ in Conj. IV. *increpavit aliquem ob calumnias,* unde proverbium Arab. دبت العقارب *reptant scorpiones ejus* i. e. *calumniae* et *obtrectationes.* Sumitur tam *active,* ut דִּבַּת רַבִּים *obtrectatio multorum,* qua multi me insectantur Jer. 20, 10. Ps. 31, 14., quam *passive, obtrectatio* sive *infamia,* quae de aliquo spargitur, ut Gen. 37, 2. Num. 13, 32. 14, 36. Prov. 10, 18. 25, 10. Metonymice designat *eum cui obtrectatur* Ezech. 36, 16. Cum Affixo דִּבָּתְךָ Prov. 25, 10. J. D. Michaelis in *Suppl.* confert لَصٌّ *fama,* et טִבְאָ *infamia.*

דָּבַח Chald. *sacrificavit,* i. q. Hebr. זָבַח. Part. Praes. plur. דָּבְחִין *sacrificantes, sacrificant* Esr. 6, 3.

דֶּבַח m. Chald. *sacrificium,* Hebr. זֶבַח, unde Plur. דִּבְחִין Esr. 6, 3.

מַדְבְּחָה m. Chald. *altare in quo sacrificatur.* In Statu emphat. מַדְבְּחָה Esr. 7, 17.

דִּבְיוֹנִים Plur. m. *stercora columbarum,* sec. Kri 2 Reg. 6, 25. Vulgo compositum esse volunt ex Chald. דֶּב *fluxus* (a דוב *fluere*), et יוֹנִים *columbae;* alii Formae convenientius ex inusit. דֶּבָא *fluxus, profluvium,* a rad. inusit. דבא *affluxit, profluxit,* Chald. *fluere fecit,* quocum convenit Arab. دبب *paulatim fluxit,* et גדב *effluxit.* Sed Cthib habet חַרֵי יוֹנִים, quod vid. sub rad. חרא.

דָּבַל rad. in Hebr. inusit., Arab. دَبَلَ *in unum coëgit* idque rotundiore forma.

דְּבֵלָה f. *palatha, massa ficuum aridarum compressa,* 1 Sam. 30, 12. Syr. ܕܒܠܬܐ id. [Male ab Arab. دبل *flaccuit, marcuit,* derivant Bochartus in *Canaan* p. 705. et Pocockius ad Tograi *Carmen Arab.* p. 31. Sic enim scribendum foret cum ז, זבלה]. Ficus in massas redigi docet Columella L. XII. c. 15. J. E. Faber ad *Harmari* observv. T. I, p. 390. add. Celsii Hierobot. II, p. 377 sqq. In regim. occurrit דְּבֶלֶת 2 Reg. 20, 7 (ubi adjectum est תְּאֵנִים). Plur. דְּבֵלִים *palathae* 1 Sam. 25, 18. 1 Chron. 12, 40.

דִּבְלָתַיִם Num. 33, 46. et בֵּית דִּבְלָתַיִם Jer. 48, 22. oppidum Moabitarum, quod Hieronymo appellatur *Deblatai.* Eadem est, ut videtur, דִּבְלָה Ezech. 6, 14. v. Rosenmueller. ad h. l.

דָּבַק et דָּבֵק 1) *adhaesit.* (Verb. denominat. ab Arab. دَبَقٌ *planta,* ex

qua viscus nascitur, *viscus* ipse. Syr. ܕܒܣܐ *arbor*, ex qua viscus nascitur, ܕܒܣܐ *viscus* ipse. Unde ܕܒܩ *firmiter ceu visco adhaesit*, in Conj. II. *visco junxit*). Dicitur a) *proprie* (de compactione et adhaesione qualibet), sq. בְּ Job. 19, 20., sq. לְ Ps. 102, 6., sq. אֶל Jer. 13, 11. — b) *translate* de iis, qui alicui addicti, dediti sunt, sq. אַחֲרֵי Ps. 63, 9., sq. בְּ Gen. 2, 24. Ps. 44, 26. 2 Sam. 20, 2., sq. לְ 1 Reg. 11, 2.; hinc דָּבַק בִּיהוֹה *Jovae addictum esse* Jos. 23, 8. (*κολλᾶσθαι τῷ κυρίῳ* 1 Cor. 6, 17.). — 2) *Persecutus, assecutus est, attigit*, sq. Acc. Gen. 19, 19., sq. אַחֲרֵי Jer. 42, 6. — Praet. foem. in Pausa דָּבְקָה Job. 29, 10. Infin. constr. cum ה paragog. דָּבְקָה Deut. 11, 22. 30, 20. Jos. 22, 5. Fut. תִּדְבַּק Deut. 10, 20. Foem. cum Nun paragog. et in Pausa תִּדְבָּקִין Ruth. 2, 8. 21. יִדְבַּק Ps. 101, 3. Foem. cum Affixo תִּדְבַּקְנִי Gen. 19, 19.

Notandae duae locutiones: 1) Deut. 13, 18. וְלֹא יִדְבַּק בְּיָדְךָ מְאוּמָה *nec adhaereat manibus tuis quidquam* (de rebus devotis), h. e. ne quidquam surripias, suppiles; — 2) *lingua adhaeret palato*, quod duobus modis dicitur: a) Thren. 4, 4. דָּבַק לְשׁוֹן יוֹנֵק אֶל־חִכּוֹ *adhaeret lingua lactantis palato* sc. prae siti, coll. Ps. 22, 16; — b) Job. 29, 10. וּלְשׁוֹנָם לְחִכָּם דָּבָקָה *et lingua eorum* (principum) *palato adhaesit*, h. e. siluerunt, obmutuerunt me praesente, summa quippe reverentia ducti (coll. Ezech. 3, 26.). *Silendi* notionem habet etiam Ps. 137, 6.

Pyh. Fut. Plur. in Pausa יִדָּבְקוּ *conglutinantur, cohaerent* Job. 38, 38. 41, 9.

Hiph. הִדְבִּיק 1) *adhaerere fecit* Ezech. 3, 26. לְשֹׁנְךָ אַדְבִּיק אֶל־חִכֶּךָ *adhaerere faciam linguam tuam palato tuo* (v. supra); 29, 4. הִדְבַּקְתִּי דְגַת יְאֹרֶיךָ בְּקַשְׂקְשֹׂתֶיךָ *adhaerere faciam pisces fluminum tuorum squamis tuis* (quod poet. dictum est de Aegyptiis Pharaoni adhaerentibus), translate Jer. 13, 11 (*Jovae adhaerere feci*). — 2) *persecutus est*, sq. vel Acc. pers. vel אַחֲרֵי Jud. 20, 45. 1 Sam. 14, 22. 31, 2.; it. *assecutus est, attigit*, sq. Acc. Gen. 31, 23 (ubi praecedit רדף *persequi*). Jud. 20, 42. v. statim. — 3) *assequi, attingere fecit* Deut. 28, 21. — Praet. cum Affixo in Pausa הִדְבִּיקָהוּ (bellum) *assecutum est*, attigit *illum* vel *unumquemque illorum* Jud. 20, 42. Plur. cum Affixo הִדְבִּיקוּהוּ 2 Sam. 1, 6. Fut. אַדְבִּיק Ezech. 3, 25. cum Vau convers. וַיַּדְבֵּק Gen. 31, 23. Plur. וַיַּדְבִּיקוּ Jud. 18, 23. וַיַּדְבְּקוּ 1 Sam. 14, 22. 31, 2. (ex terminatione Sing. יַדְבֵּק vel ex Chaldaismo, in quo Zere vel Chirek sub media radicali in Hiphil transit in Schwa). — Hoph. Part. מֻדְבָּק *agglutinatus* Ps. 22, 16. v. Chr. Bened. Michaelis *lumina Syr.* p. 33.

דְּבַק Chald. *id.* unde Part. Praes. Plur. דָּבְקִין *adhaerentes, cohaerentes* Dan. 2, 43.

דֶּבֶק m. *adhaerens*, et proprie, 2 Chron. 3, 11., et translate: *deditus*, 2 Reg. 3, 3. Prov. 18, 24. Plur. דְּבֵקִים Deut. 4, 4.

דֶּבֶק m. 1) *ferrumen*, quo laminae inter se compinguntur Jes. 41, 7. 2) *junctura, commissura*. Hinc Plur. דְּבָקִים 2 Reg. 22, 34. 2 Chron. 18, 33.

דָּבַר. Propria vis vocabuli inesse videtur in *nectendo serendoque*. cf. Schultens, Opp. min. p. 124. et Wilmet Lex. Arab. p. 268. Inde duplex

orta est potestas: 1) *agendi, ducendi,* coll. Syr. ܕܒܰܪ, Chald. דְּבַר *duxit,* Arab. دَبَرَ *ductus est,* Conj. II. *duxit,* it. *rexit* populum, Chald. מְדַבְּרָא *dux, gubernator.* add. Hebr. מִדְבָּר, דֹּבֶר, דְּבָרָה; 2) *loquendi,* quemadmodum Lat. dicunt *verba serere.* v. infra. Sed a *ducendi* notione denuo proficiscitur duplex significatio: α) *sequi, sectari, a tergo* (pone) *esse;* gregem enim pastor sequi solet; coll. Arab. دَبَرَ *pone fuit,* دُبُرٌ *postica,* Hebr. דֹּבֶר; β) *insidiari,* quod qui faciunt, a tergo adoriuntur alios; coll. دَبَرَ Conj. II.; hinc *perdere* cf. Hebr. דֶּבֶר.

In *Kal* non occurrit, nisi a) Part. praes. דֹּבֵר *loquens* Exod. 6, 29. Num. 32, 27. etc. Plur. דֹּבְרִים *loquentes* Num. 36, 5. Ps. 109, 20. in regim. דֹּבְרֵי Ps. 5, 7. 28, 3. Poem. Plur. דֹּבְרוֹת Num. 27, 7. Ps. 31, 18. b) Part. Pahul דָּבֵר *dictum* Prov. 25, 11. c) Infin. constr. דְּבֹר, unde cum Affixo in Pausa דָּבְרָךְ *loqui tuum* Ps. 51, 6.

Pihel דִּבֵּר et דִּבֵּר 1) *locutus est.* v. statim; — 2) *perdidit, delevit* 2 Chron. 22, 10. וַתְּדַבֵּר אֶת כָּל־זֶרַע *et delevit universam stirpem,* Lxx. καὶ ἀπώλεσε πᾶν το σπέρμα etc. (sed Gen. 34, 13. videtur וַיְדַבְּרוּ pertinere ad ea, quae v. 14. sequuntur, praesertim cum adjectum sit בְּמִרְמָה, in quo solo voc. *doli atque insidiarum* notio inest; Lxx. ἐλάλησεν αὐτοῖς). — *Loqui* autem significat דִּבֵּר absolute Num. 12, 2. Ps. 115, 5. 135, 16. Job. 32, 7. 16. itaque differt ab אָמַר eo, quod דבר simpliciter ponitur (ut in lingua germanica *reden*), אמר vero ipsa verba quae quis dixerit juncta habet (ut in lingua germanica *sagen*). Ab hoc tamen usu recedunt libri Regum et *Ezechielis* vaticinia, in quibus דבר sexcenties usurpatur ita, ut in simili phrasi ceteri scriptores אמר usurpant. cf. 1 Reg. 21, 5. 6. 2 Reg. 1, 7. 9. 10. 12. Ezech. 40, 4. In his igitur locis supplendum videtur verbum אמר (לֵאמֹר). — *Loqui cum aliquo, colloqui,* constr. cum בְּ personae Zach. 1, 9. Num. 12, 8., cum עִם pers. Deut. 5, 4., cum אֶת pers. Gen. 23, 8., cum לְפָנֵי pers. Exod. 6, 12., cum עַל pers. Jer. 42, 19. — *Loqui de aliquo* vel *de aliqua re* constr. vel cum בְּ Deut. 6, 7. 1 Sam. 19, 3. Ps. 119, 23. vel cum Accus. Ezech. 39, 8. Ruth. 4, 1. (cf. λέγειν τινα). *Contra, in aliquem loqui* constr. cum עַל Deut. 13, 6. Ps. 109, 20. vel cum בְּ Num. 21, 7. Ps. 50, 20. *Per aliquem loqui, interprete* aliquo *uti,* est דבר sq. בְּ Num. 12, 2. 2 Sam. 23, 2. (al. פֶּה בְּ). Haud raro additur nomen *verbi* seu *mandati, vaticinii, mendacii,* stultitiae etc. in Accusativo, ut דָּבָר אֱמֶת, דְּבָרִים, שֶׁקָרִים Gen. 24, 33. 2 Reg. 18, 26. Jer. 23, 28. Ps. 101, 7. Jes. 32, 6.; qui Accusativus passim adverbialiter sumendus est, ut דַּבֵּר שָׁלוֹם *amice loqui* Ps. 25, 20. 120, 7.

E contextu hic illic verti potest: a) *statuere, decernere* 2 Reg. 14, 27. — b) *admonere, verbis castigare aliquem,* sq. אֶל 1 Sam. 25, 17. etc. — c) *promittere* Gen. 21, 1. Exod. 12, 25. Deut. 1, 11. al., quo sensu constr. cum עַל 1 Reg. 2, 4. Jer. 25, 13., cum אֶל Exod. 32, 13. — d) *minari alicui,* constr. cum עַל, אֶל et לְ pers. Exod. 32, 14. 1 Sam. 28, 17. 1 Reg. 14, 11. 16, 12. 2 Reg. 10, 10. Jer. 16, 10. etc. — e) *praecipere, jubere* (v. אָמַר), constr. cum אֶל et אֵת pers. et Accus. rei Gen. 12, 4. Exod. 1, 17. 23, 22. Jes. 65, 12. Levit. 10, 5. Num. 5, 4. Deut. 2, 1.

1 Sam. 16, 4. etc. — f) *celebrare* Ps. 40, 6., spec. *carmine celebrare, carmen canere* Deut. 32, 1. Jud. 5, 12. Sic דָּבָר *carmen.* — g) *litigare, disceptare coram judice* 1 Reg. 3, 22. Ps. 127, 5.

Insuper notandae sunt hae phrases: 1) עַל פ (טוֹבָה) דָּבַר טוֹב *bonum* (bene) *loqui super aliquo*, h. e. a) *in alicujus salutem loqui* Esth. 7, 9. (coll. 6, 2.), *pro aliquo loqui, intercedere* (ap. aliuni) Jer. 18, 20., quo sensu etiam ב pers. additum est 1 Sam. 19, 4.; b) *bona, fausta alicui polliceri, promittere* (de Deo) Num. 10, 29. 1 Sam. 25, 30. Contrarium est ל רָעָה עַל פ *mala, perniciosa* vel *minitari* Jer. 11, 17. 19, 15. vel *decernere* 1 Reg. 22, 23. — 2) אֶל פ, אֵת דָּבַר טוֹבוֹת *blande cum aliquo loqui, aliquem alloqui* 2 Reg. 25, 28. Jer. 12, 6. Paullo aliter Gen. 24, 50. לֹא נוּכַל דַּבֵּר אֵלֶיךָ רַע אוֹ טוֹב *non possumus loqui ad te malum aut bonum*, h. e. non repugnabimus. — 3) עַל דָּבַר לֵב פ (παραμυθεῖσθαι) *humane* aliquem *alloqui* 2 Chron. 30, 22. 32, 6. spec. *consolari* Gen. 34, 3. 50, 21. al. — 4) עַל דָּבַר לִבּוֹ Gen. 24, 45. 1 Sam. 1, 13. vel עִם לִבּוֹ ל Coh. 1, 16. est *loqui apud animum suum*, h. e. *cogitare*; sed Ps. 15, 2. דָּבַר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ *loquens vera in corde suo*, dicitur is, qui, quae ore proloquitur, eadem corde premit. — 5) עִם פ, אֵת שָׁלוֹם ל *amice cum al. loqui* Ps. 28, 3. Jer. 9, 7. sed בְּפִּ שָׁלוֹם ל est *loqui bona in al.*, h. e. *bona precari alicui* Ps. 122, 8. et שָׁלוֹם ל Est. 10, 3. *pro salute al. loqui.* — 6) אֵת מִשְׁפָּט פ *sententiam in aliq. pronunciare* 2 Reg. 25, 6. Jer. 1, 16. al. sed אֵת מִשְׁפָּטִים ל est *litigare, contendere cum aliquo.* — 7) לְאִשָּׁה ל Jud. 14, 7. *loqui ad mulierem*, est *virginem poscere, expetere* (in matrimonium). Adde 1 Sam. 25, 39. וַיְדַבֵּר מַה־נַּעֲשֶׂה לַאֲחוֹתֵנוּ בַּיּוֹם שֶׁיְּדֻבַּר־בָּהּ דּוֹד בָּאבִיגַיִל לָקַחְתָּהּ לוֹ לְאִשָּׁה et Cant. 8. 8. *quid faciemus sorori nostrae illo die, quo expetetur, poscetur illa* (in matrimonium). — 8) דְּבָרִים ל *verba loqui*, h. e. ut Latini dicunt, *verba dare* Hos. 10, 4.

Praet. דִּבֶּר et (in media sententia) irregulariter cum Segol, דִּבָּר (v. Gesen. Lehrgeb. p. 314.) Gen. 12, 4. 17, 23. Exod. 1, 17. Levit. 10, 3. Num. 5, 4. etc. Part. מְדַבֵּר Gen. 27, 6. Deut. 4, 33. Plur. מְדַבְּרִים Exod. 6, 27. Esth. 6, 14. Foem. מְדַבֶּרֶת 1 Sam. 1, 13. 1 Reg. 1, 14. Plur. מְדַבְּרוֹת Jes. 19, 18. Infin. cum Affixo דַּבְּרוֹ pro דַּבֵּר עִמּוֹ, *loqui cum eo* Gen. 37, 4. (conf. similes constructiones Jud. 16, 3. Ps. 5, 5. 94, 20. 109, 3. Job. 31, 18.). Imper. דַּבֵּר Gen. 24, 33. Plur. in Pausa דַּבְּרוּ Jud. 19, 30. Fut. אֲדַבֵּר Exod. 23, 22. cum ה paragog. אֲדַבְּרָה 2 Sam. 14, 15. Job. 7, 11. in Pausa אֲדַבֶּרְה Job. 16, 4. Ps. 50, 7. יְדַבֵּר *loquetur* Exod. 4, 4. Foem. וַתְּדַבֵּר *et loquta est* Gen. 39, 17. Num. 12, 1. it. *et delevit* 2 Chron. 22, 10. cum Nun paragog. תְּדַבְּרוּן Gen. 32, 19. et simul in Pausa תְּדַבֶּרוּן Ps. 58, 2. Pyh. Part. מְדֻבָּר Ps. 87, 3. Fut. יְדֻבַּר Cant. 8, 8.

Niphal נִדְבַּר *colloqui*, sq. vel ב Ezech. 33, 30. Ps. 119, 23. vel עַל pers. Mal. 3, 13. (sensu reciproco). Praet. plur. נִדְבְּרוּ *collocuti sunt, locuti sunt inter se* Malach. 3, 16. in Pausa נִדְבָּרוּ Ps. 119, 23. Part. plur. נִדְבָּרִים *loquentes inter se, colloquentes* Ezech. 33, 30.

Hiph. הִדְבִּיר *subiecit* (coll. Chald. דְּבַר *cepit, abduxit*, unde דִּבְרָתָא) Ps. 18, 48. וַיְדַבֵּר עַמִּים תַּחְתָּי *et subiecit gentes mihi* (al. perdidit). Ps. 47, 4.

Hithpah. Part. מִדַּבֵּר (pro מִתְדַּבֵּר) *colloquens cum altero* Num. 7, 89. 2 Sam. 14, 13. Ezech. 2, 2. 43, 6.

דָּבָר m. 1) *verbum*, idque vel *generatim*, ut Gen. 44, 18. Num. 23, 5. 16. Deut. 18, 20. Jos. 6, 10. etc.; vel angustiore sensu: a) *praeceptum, decretum, edictum, lex*, ut Jos. 1, 13. 1 Sam. 15, 23. 21, 9. 2 Sam. 12, 9. 1 Reg. 12, 24. Esth. 1, 19. Exod. 34, 28. etc. (Similiter Graec. μῦθος pro *mandato* usus est Homerus *Odyss.* VII, 161.). — b) *promissio, promissum*, ut 2 Reg. 7, 1. 15, 12. Ps. 119, 28. 49. 74. (coll. ἔπος Hom. *Il.* VIII, 8.). — c) *preces*, ut 2 Sam. 14, 15. 22. 1 Reg. 8, 59. — d) *effatum, vox* sapientis (*Ausspruch*) Prov. 4, 4. 20. Eccles. 1, 1. it. *oraculum* Job. 4, 12. (ut Graec. λόγος et ἔπος Odyss. XII, 266.), quo tamen sensu frequentius legitur דְּבַר יְהוָֹה Gen. 15, 1. Num. 23, 5. 16. Deut. 18, 20. 1 Reg. 2, 27. 16, 1. meton. *id quod oraculo indicatur* Jer. 39, 16. et *oraculorum exitus* (*impletio*) Ezech. 12, 23. 28. — e) *rumor, nuntius* 1 Reg. 10, 6. — f) *consilium, sententia* quam quis proposuit (*Vorschlag*) 2 Sam. 17, 6. Cum emphasi ponitur Hos. 10, 4. in phrasi דַּבֵּר דְּבָרִים *verba* (praetereaque nihil) *loqui*, h. e. verba *dare*, ut Latini dicunt (simil. דִּבְרֵי שְׂפָתַיִם Jes. 36, 5. v. sub v. שָׂפָה). — Sq. genit. passim sign. *id quod de aliqua re dici vel possit vel debeat*, ut Job. 41, 3. לֹא אַחֲרִישׁ דְּבַר גְּבוּרוֹת *non tacebo ea quae dicenda sunt de robore.* 1 Reg. 9, 15. Inde facilis est transitus ad *secundam* vocis significationem:

2) *id de quo dici, sermo fieri potest*, h. e. *res, negotium, aliquid*, (quomodo Thalmudici מִלָּה, Chaldaei פִּתְגָם, Arabes امر et خطية usurpant), Gen. 18, 14. 19, 8. 22. Exod. 5, 11. 18, 16. Levit. 4, 13. 5, 2. Num. 31, 23. Jud. 18, 7. 27. etc., quo sensu sq. genitivo saepe pleonastice ponitur, ut 2 Chron. 19, 6. Jer. 44, 4., maxime in multitudinis numero, Ps. 65, 4. 105, 27. 1 Sam. 10, 2. Simil. Graec. ἔπος apud profanos venire, observat post Pfochenium de *linguae Graec. N. T. puritate* §. 54. Passowius in Lex. Graeco Tom. I, p. 582. German. autem *Ding, Wort*, et verbum et rem designare ostendit Wachter in *Glossario* s. h. v. Hinc לֹא־דָבָר *nihil* Exod. 9, 4. Jer. 38, 5. etc., וְדָבָר אֵין־לָהֶם עִם־אָדָם *nec quidquam rei, negotii erat ipsis cum hominibus*; הַדָּבָר הַזֶּה vel דְּבָרִים הָאֵלֶּה *hoc* Gen. 19, 21. etc.; כַּדָּבָר הַזֶּה et כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה *hoc modo, ita* Gen. 18, 25. 32, 20. 44, 7.; הֵשִׂים דָּבָר בְּ *imputare alicui aliquid* 1 Sam. 22, 15.; דָּבָר טָמֵא *impuri aliquid* Levit. 5, 2. דְּבַר הַנְּבָלָה *stulti aliquid* Jud. 19, 24. דָּבָר טוֹב *aliquid boni* 1 Reg. 14, 13. דְּבַר יוֹם בְּיוֹם *res diebus singulis conveniens* sive *facienda* Exod. 5, 13. 19. 17, 4. Levit. 23, 37. 1 Reg. 8, 59. 2 Reg. 25, 30. Esr. 1, 1. 3, 4. 2 Chron. 8, 13. 14.; sic דְּבַר שָׁנָה בְּשָׁנָה *res quotannis facienda* vel *fieri solita* 2 Chron. 9, 24. Speciatim: a) *factum, res gesta* Esth. 1, 17. maxime in Plur. דְּבָרִים *res gestae* 1 Chron. 29, 29. 1 Reg. 11, 41.; hinc דִּבְרֵי הַיָּמִים per meton. *rerum gestarum commentarii* 1 Chron. 27, 4. Esth. 6, 1.; אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *quo facto, his ita gestis* Gen. 15, 1. 22, 1. al. (Lxx. μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα). — b) *caussa*, sensu forensi Exod. 18, 16. 22. 22, 8. Job. 19, 28. Plur. 2 Sam. 15, 3. coll. v. 2.; hinc דָּרַשׁ הַדָּבָר *cognoscere caussam* Esr. 10, 16. דִּבֵּר דְּבָרוֹ *caussam suam dicere* Jos. 20, 4. 2 Sam. 19, 30. בַּעַל דְּבָרִים

dominus caussarum, h. e. qui caussam habet Exod. 24, 14. — c) *caussa* i. e. *ratio* (*Ursache, Grund*) Jos. 5, 4: זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר מָל יְהוֹשֻׁעַ כָּל־הָעָם *haec est caussa propter quam circumcidit Josua universum populum*; unde sexcenties עַל־דְּבַר Gen. 12, 17. 20, 11. 18, 43, 18. al. (Num. multit. עַל דִּבְרַת Deut. 4, 21. Jer. 7, 22. Ps. 7, 1.) *propter*, עַל־דְּבַר אֲשֶׁר *propterea quod* Deut. 22, 24. 2 Sam. 13, 22. (cf. Lat. *ob hanc rem, ea re* etc.). — d) *modus, ratio* Deut. 15, 2. זֶה דְּבַר הַשְּׁמִטָּה *haec est ratio* (hic modus esto) *remissionis*, 19, 4. Sed Lxx. verterunt πρόσταγμα, *lex, praeceptum*; v. supra.

Cum Affixis דְּבָרִי Num. 11, 23. 2 Sam. 19, 44. sic secundum Cthib Jer. 23, 18. (quomodo Deus ipse loquens introducitur), sed Kri habet דְּבָרוֹ quomodo Propheta de Deo loquitur. דְּבָרֶךָ 1 Sam. 9, 10. Ps. 119, 89. sic sec. Kri 1 Reg. 18, 36. Ps. 119, 147. 161. Esr. 10, 12. ubi Cthib habet דְּבָרֶיךָ. Plur. דְּבָרִים *verba*, it. *res* Gen. 15, 1. Exod. 4, 15. in regim. דִּבְרֵי Gen. 24, 30. Exod. 4, 28. cum Affixo דְּבָרֵיכֶם Gen. 42, 16. 20. Deut. 1, 34.

דֶּבֶר m. *pestis*, propr. *pernicies, mors*, Arab. دبر, (a Lxx. Interpretibus fere semper redditur θάνατος. Sic quoque θάνατος dicitur pro *peste* Sirac. 39, 29. et sec. quosdam Apoc. 6, 8. nec non מָוֶת Jer. 15, 2. etc.): Exod. 9, 3. Levit. 26, 25. 2 Sam. 24, 13. 1 Reg. 8, 37. etc. Vulgo dictum volunt ab *abducendo*, ex vita, scil. ex significatione radicis Chald. quae passim significat *abduxit*, ut in Targum Gen. 31, 18. 26. Sed *perdendi* notio, ut in Verbo דָּבַר 2 Chron. 22, 10. ita in hoc Nomine, proficiscitur a *sequendi insidiandique* significatu. In Plur. semel occurrit דְּבָרֶיךָ *mortes* sive *pestes tuae* Hos. 13, 14. (al. *stimuli tui*, coll. cognat. דָּרְבֹן *stimulus*: sic Lxx. et Apostolus 1 Cor. 15, 55.).

דְּבִיר m. 1) *adytum* Tabernaculi Mosaici et Templi, alias *Sanctum sanctorum*, 1 Reg. 6, 5. 19. 20. 21. 22. 8, 7. 8. 2 Chron. 3, 16. 4, 20. 5, 7. 9. Ps. 28, 2. Vulgo a *loquendo* h. e. a *fundendis* oraculis divinis dictum putatur (hinc Hieron. vertit *oraculum, oraculi sedem*); sed aliam originem monstravit jam Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 113. ex significatione radicis דבר *pone fuit*, unde Arab. دبر *postica* sive *postrema pars* rei: erat enim Tabernaculi et Templi pars *postica*, occidentem versus posita, quam situs *occidentalis* notionem radix Arab. in specie habet; sicut et אַחֲרוֹן *postremus*, de situ *occidentali* usurpatur Deut. 11, 24. 34, 2. Joël. 2, 20. Zach. 14, 8. nec non אָחוֹר Jes. 9, 11. Job. 23, 8., et contra situs *orientalis* dicitur *anterior*. Comprobarunt hanc derivationem C. B. Michaelis in Dissert. de *locorum differentia ratione anticae, posticae* etc. p. 31. (in Pottii Sylloge Vol. V, p. 131.) et pluribus b. Ikenius in *Dissertationibus philolog. theolog.* p. 213 sq. Conf. quoque Seb. Ravii *Exercitat. philolog. de Auctore atque usu libri Siphra, deque nomine adyti* דביר. — 2) Nomen propr. urbis antiquissimae et munitissimae in tribu Judae, quae olim dicta fuit *Kirjath Sepher* Jud. 1, 11. et alius in tribu Gaditica Jos. 13, 26. Lxx. Δαβείρ.

דֹּבֶה m. *pascuum* quo pecudes *aguntur* (ut Syr. ܕܒܝܐ *arvum*, et

دَبْر *arvum* in quod pecudes aguntur): unde cum Affixo הַדָּבְרוֹ *pascuum suum* Mich. 2, 12. praeter consuetudinem cum Metheg, (qui tamen non semper Kametz longum arguit), et Articulo ה, sicut in הַחֶצְיוֹ Jos. 8, 33. v. Gesen. Lehrgeb. p. 658. Indidem cum Affixo plur. est דָּבְרָם *pascuum suum* Jes. 5, 17. ubi tamen ex J. D. Michaelis et Rosenmuelleri sententia est כְּדָבְרָם ipsum Verbum, *secundum ducere eos*, h. *quocunque ducentur*.

דִּבֵּר m. *verbum*, bis tantum sub hac forma, Jer. 5, 13. et cum Makkeph דִּבֶּר־ Hos. 1, 2. Ita certe multi interpretes, quibus Rosenmuellerus quin accedat, parum abest; sed videtur יוֹם דִּבֶּר־יְהוָֹה dictum pro יוֹם אֲשֶׁר ד׳ יְיָ. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 748.

דִּבְרָה f. 1) i. q. דָּבָר *res, caussa* (etiam sensu forensi Job. 5, 8.); unde in regim. עַל־דִּבְרַת (ut עַל־דְּבַר) *propter* Eccles. 3, 18. 8, 2., sq. relativo: *ideo ut*, 7, 14. — 2) *ratio, modus* (sec. all. *ordo, successio*, ex significatione radicis Arab. دَبَرَ *pone fuit, secutus est*, دَابِرٌ *successor, assecla*): unde cum Jod paragog. עַל־דִּבְרָתִי *secundum rationem* Ps. 110, 4.

דִּבְרָה f. Chald. *caussa*, unde עַל־דִּבְרַת־דִּי *ideo ut*, Dan. 2, 30. 4, 14.

דְּבוֹרָה f. 1) *apis* Jes. 7, 18. (sic dicta, quod a regulo suo *ducitur* eumque sine intermissione *sequitur*, more ipsi plane peculiari; Arab. دِبْرٌ collect. *examen apum, apes*, Syr. ܕܒܘܪܬܐ *apis, vespa, crabro*, Chald. דְּבוֹרָא *apis*). Plur. masc. דְּבֹרִים *apes* Deut 1, 44. Jud. 14, 8. Poetis *apes* sunt atrocium hostium imago Ps. 118, 12. Jes. 7, 18. ad quem loc. v. Rosenmueller. — 2) Nom. propr. prophetissae Jud. 4, 4. 5, 1.

דֹּבְרוֹת *rates* (quae per mare et flumina *feruntur*, aguntur): 1 Reg. 5, 9.

דַּבָּרוֹת vel דַּבְּרוֹת Plur. foem. *verba, praecepta* Deut. 33, 3., ubi יִשָּׂא מִדַּבְּרוֹתֶיךָ vertendum ita est: *accepit* (popul. Israel.) *de mandatis, praeceptis tuis*, Lxx. ἐδέξατο ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ. Simil. in libro Adami a Norbergio ed. T. I, p. 40. ܩܒܠ ܡܢ ܡܢܠܬ ܡܕܝܒܘܢ *accipite de verbo domini vestri*. v. Hoffmann Animadverss. ad loc. V. T. diffic. P. I, p. 39 sq. Itaque non est, quod cum Vatero legas: מִדְבַּרְתְּךָ *gubernationem tuam*.

מִדְבָּר m. 1) *sermo, loquela* Cant. 4, 3. (secundum quosdam etiam 1 Sam. 4, 8.); sed *linguam*, loquelae *organon*, (quia מ format nomina instrumentorum, ut قول *vox*, per מ مقول *lingua*), intelligit b. Schultens. in *Animadverss. phil.* ad Cant. 4, 3. parum probabiliter. — 2) campus spatiosus culturae expers nec nisi pascendo pecori aptus, *pascuum*, (ab *agendo* pecore dictum), Ps. 65, 13. Exod. 3, 1. 1 Sam. 17, 28. Joel. 1, 19. 20. etc. Hinc 3) *desertum, regio hominibus infrequens, sterilis, arenosa*, vel a) naturâ, ut Jes. 32. 15 (ubi opp. כַּרְמֶל). 35, 1 (ubi jung. צִיָּה).

Joel. 2, 3.; κατ' ἐξοχήν dicitur הַמִּדְבָּר *Arabia deserta*, quam Israelitae Aegypto egressi peragrarunt Gen. 14, 6. Exod. 3, 1. 13, 18. Deut. 11, 24. al. De מִדְבַּר יְהוּדָה v. Reland. Palaest. p. 375 sqq. — Trop. Jer. 2, 31. הֲמִדְבָּר הָיִיתִי לְיִשְׂרָאֵל *an desertum fui* (ego Jova) *Israelitis* h. e. a quo ne umbram quidem utilitatis perciperent? — vel b) vastatione ac populatione facta: *regio devastata* Jes. 14, 17. 27, 10. 64, 1. [Ceterum Hottingerus, Ludovicus de Dieu et Joh. Clericus etc. derivant ab Aethiop. ደብር: *mons*, q. d. *locus montium* sive *montosus*: *desertum* enim et *montes* passim promiscue dicuntur, ut Matth. 18, 12. coll. Luc. 15, 4.; Matth. 3, 1. coll. Luc. 1, 39.]. In regim. מִדְבַּר Exod. 15, 22. Num. 13, 26. Cum ה paragog. מִדְבָּרָה *versus* sive *in desertum* 1 Chron. 12, 8., et simul cum Articulo Exod. 4, 27. Levit. 16, 10. 21. Num. 21, 24. 33, 8. Deut. 1, 40. etc. atque in regim. מִדְבָּרָה Jos. 18, 12. 1 Reg. 19, 15. Cum Affixo מִדְבָּרָהּ Jes. 51, 3.

דְּבַשׁ m. 1) *mel apum* (دِبْس et ܕܒܫܐ *mel*) Gen. 43, 11. Levit. 2, 11. Deut. 32, 13. 1 Sam. 14, 26. 27. 30. 45. 1 Reg. 14, 3. etc. In loco 1 Sam. 14, 26. 27. intellige *mel silvestre* (alibi דְּבַשׁ מִסֶּלַע Deut. 32, 13.) h. e. ab apibus feris confectum in rupiumque vel arborum fissuris repositum, unde צוּר דְּבַשׁ Ps. 81, 17. rupes in cujus fissuris apes mel confecerunt, (alii tamen succum dulcem ex quibusdam arboribus, palmis, ficubus, etc. certo tempore destillantem, qui et Graecis μέλι ἄγριον appellatur, dictum volunt. v. Michaelis in Suppl.; adde Wetstenium ad Matth. 3, 4. Wesselingium ad Diodor. Sicul. lib. 19. §. 94.). Sic Arab. دِبْس *mel*, tum *apum*, tum *e dactylis* s. succus dactyli et palmae. Ceterum hyperbolice dicta sunt, quae leguntur Deut. 32, 13. (coll. Ps. 81, 17.) v. de Wettius ad Ps. l. c.; mirifice enim friget eorum interpretatio, qui mel silvestre inter Israelitarum delicias nominari existimant. Haud absimilis est illa formula Exod. 3, 8. 17. 13, 5. al. אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ *terra lacte et melle fluens*, v. Rosenmueller. ad h. l. — 2) *mel uvarum defrutum, sapa*, h. e. syrupus ex uvis passis confectus, qui idem Arabibus nomine دِبْس venit, cujus in hunc usque diem sola adeo Hebron Aegypto quotannis mittere solet, quantum trecenti cameli ferre possunt. (v. Shaw *Itiner.* p. 339. Vers. germ. p. 293.). Gen. 43, 11. Ezech. 27, 17. — Cum Affixo דִּבְשִׁי Cant. 5, 1.

דַּבֶּשֶׁת f. *tuber* sive *gibbus*, *dorsum cameli* vel *pars dorsi* Jes. 30, 6 (ubi thesauri *portari* dicuntur *super dorso camelorum*). Poëta Latinus de *camelo*: *Edita procurrunt summo duo tubera dorso, Quo magnum gravitatis onus portare valet* -- Origo voc. ignoratur. Ridicule enim Jarchius gibbum camelorum inde dictum arbitratur, quod ubi oneribus exulceratum sit, *melle* illini soleat.

דָּגָה *multiplicatus est*, *multiplicavit se*. Fut. Plur. יִדְגּוּ *multiplicentur* Gen. 48, 16. Arab. دجا *multitudine* et *copia* omnia *obtexit*. Hinc:

דָּג (semel דָּאג Neh. 13, 16.): m. *piscis* Jon. 2, 1. 11. (mirifice *se multiplicans.* vid. Plinius L. IX. c. 20. coll. Bompartio in *Parallelis sacris et profanis* ad Gen. 48, 16. et Leuwenhoekio in *Bibliotheque Universelle* T. I, p. 474). Habet Kametz mutabile, quod arguit radicem דָּגָה, non דָּוַג, ac דוג denominativum potius est a דג. Plur. דָּגִים *pisces* Reg. 4, 33. Job. 40, 31. Neh. 3, 3. in regim. דְּגֵי Gen. 9, 2. Num. 11, 22. Ps. 8, 9.

דָּגָה f. *id.* Deut. 4, 18. Jon. 2, 2.; alibi fere *collective* sumitur (vid. suo loco סוּסָה), ut Exod. 7, 18. 21. Num. 11, 5. Ezech. 47, 9. In regim. דְּגַת Gen. 1, 26. 28. Ezech. 29, 4. 5. cum Affixo דְּגָתָם Ps. 105, 29. Jes. 50, 2. Ezech. 47, 10.

דָּגוֹן m. Nomen *proprium* deastri Philistaeorum pisciformis (a דָּג *piscis*), capite, manibus pedibusque humanis, unde fit, ut et *Dagon solus*, h. e. piscis solus, amputatis capite, pedibus manibusque, relictus dicatur 1 Sam. 5, 4. Simile numen fuit *Derceto* (Δερκέτω) s. *Atargatis* (Ἀταργάτης), Ascalone culta illa et pisciformis, auctore Diodoro Siculo lib. 2. c. 4. Strab. Geogr. XVI, p. 785. cf. Seldenus de *Diis Syris* II. c. 3. v. Michaelis Biblioth. orient. Tom. VI, p. 89 sqq. — *Manatum* (*Meerfräulein, Seemensch, Seekuh*), piscem vastum, qui in sinu Arabico et in oceano Americano habitat et magnitudine camelum fere aequat, capite bovem, cauda piscem, reliqua corporis forma hominem, aut marem aut feminam referentem, mammis quoque et brachiis digitisque, humanis haud multum dissimilibus, praeditum, intelligit J. E. Faber in *Archaeol. Hebr.* T. I, p. 111 sqq., cui tamen locus classicus 1 Sam. 5, 4. favere non videtur.

דָּגָן m. *frumentum* Gen. 27, 28. 37. Num. 18, 26. Deut. 28, 51. 33, 28. etc. (mirum in modum *se multiplicans.* conf. Gen. 26, 12. Luc. 8, 8. coll. Plinio in *Histor. Nat.* L. XVIII. c. 10). Metonymice sumitur pro *pane* Ps. 78, 24 (ubi Manna appellatur דְּגַן שָׁמַיִם *panis coelestis*). et Thren. 2, 12 (ubi oppon. יַיִן). In regim. דְּגַן Ps. 78, 24. cum Affixis דְּגָנִי *frumentum meum* Hos. 2, 11. דְּגָנֵךְ Deut. 7, 13. 11, 14. etc.

דֶּגֶל m. *vexillum, signum militare majus* (minora appellabantur אֹתוֹת): Num. 2, 3. 10. 18. 25. 10, 14. 18. 22. 25.; a rad. דָּגַל, Arab. دجل in Conj. II. *obduxit, induxit auro, argento,* fortasse quod ista signa auro obducta et ornata erant, nisi notionem *splendendi, micandi,* quae in vocab. دَجَّال *gladii fulgor*, inest, optare velis. Alii ad propriam verbi دجل potestatem: *tegere, obtegere,* redeunt, ita ut דֶּגֶל sit *velum,* deinde *vexillum*, quod quidem ipsum voc. auctore Servio dictum a *velo* est. Cum Affixo דִּגְלוֹ Num. 1, 52. 2, 2. Cant. 2, 4. Plur. דְּגָלִים *vexilla,* cum Affixo דִּגְלֵיהֶם Num. 2, 17. 31. 33. Inde formata sunt 1) דָּגוּל *insignis, conspicuus* Cant. 5, 11. — 2) נִדְגָּל Ps. 20, 6. *vexilla erigemus* tanquam victoriae reportatae signa; v. de Wettius ad h. l. Al. *exultemus* (coll. תהל *splendere, gloriari*). — Niph. Part. Plur. Foem. נִדְגָּלוֹת *vexillis instructa* (militum agmina, Symm. τάγματα παρεμβολῶν) Cant. 6, 4. 10.

דָּגַר (in Pausa דָּגָה Jer. 17, 11.): *collegit, congregavit, fovit* avis pullos vel ova, Chald. et Syr. דְּגַר id. Praet. foem. דְּגָרָה *congregat, fovet* Jes. 34,

15. [In alia omnia abit J. D. Michaelis in *Suppl.*, cui 1) rad. דָּגַר est *fugit* (ut נָכַר), unde 2) Nomen דָּגָה *perdix*, ob summam cursus celeritatem Jer. 17, 11. *perdix vocat quos non peperit*; ab hoc Nomine 3) דָּגַר *pipire, glocitare* Jes. 34, 15. Sed v. Rosenmueller. ad Bochartı Hieroz. Tom. II, p. 632 sq.].

דַּד m. *mamma, uber*, i. q. Hebr. שַׁד; Dual. דַּדַּיִם *utraque mamma*, in regim. דַּדֵי Ezech. 23, 3. 8. cum Affixo דַּדַּיִךְ Ezech. 23, 21. דַּדֶּיהָ Prov. 5, 19. Sunt qui dictum putent pro יָדַד, a יָדַד *amare*.

הָדַד *leniter, lente motus est* vel *incessit*, (ut Arabic. هَدَّ in Conj. II., et Chald. דְּדָה *lente incessit*, הַדָּה *lente duxit*): in Kal inusit., in Hithpah. Fut. אֶתְהַדֶּה (pro אֶתְדַּדֶּה) *lente* (h. e. modeste, submisse) *incedam, procedam* (ut solent lugentes) Jes. 38, 15.; cum Affixo אֶהְדֶּם *lente incedam* (ut solent, qui pompam ducunt) *cum illis* (pro אֶדַּדֶּה עִמָּם) Ps. 42, 5.

דְּדָן *Dedan*, Nomen populi, qui sedes habuit in Arabia septentrionali, Jer. 25, 23. 49, 8. Ezech. 25, 13. Gen. 10, 7. Significari videtur *insula* sinus Persici, quae commercia olim Indiae orientalis exercuit, et *urbs* in tabula Asiae d'Anvilliana extra ostium sinus Persici non procul ab ipso mari Indico inter *Daban* et *Kourfekian* sita et Syr. ܕܕܢ, Arab. دادن dicta. v. Bochartı *Phaleg* lib. IV. c. 6. p. 248. J. D. Michaelis *Spicil.* T. I, p. 203.

דֹּדָנִים *Dodanaei* Gen. 10, 4. pro antiquissimis *Epiri incolis* habentur, qui nomen a *Dodona*, antiquissimo Epiri oraculo et urbe, acceperint. Sed 1 Chron. 1, 7. legitur רוֹדָנִים *Rhodii* v. infra; add. Bochartı *Phaleg* lib. 3. c. 6. p. 183. J. D. Michaelis *Spicil.* P. I, p. 114 sqq.

דָּהָב m. Chald. *aurum* (Hebr. זָהָב, Syr. ܕܗܒܐ, Arab. ذَهَبٌ): Dan. 2, 32. 3, 1. Esr. 7, 15. 16. In Statu emphat. דְּהַבָּא Dan. 2, 38. 3, 5. 7. 10. 12. 14. 18. 5, 2. 3. 4. 7. 16. 29. Esr. 5, 14. 23. 6, 5.; semel דַּהֲבָה Esr. 7, 18.

מַדְהֲבָה f. Jes. 14, 4. ἅπαξ λεγόμενον, quod de Babylone dictum, videtur significare *eam quae aurum corradit*, gentibus per vim extorquet, tanquam a Verbo quodam denom. הִדְהִיב *aurum conficere*. Aliter Schultensius, qui vertit: *spolia agens*, ab Arab. ذَهَبَ *abegit, periit* v. ej. Opp. min. p. 262.

דְּהָוָא Esr. 4, 9. Nomen propr. populi, cujus coloniam in Palaestinam duxerant Assyrii; *Daas* vel *Dahas* (al. *Dacas*) ultra Imaum et mare Caspium habitantes (Curt. 4, 12.) intelligunt recentiores ob mirum nominum concentum. v. Cellarius in *Orbe ant.* T. II, p. 829. et J. D. Michaelis in *Suppl.* p. 399. Sed possunt etiam, quae est Gesenii conjectura, *Δάοι* significari, quos in Persarum populis recenset Herod. 1, 125. ἄλλοι νομάδες, *Δάοι*, *Μασσαγέται* κτλ).

דָּהַם radix in Kal inusit., unde Part. Niph. נִדְהָם Jer. 14, 9. *hostibus undique cinctus et oppressus*, a נפל *accidit, ex improviso supervenit*

alicui *malum*, quod frequentatur de subito incursu et oppressione bellica. vid. Alb. Schultens. in *Opp. min.* p. 298 sqq. Qui cum Capello אִישׁ נִדְהָם vertunt *vir ex improviso superveniens*, h. e. *praeteriens*, mox abiturus *ut viator*, a دهم *supervenire*, *accidere*, falluntur haud dubie, cum Verbum non notet *praeterire tanquam viatorem*, et נִדְהָם non sit *superveniens*, sed *is cui supervenitur*, *qui opprimitur*.

דָּהַר *celeriter currere*, *ferri*, unde equus דֹּהֵר Nah. 3, 2. *celerrime currens*, *concitatissimus*. Al. reddunt *sonandi*, *strependi* potestate: *ungulis sonantem*, quemadmodum *sonipedem* Poëtae fere substantive pro *equo* dixerunt, quia, ut est apud Virgilium *Aeneid.* VIII, 596, ungula ejus campum *sonitu quadrupedante* quatit. Sed ista explicatio praestat, utpote veterum interpretum auctoritate nixa.

דְּהָרָה vel דַּהֲרָה f. *cursus concitatior*. Plur. דְּהָרוֹת, in regim. דַּהֲרוֹת Jud. 5, 22. v. Hollmann. ad h. l.

תִּדְהָר m. Nomen arboris in Libano nascentis, cujus vera significatio ignoratur Jes. 41, 19. 60, 13. Vulgo *pinus*; quam explicationem confirmare creditur 1) locus natalis, Libanus Jes. 60, 13.; ibi enim hodienum *pinum* provenire, ex itinerariis constat; 2) nomen, sive id derives cum Hillero ab Arab. دَهْرٌ *perpetuitas*, sive cum aliis a rad. زَهَرَ Arab. *viguit*, *floruit*, Hebr. *splenduit*, mutato ז in ד: est enim *pinus* arbor *perpetuo vigens*, et, ut Columellae dicitur, *semper virens*: sive potius ab ipsa radice Hebr. דהר *sonuit*, *strepuit*: quia ventis agitata continuo *sonat* atque *stridet*, ideoque Virgilio *Eclog.* VIII, 22. *loquens*, Nemesiano *garrula*, Nicandro γοερή vocatur. [Ita quoque πίτυς ᾄδει dixit Moschus *Idyll.* V, 8.]. Sed Saad. vertit ساج eique assentiunt Kimchius et Sal. Ben Melech. Haec autem est *platanus indica*, quam et ipsam in Libano nasci, patet ex Targ. Cant. 1, 17. v. Gesen. ad l. c. add. Celsii Hierob. II, p. 271.

דּוּב i. q. דָּאַב *defatigatus est*, *languit*. Hinc Part. Hiph. מְדִיבוֹת Levit. 26, 16. *defatigantes*, *excruciantes*.

דּוֹב *ursus* vid. supra sub rad. דבב.

דּוּג et דִּיג *piscari*. Occurrit semel in Praet. cum Vau convers. et Affixo וְדִיגוּם *et piscabuntur eos* Jer. 16, 16. Oritur a Nom. דָּג *piscis*, quod v. supra sub דגה.

דַּיָּג m. *piscator*. Plur. דַּיָּגִים Jes. 19, 8. et sec. Kri Jer. 16, 16.

דַּוָּג m. *id.* in Plur. דַּוָּגִים *piscatores* Ezech. 47, 10. et sec. Cthib Jer. 16, 16.

דּוּגָה f. *piscatio* Am. 4, 2. ad quem loc. v. Rosenmueller. cf. infra voc. סִיר.

דּוּד duplex radix Hebr. inusit. 1) i. q. Syr. ܕܘܕ *turbavit*, *perturbavit*, Arab. داد *agitavit*, *movit*; hinc oritur דּוּד *olla*; — 2) *amavit*, *dilexit*, i. q. יָדַד, وَدَّ (nisi, ut alii volunt, haec verbi potestas a *perturbatione*, *commotione animi* proficiscitur, ut propr. *amor vehemens* significetur). v. infra דּוֹד, דּוֹדָה, דָּוִד.

דּוּד m. 1) *olla* (coquinaria, ab *agitatis* h. e. *aestuantibus aquis* etc. dicta. cf. infra סִיר) Job. 41, 11.; *lebes* sive *cacabus* 1 Sam. 2, 14. 2 Chron. 35, 13. (Samar. דודיה *ollae*, Syr. ܕܘܕܝ *olla*). — 2) *corbis* sive *calathus* 2 Reg. 10, 7. Jer. 24, 2., quo etiam pertinet Ps. 81, 7. ubi sumitur de *corbe*, in qua lutum vel lateres portantur. Pluralem duplici modo format, regulae convenienter: דּוּדִים *corbes* 2 Reg. 10, 7., praeter regulam per Vau mobile: דְּוָדִים 2 Chron. 35, 13.

דּוּדָאִים 1) *corbes* in regim. דּוּדָאֵי Jer. 24, 1. — 2) Gen. 30, 14. 15. 16. Cant. 7, 17. *mandragora* (*Atropa Mandragora* L.), ut ex vett. interpretum consensu (Lxx. *μῆλα μανδραγορῶν*, Onkel. et Syr. יַבְרוּחִין, Arabs نُفَّاح) colligitur, ab *amando* forsitan dicta, quia magnae ei in philtris vires in Oriente tribuuntur. v. Herbelot Bibl. orient. s. v. *Astrenk* conf. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 412 sq. Nullam tamen aliam vocem textus S. Hebr. tot explicationibus vexatam videas. Varias has doctorum hominum sententias pluribus recensuerunt Donatus (*Auszug a.* Scheuchzer. *Phys. sacr.* I, p. 301 sqq. et Simonis in peculiari Dissertatione de h. v. *Arcano Form. Hebr.* subjecta, ubi Jobi Ludolfi aliorumque expositionem de *ficu Indica* defendere sustinuit, et in *Onomast. V. T.* p. 643.; quibus addendi sunt (ut alios taceamus) Olaus Rudbeckius (filius) in Dissert. de *Dudaim Rubenis*, edit. Upsal. an. 1733., qui *fraga* vel *mora rubi Idaei* intelligit, Maundrellus in *Itinerar.* p. 83. (Vers. german.). Ol. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 1 sq., qui *Dudaim* pro *sidra* sive *loto Cyrenaica* habet, Theod. Waltherus in *Relatt. Malabar.* Continuat. XLIII, p. 877 sq., qui speciem quandam *mandragorae* spinosam, *Melanzenfrucht* (Arab. *medongena*), significari existimat, J. E. Faberus (in Rosenmueller. *alt. u. neuem Morgenlande* T. I, p. 143 sqq.), qui *Cucumerem Schaemam* Arabibus dictam (Hasselquist Itiner. p. 526.) intelligit. Nam quod nuper G. T. Stegerus (in Rosenmuelleri Repertor. exeget. T. II, p. 45 sqq.) negavit omnino, voce דּוּדָאִים certam quandam innui *herbam*, id effici non potest ullo modo.

דּוֹד m. 1) *amor, dilectio;* quo sensu in solo Plurali occurrit: Prov. 7, 18. Cant. 1, 2. 4. 4, 10. 5, 1. Ezech. 16, 8. 23, 17. — 2) *amoris Objectum, amatus,* quo significatu saepissime in Cantico Canticorum dicitur, ut Cant. 1, 13. 14. 16. 2, 3. 8. 9. 10. 16. 17. 4, 16. — 3) *amicus* Jes. 5, 1., et spec. *patris frater, patruus* (ut Chald. חבִיבָא *dilectus*, it. *patruus*, עוֹי *patris frater*): Levit. 10, 4. 1 Sam. 10, 14. 15. 14, 52. 1 Chron. 27, 32. Esth. 2, 15. etc. Cum Affixis דּוֹדִי *amatus meus* Cant. 1, 13. 5, 4. it. *patruus meus* Jer. 32, 8. 9. (sed v. 12. cum idem, qui antea בֶּן־דּוֹדִי appellatus esset, דּוֹדִי appelletur, *patruelis*, h. e. *patrui filius* intelligi debet). דּוֹדוֹ *patruus ejus* Levit. 20, 20. 1 Sam. 10, 16. דּוֹדָהּ *amatus ejus* vel *suus* Cant. 8, 5. Plur. דֹּדִים *amores* etc. cum Affixis דֹּדַיִךְ Cant. 1, 2. 4. 4, 10. דֹּדֵיהֶן *patrui earum* vel *sui* Num. 36, 11.

דּוֹדָת f. *amita* (patris soror). Cum Affixis דּוֹדָתֵךְ *amita tua* Levit. 18, 14. דֹּדָתוֹ *amita ejus* Exod. 6, 20 (de quo loco v. Rosenmueller.). Levit. 20, 20.

דָּוִד (in Chron. libris plene דָּוִיד): Nom. propr. regis Israelitarum no-

bilissimi. Lxx. *Δαβίδ*. 1 Sam. 16 sqq. 2 Sam. etc. — עִיר דָּוִד 1 Reg. 3, 1. 8, 1. etc. est *Sion*, q. v.

דָּוָה *languit, infirmus fuit* (Syr. *doluit*, Arab. دَوِيَ et دَوِأَ et Aethiop. ደወየ *infirmus, aegrotus fuit*. v. Schultens. in *Commentar.* ad Job. 6, 7.). Inde est Infinit. construct. nominascens cum Affixo, דַּוָּתָהּ *infirmitas ejus* (de muliere menstruis laborante) Levit. 12, 2.

דָּוֶה m. 1) *languidus, infirmus*, Foem. דַּוָּה *languida, infirma*, inpr. *ex menstruo* vel *ex partu* Levit. 15, 33. 20, 18. Jes. 30, 22 (ad quem loc. v. Rosenmueller.). — 2) *tristis, moestus* Thren. 5, 17. *afflictus* Thren. 1, 13. (coll. Syr. ܕܘܐ *doluit*, Aph. *afflixit, contristavit*).

דַּוֶי m. 1) *languor, morbus* Ps. 41, 4. — 2) *corruptio, mucor*, unde in regim. דַּוֵי לַחְמִי *corruptio* sive *mucor panis mei* Job. 6, 7. Ita plerique ex significatione radicis Arab. دوى *corrumpi, putrescere*. Sed haec verba vix demonstrari non potest. Praestat igitur vel cum Rosenmuellero כִּדְוֵי accipere pro כְּדֵי (Jud. 6, 5.) *sicut, tanquam*, vel cum Umbreitio vertere: *sicut morbus cibi mei*, h. e. *sicut morbus, qui est cibus meus*.

דַּוֵּי m. *valde languidus, perinfirmus* Jes. 1, 5. Jer. 8, 18. Thren. 1, 22.

דָּוֹת f. *languor*, unde secundum quosdam cum Affixo דַּוָּתָהּ Levit. 12, 2. (ad Formam חֲזוֹת 2 Chron. 9, 29. חֲצוֹת Exod. 11, 4. Ps. 119, 62. פְּנוֹת Ezech. 43, 17. et רָאוֹת 2 Chron. 26, 5.). Aliis tamen est Infinit.; vid. antea in rad.

מַדְוֶה m. *languor, morbus*. In regim. מַדְוֵה Deut. 28, 60. Plur. מַדְוִים, in regim. מַדְוֵי Deut. 7, 15. Sed מַדְוֵיהֶם *vestes eorum*, pertinet ad rad. מדד vel potius מדה, ubi vid.

דּוּךְ in Kal inusit., in Hiph. הֵדִיחַ *pepulit, dispulit, abiecit*, (a לוּךְ *vilis fuit*, in Conj. VI. *abiecit*): metaphorice *abluit, dispulit sordes*; nisi potius significatio *pellendi* et *trudendi* petita est a דחה vel נדח. Praet. cum Affixo הֲדִיחַנִי *pepulit, trusit me*, sec. Kri Jer. 51, 34. sed Cthib habet הֲדִיחֻנִי *trusit nos*. Fut. יָדִיחַ *abluet* Jes. 4, 4. Plur. יְדִיחוּ *abluent* Ezech. 40, 38. 2 Chron. 4, 6.

דּוֹךְ *tundere, contundere*. Praet. Plur. דָּכוּ *contuderunt* Num. 11, 8. coll. Arab. دكّ *trivit in tenuem substantiam*. Parum abest a דכך; nam Verborum mediae rad. quiesc. et geminatae significationes saepe conspirant. v. כון, מוּך etc.

דָּרַךְ 1) pedibus *calcavit* (syr. et chald. *id.*); spec. a) *torcular* vel *cupam* Neh. 13, 15. Job. 24, 11. Jes. 16, 10. (sq. accus.) 63, 2. (sq. בְּ), *olivas* Mich. 6, 15. (sq. accus.) et *uvas* Jud. 9, 27., ad exprimendum vinum et oleum, hinc trop. Jes. 63, 3. *hostes* tanquam uvas *calcare (keltern),* coll. Apoc. 14, 19.; b) *arcum* (sq. accus.) h. e. *pedibus tetendit,* quod fit, si est praegrandis (Arrian. Indic. 16.) vel aheneus (Job. 20, 14. Odyss. 21, 75. 125 sqq. Pind. Nem. 3, 2.

61.) 1 Chron. 5, 18. 8, 40. 2 Chron. 14, 8. Ps. 37, 14. 64, 4. Jes. 5, 28. 21, 15. Jer. 46, 9. etc.; trop. Zach. 9, 13. דָּרַכְתִּי לִי יְהוּדָה *tendam mihi Judam* tanquam arcum, i. e. Judaeis hostes impugnantibus praesens adero. Hinc sylleptice dicitur דָּרַךְ חִצִּים *calcare* arcum ad mittendas *sagittas*, pro דָּרַךְ קֶשֶׁת וְכוֹנֵן חִצִּים Ps. 58, 8. 64, 4.; c) *hostes* Jud. 5, 21. sq. accus. (v. supra). — 2) *pedibus attigit* locum, *betreten*, sq. ב Deut. 11, 24. 25. Jos. 1, 3. 14, 9., sq. עַל 1 Sam. 5, 5., hinc i. q. *intravit* Mich. 5, 4. 5. sq. ב; it. *incessit*, *gressus est in* vel *super* al., sq. עַל Job. 9, 8. Am. 4, 13. Ps. 91, 13., deinde: *progressus est*, *processit*, poet. Num. 24, 17. דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב *stella procedit ex Jacobo.*

Hiph. הִדְרִיךְ 1) *calcare* h. e. *incedere fecit*, *duxit* a) proprie Jes. 42, 16.; b) longe frequentius *tropico* sensu, ut הִדְרִיךְ יְהוָה בְּדֶרֶךְ יְשָׁרָה *in via recta* Ps. 107, 7. vel הִדְרִיךְ יְהוָה בְּנְתִיב מְצוֹת יְיָ *in semita praeceptorum Jovae* Ps. 119, 35. vel הִדְרִיךְ יְהוָה בְּמַעְגְּלֵי יֹשֶׁר *in tramite recti* Prov. 4, 11. vel denique הִדְרִיךְ יְיָ בֶּאֱמֶת *in veritate Jovae* Ps. 25, 5. Semel absolute ponitur Jes. 11, 15. הַדְרִיךְ בַּנְּעָלִים *incedere* (pertransire) *faciet* (homines) *calceis* h. e. sicco pede, ubi vid. Gesen. — 2) a) *calcavit*, aream h. e. fruges in area Jer. 51, 33. (ubi הַדְרִיכָהּ imperson. dictum: *calcabitur*), arcum vel potius linguam tanq. arcum Jer. 9, 2. h. e. linguâ tanq. arcu sagittas (improbe dicta) jaculari. b) *pedibus attigit*, *ingressus est* viam Job. 28, 8. sq. acc. — 3) *assecutus est* Jud. 20, 43. aliquem, sq. acc., ut אַדְרִיכֶךָּ et וַיַּדְרִיכֵהוּ. — Fut. c. affixo יַדְרִיכֵנִי Habac. 3, 19., plur. וַיַּדְרִיכוּ Jer. 9, 2. (ex chaldaismo pro יַדְרִיכוּ v. Ben. Michaelis *Lumina syriaca* p. 33.).

דֶּרֶךְ com. 1) a) via, qua *inceditur* Gen. 3, 24. 38, 14. Exod. 13, 18. Num. 14, 18. Deut. 1, 8. etc. Passim sequitur genitivus loci vel regionis, *quo* via ducit, ut Gen. 3, 24. דֶּרֶךְ עֵץ, 35, 19. דֶּרֶךְ אֶפְרָתָה, 38, 14. al. (ita Graeci quoque. v. Seidler. ad Eurip. Electr. 161.), דֶּרֶךְ הָעֲרָבָה *via in* (versus) *desertum* 2 Sam. 4, 7., דֶּרֶךְ הַצָּפוֹן *via septentrionem versus* Ezech. 40, 20. (alibi additur he locale, Ezech. 8, 5. 21, 2. Jer. 50, 5.). רֹאשׁ דֶּרֶךְ Ezech. 16, 25. et אֵם דֶּרֶךְ Ezech. 21, 26. *initium viae*, *bivium*; דֶּרֶךְ חַמְּלָכָה Num. 20, 17. coll. v. 19. 21, 22. *via publica*, *militaris*, דֶּרֶךְ נְדִיבָה Prov. 12, 28. *via munita*; שׂוּם דֶּרֶךְ Prov. 50, 23. Jes. 43, 19., פָּנָה דֶּרֶךְ Jes. 40, 3. 57, 14. Mal. 3, 1., נָתַן דֶּרֶךְ Jes 43, 16., סָלַל דֶּרֶךְ Job. 19, 12. *sternere*, *munire viam*. Metaph. דֶּרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *via omnium hominum*, quam omnes homines ingrediuntur (moriendi necessitas) Job. 23, 14. 1 Reg. 2, 2. — b) iter, quod quis facit (profectio) Gen. 28, 20. Prov. 7, 19. 2 Sam. 11, 10, עָשָׂה דֶּרֶךְ *iter facere* (ποιεῖσθαι ὁδόν) Jud. 17, 8., דֶּרֶךְ לוֹ *in itinere est* 1 Reg. 18, 27.; hinc 1 Reg. 19, 4. דֶּרֶךְ הַיּוֹם *iter* (unius) *diei* h. e. quod uno die confici potest; Num. 11, 31. דֶּרֶךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים *iter trium dierum* Gen. 30, 36. Adde Deut. 1, 2. Exod. 5, 3. — 2) translate (sed ita tamen, ut translatio paene in significationem verterit) modus, ratio, a) *qua cum aliquo agitur* (passive) ut דֶּרֶךְ נָשִׁים *ratio mulierum*, h. e. menstrua Gen. 31, 35., דֶּרֶךְ מִצְרַיִם *ratio Aegypti* h. e. ea, qua (olim) cum Aegypto, Aegyptiis agebatur, Jes. 10, 24.; alibi פִּי דֶּרֶךְ est *sors* alicujus Hagg 1, 4. coll. Job. 3, 23. Thren. 3, 9., *caussa* al. (*Angelegenheit*), ut in

formula גָּבַל עַל־יְהוָה דַּרְכּוֹ (vid. גָּבַל), et Am. 2, 7. דֶּרֶךְ עֲנָוִים יְטוּ *caussam miserorum pervertunt* (coll. Prov. 17, 23.). — b) *qua quis agit* (active). Dicitur aa) de *Deo*: דֶּרֶךְ אֵל *agendi ratio Dei* Ps. 18, 31. Deut. 32, 4. 2 Sam. 22, 31. et Plur. דַּרְכֵי אֵל objective: *facta Dei (Schöpfungen), opera Dei* Job. 26, 14. 40, 19. (14); sed de locis Ps. 27, 11. 25, 4. al. v. infra; — bb) *de hominibus*: vel α) *in univ.*, ita ut *eorum omnis agendi vivendique ratio (Wandel), omnia studia et instituta* significentur Jer. 32, 39. Jes. 40, 27. Ps. 1, 1. 35, 5. Prov. 12, 15. 2 Chron. 6, 23. 1 Sam. 18, 14. Hinc דֶּרֶךְ, דַּרְכֵי יְהוָה (propr. via, quam Deus jubet nos ingredi cf. Deut. 9, 12.) hominum *agendi ratio, quae Jovae probatur* Ps. 5, 9. 27, 11. 25, 4. (ὁδὸς θεοῦ Act. 18, 26. Mt. 22, 16.); דֶּרֶךְ פִּ alicujus *mores, agendi rationem imitari, sequi* Jes. 8, 11. 1 Reg. 16, 26. 2 Reg. 22, 2. al. — vel β) angustiore sensu, ut Gen. 19, 31. דֶּרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *mos, agendi ratio omnium* mulierum i. e. nubendi consuetudo; inpr. vero de *religione, cultu divino*, ut דֶּרֶךְ עוֹלָם *religio, pietas majorum* Ps. 139, 24., דֶּרֶךְ בְּאֵר־שָׁבַע *cultus, religio Beersebensis* Am. 8, 14. Simil. سَبِيلٌ et طَرِيقٌ, cf. Hebr. אֹרַח et שְׁבִיל. — Cum Affixo דַּרְכִּי Gen. 24, 42. 2 Sam. 22, 33. ubi Cthib habet דִּרְכּוֹ Plur. דְּרָכִים Deut. 28, 7. 25. in regim. דַּרְכֵי 2 Sam. 22, 22. cum Affixis דְּרָכָיו Deut. 8, 6. etc.

דָּרָךְ *id.* unde Dual. עִקֵּשׁ דְּרָכַיִם, נֶעְקַשׁ *perversus duplici via*, i. e. homo bilinguis, *fraudulentus*. Prov. 28, 6. 18.

מִדְרָךְ m. *locus*, qui *calcatur* Deut. 2, 5., cujus circumscriptionem habes Deut. 11, 24. Jos. 1, 3. מָקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף רַגְלְכֶם בּוֹ.

דַּרְבְּמוֹן vid. suo loco אֲדַרְכּוֹן.

דָּרוֹם *auster*, vid. statim sub rad. דרה.

דְּרָע com. Chald. *brachium* (Hebr. זְרוֹעַ). Plur. cum Affixo דְּרָעוֹהִי Dan. 2, 32.

אֲדָרָע c. *id.* c. Aleph prosthet. (Hebr. אֶזְרוֹעַ) Esr. 4, 23.

דָּרַר Hebraeis significasse videtur 1) *clare luxit, splenduit*; 2) *libere fluxit*, ut Arab. دَرَّ spec. *libere* i. e. *sine incisione fluxit, copiose, radiatim stillavit*, it. *libere* i. e. *sine cultura crevit, abundavit, luxuriavit* herba. Sic etiam נָהַר est 1) *luxit*; 2) *fluxit*. A *fluxu libero* orta est vis *libertatis*.

דְּרוֹר m. 1) propr. *fluxus liber, spontaneus*, hinc Exod. 30, 23. מֹר־דְּרוֹר *myrrha fluxus spontanei*, h. e. quae sponte (nulla incisione facta) ex arbore stillat, h. e. praestantissima. v. Plin. H. N. XII. 15. — 2) *libertas* Levit. 25, 10. Jes. 61, 3. Jer. 34, 8. 15. 17., hinc שְׁנַת הַדְּרוֹר *annus libertatis* h. e. quo servi manumitti solent, annus jobelaeus (v. Winer. bibl. Realwört. Tom. I, p. 362.) Ezech. 46, 17. — 3) avis, *turtur* (ex mente veterum interpretum, Lxx. Syr. Chald. Vulg.), vulgo ac rectius *hirundo*, Ps. 84, 4. Prov. 26, 2., sec. Judaeos sic dicta a *volandi* celeritate, coll.

Arab. دَرَّ Conj. IV. X. *leviter cucurrit equus*; quam explicationem contra Bochartum, qui *columbam feram* sive *palumbem* intelligit (Hieroz. P. II. lib. I. c. 8.) defendit Gierus ad Ps. 84, 4.

דַּר m. Esth. 1, 6. genus *marmoris nitidum et splendens*, forte *Alabastrites*, quem Plinius lib. 36. §. 12. in Caramania et India probatissimum esse refert. Dici potuit a *margarita*, facta eadem comparatione, quae in German. *Perlenmutterstein* obtinet; etenim دُرّ et دُرّة propr. *margarita* est, (ut multis probavit Bochartus in *Hieroz.* T. II, p. 708 sqq. add. Hartmann. linguist. Einl. p. 285.), vel dicta a *nitore* et *splendore*, coll. دَرَّ *radiare* h. e. *lucere*, *fulgere*, ut voluit cum Bochharto Albert. Schultensius ad *Haririi consess.* II, p. 109., vel a *gutta*, cui margarita perquam similis est, coll. نَطْفَة *gutta*, *margarita*. v. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 459. Alii l. c. ipsam *margaritam* significari putant.

דַּרְדַּר m. *tribulus*, *libere* et *sine cultura* copiose crescens Gen. 3, 18. Hos. 10, 8. Celsio in *Hierob.* P. II, p. 128. est *tribulus* veterum longissimis aculeis armatus. Arab. دَرْدَر id., Graec. τρίβολος.

דָּרוֹם m. *auster* h. e. a) *plaga*, *regio australis* (quippe *lucidissima*, a rad. دَرَّ *luxit*) Ezech. 40, 24. 27. 28. 44. 45. 42, 12. 13. 18. Deut. 33, 23. Eccles. 1, 6. 11, 3. — b) *ventus australis* Job. 37, 16.

דַּרְמֶשֶׂק v. sub דַּמֶּשֶׂק.

דָּרַשׁ (propr. *trivit*, ut כָּרַשׁ et נָרַשׁ?): 1) quaesivit, *scrutatus est* Levit. 10, 16. Deut. 22, 2., sq. אַחַר rei Job. 39, 8. *diligenter*, *studiose al. quaesivit* (*nachsuchen*, *nachspähen*); — hinc sq. Accus. *loci*: *adiit*, *frequentavit* (vern. *besuchen*) 2 Chron. 1, 5. Am. 5, 5., it. sq. אֶל Deut. 12, 5. — 2) percontatus, sciscitatus est Jud. 6, 29., sq. Accus. rei 1 Chron. 28, 9. 2 Chron. 32, 31. Deut. 17, 4.; sq. לְ vel עַל *de aliquo*, *de aliqua re* 2 Sam. 11, 3. 2 Chron. 31, 9. Eccles. 1, 13.; sq. מֵעִם Pers. *ex aliquo percontari*, *consulere aliquem* 1 Reg. 14, 5.; sq. לְ vel אֶל vel בְּ Pers. *percontari ap. aliquem*, i. e. *oraculum petere* ab aliquo, *consulere* prophetam Ezech. 14, 7. incantatorem 1 Sam. 28, 7. idolum 2 Reg. 1, 2. 2 Chron. 17, 3. Messiam Jes. 11, 10. etc. Sed de formula דָּרַשׁ אֶת־יְהוָה v. infra. — 3) postulavit, poposcit, sq. Accus. rei et מִן Pers. Deut. 23, 22. Mich. 6, 8.; hinc omisso voc. *panis*, *victus*: *mendicavit* Ps. 109, 10. — it. *reposcere* Ezech. 34, 10., unde דָּרַשׁ מֵעִם פּ, מִיַּד *sanguinem reposcere ab al.*, h. e. caedem ab eo commissam ulcisci Gen. 9, 5. 42, 22. al. — 4) sectatus est rem, studuit, operam dedit rei, ut דָּרַשׁ מִשְׁפָּט *justitiae studere* Jes. 1, 17. 16, 5. דָּרַשׁ טוֹב *bonum sectari* Am. 5, 14. דָּרַשׁ שָׁלוֹם, טוֹבַת פּ *utilitati*, *saluti alicujus studere* Deut. 23, 7. Jer. 29, 7. דָּרַשׁ רָעַת פּ *malum*, interitum *alicujus meditari* Ps. 38, 13. Prov. 11, 27. דָּרַשׁ תּוֹרַת יְהוָה *operam dare legi Jovae*, h. e. observare eam Esr. 7, 10. דָּרַשׁ פִּקֻּדֵי יְיָ, מִצְוֹת eod. sensu Ps. 119, 45. 1 Chron. 28, 8. Huc referunt etiam Prov. 31, 13. דָּרְשָׁה צֶמֶר וּפִשְׁתִּים *studet*, *operam dat lanae*, vacat lanificio. — Jam cum ea sequemur, quae

nobis placent, semel Ps. 111, 2. דְּרוּשׁ dictum est eo sensu, ut sit *optabile, exoptatum, acceptum.* — 5) curavit, respectum habuit, *curam gessit* (vern. *nach etwas fragen*) Deut. 11, 12. Ezech. 20, 40. 34, 8. Ps. 10, 13. 142, 5., quo referri etiam potest formula: דָּרַשׁ תּוֹרַת יְ, מִצְוֹת יְ, quam supra explicuimus. Semel sq. עַל 2 Chron. 24, 6. מִדּוּעַ לֹא דָרַשְׁתָּ עַל־הַלְוִיִּם לְהָבִיא וגו *cur non curasti,* quod *ad Levitas* attinet, *ut afferrent* etc.

Frequenter admodum cum hoc verbo copulatur voc. *Dei,* inpr. *Jovae,* et quidem vario modo; dicitur enim a) יְהוָה (אֶת) דָּרַשׁ: h. e. α) *venerari, colere* (q. quaerere, curare) *Jovam* 2 Chron. 22, 9. Hos. 10, 12. Ps. 14, 2. Jes. 58, 2. etc.; β) *consulere Jovam, oraculum ab eo petere* Gen. 25, 22. Exod. 18, 15., etiam דָּרַשׁ יְהוָה בְּאֶת נָבִיא *consulere Jovam per prophetam* 2 Reg. 3, 11. 8, 8.; γ) *precibus adire, opem ejus implorare* Ps. 34, 5. 69, 33. 105, 4. — b) דָּרַשׁ לֵאלֹהִים, לַיהוָה in libris posterioribus: *venerari Jovam* 2 Chron. 17, 4. Esr. 4, 2. 15, 13. — c) דָּרַשׁ אֶל יְהוָה *quaerere apud Jovam* sive α) *consilium: consulere Jovam, oraculum ab eo petere* Jes. 8, 19.; sive β) *auxilium: precibus adire, opem ejus implorare* Job. 5, 8. — d) דָּרַשׁ בַּיהוָה *consulere Jovam* 1 Chron. 10, 14.

Part. Pahul foem. דְּרוּשָׁה *frequentata, celebrata* Jes. 62, 12. Infin. absol. דָּרוֹשׁ Levit. 10, 16. Infin. construct. דָּרְשׁ Deut. 22, 2. cum Affixo דָּרְשׁוֹ 2 Chron. 26, 5. Imper. דְּרֹשׁ, et ablato Accentu, דָּרְשׁ־ 1 Reg. 22, 5. Jer. 21, 2. 2 Chron. 18, 4. Fut. אֶדְרֹשׁ, cum ה paragog. אֶדְרְשָׁה 1 Sam. 28, 7. etc.

Niph. *quaeri* 1 Chron. 26, 31. *requiri, reposci* Gen. 42, 22. Alibi semper *Jova quaeri* h. e. *implorari* (sq. לְ Pers.) dicitur (v. supra דָּרַשׁ יְהוָה), ita tamen, ut non tam imploratio ipsa, quam implorationis *effectus* cogitetur adeoque significet ista formula: *precibus annuere, precantibus aures praebere,* i. q. עָנָה Jes. 65, 1. Ezech. 14, 3. 20, 3. etc. Praet. in Pausa נִדְרָשׁ Gen. 42, 22. Plur. in Pausa נִדְרְשׁוּ 1 Chron. 26, 31. Infin. absol. אִדָּרֹשׁ (vide de hac forma Alb. Schultens. Instit. L. H. p. 480. Gesen. Lehrgeb. p. 311.) Ezech. 14, 3. Fut. אֶדָּרֵשׁ Ezech. 20, 3. 31. 36, 37.

דְּרִישׁ m. *inquisitio* Esr. 10, 16.; sed legendum videtur לִדְרוֹשׁ v. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 480.

מִדְרָשׁ m. propr. *interpretatio,* hinc *commentarius.* In regim. מִדְרַשׁ סֵפֶר מְלָכִים *commentarius libri* (in librum) *regum* 2 Chron. 24, 27. Syr. ܡܕܪܫܐ id. Sed 2 Chron. 13, 22. videtur *librum* significare coll. Arab. مدرس *liber.*

דָּשָׁא *germinavit* Joël. 2, 22. Hiph. Fut. Foem. תַּדְשֵׁא *germinare* sive *herbescere faciat, producat* Gen. 1, 11.

דֶּשֶׁא m. *herba tenera, gramen* Gen. 1, 11. 12. Deut. 32, 2. 2 Sam. 23, 4. 2 Reg. 19, 26. etc. Syr. ܕܫܐ Chald. דְּתָאָא *planta progerminans.* Opponitur *herbae adultiori* עֵשֶׂב, *semen concipienti,* Gen. 1, 11.

דָּשַׁן *pinguis fuit* vel *factus est* Deut. 31, 20. — Pih. דִּשֵּׁן: 1) a) *pinguem reddidit* Prov. 15, 30. שְׁמוּעָה טוֹבָה תְּדַשֶּׁן־עָצֶם *bona existimatio*

impinguat ossa, h. e. vires auget, confirmat animum; Ps. 23, 5. דִּשַּׁנְתָּ בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי *pingue reddidisti* h. e. unxisti *oleo caput meum*; b) *pinguem existimavit, declaravit* Ps. 20, 3. עוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה (Fut. c. ה paragog. ut 1 Sam. 28, 15.) *holocaustum tuum pingue* h. e. acceptum, gratum *reputet* Deus. — 2) *decineravit*. v. sub nom. דֶּשֶׁן. — Pyh. *pinguis, dives factus, bonis satiatus est* Prov. 11, 28. 13, 4. 28, 25. Jes. 34, 7. (Sic שָׁמַן de *copia* et *bona fortuna* Jes. 10, 16. 17, 4. كدس et كسم *pinguedo, vita lautior*, et Graec. πίων *dives*, Il. σ'. v. 342. cf. Alb. Schultens. *Animadvv. ad Anthol. sentent. Arab.* p. 117. Meidanii *Specim. provv. Arab.* p. 43.). — Hothp. הֻדַּשְּׁנָה pro הֻתְדַּשְּׁנָה *impinguata est* Jes. 34, 6. (cf. 2 Sam. 1, 22.).

דֶּשֶׁן *m.* 1) *pinguis* Jes. 30, 23. Plur. דְּשָׁנִים *pingues (succosi)* Ps. 92, 15. — 2) *dives, opulentus* Ps. 22. 30.

דֶּשֶׁן m. 1) *pinguedo* Jes. 55, 2. Jer. 31, 14. Ps. 36, 9. 63, 6. 65, 12. מַעְגְּלֶיךָ יִרְעֲפוּן דֶּשֶׁן *orbitae tuae destillant pinguedinem* (foecunditatem agrorum); metonym. *cibus pinguis* et *lautus* Job. 36, 16. Cum Affixo דִּשְׁנִי Jud. 9, 9. — 2) *cinis* Levit. 1, 16. 1 Reg. 13, 3. 5. Jer. 31, 39. etc. q. d. *pinguefactio agrorum:* veteres enim *cinere* ad arva et prata *fructificanda* usos esse, docet Plinius L. XVII. c. 9. conf. Deylingius in *Observatt. S.* P. I, p. 183. Vriemoet in *Observatt. miscell.* L. I. c. 2. §. 14 sq. et de la Cerda ad Virgil. *Georg.* I, 81. — A דֶּשֶׁן *cinis*, formatur Verbum

Pih. דִּשֵּׁן *cinerem abstulit, decineravit* Num. 4, 13. Exod. 27, 3.

דִּישׁוֹן vid. sub rad. דוּשׁ.

דָּת f. *lex* Esth. 1, 13. 3, 8. it. *edictum* Esth. 3, 14. 8, 13., vox, ut videtur, persicae originis a دَاتَن *dare, ponere, constituere*, unde دَاتْ *justitia, jus, aequitas;* Armenis etiam *Dat* sign. *judicium* v. Schroeder. Thes. l. arm. p. 19. (Vulgo deducunt a יָדַת *ponere*, ut *Satzung* a *setzen*). — In regim. דַּת Esth. 2, 12. cum Affixo דָּתוֹ Esth. 2, 8. Plur. דָּתִים in regim. דָּתֵי Esth. 1, 18. 3, 8. cum Affixo דָּתֵיהֶם Esth. 3, 8. — In loco Deut. 33, 2. אֵשׁ דָּת significare videtur *ignem legis* h. e. *legem igneam*, media inter fulgura promulgatam.

דָּת f. Chald. 1) *propositum, consilium* Dan. 2, 9. — 2) *edictum* Dan. 2, 13. 15., *lex* Dan. 6, 9.; דָּת אֱלָהּ *lex dei ejus* (i. q. תּוֹרַת יְיָ), *religio ejus* Dan. 6. 6. Simil. Rabbini דת הנוצרים *legem Nazarenorum* appellant religionem christ. et דת הישמעאלים *legem Ismaelitarum*, religionem mohammedicam.

דָּתְבָר m. *legis peritus*, ex דָּת *lex* et syllaba בָּר (de qua vide in גִּזְבָּר), coll. Pers. دَاتْوَارَان *juris peritus*. Plur. emphat. דָּתְבָרַיָּא Dan. 3, 2. 3.

דֹּתָן (Dual. nom. Chald. דּוֹת *cisterna, puteus*) Nom. propr. oppidi, quod auctore Eusebio 12 milliar. Rom. distabat a Samaria, septentrionem versus Gen. 37, 17., al. דֹּתָן 2 Reg. 6, 13. v. Winer. *bibl. Realwörterb.* I, p. 172.

דְּתָא m. Chald. i. q. Hebr. דֶּשֶׁא *herba tenera, gramen*, unde Emphat. דְּתָאָה Dan. 4, 12. 20.

דָּתָן m. conjurationis Korachiticae socius Num. 16, 1. 26, 9. Deut. 11, 6. Ps. 106, 7. Cf. Arab. دَثَنَ *volavit, nidificavit in arbore.*

ה

Litera הֵ, quoties *servilis* est *formandisque* vocabulis inservit, additur vel *ab initio* vel *a fine*. Ab *initio* vocum varii usus est atque significatus. Est enim

I) (sed admodum raro) *Heemantica*, formans Nomina *Aucta*: eaque vel a) ex Conjugatione Hiphil orta, ut הַשְׁמָעוּת *nuntiatio* a שָׁמַע *audire*, Hiph. *nuntiare*; הַצָּלָה *ereptio* ex Hiph. Verbi נצל *eripere, liberare*; הַתּוּךְ *liquatio* ex Hiph. הִתִּיךְ *liquare*; — vel b) ex Conjugatione Hithpah. repetita, ut חִתְיַחֵשׂ *index, catalogus*, ex חִתְיַחֵשׂ *censeri, in indicem referri.*

II) *Praeformans* Verborum, fingendis Conjugationibus Hiphil et Hophal, nec non Infinitivis ac Imperativis Niphal, et, cum ה servili, Conjugationi Hithpahel adhibita, qua de re v. Grammatt.

III) *Articulus*, respondens Graecorum et Germanorum *Articulo definito*. Atque ita praefigitur a) Nominibus, Pronominibus et Participiis, eadem fere, qua apud Graecos et nostrates, lege (v. Gesen. Lehrgeb. p. 652 sqq.), in pedestri quidem oratione. Quod addunt passim etiam poni *indefinite*, id, ut ea tantum loca persequamur, quae Gesenius l. c. notavit, falsissimum est. Etenim Num. 11, 27. הַנַּעַר significare videtur certum quendam puerum, qui Mosi in castris ministerium praestabat; 1 Sam. 17, 34. בָּא הָאֲרִי וְאֶת־הַדֹּב neminem morabitur, qui et Graecos et nostrates simili modo dicere (*der Wolf kam*, add. Joh. 10, 12. θεωρεῖ τὸν λύκον ἐρχόμενον; ὁ λύκος notus iste et perpetuus gregum hostis) recordatus fuerit; denique Exod. 2, 15. haud scio, an הַבְּאֵר nobilem quendam in terra Midianitica puteum, vel eum qui proxime ab Aegypti finibus aberat, designet; (de Adverbio הַיּוֹם Job. 1, 6. 2 Reg. 4, 18. v. infra sub יוֹם). Ceterum Articulus saepe in Cthib deficit, ubi in Kri adest: ut 1 Sam. 14, 32. 1 Reg. 7, 20. 15, 18. 2 Reg. 11, 20. 14, 7. 15, 25. Jes. 32, 15. Jer. 17, 19. 40, 3. 52, 32. Ezech. 18, 20. 42, 9. Thren. 1, 18. Contra in Kri deficit, ubi in Cthib adest: ut 1 Sam. 26, 22. 1 Reg. 21, 8. 2 Reg. 7, 13. Jes. 29, 11. Jer. 25, 20. 38, 11. Eccles. 6, 10. 10, 3. 20. — Originem autem duxit ex vetere הַל, Arab. لْ, transmutata litera ל, ut in יַקַּח pro יַלְקַח, et لْ articuli arabici in Nominibus a litteris solaribus incipientibus, ut الشَّمْس *Aschschams*. — b) In libris aetate posterioribus praefigitur Verbis, rarius *Particulis*, ita, ut vim *Relativi* habeat, ut הִנִּמְצְאוּ *qui inventi sunt* 1 Chron. 1, 4. הָעֶלְיָה *quod supra eam* 1 Sam. 9, 24. Addunt vulgo, ה etiam Nominibus et Participiis sic

praefigi; sed praeter necessitatem: nam הַטּוֹב Gen. 16, 6. Deut. 12, 28. הָרוֹמֵשׂ Gen. 1, 26. et similia, commode sensu *demonstrativo* exponi possunt. — c) He *vocandi* vocibus, etiam per regimen constructis, praemittitur: ut הַצְּבִי *o decus!* 2 Sam. 1, 19.; הַבַּת *o filia!* Thren. 2, 13.

IV) *Interrogativum* (de cujus diversa punctatione consulendi sunt Grammatici, inpr. Nold. Concordantt. Partic. p. 856 sq.), innuens vel simplicem *interrogationem dubitantis* aut *ignorantis*: ut הַאַתָּה *an tu sis?* Gen. 27, 21., vel *interrogationem* cum *negatione* subintellecta: ut הֲשֹׁמֵר *num custos?* Gen. 4, 9. 2 Sam. 7, 5., vel *interrogationem* cum *affirmatione* subintellecta (pro הֲלֹא): ut 1 Sam. 2, 27. Jer. 7, 9. al., vel *admirationem*: ut הַגִּבְעֹנָה *natone?* Gen. 17, 17. Neque tamen non deesse potest ה interrog. Gen. 27, 24. 1 Sam. 16, 4. 27, 10. al. Ceterum respondet Arab. هَ, quod sunt qui ex أَلْ ortum putent.

In *fine* vocum est vel I) *Affirmativum Poem.* tam in *Nominibus*: ut חָכְמָה *sapientia*, quam in *Verbis*: ut בָּכְתָה *flevit* Deut. 21, 13.; vel II) *Paragogicum*: idque vel sola litera ה, vel integra syllaba הָ (rarius הָ) constans. *Illa* passim adiicitur et Pronominibus et Praeteritorum formis, in Kamelz cadentibus, ut אַתָּה, הֵמָּה, בָּגַדְתָּה Malach. 2, 14. יָדְכָה (pro יָדֵךְ) Exod. 13, 16. — *hujus* autem varius admodum usus est. Nam 1) הָ *accentu carens* additur a) Nominibus vel mascul. vel, quod saepius fit, foemininis, maxime apud poetas, nec non Praeteritor. Personae tert. sing. foem. *sine ulla significationis accessione* (v. Gesen. Lehrgeb. p. 544 sqq.), ut מָוְתָה *mors* Ps. 116, 15. אֵימָתָה *formido* Exod. 15, 15. עֶזְרָתָה *auxilium* Ps. 44, 27. לַיְלָה *nox*; הֶחְבִּאָתָה *abscondidit* Jos. 6, 17.; b) Nominibus *locorum, motum* significans, ut אַרְצָה *in terram* Gen. 19, 1. בֵּיתָה *domum* (cf. Gesen. l. c. p. 633. ceterum v. sub מִזְבַּח, זְבוּל etc.). — 2) הָ *cum accentu efferendum* adiicitur Imperativis et Futuror. Personae primae, vel *excitandi* vel *obsecrandi* sensu: quae quidem res late patens diligenter explicata est a Gesenio p. 285 sqq.

הֵא et Chald. הָא *ecce* Gen. 47, 43. Ezech. 16, 43. Dan. 3, 25. Syr. ܗܵ Arab. هَا *id.*

הֵאָח onomatop. *eja, euge*, vox laetantis Jes. 44, 16., inpr. de casu adversarii exultantis Ps. 35, 21. 40, 16. Ezech. 25, 3.

הֲבְהָבִים Plur. vid. sub rad. יהב.

הָבַל *evanuit*, more *corporis instabilis nec solidi quid habentis* (Arab. in Conj. IV. أَهْبَلَ i. e. أَسْرَعَ *cito abiit, properavit*), hinc *vanus fuit* (de hominibus). Propria vis voc. Alb. Schultensio ad *Hamasam* p. 381. sita videtur in *inflatione, turgore* sive *flatu tumido*, et inde notio *vanescendi* et *vanitatis* promanasse. Fut. plur. in Pausa תֶּהְבְּלוּ *vanescitis* (vana profertis) Job. 27, 12., *vanescatis, vani sitis* (spem vanam, fallacem reponatis) Ps. 62, 11.; וַיֶּהְבְּלוּ *et vani facti sunt* (idola colendo) 2 Reg. 17, 15. Jer. 2, 5. — Hiph. Part. Plur. מַהְבִּילִים *vanos facientes* (vana spe ludentes) Jer. 23, 16.

הֶבֶל m. 1) *vapor, halitus cito evanescens:* hinc imago *vitae caducae, fluxae* Ps. 39, 6. (Job. 7, 16.) Ps. 144, 4., *divitiarum* facile dilabentium Prov. 13, 11. 21, 6., *summae levitatis* Ps. 62, 10. [Syr. ܗܒܠ *halitus, vanitas,* Chald. הֲבַל *fumus, vapor, halitus calidus*]. — 2) *vanitas, res vana et inanis* Ps. 94, 11. Job. 7, 16. Eccles. 1, 2. 14. etc.; speciat. de *idolis* dicitur Deut. 32, 21. 1 Reg. 16, 26. 2 Reg. 17, 15. Jer. 2, 5. 10, 15. etc. Sumitur quoque adverbialiter pro *vane, inaniter, frustra,* Job. 9, 29. 21, 34. [35, 16.] Jes. 49, 4. — Cum Affixis הַבְלִי Eccles. 7, 15. הַבְלוֹ 6, 12. Plur. הֲבָלִים *vanitates* Eccles. 1, 2. Jer. 10, 8. in regim. הַבְלֵי Ps. 31, 7. Jer. 8, 19. cum Affixo הַבְלֵיהֶם Deut. 32, 21. — 3) Nom. propr. *Abelis,* filii Adami natu minoris Gen. 4, 2. etc.

הָבֶל m. *vanitas* Eccles. 1, 2. 12, 8.

הֳבְנִי m., unde Plur. הֳבָנִים vel secundum Cthib הוֹבְנִים Ezech. 27, 15. *ligna ebena,* auctoribus Symmacho, Hieronymo, al. Unde dicta sint, non liquet; v. tamen Bochartus in *Hieroz.* P. II. L. I. c. 20. Fullerus in *Miscell. S.* L. VI. c. 14. et Hillerus in *Hierophyt.* P. I, p. 437 sq. Ol. Celsius *Hierob.* T. I, p. 327. Scilicet cum ligna *ebena* ex Aethiopia afferantur (Herod. 3, 97. Dioscor. 1, 30.), הֳבָנִים sive הוֹבְנִים dicta existimant ab *Opone,* emporio Aethiopiae quondam celeberrimo, ad sinum Barbaricum sito.

חָבַר rad. in Hebr. inusit., Arab. حبر *secuit.*

חֹבֵר m. in Plur. חֹבְרִים *augures,* q. d. *sectores* regionum coeli, quod coelum in partes secare solebant, ad auguria commodius captanda (vid. Fulleri *Miscell. sacr.* lib. I. c. 16.). In regim. חֹבְרֵי Jes. 47, 13. secundum Kri, sed Cthib habet חֹבְרוּ *secuerunt, diviserunt.* Conf. Chald. גְּזַרְיִן Dan. 2, 27.

הָגַג rad. Hebr. inusitata, Arab. حجّ Conj. IV. *accendit ignem.* Inde:

הֶגְיוֹג m. 1) *aestus, fervor animi* Ps. 39, 4. coll. Arab. حجيج *ardor ignis,* per metaphoram *aestus animi* in querelas erumpens v. Ev. Scheidii *Observv. in Ps.* I. p. 66. — 2) *gemitus,* qui ex aestuante animo effunditur Ps. 5, 2.

הָגָה Duplex radix est: I) 1) *fremuit, mussavit, mussitavit* Jes. 31, 4. de leone praedam nacto (differt a שָׂאַג *rugire,* quemadmodum ὑποβρυχᾶσθαι a βρυχᾶσθαι): hinc *gemuit* (οἰμώζειν) Jes. 38, 14. 59, 11 (v. *gemere* de *columba* in carm. de philomela v. 20.), Jes. 16, 7. sq. עַל, et Jer. 48, 31. sq. אֶל, *gemere de aliquo.* — 2) poet. *locutus est,* vel absolute Ps. 115, 7. לֹא יֶהְגּוּ בִגְרוֹנָם *non loquuntur* (sonum edunt) *gutture suo,* vel sq. Accus., ut Job. 27, 4. ה׳ רְמִיָּה *fraudem, fallaciam* i. e. fraudulenter *loqui,* Jes. 59, 3. ה׳ עַוְלָה *loqui scelus, nequitiam,* Prov. 8, 7. ה׳ אֱמֶת *loqui verum,* Ps. 37, 30. ה׳ חָכְמָה *sapientiam* h. e. sapienter *loqui;* hinc *cecinit, celebravit* Ps. 35, 28. 71, 24. — 3) *cogitavit, meditatus est,* i. e. vel a) *mente* aliquid agitavit, reputavit secum (*nachdenken über etwas*), sq. בְּ Ps. 1, 2. ה׳ בְּתוֹרַת יְ׳ *legem Jovae meditari,* Jos. 1, 8. Ps. 77, 13. 143, 5.; hinc *recordatus est,* sq. Accus. Jes. 33, 18.; vel b) *machinatus, molitus est* (*denken auf etwas*) Ps. 2, 1. ה׳ רִיק *vana medi-*

tari, Prov. 24, 2. ה׳ שׁד *vim, injuriam meditari* Jes. 59, 13. [Syr. ܗܓܐ *meditatus est, syllabatim legit*, Pa. *contemplatus, meditatus est*, Ethpa. *legit*]. — Infin. absol. הָגֹה Jes. 59, 11. Fut. יֶהְגֶּה Job. 27, 4. Jes. 33, 18. Foem. תֶּהְגֶּה Ps. 35, 28. — Poel Infin. הֹגוֹ *meditando* Jes. 59, 13. — Hiph. Part. Plur. מַהְגִּים *stridentes, mussantes* (praestigiatores, exili et submissa voce mortuorum umbras evocantes) Jes. 8, 19.

II) i. q. יָגָה *amotus est*, transit. *amovit:* Praet. Jes. 27, 8 (ubi Kimchius recte interpretatus est per הֵסִיר). Infin. absol. הָגוֹ Prov. 25, 4. 5. *amove, separa*. Sed הֹגָה 2 Sam. 20, 13. videtur ad יָגָה pertinere.

הֶגֶה m. 1) *fremitus, fragor* (de tonitru) Job. 37, 2. — 2) *gemitus, suspirium* Ezech. 2, 9. — 3) *cogitatio* Ps. 90, 9., ubi anni vitae consumi dicuntur *cogitationis instar*, qua phrasi etiam Homerus *Hymn. in Mercur.* v. 43. et Theognis v. 979. (αἶψα γὰρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἄγλαος ἥβη) utuntur. Al. *suspirium, halitus* vertunt.

הָגוּת f. *meditatio* Ps. 49, 4.

הֶגְיוֹן m. *cogitatio, meditatio* Ps. 19, 15. Thren. 3, 62.

הִגָּיוֹן m. *eloquium, stridor, sonitus, cantus* (coll. rad. הגה Ps. 35, 28.): hinc עֲלֵי הִגָּיוֹן בְּכִנּוֹר Ps. 92, 3. *ad sonitum, cantum citharae*, Lxx. μετ᾽ ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ; הִגָּיוֹן סֶלָה Ps. 9, 17. Lxx. ᾠδὴ διαψάλματος cf. Joh. Chr. Biel in Diss. *de voce* סלה, in *Miscell. Lips. novis* Vol. III, P. I. p. 24 sq. — Al. *instrumentum musicum* intelligunt.

הָגַן rad. in Hebr. inusit.

הָגִין m. inusit., inde Foem. הֲגִינָה *recta, apta* Ezech. 42, 12. Conveniunt Chaldd. הָגוּן et מְהֻגָּן *rectum, decens, conveniens, decorum, aptum, idoneum*, et הֹגֶן *decentia*.

הָגָר f. ancilla Sarae ex Aegypto oriunda, mater Ismaelis Gen. 16, 1. 25, 12. Cf. Arab. هجر *deseruit, reliquit* patriam, *discessit a suis*.

הַגְרִים et הַגְרִאִים (ut 2 Chron. 17, 11. ערביאים ex orthographia libb. Chron. peculiari) Nomen propr. *Hagarenorum* 1 Chron. 5, 10. 19. 20. Ps. 83, 7., h. e. *populi* ad orientem Gileaditidis juxta sinum Persicum, ubi urbs هِجْر invenitur in tab. d'Anvilliana Asiae inter gradum longitudinis 65 et 69., a qua tota regio *Baharein* etiam هِجْر dicitur v. Geogr. Nubiens. p. 122. vers. germ., Abulfedae *Arab.* ed. Gagnier. p. 49. 50. 54. Niebuhrii *Descr. Arab.* p. 339. J. D. Michaelis *Suppl.* p. 498. Alii conferunt Ἀγραίους, quorum Steph. Byzant., aut Ἀγρέας, quorum Dionys. Perieg. v. 956. mentionem facit (ubi tamen al. libri habent Ἀδρέες).

הֵד v. sub rad. הדד.

הַדָּבְרִין m. Plur. Chald. q. d. *duces supremi, regis amici* (*Staatsräthe*):

unde in Statu emphat. הַדָּבְרַיָּא Dan. 6, 8. Vulgo compos. putant e 2 Synonymis, Syr. חדא, Arab. هَدَى *duxit* (unde هَادٍ *dux*), et ex דבר Chald. *duxit*. Al. persicum voc. esse arbitrantur v. Bertholdt Excurs. 2 ad Dan. p. 820. In regim. הַדָּבְרֵי Dan. 3, 27., cum Affixis הַדָּבְרַי *supremi duces mei* Dan. 4, 33., הַדָּבְרוֹהִי *supremi duces ejus* Dan. 3, 24. Sed Hebr. הַדָּבְרוֹ Mich. 2, 12. vid. in דֹּבֶר sub rad. דבר.

הָדַד, Arab. هَدَّ *sonum graviorem edidit, murmuravit* (pr. *fregit, rupit*, Conj. II. terruit).

הֵידָד m. *celeusma:* a) *laeta exclamatio* (jubilatio) vindemiantium uvasque calcantium Jer. 25, 30. 48, 32.; b) *clamor inconditus* militum pugnam ineuntium Jer. 50, 14. Jes. 16, 9.

הֵד m. *id.* Ezech. 7, 7.

הֲדַד m. rex Idumaeorum Gen. 36, 35. 1 Chron. 1, 46.

הֲדַדְעֶזֶר m. rex Syriae Zobae 2 Sam. 8, 3 sqq.; aliis in locis plurimi Codd. exhibent: הֲדַרְעֶזֶר. 2 Sam. 10, 16. 1 Chron. 19, 16. etc.

הֲדַדְרִמּוֹן Nom. propr. oppidi haud procul a Megiddunte siti, postea dicti *Maximianopolis* Zach. 12, 1. v. Reland Palaest. p. 891.

הָדָה *direxit, misit, immisit* (manum) Jes. 11, 8. [Ar. هدى *tetendit, manum direxit ad aliquid*, Syr. ܗܕܐ *direxit*].

הֹדּוּ *India*, pro הנדו, Syr. ܗܢܕܘ Arab. هِنْد: Esth. 1, 1. 8, 9.

הֲדוֹרָם Gen. 10, 27. nomen tribus Joctaniticae, Arab. هدرام, cujus sedes definire non ausus est J. D. Michaelis in *Spicileg.* P. II, p. 162. Sed Bochartus in *Phal.* lib. II. c. 20. p. 128. *Drimatos* Plinii lib. VI. c. 26. comparat, qui ad fretum sinus Persici habitarunt.

הָדַךְ *diruit, evertit, destruxit*, ut Arab. هَدَكَ *diruit*, propr. *contrivit, humi prostravit*, ut هَدَمَ. Unde Imperat. הֲדֹךְ *everte, destrue* Job. 40, 12.

הָדַם rad. in Hebr. inusit.; Arab. هَدَمَ *humi prostravit, solo aequavit.*

הֲדֹם m. *scabellum*, propr. *substratum pedibus*. Ubique metaphorice usurpatur: a) *scabellum pedum Jovae* appellatur vel *orbis terrarum* Jes. 66, 1., vel *arca foederis*, super qua praesens esse credebatur Jovae numen (1 Sam. 4, 4.): hinc *adorare Jovam* לַהֲדֹם רַגְלָיו *coram scabello pedum ejus* Ps. 99, 5. 132, 7., hinc זָכַר הֲדֹם ר׳ *non oblitus est* (Jova) *scabelli pedum suorum* h. e. urbis Hieros., ubi reposita fuit sacra arca (cf. Jes. 60, 13.); — b) semel legitur: *subiicere hostes* tanquam *scabellum pedibus alicujus* Ps. 110, 1. cf. Jos. 10, 24. et Bohlen Symbol. p. 34.

הַדָּם m. Chald. *frustum*, Plur. הַדָּמִין Dan. 2, 5. 3, 29, a rad.

תָּדַם Chald. *discidit, discerpsit,* Arab. هَدَمَ *secuit* v. Chr. Ben. Michaelis *de poenis capit. Hebr.* §. 24. (in Pottii Sylloge Vol. IV. p. 220 sqq.).

הֲדַס m. *myrtus* Neh. 8, 15. Jes. 41, 19. 55, 13. Arab. هَدَسٌ i. q. incolis Arabiae felicis اَسٌ *myrthus,* Syr. ܐܣܐ cf. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 17., a *celeri* (ut putant) et *alacri incremento,* coll. rad. הדס Chald. *saliit,* Rabbin. *festinavit,* Syr. *alacris fuit.* Sic Lat. *salix* et *saltus* dicuntur a *salio,* et Germau. *spriessen* et *springen* est *salire,* et *germinare* et *fruticari.* Nihil definimus. Plur. הֲדַסִּים *myrti* Zach. 1, 8. 10. 11.

הֲדַסָּה Nom. propr. Estherae, *myrthus* dictae v. Simonis *Onomast.* p. 202. Graecis quoque *Μύρτιλος, Μυρτίνη* etc. sunt Nomina person.

הָדַף 1) *trusit, impulit, deturbavit* (homines) Num. 35, 22. Jer. 46, 15. — 2) *removit, repulit* 2 Reg. 4, 27. Prov. 10, 3. *Jova cupiditatem impiorum repellit.* — 3) *depulit* e loco, constr. cum Accus. pers. et מִן loci Jes. 22, 19.; *expulit (cum dedecore publico)* Deut. 9, 4. Jos. 23, 5. Job. 18, 18., constr. cum מִן, מִפָּנַי et לִפְנֵי. (Chald. הֲדַף id.). — Praet. cum Affixo הֲדָפוֹ Num. 35, 22. Infinit. construct. הָדוֹף Deut. 6, 19. cum Affixo הֲדָפָהּ 2 Reg. 4, 27. Fut. יֶהְדֹּף Prov. 10, 3. cum Affixis יֶהְדְּפֶנּוּ Num. 35, 20. יֶהְדֳּפֵם Jos. 23, 5. Plur. in Pausa תֶּהְדֹּפוּ Ezech. 34, 21.

הָדַר propr. 1) *tumuit, tumidus fuit,* ut Arab. هَدَرَ *intumuit,* unde هَدِرٌ *inflatus, tumens;* Jes. 45, 2. הֲדוּרִים אַשֶּׁה *tumida* h. e. edita *loca complanabo.* Ita Ovid. Am. 2, 16. 51. *tumidos montes* dixit. Hinc 2) *ornavit, decoravit* Jes. 63, 1. Exod. 23, 3. דַּל לֹא תֶהְדַּר בְּרִיבוֹ *pauperem ne ornes in caussa sua,* h. e. ne exornes fictisque argumentis adiuves caussam pauperis, misericordia scil. commotus. — 3) *honoravit* (ut Graeci dicunt τιμᾶς κοσμεῖν et ἀγάλλειν, Latini *honoribus decorare* et *ornare, gloria decorare, gloria exornare, honoris ornamenta* et *ornamenta* absolute pro *honoribus*). Conspirat Syr. ܗܕܪ *decoravit, honoravit,* et Chald. הֲדַר. Levit. 19, 32. וְהָדַרְתָּ פְּנֵי זָקֵן *et honorabis vultum senis,* 19, 15. לֹא תֶהְדַּר פְּנֵי גָדוֹל *ne honores vultum divitis,* h. e. ne diviti faveas, ejus partibus temere studeas (cf. פָּנִים נָשָׂא): Ceterum simili ratione κυδαίνειν *honorare,* et κῦδος *majestas,* oritur a κύειν *tumere.* — Niph. Praet. Plur. in Pausa נֶהְדָּרוּ *honorati sunt* Thren. 5, 12. — Hithpah. Fut. תִּתְהַדָּר *tibi honorem sumes, gloriaberis* (vel *inflatum, superbum te geres*) Prov. 25, 6.

הֲדַר Chald. *honoravit.* Pahel Praet. הַדַּרְתָּ Dan. 5, 23. הַדַּרְתְּ Dan. 4, 31. Part. Praes. מְהַדַּר Dan. 4, 34.

הָדָר m. 1) *ornatus, decus* Ps. 45, 4. 96, 6.; hinc עֵץ הָדָר Levit. 23, 40. *arbor decoris, decora, speciosa.* — 2) *majestas* (Dei) Deut. 33, 17. Ps. 29, 4. — 3) *honor* Ps. 149, 9. — In regim. הֲדַר Ps. 145, 5. 12. Jes. 2, 10. 19. 21. cum Affixis הֲדָרִי *ornatus meus,* quo scil. ego ornavi, Ezech. 16, 14. הֲדָרֵךְ *honor* vel *decus tuum,* quo scil. ornata es, Ezech.

27, 10. etc. Plur. הֲדָרִים *decora, ornatus, ornamenta*, in regim. הַדְרֵי Ps. 110, 3.

הֶדֶר m. *decus* Dan. 11, 20. מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת *transire, peragrare faciens exactorem decus regni* h. e. praestantissimam regni partem, quae v. 16. appellatur אֶרֶץ הַצְּבִי cf. Zach. 9, 8. et 2 Macc. 3, 4. Al. *tributum, censum* vertunt, coll. Graec. τιμή, sed v. Gesen. *Gesch. d. hebr. Spr.* p. 64.

הֲדָרָה vel הַדְרָה f. *ornatus*, unde in regim. הַדְרַת Ps. 29, 2. 96, 9. Prov. 14, 29. 1 Chron. 16, 29. 2 Chron. 20, 21.

הֲדוֹרָם vide suo loco.

הִדּוּשׁ vid. in דּוּשׁ.

הָהּ *ah!* Interjectio *dolentis*, a *sono* factitia Ezech. 30, 2., alias אֲהָהּ; unde Arab. أَهَّ *moestus fuit, prae dolore suspiravit.*

הוּ vid. infra הוֹי.

הוּא *Pronomen* 3. pers. sing. masc. *Personale: is, hic, ille (hoc, illud)*, هُوَ, ܗܘ etc. cum א paragog. (v. Storr *Synt.* p. 110.) Gen. 2, 13. 14. 19. 3, 15. 4, 20. Deut. 7, 26. Ruth. 2, 20. etc.; *ipse, αὐτός*, ubi הוּא opponitur illis, qui cum aliquo sunt, Ruth. 1, 1. Gen. 19, 30. 24, 54. etc. Passim cum emphasi pronunciandum: a) *is, hic ipse*, ut Graec. αὗτος, ἐκεῖνος, ubi nomini postponitur, Jes. 7, 14. יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם *dabit dominus, hic ipse vobis*, Gen. 44, 17. Ezech. 12, 12. etc.; b) *idem* Job. 3, 19. Ps. 102, 28. — Denique saepenumero pro Verbo *Substantivo: sum, es, est, fuit, erit*, etc. usurpatur, ut Gen. 3, 5. Exod. 1, 16. Levit. 1, 13. 17. Deut. 1, 17. 2 Sam. 7, 28. 1 Chron. 21, 17. etc., quo pertinent etiam illa loca, ubi הוּא explicationis causa interponitur, ut Gen. 14, 17. עֵמֶק שָׁוֵה הוּא עֵמֶק הַמֶּלֶךְ *vallis Schave*, quae est (appellatur hodie) *vallis regia* Deut. 4, 48. שִׂיאֹן הוּא חֶרְמוֹן *Sion, qui est Hermon*; Esth. 2, 16. 3, 7. 8, 12. al. Cum Artic., הַהוּא subiicitur Nominibus, quae et ipsa articulum praefixum habent, ut הַמָּקוֹם הַהוּא Gen. 21, 31. 22, 14. הַדּוֹר הַהוּא Exod. 1, 6. הָאִישׁ הַהוּא 1 Sam. 1, 3. al. ac verti passim potest: *idem, hic ipse* Levit. 22, 30.; cum ה Interrogativo הַהוּא *an ille?* Num. 23, 19. Sed Plur. הֵם et הֵמָּה vid. infra suo loco.

Ubi de Deo dicitur, vel signif. *hic, hic ipse, idem* Deut. 32, 39. Ps. 102, 28., vel exprimit verb. Substant., ut Ps. 44, 5. Neh. 9, 6. al. Hinc perperam fecerunt, qui הוּא inter *nomina divina* referrent v. Simonis Onomast. V. T. p. 549. Vriemort. Annott. ad Dict. class. T. I, p. 119 sq. T. II, p. 178. Carpzovii Exerc. in ep. ad Hebr. p. 51 sq. al.

הוּא Chald. *id.* Dan. 2, 21. 22. 28. 32. 39. 47. 4, 19. Esr. 5, 8. etc. Plur. הִמּוֹ et הִמּוֹן vid. sub Hebr. הֵם.

הֲוָא Chald. idem quod הֲוָה quod vide paulo inferius.

הוֹד m. *praestantia, gloria, dignitas* v. sub rad. נהד.

הָוָה 1) *sidit, ex alto decidit, delapsus est* Job. 37, 6.; deinde (*accidit*) *fuit* vel *factus est, exstitit* (Arab. هوى *decidit*. Cf. rad. הָיָה). Part. Praes. הוֹה *est* Eccles. 2, 22. *es, eris* Neh. 6, 6. Imperat. הֱוֵה *esto* Gen. 27, 29. et cum א. הֱוֵא *decide* Job. 37, 6., ut coll. Arab. exponit Alb. Schultensius ad Prov. 10, 3., Foem. הֱוִי Jes. 16, 4. Fut. יְהוּא pro יְהוּ (ex יֶהֱוֶה) Eccles. 11, 3. — 2) aliam radicis significationem vid. sub הַוָּה.

הֲוָה et הֲוָא Chald. *fuit*; cum Partic. junctum passim pro Verbo fin. ponitur, ut Dan. 4, 26. מְהַלֵּךְ הֲוָה *ibat, proficiscebatur*, 5, 19. 6, 4. 11. 15. 7, 13. Esr. 5, 11. etc. — Praet. foem. הֲוָת Dan. 7, 19. Esr. 4, 24., et cum Patach, הֲוַת Dan. 2, 35. הֲוַיְתָ Dan. 2, 31. 34. הֲוֵית Dan. 4, 1. 7. 10. 7, 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 13. 21. Plur. הֲווֹ Dan. 2, 35. 5, 19. 6, 5. Esr. 4, 20. Futur. (non, ut alii volunt, Infin.) cum ל, emissa Praeformativa לֶהֱוֵה *ut sit, sit, erit*, Dan. 4, 22., et cum א, לֶהֱוֵא Dan. 2, 20. 28. 41. 3, 18. Esr. 4, 12. 5, 8. 6, 3. 9. 7, 23. 26. Plur. לֶהֱוֹן *ut sint, sint, erunt illi* vel *illa* Dan. 2, 43. 6, 2. 3. 27. Esr. 6, 10. 25. Foem. לֶהֱוְיָן Dan. 5, 17. v. Winer. Grammat. Chald. p. 96 sq. Fut. foem. תֶּהֱוֵה Dan. 2, 41. 42. 4, 24. et cum א, תֶּהֱוֵא Dan. 2, 40. 7, 23. Esr. 6, 8. Imper. plur. הֱווֹ Esr. 4, 22.

הוֹה f. *casus*, specialiter *casus adversus, calamitas, infortunium* (German. *ein Unfall*; Arab. أَوَّة, per א) Jes. 47, 11. Ezech. 7, 26.

הַוָּה f. 1) *casus* h. e. *calamitas, infortunium* Prov. 19, 13. Job. 6, 2. 30, 13., etiam *infortunium* sive *calamitas active* sumta, i. e. quae aliis infertur, hinc *injuria, nequitia, pravitas*, ut Ps. 5, 9. 10. 38, 13. 52, 4. 9. 94, 20. Prov. 17, 4. — 2) *desiderium, cupiditas* Prov. 10, 3. 16, 6. Mich. 7, 3. a rad. Arab. هوى *voluit, desideravit, cupivit*, pr. *ruit in aliquid*, unde هَوًى *cupido*, quod convenit cum Hebr. אוה. In regim. est הַוַּת Prov. 10, 3. 11, 6. Mich. 7, 3. cum Affixo הַוָּתוֹ Ps. 52, 9. Plur. הַוּוֹת Ps. 5, 10. Job. 6, 30.; דֶּבֶר הַוּוֹת *pestis perniciosa*, perniciem afferens Ps. 31, 3., כִּסֵּא הַוּוֹת *thronus* (judex) *miseriam inferens* Ps. 94, 20.

הַיָּה f. *calamitas*, unde cum Affixo הַיָּתִי *calamitas mea*, sec. Cthib Job. 6, 2. 30, 13., ubi Kri habet הַוָּתִי.

יֵהוּא 1) rex Israel. 884 — 856. a Ch. 2 Reg. 9, 10. Lxx. Ἰού. — 2) propheta aequalis Baësae 1 Reg. 16, 1. 2 Chron. 19, 2.

יְהוֹה Nomen propr. Dei, a Mose demum, ut videtur, introductum, *eum qui re praestiturus sit, quod olim promiserit, immutabilem sibique constantem* sec. Exod. 3, 14. coll. Apoc. 1, 4. significans. Conferri potest templi Saitici inscriptio, quae teste Plutarcho de Iside et Osir. c. 9. haec fuit: ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον v. Gesner. in Commentatt. Soc. Gotting. I, p. 247 sqq. Judaei posteriores, sanctum hoc Dei nomen efferre veriti, quoniam ejus in locum אֲדֹנָי (Lxx. κύριος) substituebant, in vocalibus appingendis eam rationem secuti sunt, ut consonantibus יהוה vocales ab אֲדֹנָי tanquam a Kri suo peterent, quod tamen, ne sexcenties repetendum esset, ad marginem nusquam adscripserunt, sed cuilibet ex ipsa vocis natura ejusque punctatione anomala supplendum reliquerunt. Quaeri igitur potest, quomodo a veteribus hoc voc. *appellatum* fuerit. Abeunt viri docti in duas potissimum

partes: alii Diodorum Sic. 1, 94. et Theodoret. Quaest. ad Exod. 15. secuti, יַהֲוֹה (ad formam יַעֲקֹב) pronunciandum existimant (Scheid in Observv. gramm. ad Ps. I, p. 54. Wahl Excurs. I. ad version. Habac. p. 217 sqq., contra quem disputavit Stange *Beiträge z. hebr. Grammat.* p. 102 sqq.); alii (ut Relandus in Dec. dissertatt. philol. de vera nom. Jeh. pronunciatione Traj. ad Rh. 1707. 8.): יַהְוָה, quae quidem, teste Theodoreto l. c. Samaritanorum fuit appellatio. Sed certi nihil definiri poterit, ac sunt quoque, qui יְהוֹה veram nominis pronunciationem esse contendant v. Michaelis Suppl. p. 554. add. Steph. Souciet Recueil de dissertt. critiq. sur des endroits difficiles de l'écriture sainte (Paris 1715. 4.) p. 232 sqq. Ceterum יְהוֹה cum praefixis sequitur punctationem Nominis אֲדֹנָי: ut לַיהוֹה Ps. 16, 2., הַיְהוֹה Jer. 8, 18. etc.; sed ubi cum אֲדֹנָי copulatum est, recipit puncta nominis אֱלֹהִים, ut יְהוֹה 2 Sam. 7, 18. 19. 20. 29. Ezech. 5, 5. etc., unde cum praefixo לַיהוֹה Ps. 68, 21. Singulare est הַלַּיהוֹה Deut. 32, 6., ubi quidam codices habent הַלַּ יְהוֹה, vid. infra הַלַּ.

Ceterum multa Nomina virorum, quae e duobus vocabulis conflata sunt, a יְהוֹ vel יוֹ i. e. יְהוֹה ordiuntur. Notasse sufficiat haec:

a) יְהוֹאָחָז (*Jova tenet*) 1) rex Israel., filius ac successor Jehu (856—840 a. Ch.) 2 Reg. 13, 1 sqq. 2) rex Jud., fil. Josiae natu minor (611 a. Ch.) 2 Reg. 23, 30. 2 Chron. 36, 1. — b) יְהוֹחָנָן (*gratiam exhibet J.*, vern. Gotthold, i. q. חַנִיבַעַל ap. Phoen.) 2 Chron. 17, 15. 28, 12. Neh. 12, 13. Esr. 10, 6. al.; יוֹחָנָן Neh. 12, 22., in N. T. Ἰωάννης. — c) יְהוֹיָדָע (*J. novit*) sacerdos Israelit., cujus auctoritate effectum est, ut Athaliâ regno pulsâ Joas juvenis imperium capesseret 2 Reg. 11, 1 sqq. (856 a. Ch.). — d) יְהוֹיָכִין (*fundabit J.*) rex Jud., fil. Jojakimi (600 a. Ch.) 2 Reg. 24, 8 sqq.; יוֹיָכִין Ezech. 1, 2., יְכָנְיָה Jer. 27, 20. יְכָנְיָהוּ Jer. 24, 1. in Cthib. — e) יְהוֹיָרִיב (*litigat J.*) sacerdos Hierosolym. tempore exilii babyl. 1 Chron. 9, 10. 24, 7. Esr. 8, 16. al. Ἰωαρίβ 1 Macc. 2, 1. — f) יְהוֹיָקִים (*stabiliet, eriget J.*) fil. Josiae et in regno Jud. Joahasi successor (611 — 600 a. Ch.) 2 Reg. 23, 24., al. אֶלְיָקִים. — g) יְהוֹנָתָן, יוֹנָתָן (*dat J.*, Θεόδωρος) filius Sauli, qui cum Davide intimam familiaritatem contraxerat 1 Sam. 13 sqq. Alios v. 2 Sam. 15, 27. 23, 32. Jud. 18, 32. etc. — h) יְהוֹרָם, יוֹרָם (*altus, sublimis* est *J.*) 1) rex Jud., fil. Josaphati (891—884 a. Ch.) 2 Reg. 8, 16 sqq. 2) rex Israel., fil. Ahabi 2 Reg. 3. (896—884 a. Ch.). — i) יְהוֹשׁוּעַ, יְהוֹשֻׁעַ (*Jova auxilium*, vern. *Gotthilf* cf. אֱלִישׁוּעַ) 1) dux Israelitar. nobilissimus Exod. 17, 9. 24, 13. al. 2) summus pontifex, aequalis Zachariae proph. Zach. 3, 1. Hagg. 1, 1. 12. Lxx. Ἰησοῦς. [Sed יְשׁוּעַ v. sub יֵשַׁע]. — k) יְהוֹשָׁפָט (*judicat J.*) rex Jud., fil. et successor Asae 2 Reg. 22, 41 sqq. (914—889 a. Ch.). — l) יוֹאָב (*J. pater*) dux militum regnante Davide, quem Salomo interfici jussit 2 Sam. 2, 24. 1 Reg. 2, 5 sqq. — m) יוֹאֵל (*Jova* est *Deus*) propheta nobilis, qui Usiae aequalis fuisse videtur Joel. 1, 1. Alii ejusd. nominis 1 Sam. 8, 2. 1 Chron. 6, 21. Esr. 10, 43. etc. — n) יוֹתָם (*J.* est *perfectus*) rex Judd. 2 Reg. 15, 32 sqq. Al. Jud. 9, 5. 7. 1 Chron. 2, 47.

יָהּ i. q. יְהוָה Ps. 94, 12: אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר אֲשֶׁר תְּיַסְּרֶנּוּ יָהּ *beatus ille*,

quem tu castigas, Jah! Ps. 68, 5: בְּיָהּ שְׁמוֹ *Jah (immutabilis)* est *nomen ejus;* Jes. 26, 4: בְּיָהּ יְהוָה צוּר *in Jah, in Jova est rupes* (vid. sub בְּ). Alibi in formulis solennibus legitur, maxime in hac: הַלְלוּ יָהּ *celebrate Jovam* Ps. 104, 36. 105, 45. 106, 1. 111, 1. etc., nec non in his: עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *gloria mea et carmen* est *Jova* Exod. 15, 2. Ps. 118, 14. Jes. 12, 2. et כִּי אֶרְאֶה יָהּ Ps. 94, 7., לֹא אַרְאֶה יָהּ Jes. 38, 11. — Ceterum יָהּ ex יְהוָה vel potius יַהֲוָה decurtatum esse, et plerique omnes censent et vix dubitari potest; nec audiendi sunt, qui vel ab aethiop. יהה *mitis, clemens fuit,* vel (quae Schmidii ad Cantic. Hisk. p. 45 sqq. sententia fuit) ab ipsa rad. יהה, arab. وهى *fuit* (ut significet τὸν ὄντα, τὸ ὄν) derivant. — Quemadmodum vero multa hominum nomina a יְהוֹ ordiuntur, ita haud pauca in syllabam יָהּ vel יְהוּ cadunt, ut יִרְמְיָהוּ et יִרְמְיָה, יְשַׁעְיָה et יְשַׁעְיָהוּ. Ea quaere sub iis vocibus, a quibus incipiunt.

הוֹי interjectio, a *sono* facta, eaque vel *hortantis: heus! eheu!* Jes. 1, 4. 17, 12. 55, 1. Jer. 47, 6. Zach. 2, 10., vel *dolentis: ah! heu!* 1 Reg. 13, 30. Jer. 22, 18. 30, 7. 34, 5., vel *comminantis* et *exsecrantis: vae!* Jes. 5, 8. 11. 18. 20. 21. 22. 10, 1. Jer. 22, 13. 23, 1. Ezech. 34, 2. etc. Per aphaer. dicitur הוֹ Am. 5, 16. [Syr. ܘܘ *heu, eheu, hem*].

הוּךְ chald. *ire, abire.* Infin. מְהָךְ Esr. 6, 13., fut. יְהָךְ Esr. 5, 5. 6, 5. 7, 13. Arab. هَيَّكَ *properavit.*

הוּם *commovit, turbavit, terrorem incussit* Deut. 7, 23. [Arab. هيم est proprie *rotari, δινεῖσθαι,* et adhibetur de pecore ob vehementem sitim, imo et morbum inde contractum aestuante, *vagante,* palante. Conj. II. *obstupefecit*]. — Niph., unde fut. f. cum vau convers. וַתֶּהוֹם *et commota est* 1 Sam. 4, 5 (terra) 1 Reg. 1, 45. Ruth. 1, 19 (*civitas,* h. e. hominum confluxus factus est). — Hiph. *strepitum edidit, strepuit* Mich. 2, 12., trop. *aestuavit* (de afflictis) Ps. 55, 3.

מְהוּמָה f. *commotio, perturbatio* Deut. 7, 23. 28, 20. Jes. 22, 5. Ezech. 7, 7. 22, 5. Prov. 15, 16 (in quo loco מִן significare videtur *perturbationem, trepidationem* ejus, qui totus est in divitiis conservandis, augendis, custodiendis v. Ziegler ad h. l.); מְהוּמַת־מָוֶת 1 Sam. 5, 11. *conturbatio mortis* i. e. quam timor mortis incutit, Zach. 14, 13. *conturbatio Domini,* quam Dominus immittit. Plur. מְהוּמוֹת Am. 3, 9. 2 Chron. 15, 5.

תְּהוֹם com. (voc. poet.) 1) *fluctus, aestus aquarum* Ps. 42, 8. תְּהוֹם אֶל־תְּהוֹם קֹרֵא *fluctus fluctum vocat,* deinde *magna aquarum vis, aquarum moles* Deut. 8, 7. Ps. 78, 15., hinc *aequor, oceanus* Gen. 1, 2. 8, 2. Jon. 2, 6., max. תְּהוֹם רַבָּה Gen. 7, 11. Job. 28, 14. 38, 16. Ps. 36, 7. Am. 7, 4. Plur. תְּהוֹמוֹת *id.* Exod. 15, 5. 8. Ps. 33, 7. 148, 7. — 2) *abyssus, vorago* Ps. 71, 20. [Utraque significatio inest etiam in syr. ܬܗܘܡܐ].

הוּן radix in Kal inusit., videtur significasse *levis fuit* (ab Arab. هَانَ *levis, inconsideratus fuit*), in Hiph. *levem s. facilem se praebuit.* Deut. 1, 41: וַתָּהִינוּ לַעֲלוֹת *faciles vos praebuistis ad ascendendum*, h. e. *inconsiderate, temere ascendistis* cf. Alb. Schultens Opp. min. p. 154. et J. D. Michaelis *Suppl.* Al. vertunt: *neglexistis* (monitum Dei) *ascendendo in montem*, coll. Arab. هَانَ Conj. IV. *contemsit, vilipendit.*

הוֹן m. *divitiae, opes* Ps. 44, 13. 112, 3. Prov. 1, 13. 6, 31. 30, 15. (לֹא אָמְרוּ הוֹן *non dicunt: opes!* h. e. *abunde, satis est*) Cant. 8, 7. etc. Plur. הוֹנִים Ezech. 27, 33. (Dic. a *vitae levitate, commoditate*, cui opes inserviunt, coll. غَوْن *commodum*, غِبْنَة *facilitas, commoditas.* Sic *facultates* Latinis a *facilitate.* Cf. etiam אוֹן Hos. 12, 9.).

חִין m. *Hin*, mensura liquidorum continens 12 Logos sive 72 ova (2 χοᾶς attic. sec. Joseph. Antt. 3, 9.) Exod. 30, 24. Levit. 19, 36. 23, 13. Num. 15, 4. 5. 6. 7. 9. 10. etc. Ejus figuram ex mente Judaeorum exhibet Dassovius in Dissert. ad Tit. *Chelim.* Viteb. 1714. 4. Sic dicta videtur, quod *levis*, exigua fuit.

הוֹר vid. sub הר.

הוּת in Kal inusit.; unde Pohel הוֹתֵת *occlamavit*, Arab. هَاتَ in Conj. II. *clamavit, inclamavit.* Inde est Fut. Plur. תְּהֹתֵתוּ *occlamabitis* Ps. 62, 4. Alii conf. هَاتَ *malum intulit, grassatus est*, sed v. Rosenmueller. ad l. c.

הָזָה *somniavit*, somnians *deliravit* (Arab. هَذَا et هَذَى *deliravit* vel per somnum vel per morbum), unde Part. Praes. הוֹזֶה, Plur. הוֹזִים *somniantes, somniatores* Jes. 56, 10. Aquil. φανταζόμενοι. cf. Bochartı *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 56. p. 680.

הִי m. *planctus*, vid. infra sub rad. נהה.

הִיא *Pronomen* 3 pers. sing. foem. *Personale: sie, ea, haec; id, hoc:* Gen. 14, 2. Levit. 2, 15. Jos. 10, 2. 13. 1 Sam. 20, 33. etc.; *ipsa* Jos. 6, 17. Saepius quoque pro Verbo *Substantivo* occurrit, ut Levit. 11, 39. Cant. 6, 9. Prov. 3, 18. etc. Duobus Nominibus interpositum significat: *haec est* (hodie appellatur) Gen. 14, 2. 7. 8. 23, 19. 48, 7. Jos. 18, 14. — Cum Articulo, הַהִיא, subiicitur Nominibus, quae Articulum praefixum habent, et sign. vel *eadem* 2 Reg. 19, 8. vel *haec ipsa* Mich. 3, 4. Am. 5, 13. al. In Pentateucho, undecim locis exceptis, semper, alibi rarius (1 Reg. 17, 15. Job. 31, 11. Jes. 30, 33.), pro הִיא scriptum occurrit הִוא, secundum litteras legendum הוּא: unde Mosis aetate הוּא fuisse generis *communis.* monent Altingius in *Fundament. Punctat. Hebr.* §. 93. Danzius in *Litterat. Hebraeo-Chald.* p. 320. Heumannus in *Poecile* T. II, p. 520. et ad Clerici *Art. Crit.* in *Parergis Crit.* p. 146. Tympius in *Notis* ad Noldii *Concordant. Partic.* p. 250. Jahn in Bengel. theol. Archiv. Tom. II, p. 581.; sed v. Gesen. *Gesch. d. hebr. Spr.* p. 31 sq. Contra pro הִיא interdum legitur הִיא, secundum Masorethas efferendum הוּא in Masc., ut 1 Reg. 17, 15. 1 Chron. 29, 16. Ps. 73, 16. Job. 31, 11. Eccles. 5, 8. — Plur. הֵן et הֵנָּה vid. infra suo loco.

הִיא Chald. *id.* Dan. 2, 9. 20. 21. 27. 44. 7, 7. Esr. 6, 15.

חֲיָדוֹת vide sub חָדָה.

הָיָה (propr. *sidit, decidit*, coll. Arab. هوى et supra הָוָה. v. Alb. Schultens. in *Comment.* ad Prov. 10, 3.) 1) *accidit* Exod. 32, 2: מַה הָיָה לוֹ *quid ei acciderit*; unde solennis ista formula וַיְהִי כְ, וַיְהִי וְ, וַיְהִי *accidit ut*. — 2) *factus est, exstitit* Gen. 1, 3: יְהִי אוֹר *fiat, exsistat lux*; ibid. וַיְהִי אוֹר *et exstitit lux*; Job. 6, 21. 1 Reg. 13, 32: יִהְיֶה הַדָּבָר *fiet*, eventum habebit *verbum*; Gen. 19, 26: וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח *et facta est statua salis* (mutata in stat. salis). Adde has formulas: a) הָיָה כְ *factus est ut*: Gen. 3, 22: הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ *homo factus est ut unus nostrum*; Num. 17, 5: כְּאֲשֶׁר לֹא יִהְיֶה כְּקֹרַח *ne fieret ut Korachus*, h. e. ne idem ipsi, quod Koracho, eveniret; — b) הָיָה לְ, vario sensu: Gen. 2, 24: וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד *et coalescent* (quasi) *in unam carnem* (in unum corpus); Exod. 4, 4: לְמַטֶּה (נָחָשׁ) וַיְהִי *et conversus est serpens in baculum*, Gen. 17, 4. al.; Gen. 18, 18: אַבְרָהָם יִהְיֶה לְגוֹי גָּדוֹל *Abrah. fiet* pater, conditor *magnae gentis*, Gen. 24, 60; Jer. 3, 1: וְהָיְתָה לְאִישׁ אַחֵר *facta est* (mulier) *alii viro* h. e. nupsit alii.

הֶרֶס m. *destructio* Jes. 18, 19. Ikenio in *Dissert. philol. theol.* XVI. est *leo* Arab. هَرِسٌ propr. *vorator* (a rad. هرس *vorax fuit*), epitheton leonis, ut שחל et אוכל, et l. c. עִיר הֶרֶס *Leontopolis,* urbs Aegypti in nomo Heliopolitano cf. J. D. Michaelis *Suppl.* Sed v. Rosenmueller. et Gesen. ad h. l. Al. Codd. habent: חֶרֶס q. v. infra.

הֲרִיסָה f. *id.,* unde Plur. cum Affixo הֲרִיסוֹתָיו *destructiones* sive *destructa ejus* Am. 9, 11.

הֲרִיסוּת f. *id.,* cum Suffixo הֲרִיסֻתֵךְ *destructio tua* Jes. 49, 19.

הֲרַר, הַרְהֵר vid. sub rad. הרה.

הֲתָךְ Nom. propr. eunuchi Esth. 4, 5. coll. Pers. هَدَى *donum,* addita ك litera, quae saepenumero claudit vocabula persica. Bohlen in Symbol. p. 23. confert هدة *veritas.*

הָתַל in Kal inusit.; Pih. *lusit, delusit, illusit,* sq. בְּ pers., h. e. a) *ludibrio habuit, ludificavit* 1 Reg. 18, 27.; b) *decepit* Job. 13, 9. Jud. 16, 10. al. — Praet. irregul. הֵתֵל (pro הִתֵּל v. Gesen. Lehrgeb. p. 316.) et retracto Accentu הֵתֵל Gen. 31, 7. Infin. הָתֵל (pro הַתֵּל) Exod. 8, 29. Fut. regulariter וַיְהַתֵּל 1 Reg. 18, 27., sed Plur. cum Dagesch euphon. et in Pausa, תְּהָתֵלּוּ Job. 13, 9. יְהָתֵלּוּ (similiter in Pausa) Jer. 9, 4. Hoph. praet. הוּתַל *illusum, seductum est* Jes. 44, 20.

הֲתֻלִּים m. Plur. *illusiones* Job. 17, 3.

מַהֲתַלּוֹת f. Plur. *id.* Jes. 30, 10.

הוֹתֵת vid. supra הוּת.

ו

et, ab initio vocum *Particula* est *inseparabilis* sive *praefixum*, de cujus varia punctatione consulendi sunt Gesen. Lehrgeb. p. 634. et J. D. Michaelis in *Suppl.* Significatio ejus adeo variare dicitur, ut fere omnium Particularum vicem sustineat; quam ob causam Noldius (in Concordantt. p. 282—318.) 73 ejus significationes enumeravit. Verum habet *unam* tantum *connectendi vim*, quae pro diversa sententiarum, quibus connectendis inservit, indole diversis cultiorum linguarum particulis exprimi debet, quales non tantum sunt *etiam, porro, deinde* ac similes, (quae et ipsae quodammodo copulativae sunt), sed plures quoque aliae, ab illarum simplicitate paullo longius recedentes. Pertinet igitur particulae hujus copulativae (quae tantum *copulandas* esse sententias, non *quo* copulandae sint *modo*, declarat) tam frequens tamque varius usus ad linguae Hebraicae simplicitatem et quasi tenuitatem, quam reliquae linguae longo cultu subactae deposuerunt. Cf. Schroederi *Institt. L. H.* synt. reg. 109. a. J. D. Michaelis *Gramm. Arab.* p. 235. Itaque praeterquam quod *copulandi* vim habet (*et, etiam*, vel in libris histor. *tum, deinde, porro*), praemittitur:

a) vocabulis, quae *exaggarandi* caussa adiiciuntur: *et quidem*, (*isque*) Ps. 68, 10: נַחֲלָתְךָ וְנִלְאָה *possessionem tuam eamque fatiscentem*; Am. 3, 11: צַר וְסָבִיב *hostis et quidem circumquaque* Jer. 15, 13.; *imo* 1 Reg. 8, 27. Prov. 6, 16. Job. 5, 19. Aliquanto rarius voci, in qua non nisi *appositionis* vis inest, additur 1 Sam. 28, 3: רָמָה וְעִירוֹ *Rama et* (haec fuit) *patria ejus*; — b) sententiis *adversativis*: *sed* Gen. 2, 17. 13, 12. Ps. 5, 8. Prov. 3, 33. Esr. 3, 6., *tamen, veruntamen* Gen. 20, 4. Exod. 4, 8. Ps. 44, 18., *et tamen* Eccles. 1, 4. Ps. 49, 13. *cum tamen* Deut. 9, 29. Gen. 18, 13. Jud. 16, 15. Jer. 5, 21. Gen. 26, 27., *alioquin* Ps. 51, 18. Job. 6, 14.; — c) sententiis *disjunctivis*: *aut* 1 Sam. 17, 34. Deut. 3, 24. Prov. 20, 20. 2 Sam. 24, 13. Jer. 44, 28. (alii loci levioris momenti sunt: nam haec: *maledicens patri suo et matri suae morietur* Exod. 21, 17. dicuntur concise pro: maledic. patri suo morietur, et mal. matri suae mor., Gen. 26, 11. etc.), repetit. significat *sive, sive* Exod. 21, 16. Levit. 5, 3. al.; — d) sententiis *caussalibus*: *nam, enim* Gen. 6, 17. 30, 27. Ps. 7, 10. Hos. 12, 2. Jes. 39, 1.; — e) sententiis *conclusivis*: *itaque, igitur* Ps. 81, 13. Deut. 31, 17., *ita ut* Num. 23, 19. Ruth. 1, 11.; — f) sententiis *finalibus*: *ut* Jud. 14, 15. 1 Sam. 11, 12. maxime ubi futura sequuntur; — g) sententiis, quae a verbis *videndi, putandi, dicendi* etc. pendent Gen. 30, 27. Exod. 32, 9. Jos. 2, 12.; — h) sententiis *comparativis*: *sicut, velut* 1 Sam. 12, 15. Job. 5, 7. Prov. 25, 25. — (Addunt etiam praeligi sententiis *conditionalibus* Ruth. 2, 9. Levit. 10, 19. Jud. 6, 13. etc. Sed in istis locis omnibus praetermissum videtur אִם, quod sexcenties deest v. Gesen. Lehrgeb. p. 843).

Ubi idem nomen interposita copula bis collocatur, vel *continuitatis* vel *diversitatis* notio inest: a) יוֹם וְיוֹם *de die in diem, quotidie* Esth. 3, 4., דּוֹר וָדוֹר *omnes aetates* Deut. 32, 7.; — b) אֶבֶן וְאֶבֶן *diversa pondera* Deut. 25, 13., לֵב וָלֵב *diversa sententia* h. e. dissidium animorum 1 Chron. 12, 33.

Ab initio orationis posita declarat, suppressum esse aliquid cogitatione, quod debeat e praegressa sententia repeti, ut 2 Sam. 24, 3: *et addat Deus huic populo;* plenius: *et faciam, quod imperasti, et opto, ut addat* etc. 2 Reg. 4, 41: *et afferte farinam*, h. e. recte faciunt illi, et vos afferte etc. Ps. 4, 4. Zach. 2, 10. De simili usu voc. *καὶ* v. Passow. Lex. II, p. 764. Hoc autem magis mirum, integros adeo libros a וְ incipere, ut 1 Reg. 1, 1: וְהַמֶּלֶךְ דָּוִד זָקֵן, Esr. 1, 1: וּבִשְׁנַת אַחַת לְכוֹרֶשׁ etc. Ita hae narrationes annectuntur quasi superiorum temporum historiis, quarum imago scriptoris menti obversabatur.

Ceterum passim (per anacoluth.) incipit *apodosin*, ubi praecedit particula *conditionalis* Jud. 4, 8. Jer. 5, 1. 14, 18. Ps. 78, 34., vel *caussalis* Gen. 29, 15. 23. Deut. 7, 12., vel *temporis* Hos. 11, 1. Jer. 7, 25. 2 Sam. 7, 14. (cf. ὡς — καὶ in N. T. Luc. 7, 12. Act. 10. 17.); quanquam in his locis omnibus apodosi aliquam vim addere videtur, ut si vernacule dicimus: *wenn sie sich bessern, dann, da will ich* etc.

Simil. Arab. قَ. Ubi in media sententia *verbo* praemittitur, facit, ut aliquantum ponderis accedat: nam Prov. 23, 24: יָלַד חָכָם וְיִשְׂמַח plus est quam: יֹלֵד חָכָם יִשְׂמַח; illud significat: *pater sapientis, hic (is) gaudere potest*, hoc vero: *pater sap. gaudere potest*, sine ulla vi; Prov. 31, 28. Num. 23, 3. Exod. 12, 15. 2 Sam. 15, 34. simil. Gen. 3, 5: בְּיוֹם אֲכָלְכֶם — וְנִפְקְחוּ *die quo comederitis, hoc ipso die-aperientur*, Prov. 24, 27. Exod. 16, 6. Augetur etiam orationis gravitas, ubi הִנֵּה adiicitur, ut Gen. 40, 9: בַּחֲלוֹמִי וְהִנֵּה גֶפֶן לְפָנָי, quod quantopere differat ab hac sententia: בַּחֲלוֹמִי גֶּפֶן לְפָנָי, nemo non sentit.

Quod addunt, וְ passim etiam *relativi* vicem obtinere, id verendum est, ut recte praecipiatur. Nam Ruth. 3, 16. Gen. 15, 6. 18, 17. Mal. 3, 1. et plerisque aliis in locis a Noldio enotatis duae res gravitate *pares* copulantur, quod, ubi fit, vocula *et* naturalem quasi sedem habet; *relativum* contra annectit ejusmodi sententiam, quae gravitate dignitateque *inferior* est illi, cui nectitur (*einen Nebensatz*); haec autem verba: יִפְקֹד יְהוָה אֶת־צֹר וְשָׁבָה וגו Jes. 23, 17. ita reddas: *visitabit Jova Tyrum et redibit* (ea), *reducet eam.* Loci denique Gen. 49, 25. gravitas augeri eo ipso videtur, quod יַעַזְרֶךָּ et וּבֵרַכְךָ non *relativi* ope juncta sunt Nominibus אֵל et שַׁדַּי; hoc enim dicit poëta: (*es kam*) *von dem Gott deines Vaters — und er hat* (*ebendadurch*) *dir geholfen, von dem Allmächtigen — und er hat dich gesegnet.*

Praetermissâ copulâ *Asyndeta* oriuntur, quae passim egregiam vim addunt orationi. Sed notanda potissimum haec genera sunt: 1) in formulis, quarum *crebra* erat repetitio, ut תְּבוּל שְׁלֹשִׁים Exod 5, 8., maxime ubi computationis summa definitur (nostr. 4 *Fuss* 6 *Zoll, ein Jahr* 3 *Tage*) Jud. 19, 2. — 2) in rerum *enumerationibus* Mich. 1, 1. — 3) in sententiis sibi invicem *oppositis* Thren. 5, 7: *patres nostri peccarunt, nos plectimur*, Prov. 27, 12. 28, 2. — 4) ad significandam *celeritatem* Exod. 15, 9: *persequar, apprehendam, dividam praedam* (cf. *veni, vidi, vici*), Jud. 5, 27. 1 Sam. 15, 6. — 5) ubi notiones copulantur, quarum unaquaeque singulari cum vi efferenda est Ps. 65, 2. לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה *tibi* debetur *fiducia, laus*, q. d. tibi deb. fiducia, tibi deb. laus; Jes. 63, 11.

De ו conv. Praeter. v. Gesen. Lehrgeb. p. 296 sqq.

Aliquando ו in Cthib deficit, ubi in Kri adest: ut Jes. 55, 13. Dan. 2, 43. Prov. 23, 24. 27, 24. Job. 2, 7. Thren. 2, 2. 5, 3. 5. 7. et vicissim 2 Sam. 16, 10. 2 Reg. 11, 1. 16, 17. Jer. 4, 5. 5, 5. 24. 8, 1. Prov. 23, 24. Thren. 4, 12. Dan. 9, 5. Neh. 9, 17.

ו *conversivum Futuri* differt a ו *cop.* Illud enim ortum videtur ex הָוָה *fuit,* suppressa prima rad. (quae a Syris etiam occultari solet), tertia vero י (ה) per Dagesch forte compensata. Itaque וַיִּקְטֹל dictum est pro וַהֲוִי (וַהֲוִי) יִקְטֹל, quemadmodum Arabibus كَانَ يَقْتُلُ *fuit (ut) interficeret,* significat: *interfecit.* Ceterum de usu hujus ו conv. v. Gesen. Lehrgeb. p. 293 sqq.

וְדָן Ezech. 27, 19. Nom. propr. loci in Arabia. J. D. Michaelis in *Suppl.* et in *Spicil. geogr. Hebr.* T. II, p. 168—171. *urbem* intelligit vel *regionem inter duo flumina* (h. e. وَدَّان) h. e. regionem circa *Goblam* (جُبْلَة), quae sita est Sanaam inter et Adanam in tractu montano ad duos fluvios (Vadi Meidani et Vadi Zebid), unde civitas duorum fluviorum (مدينة النهرين) vocatur ab Abulfeda. V. tabulam Jemenae Niebuhrianam circa grad. lat. 14.

וְהֵב Num. 21, 14: וַיֹּאמֶר בְּסֵפֶר מִלְחֲמוֹת יְהוָה אֶת־וָהֵב בְּסוּפָה, in quo loco et qua ratione *interpungenda* et quomodo *legenda* sint verba, perobscurum est. Si, ut in aliquot libris est, uno vocabulo legas אתוהב habebis Ithpaal aram. verbi וְהַב h. e. יְהַב *dedit;* sin recte scribitur את־והב, videtur nomen *loci* aut *torrentis* esse, in quam sententiam Rosenmueller. etiam concessit. Alior. conjecturas idem enarrat in Scholl. ad h. l.

וָו m. *clavus, uncinus, paxillus,* Plur. וָוִים. Derivant a rad. Arab. وَوَى, cui falso significationem *ligandi* tribuunt, cum potius notet *uxorem duxit;* nisi dicendum, eam in univ. involvere notionem *conjunctionis* q. d. *uxorem sibi junxit:* quo sensu convenit Syr. אוא in Pahel *conjunxit.* In regimine וְוֵי Exod. 27, 10. 11. 38, 10. 11. 12. 17. cum Affixo וָוֵיהֶם Exod. 26, 32. 37. 27, 17. 36, 36. 38. 38, 19.

וָזָר Prov. 21, 8. vid. sub rad. יזה.

וַיְזָתָא Nom. propr. filii Hamanis natu minimi Esth. 9, 9. coll. Pers. وِيشه *albus.*

וָלָד et יֶלֶד *proles,* vid. sub rad. ילד.

וַשְׁתִּי f. uxor Ahasveri, regis Persarum Esth 1, 9. coll. Pers. وشت *pulcher.*

ז

זְאֵב m. *lupus* (Arab. ذِئْبٌ Syr. ܕܐܒܐ) Gen. 49, 27. Jes. 11, 6. 65, 25. Jer. 5, 6., sec. Majum et Alb. Schultensium in *Clave Dialectorum* p. 190. ab Arab. ذأب *terruit, abegit gregem,* nisi haec notio a *lupo* prognata est, q. d. *lupinatus est,* ut ipse monet Alb. Schultens. *ad Ispah.* p. 7. Itaque videtur voc. *primitivum* esse. Plur. זְאֵבִים Ezech. 22, 20., in regim. זְאֵבֵי Habac. 1, 8. Zeph. 3, 3., ubi *lupi vespertini* sunt qui vespere et noctu praedae invigilant, sec. illud Virgilii *Georg.* III, 538. IV, 434. 435. *Aeneid.* IX, 59—61., unde *νυκτερινοὶ* vocantur Oppiano *Cyneget.* III, 266. et *νυκτιπόροι* I, 440.

זֹאת (pro זֶאת Arab. ذَاة et ذَات) Pronomen *demonstrativum* 3 Pers. Singul. foem. *haec, ista* Gen. 2, 23. Exod. 12, 43. Levit. 6, 2. 18. etc. *hoc, istud* Gen. 45, 19. Am. 2, 11. Cum ה paragog. זֹאתָה (quale ה etiam in aliis Pronominibus frequens est) sec. Cthib Jer. 26, 6. Repetitum *distributive* significat: *haec, illa,* vel *una, altera,* ut 1 Reg. 3, 23. 26.

זֹה pro זֹאת (ut רִבּוֹ pro רִבּוֹת) in solo Ecclesiaste occurrit: ut 2, 2. 5, 15. 18. 7, 23. 9, 13.

זוֹ i. q. זֹה, זֹאת Hos. 7, 16.; it. pro *relat.* Ps. 132, 12.

זָבַב rad. in Hebr. inusit., Arab. ذَبَّ *incertis sedibus vagari.*

זְבוּב m. *musca* Jes. 7, 18. (Syr. ܕܒܒܐ Arab. ذباب *id.*). Plur. זְבוּבִים, in regim. זְבוּבֵי Eccles. 10, 1. ubi *muscae mortis* dicuntur *muscae mortiferae* et *noxiae*, conf. Sapient. 16, 9.

בַּעַל זְבוּב Nomen idoli Ekronitarum, *Deus muscarum averruncus,* qualis Graecorum Zeus *ἀπόμυιος* (Pausan. Eliac. prior. c. 14.) h. e. *Jupiter muscarum abactor,* a Judaeis per contemtum vocatus בַּעַל זְבוּל *Deus stercoris* 2 Reg. 1, 2. 3. 16. Cf. Hyde *de rel. Persar.* p. 129. Clericus ad 1 Reg. 1. Sed *Βεελζεβοὺβ* Novi Testam. est ܒܥܠܙܒܒܐ *calumniator, διάβολος.*

זָבַד *donavit* (Chald. זְבַד et Syr. ܙܒܕ *id.*). Praet. cum Affixo זְבָדַנִי *donavit me* Gen. 30, 20. Aliter, sed parum probabiliter, de hoc l. sentit Schultens. in *Origin. Hebr.* T. I, p. 100 sq., qui integram phrasin Gen. 30, 20. ex Arab. exponit: *Utrem* (h. e. uterum) *mihi meum optima agitavit Deus agitatione,* ut de *parturiendo* et *foetum enitendo* loquuntur.

זֶבֶד m. *donum* Gen. 30, 20., زَبْد *donum, munus.*

זָבָד Nom propr. 1) filii Nathanis 1 Chron. 2, 36. — 2) aliorum 1 Chron. 7, 21. (11, 41.) 2 Chron. 24, 26.

זָבַח in genere *mactavit* (ut cognatum טבח, Syr. ܕܒܚ et Arab. ذبح *mactavit*) Gen. 31, 54. 1 Sam. 28, 24. 1 Reg. 13, 2. 19, 21., spec. *mactavit ad sacrificandum* 1 Sam. 1, 4. Ezech. 16, 20.; hinc per metonymiam *sacrificavit:* non tamen de sacerdotum ministerio, sed de iis adhibetur, qui victimam ex gregibus suis eligunt eamque in loco sacro vel mactant vel mactari jubent. Constr. cum ל nomini Dei vel idolorum praefixo 1 Reg. 8, 63., vel cum לִפְנֵי eidem praemisso Levit. 9, 4., cum עַל vel ב loci Exod. 20, 21. Jes. 65, 3. 2 Chron. 33, 17. — Part. praes. זֹבֵחַ Exod. 13, 15. Ps. 50, 23. Plur. זֹבְחִים Levit. 17, 5. Jes. 65, 3. in regim. זֹבְחֵי Deut. 18, 3. Hos. 13, 2. Infin. constr. זְבֹחַ Exod. 8, 25. 1 Sam. 15, 15. cum Affixo זָבְחוֹ 2 Sam. 15, 12. Imper. זְבַח Ps. 50, 14. Fut. cum ה paragog. אֶזְבְּחָה Ps. 54, 8. Jon. 2, 10. תִּזְבַּח Exod. 23, 18. Deut. 12, 15. Foem. cum Vau convers. et Affixo וַתִּזְבְּחִם Ezech. 16, 20. Plur. נִזְבַּח cum ה paragog. נִזְבְּחָה Exod. 3, 18. 5, 3. 8. 17.

Pihel זִבַּח *sacrificavit* 2 Chron. 33, 22. Ps. 106, 38. — Praet. plur. in Pausa זִבְּחוּ Hos. 12, 12., Part. מְזַבֵּחַ 1 Reg. 3, 3. Plur. מְזַבְּחִים 1 Reg. 3, 2. 2 Reg. 12, 4. Foem. Plur. מְזַבְּחוֹת 1 Reg. 11, 8. Infin. זַבֵּחַ 1 Reg. 12, 32. Fut. אֲזַבֵּחַ 2 Chron. 28, 23. יִזְבַּח Habac. 1, 16. Plur. יְזַבְּחוּ (in Pausa) Hos. 4, 14 (in quem loc. cf. Rosenmueller.) etc.

זֶבַח m. propr. *mactatio*, metonym. 1) *carnes mactatorum animalium, epulae* Prov. 17, 1. — 2) *sacrificium* Gen. 46, 1. 1 Sam. 1, 21. 1 Reg. 8, 62. etc. cum *convivio sacrificiali* 1 Sam. 9, 12. 13. 16, 3. (Arab. ذَبْح et ذِبْح *quod mactatur* aut *pro sacrificio offertur, hostia, victima.* ذِبْحٌ *sacrificium, victima.*); זִבְחֵי צֶדֶק *sacrificia justa, legitima* h. e. *talia, qualia esse debent* adeoque Deo placent Ps. 51, 21. Deut. 33, 19. coll. זִבְחֵי אֱלֹהִים Ps. 51, 9. Sensu strictiore opponitur *sacrificio* incruento, מִנְחָה, ac *cruentum* denotat, non tamen prorsus concremandum (quo usu venit עוֹלָה Jer. 7, 21. 22.), sed de quo comedere licebat Exod. 10, 25. Num. 15, 5. 1 Sam. 2, 29. 3, 14. — Cum Affixo זִבְחִי Exod. 23, 18. Ezech. 39, 17. Plur. זְבָחִים Gen. 46, 1. Exod. 10, 25. in regim. זִבְחֵי Levit. 17, 5. Num. 10, 10. cum Affixo זִבְחֵיכֶם Jos. 22, 27. זִבְחֵיהֶם Deut. 32, 38. Plur. foem. זְבָחוֹת, unde cum Affixo זִבְחֹתָם Hos. 4, 19.

מִזְבֵּחַ m. *altare* (locus, in quo *sacrificatur* v. Gesen. Lehrgeb. p. 494.) Gen. 8, 20. Exod. 17, 15. Jos. 8, 30. etc. [Arab. مَذْبَح et Syr. ܡܕܒܚܐ *ara*]. — Cum ה paragog. et Artic. הַמִּזְבֵּחָה *in altare* Exod. 29, 13. 18. 25. Levit. 1, 9. 13. 15. Num. 5, 26. (post verb. הִקְטִיר, quare vertunt: *in altari,* sed consimile est Graec. εἰς μέγαρον κατεύθυνε et all. v. Passow Lex. I, p. 420.) 2 Chron. 29, 22. etc. in regim. מִזְבַּח Exod. 20, 21. 22. Levit. 4, 7. 10. 18. 25. 30. 34. cum Affixis מִזְבְּחִי Exod. 20, 26. 1 Sam. 2, 28. 33. מִזְבַּחֲךָ 1 Reg. 8, 31. Ps. 26, 6. in Pausa מִזְבְּחֲךָ Deut. 33, 10. Plur. מִזְבְּחוֹת *altaria* Num. 23, 1. 14. 29. 2 Reg. 21, 3. 4. 5. cum Affixo מִזְבְּחֹתָם Exod. 34, 13. Deut. 12, 3. et sec. Kri

2 Chron. 34, 5., ubi Cthib habet מְזַבְּחוֹתִים *altaria*, tanquam a Sing. מִזְבֵּחוֹת *altare*, ad formam רַאֲשׁוֹתִים v. Gesen. Lehrgeb. p. 541.

זָבַל *habitavit*, Fut. cum Affixo יִזְבְּלֵנִי *habitabit mecum* (coll. יִגָּרְךָ Ps. 5, 5.) Gen. 30, 20. Origo ignoratur. Conjecturas v. ap. J. D. Michael. in *Suppl.* (qui confert Arab. زَلَّ *declinavit, divertit*) et Schroeder. in *Observv. phil. crit. ad diffic. quaed. Pss. loca* p. 32 sqq (qui verbo زبل *stercoravit: fovendi* notionem tribuendam existimat, huic autem *habitandi, cohabitandi* significationem finitimam esse dicit; parum probabiliter).

זְבוּל m. propr. *habitatio*, metonymice *habitaculum* 1 Reg. 8, 13. Jes. 63, 15., pro quo occurrit זְבֻל Ps. 49, 15. 2 Chron. 6, 2.; cum ת paragog. עָמַד זְבוּלָתָה *subsistit in habitaculo* (h. e. ingressus in habitaculum subsistit [in eo] coll. εἰς οἶκον ἔστι Mr. 2, 1. κατῴκησεν εἰς πόλιν Mt. 2, 23. εἰς θρόνους καθιζάνω Aeschyl. Eumen. 29. v. Winer. Grammat. N. T. p. 161. et cf. supra מְזֻבָּח) Habac. 3, 11.

זְבוּלוּן, זְבֻלוּן, זְבֻלֻן Nom. propr. filii Jacobi decimi, quem ex Lea susceperat Gen. 30, 30. De finibus tribus Sebuloniticae v. Jos. 19, 10 — 16. Inde oritur Nom. gentil. זְבוּלֹנִי *Sebulonita* Num. 26, 27.

זְבַן Chald. *emit, redemit* (it. Syr. et Samar.). Part. Praes. זָבֵן, Plur. זָבְנִין *redimentes* (*tempus* h. e. dilationem quaerentes) Dan. 2, 8.

זֹג m. *cortex* uvarum exterior, *pellicula uvae* Num. 6, 4. coll. Chald. זגג *luxit, lucidus, clarus fuit*. Finitimum est Samar. זגג *purus fuit*. (Arab. زُجَاج *vitrum*).

זֶה Pronomen *demonstrativum* 3 Pers. Sing. masc. *hic, iste* Gen. 3, 1. 6, 15. 7, 13. etc. *hoc, istud* Exod. 30, 13. 2 Reg. 4, 43.; Arab. ذَا. Semel de *muliebri* genere occurrit Jos. 2, 17. Cum Artic. הַזֶּה Gen. 28, 20. Num. 14, 2. Esth. 7, 6. 1 Sam. 17, 12 (de quo loco v. Gesen. Lehrgeb. p. 751).

Ceterum adde haec: 1) in eadem sententia repetitum, *distributive* intelligendum est: ut זֶה אֶל־זֶה *hic ad hunc* i. e. *alter ad alterum* Jes. 6, 3. Job. 1, 16. 17. 18. — 2) passim (in poeticis certe libris) ponitur pro אֲשֶׁר Ps. 104, 8. Prov. 23, 22. Ps. 78, 54. 74, 2. Jes. 42, 24. (ita nostrates *aer* pro *welcher*, et Aram. דִּי i. e. זֶה in Pronom. relat. abit). Ad Plural. refertur Job. 19, 19.; *is qui* significat Exod. 13, 8. — 3) postpositum Pronominibus et Adverbiis interrogativis auget eorum vim; nam מִי־זֶה est *quid tandem, quid nam*, אַי־זֶה *ubinam* Gen. 27, 10. 1 Reg. 21, 5. Gen. 18, 13. Exod. 5, 22. 1 Sam. 17, 28. Job. 38, 19. coll. Arab. لَذَا etc. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 751. Postpositum Particulae עַתָּה videtur significare *usque ad hoc ipsum temporis momentum, bis diesen Augenblick* Ruth. 2, 17. vel *modo, eben jetzt* 2 Reg. 5, 22. (cf. *nunc ipsum* Cic. Attic. 7, 3. τοῦτ' ἐκεῖ *illo ipso tempore* Eurip. Jon. 566).

4) praemissum in Singulari *numeralibus* indicat, ei, qui scribat, *satis magnum* aut *justo majorem* videri numerum, ut nostrum *schon*,

bereits, Gen. 31, 41: זֶה־לִּי עֶשְׂרִים שָׁנָה *hi mihi* (aguntur) *viginti anni, das sind nun schon 20 Jahre*, Num. 14, 22: זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים *bereits zehnmahl, jam decies* Zach. 7, 3. Jud. 16, 15. — 5) passim de *loco* dicitur, omisso voc. מָקוֹם, ut a) מִזֶּה *hinc* (*von hier*) Gen. 37, 17. Exod. 11, 1. Ruth. 2, 8.; מִזֶּה וּמִזֶּה est *hinc hinc, ab hac parte ab illa parte, utrimque* Num. 22, 24. Jos. 8, 33.; b) זֶה Gen. 28, 17. *hic*, alibi בָּזֶה Gen. 38, 21., quod tamen etiam de *tempore* dici solet Esth. 2, 13. Mich. 5, 4.

זוּ Arab. ذُو (v. SCHULTENS. ad Hariri II, p. 75.) Pronom. *demonstrativum* Sing. 3 pers. masc. *hic, iste* Ps. 12, 8. Hab. 1, 11., *hoc, istud* Ps. 62, 12. Saepius in poeticis libris pro אֲשֶׁר ponitur, nullo generis et numeri discrimine habito, Exod. 15, 13. 16. Ps. 142, 4. Jes. 42, 42.; Ps. 9, 16 (ubi ad Foemin. refertur); Ps. 10, 2. 17, 9 (ubi cum Plur. copulatur).

הַלָּזֶה conflat. ex זֶה et הַלְ Artic., dupl. לָ (ut Arab. الَّذِي v. ROSENMUELLER. Institutt. Arab. p. 242.), *hic* Gen. 24, 65. 37, 19.

הַלָּזוֹ foem. Ezech. 36, 36. ortum ex זוּ et הַלְ.

הַלָּז com. Zach. 2, 8. Jud. 6, 20. 1 Sam. 17, 26. (masc.) 2 Reg. 4, 25. 23, 7. (foem.); decurtatum videtur ex הַלָּזֶה.

זָהָב m. *aurum* [Arab. ذَهَب Syr. ܕܗܒ Chald. דְּהַב] Gen. 24, 22. 53. 36, 39. Exod. 3, 22. Jos. 7, 21. Jud. 8, 24. 26. etc. dictum a *splendore*, coll. rad. Chald. cognat. צהב *splenduit*. Per metaphoram sumitur pro *oleo purissimo* ad splendorem *auri* fluidi prope accedente Zach. 4, 12. Denique Job. 37, 22. זָהָב est *splendor*, qualis *auri* esse solet (ita VAL. FLACCUS V, 370. *aurum* pro *fulgore* dixit) cf. ROSENMUELLER. ad h. l.— In regim. זַהַב Exod. 35, 24. Num. 7, 86. Ps. 72, 15. etc. semel cum Schwa compósito (GESEN. Lehrgeb. p. 76. 77.) זְהַב Gen. 2, 12. Cum Affixo זְהָבִי 1 Reg. 20, 7. Joël. 4, 5.

זָהַר rad. in Hebr. inusit., Arab. زهر, Syr. ܙܗܪ *splenduit*, ܐܙܗܪ *illustratus est, splendidus factus est.*

זִו (per syncopen pro זִהִיו, mutata insuper tertia radicali ה in י, ut in עִנִּי etc.) m. mensis Hebr. *secundus*, Aprili nostro partim, partim Maio respondens (v. MICHAELIS *Suppl.*) 1 Reg. 6, 1. 37., sic dictus a *splendore plantarum*, inpr. *florum* cf. Arab. زَهْر *flos plantae.*

Idem mensis Chaldaeis et Arabibus vocatur אִיָּר, إِيَّار, similiter a *splendore*, et German. *Lenz*, antiquioribus *Glentz*, i. e. *ver*, dicitur a *glänzen* h. e *splendere*. Aliam nominis rationem habet FULLERUS in *Miscell. S.* VI, 5.

זִיו (per syncopen pro זִהִיו) m. Chald. *splendor*. Cum Affixis זִיוִי Dan. 4, 33., זִיוֵהּ Dan. 2, 31. Plur. זִיוִין de *oris colore egregio* Dan. 5, 6. 9: זִיוֵי עֲלוֹהִי שַׁנְיָן *color oris ejus mutabatur ipsi* h. e. *palluit*, Dan. 7, 28.

זָהַם in Kal. inusit., Chald. *foetuit*, (ܙܗܡܐ *foetor*), Arab. زَهِمَ *sorduit*, praesertim *prae pinguedine*, unde Pih. זִהֵם pr. *foetidum reddidit* (Mischn. I, p. 106.); deinde *foetidum habuit*, *ut sordidum aversatus est*, *nauseavit* v. Hartmann. linguist. Einl. p. 220 sq. Praet. foem. cum Affixo זִהֲמַתּוּ (pro זִהֲמַתְהוּ) *nauseavit* sive *fastidivit eum* scil. panem Job. 33, 20., cum Pleonasmo Affixi, more Syrorum, ut Exod. 2, 6.

זָהַר in Kal. inusit., Arab. زهر *splenduit*, *luxit* (v. Hartmann. linguist. Einl. p. 86.), in Niph. נִזְהַר *edoctus*, *admonitus est*, q. d. quoad mentem *illustratus est* Ps. 19, 12.; it. *admonitionem admisit*, *admonenti paruit* Eccles. 4, 13. 12, 12. Ezech. 33, 4. 5. 6.

Hiph. הִזְהִיר 1) *illustravit* h. e. trop. (v. supra אוֹר) a) *docuit*, *edocuit* aliquem aliquid, cum dupl. Accus. Exod. 18, 20.; — b) *monuit*, *admonuit* Ezech. 33, 3., sq. מִן *dehortatus est a* Ezech. 3, 18. Levit. 15, 31. (sed Ezech 3, 17: הִזְהַרְתָּ אֹתָם מִמֶּנִּי est: *admoneas eos meo nomine*, *mea auctoritate*; vernac. etiam dicimus: *von mir*). — 2) intrans. *splenduit*, *fulsit* Dan. 12, 3. — Cum Affixo הִזְהִירֹה 2 Reg. 6, 10; 2 pers. cum ה paragog et Vau convers. וְהִזְהַרְתָּה Exod. 18, 20.

זְהַר Chald. *admonuit*, unde Particip. Pehil plur. זְהִירִין *admoniti*, *commonefacti*, hinc *cauti* Esr. 4, 22.

זֹהַר m. *splendor* siderum Ezech. 8, 2. Dan. 12, 3; زَهْر *splendorem omnium siderum* complectitur, unde ازهران *duo sidera splendentia*, *sol* et *luna*, v. Schultensium ad Prov. 20, 13.

זוּב *fluere*, *profluere*, *effluere* (ذاب *fluxit*, propr. *liquefactum fluxit*, ذُبَّ *liquefactus est*, *fluxit*). Propr. de *fluxu humoris* dicitur, ut de *aqua* Ps. 78, 20. 105, 41. Jes. 48, 21., de *sanguine menstruo* Levit. 15, 25., de *semine virili* Levit. 15, 2.; metonymice autem de *illis rebus*, *quibus aliquid fluit* (Virg. Georg. II, 166.) h. e. affluit, redundat (*fliessen von etwas*): ut de *terra Canaan* lacte et melle *affluente* Exod. 3, 8. 17. Levit. 20, 24. etc., de *valle* sanguine fluente Jer. 49, 4., de homine *fluxu* seminis s. gonorrhoea *laborante* Levit. 22, 4. Hinc Particip. praes. זָב gonorrhoea *laborans* Levit. 15, 2. 4. 6. 7. etc. Foem. זָבָה *id.* Levit. 15, 19., in regim. זָבַת Exod. 3, 8. 17. 13, 5. 33, 3.

זוֹב m. *fluxus*, ut *seminis* (*gonorrhoea*) Levit 15, 2. 3. 15., *sanguinis menstrui* Levit. 15, 19. 25. 26. 28. 30.; cum Affixo זוֹבוֹ Levit. 15, 2. 3.

זוּג, unde זָג, vide supra post זְבַן.

זוּד propr. *intumescere*, *ebullire*, *effervescere* (coll. Gen. 25, 29. et זֵידוֹן Ps. 124, 5.); metaphorice de *animo*: *tumere*, *efferre se*, *superbire* Deut. 1, 43. 17, 13. al., constr. cum עַל et אֶל *in*, *contra aliquem superbire*, *insolenter se gerere*, *per superbiam lacessere*, *vexare* aliquem Exod. 21, 14. Neh. 9, 10. Jer. 50, 29. [زيد *tumuit*, *intumuit*, speciatim de olla bulliente, de aquis fluvii altius intumescentibus, ut زياد النيل *intumescere Nilum*, per metaphoram *superbivit* q. d. *intu-*

muit prae fastu. Sic עפל *tumuit*, transfertur ad audaciam insolentem add. פחז infra]. Hiph. הֵזִיד 1) *effervescere fecit* h. e. *coxit* Gen. 25, 29. (Chald. בַּשֵּׁל). — 2) *superbe, insolenter egit* Neh. 9, 10. 16. 29. Exod. 21, 14. Deut. 18, 25. Fut. יְזִידוּן cum Nun paragog. Deut. 17, 13.

זוּד Chald. *superbivit, superbe, insolenter egit*, unde Aphel Infin. הֲזָדָה *superbe agere* Dan. 5, 20.

זֵד m. *superbus, inflatus*, hinc *impius* Prov. 21, 24. Ps. 19, 14. Plur. זֵדִים Ps. 86, 14. 119, 21. 51. 69. Jes. 13, 11.

זֵידוֹן m. *fastuosus, superbus.* Plur. זֵידוֹנִים (de *aquis*) Ps. 124, 5.

זָדוֹן m. 1) *tumor* sive *superbia magna, insolentia ingens, protervitas* Ps. 19, 14. Deut. 17, 12. 18, 22. Prov. 11, 2. 13, 10. Pro concreto: 2) *fastuosus* Jer. 50, 31. 32. Significationem habet a זוד, sed Formam tanquam a זדה, unde kametz suum mutat: in regim. זְדוֹן Jer. 49, 16. Obad. 2., cum Affixo זְדֹנְךָ 1 Sam. 17, 28.

נָזִיד m. *pulmentum coctum* Gen. 25, 29. 2 Reg. 4, 38. 39. 40. Hagg. 2, 12. in regim. נְזִיד Gen. 25, 29. Propr. est Partic. Niph. pro נָזוֹד v. Gesen. Lehrgeb. p. 411.

זָוָה rad. inusit., Arab. زوى *tetendit aliquo, in se collegit, contraxit*, fortasse etiam *abdidit.*

זָוִית f. *angulus*, ad quem murus vel paries utrinque *se colligit* sive *contrahit*, ad quem paries utrinque *tendit* et *vergit;* unde Plur. זָוִיּוֹת Ps. 144, 12. Zach. 9, 15. زَاوِيَةٌ et ܙܘܝܬܐ *angulus.*

מֶזֶו m., unde Plur. מְזָוִים *promtuaria, penuaria*, loca in quibus opes *colliguntur* et *congeruntur.* Cum Affixo מְזָוֵינוּ Ps. 144, 13.

זוּז propr., ut videtur (coll. Arab. زيز), *micare, emicare* v. Schroeder. Observatt. ad origg. Hebr. p. 24 sqq. add. Syr. ܙܘܙ *superbivit;* in Chald. זוּז superest *movendi, discedendi* notio. Cf. דרר. Inde sunt

זִיז m. 1) *emicatio, fluxus emicans* lactis Jes. 66, 11: לְמַעַן תָּמֹצּוּ וְהִתְעַנַּגְתֶּם מִזִּיז כְּבוֹדָהּ ut sugatis et delectemini (h. e. cum oblectatione sugatis) *ex micante fluxu opulentiae ejus* v. Michael. in Suppl. p. 599. et Rosenmueller. ad h. l. cf. rad. דרר. Al. *splendor* vertunt. — 2) *bestia*, proprie *fera*, quae quoquo versum praedabunda *discurrit* Ps. 50, 11. 80, 14. Sic Aethiopibus ansesà, *animal*, dicitur a *vagando*, observante Jobo Ludolfo in *Lex. Aethiop.* col. 177. et Graecis κνώδαλον (pro κινώδαλον) a κινεῖσθαι v. Bochart Hieroz. T. II, p. 375 sqq. Sed al. vertunt: *pulchritudo* (agri) Lxx. ὡραιότης τοῦ ἀγροῦ, al. *copia* (agri) Symm. πλῆθος.

מְזוּזָה f. *postis*, in quo valvae januae *moventur* Exod. 21, 6. Jes. 57, 8. In regim. מְזוּזַת 1 Sam. 1, 9. Ezech. 41, 21., cum Affixo מְזוּזָתִי Ezech. 43, 8. Plur. מְזוּזוֹת *postes* Exod. 12, 7. Deut. 11, 20. Jud. 6, 3. et מְזֻזוֹת Deut 6, 9.

זוּזִים Gen. 14, 5. Nom. propr. ignoti populi, quem ad orientem maris mortui collocat Bachiene Descript. Pal. T. I. Vol. II. §. 255. Al. pu-

tant, *vagam* et stabilis sedis expertem gentem significari, a زازا *movere;* (quemadmodum Suevi dicti videntur a *circumvagando*).

זוּל *amovit* [Arab. زال *amovere, removere,* media Je, *separare,* ذال *vilipendere* cf. etiam infra זָלַל]. Part. Praes. plur. זָלִים *amoventes,* tanquam vile quid i. e. *prodigentes* Jes. 46, 6.

זוּלָה f. *remotio, separatio,* sed in particulam abit, significans *praeter* q. d. *neglecto, excepto.* Semper occurrit in regim., ut זוּלַת 2 Reg. 24, 14. et cum Affixis, ut זוּלָתִי *praeter me,* q. d. *separato, excepto me* Jes. 45, 5. 21. Hos. 13, 4. זוּלָתְךָ *praeter te* Ruth. 4, 4. Jes. 64, 4. in pausa זוּלָתֶךָ 2 Sam. 7, 22. Jes. 26, 13. 1 Chron. 17, 20. זוּלָתָהּ *praeter eam* 1 Sam. 21, 9., nec non cum Jod paragog. זוּלָתִי *praeter* Deut. 1, 36. 4, 12. Jos. 11, 13. 1 Reg. 3, 18. 12, 20. Ps. 18, 32.

זוּן *alere, cibare, pascere* [Chald. זוּן et Syr. ܙܘܢ *id.* Cf. etiam זָיַן]. Semel in Hophal occurrit Part. מוּזָנִים *pasti* i. e. *pingues* (sicut Lat. *pastus* dicitur pro *pingui*, ut observat Salmasius in *Exercitatt. Plin.* p. 26.) sec. Cthib Jer. 5, 8., sed Kri habet מְיֻזָּנִים a rad. יזן, وزن *libravit, ponderavit* (unde وَزْن *pondus,* وَزِين *ponderosus*), quae si vera est lectio, סוּסִים מְיֻזָּנִים sunt *equi ponderibus praediti* h. e. *probe vasati* eaque pondera (Catull. 62, 5.) librata trahentes in Venerem. Cf. Alb. Schultens. in *Clav.* p. 212 sq. Lxx. ἵπποι θηλυμανεῖς.

זוּן Chald *id.* unde Ithpehel fut. יִתְזִין *aletur* Dan. 4, 9.

מָזוֹן m. *cibus, alimentum* Gen. 45, 23. 2 Chron. 11, 23. ܡܙܘܢܐ *alimentum.*

מזוֹן m. Chald. *id.* Dan. 4, 9. 7, 18.

זוּעַ *movere se, commovere se, commoveri, tremere* [rad. Aramaeis satis nota Syr. ܙܘܥ et Chald. זוּעַ *movere se;* Arab. زاغ med. Je et Vav v. Hartmann. ling. Einl. p. 80.]. Praet. זָע *movit se* (ad saltum) Esth. 5, 9. Fut. plur. יָזֵעוּ *commovebuntur, trement* Eccles. 12, 3. — Pil. Part. מְזַעְזֵעַ, unde Plur. cum Affixo מְזַעְזְעֶיךָ *commoventes, inquietantes, vexantes te* Hab. 2, 7.

זוּעַ Chald. *commoveri, tremere, terreri.* Part. Praes. Plur. זָאעִין vel sec. Kri זָיְעִין Dan. 5, 19. 6, 27.

זְוָעָה f. (cum ו mobili) 1) *terror* [Syr. ܙܘܥܬܐ *terror,* Chald. זוּעָה *commotio, terror,* v. J. D. Michaelis *Suppl.*] Jes. 28, 19. — 2) alibi semper per metathesin legitur זַעֲוָה in formulis נָתַן פ׳ לְזַעֲוָה (Ezech. 23, 46. et sec. Kri Jer. 15, 4. 24, 9. 29, 18. 34, 17. 2 Chron. 29, 8.) et הָיָה לְזַעֲוָה (Deut. 28, 25.) ac de *vexatione, divexatione* intelligitur: *tradere* aliquem *vexationi* (vexandum): *esse* (tradi) *vexationi.*

זֵעָה f. *sudor, motionis* effectus. Cf. יָזַע. In regim. זֵעַת Gen. 3, 19.

זוּף Chald. *mutuatus est, mutuo accepit.*

זִיף Nom. propr. oppidi et deserti in tribu Jud. Jos. 15, 55. 1 Sam.

23, 14. 2 Chron. 11, 8. Hinc oritur nom. gentil. זִיפִי 1 Sam. 23, 19. 26, 1.

זוּר Tres radices Arab. in unam Hebr. coaluisse videntur: I) زَارَ *fastidivit, abhorruit*, unde Job. 19, 17: רוּחִי זָרָה לְאִשְׁתִּי *halitus meus* (foetens) *fastidio est uxori meae.* Hieron. *halitum meum exhorruit uxor mea* v. Rosenmueller. et Umbreit. ad h. l. — II) زَوِرَ (Conj. VIII. IX. et XI. *declinavit, deflexit* ab aliqua re; Chald. זוּר *divertit,* Syr. Aph. ܐܙܝܼܢ *divertit, declinavit* a via) *recessit,* sq. מִן Ps. 78, 30. (v. infra), hinc *abalienatus est* Job. 19, 13. Ps. 58, 4: זֹרוּ רְשָׁעִים מֵרָחֶם (cum Cholem, ut אָרוּ 1 Sam. 14, 29.) *abalienati sunt* (a Deo) *impii inde ab utero* v. infra זָר. (Huc referunt nonnulli etiam Job. 19, 17. praeeunte Syro, qui vertit: ܗܘܝܬ ܢܘܟܪܝܐ ܠܐܢܬܬܝ *alienus factus sum uxori meae,* sed parum accommodate ad parallelismum). — Niph. נָזֹרוּ *recesserunt* Jes. 1, 14., ubi vid. Gesen. — Hoph. Partic. מוּזָר *abalienatus, alienus factus* Ps. 69, 9. — III) زَيَّرَ (*substringere, constringere, premere* v. Schultens. ad Prov. 30, 31., Syr. ܙܪ *manu* aliquid *capere*): Hebr. 1) *pressit, compressit* Jud. 6, 38: וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה (ad formam וַיָּסַר Ruth. 4, 1. ob ultimam rad. ר) *et compressit vellus*; Job. 39, 15 (18): וַתִּשְׁכַּח כִּי רֶגֶל תְּזוּרֶהָ *et obliviscitur* (struthio) *pedem ea* (ova sua) *comprimere,* conculcare (posse). — 2) intrans. *compressus fuit* Jes. 1, 6: לֹא זֹרוּ *non sunt* (vulnera) *compressa, expressa.*

זָר (Partic. verbi זוּר II.) m. 1) *peregrinus, externus,* ut אֵל זָר *Deus peregrinus* (exterae gentis) Ps. 44, 21. 81, 10. (opp. Jovae, tanquam numini Israelitarum *domestico*); substantive: *peregrinus, alienigena* Exod. 30, 33. Levit. 22, 10. 12. 13. adeoque *hostis, barbarus* Jes. 2, 7. 25, 2. 5. 29, 5. Obad. 11. Ezech. 28, 1. 30, 12. al. (ut Lat. *hostis* olim erat peregrinus Cic. Off. 1, 12. add. Samar. כְּאַנְאִין in carminn. Sam. a Gesenio editt. p. 62). — 2) *alienus* h. e. a) *alius familiae,* hinc זָרָה *mulier aliena* i. e. *meretrix* Prov. 2, 16. 5, 3. 7, 5. al. Plur. זָרוֹת *meretrices* Prov. 22, 14. 23, 33.; זָרִים *alieni* h. e. mariti alius uxoris i. e. adulteri Ezech. 16, 32. Jer. 2, 25; בָּנִים זָרִים *filii alieni* h. e. *nothi,* spurii Hos. 5, 7. (בְּנֵי זְנוּנִים vocantur 2, 6). Subst. זָר *alienus,* opp. domesticis, cognatis 1 Reg. 3, 18. — b) אֵשׁ זָרָה *ignis alienus* i. e. illegitimus, profanus Levit. 10, 1. (ubi explicatur: אֲשֶׁר לֹא צִוָּה אֹתָם) Num. 3, 4., קְטֹרֶת זָרָה *suffitus alienus,* profanus Exod. 30, 9. — c) Subst. *alius* i. q. אַחֵר Prov. 11, 15. 20, 16. 27, 2. al.

זוּרֶה m. *conculcatum, fractum,* Jes. 59, 5. Part. Pahul verbi זוּר pro זוּרָה (cf. Zach. 5, 4.). Al. vertunt *progenies* a ذَرَأَ *procreavit,* ذُرِّيَّة *progenies.* V. Gesen. ad l. c.

זֵר *cinctura, limbus* v. sub rad. זרר.

מָזוֹר m. 1) *compressio,* qualis fit in curandis vulneribus et ulceribus, ad *exprimendam* saniem Jer. 30, 13.; it. *vulnus, ulcus,* quod eo modo *comprimitur* et a sanie purgatur, Hos. 5, 13. cum Affixo מְזֹרוֹ. — 2)

Obad. v. 7. propr. *mendacium* (ut زور *mendacium*, a זוה n. II., Arab. *mentitus est*, in Conj. II. *adornavit falsum* quid), hinc *insidiae* (Syr. vertit ܟܡܢܐ *insidiae*, Chald. תַּקָּלָא *offendiculum*). Al. deducunt a Syr. ܡܙܐ *extensus fuit*, ut מָזוֹר proprie significet *tendiculas*, quas aucupes extendere solent v. Rosenmueller. ad h. l.

זָחַח *removit, dimovit*, ut Arab. زخّ suo loco *dimovit* impellendo, trahendo; unde Niph. Fut. Exod. 28, 28. 39, 21: וְלֹא יִזַּח הַחֹשֶׁן מֵעַל הָאֵפוֹד *ne dimoveatur pectorale ab ephodo.*

מֵזַח v. sub lit. מ.

זָחַל 1) generatim: *tardo fuit incessu, lente processit*, ut Arab. زحل, hinc *serpsit* (in Chald. זְחַל *serpere*, זְחִיל *vermis*, et ܙܚܠܐ *locusta nondum alata*, sed repens). Unde Part. Praes. plur. in regim. זֹחֲלֵי *repentia, serpentia* Deut. 32, 24. Mich. 7, 17. — 2) i. q. ܕܚܠ Chald. דְּחַל *timuit* Job. 32, 6. (ut נִזְעָכוּ pro נִדְעָכוּ 17, 1.); al. *cunctatus est*, quam signif. Arab. زحل habet.

זִיז m. *splendor*, it. *fera*, vid. supra sub rad. זוז.

זִיקָה v. infra sub rad. זנק.

זִיר Arab. ذار med. Je, *fastidivit*. Hinc

זָרָא m. *fastidium, nausea* Num. 11, 20.

זַיִת m. *olea arbor* Gen. 8, 11. Exod. 27, 20. 30, 24. Deut. 28, 40. Jes. 17, 6. etc., *metonymice ejus fructus, oliva* Deut. 24, 20. Mich. 6, 15. Origo ignoratur, sed significatio certa est ex consensu lingg. Orr. Aeth. Chald. זַיִת, Syr. ܙܝܬܐ *oliva*, Ar. زَيْت *oleum*, زَيْتُون *oliva*. Ex Aegyptiaco sive Coptico ϫⲱⲓⲧ χωιτ, *Schait* formatum esse, existimat P. E. Jablonskius, vid. *Thesaur. Epistol.* La Crozian. T. I, p. 184. Male; potius ex lingg. Orr. in Copticam migrasse videtur. Cf. Michaelis *Suppl.* p. 611. — In regim. dicitur זֵית Deut. 8, 8. cum Affixo זֵיתְךָ Deut. 24, 20. in pausa זֵיתֶךָ Exod. 23, 11. Deut. 28, 40. Plur. זֵיתִים Deut. 6, 11. 28, 40. Ps. 128, 3. etc.; הַר הַזֵּיתִים *mons olivarum*, prope Hierosolyma, de quo v. Winer. bibl. Realwörterb. II. p. 494.

זָכָה *purus, mundus fuit*, de animo et moribus [زَكَا *purus, justus, pius fuit*, ܙܟܐ *purus, innocens, justus fuit*] Mich. 6, 11. Ps. 51, 6. Prov. 25, 4. Job. 15, 14. — Pih. זִכָּה *purum fecit, mundavit* (לִבּוֹ, אָרְחוֹ) Ps. 73, 13. Prov. 20, 9. Ps. 119, 9. — Hithpah. imperat. plur. הִזַּכּוּ (pro הִתְזַכּוּ) *mundate vos ipsos* Jes. 1, 16.

זָךְ m. *purus, mundus* Exod. 27, 20. Levit. 24, 2.; al. deducunt a זָכַךְ.

זָכוּת f. Chald. *puritas*, per apocopen litterae ת, זָכוּ Dan. 6, 23.

זָכַךְ *purus, mundus fuit* Job. 15, 15. 25, 5. Thren. 4, 7., Hiph. הִזְכִּיךְ *mundum fecit, mundavit* Job. 9, 30. (sensu et physico et ethico).

זָךְ m. *purus, mundus* Prov. 16, 2. 20, 11. 21, 8. Job. 8, 6. Foem. זַכָּה Exod. 30, 34. Levit. 24, 7. Job. 16, 17.

זְכוּכִית f. *vitrum, crystallus* Job. 28, 17. Quidam *adamantem*, gemmam *nitidissimam*, intelligunt. Lxx. ὕαλον reddiderunt; ὕαλον autem et *vitrum* et *crystallum* et *succinum* denotare, observat Fullerus in *Miscell. S.* L. IV. c. 9., unde ab Hieronymo aliisque vertitur *vitrum*; cf. Arab. زُجَاج *crystallus, vitrum* v. Ale. Schultens. in *Animadverss.* ad Job. l. c.

זָכַר 1) *meminit* (memoriâ tenuit, custodivit) Deut. 5, 15. Ps. 103, 14., sq. Accus. Jer. 20, 9. Deut. 8, 2. Jes. 17, 10. Ps. 20, 4. Eccles. 12, 1., sq. לְ Ps. 25, 7., sq. בְּ Jer. 3, 16.; hinc זָכַר אֶת־יְהוָה Deut. 8, 18.; sed זכר sq. לְ pers. et accus. rei est: *meminisse alicujus rei* vel *in commodum* (Neh. 5, 9. Jer. 2, 2.) vel *in detrimentum* alicujus (Ps. 79, 8.), *einem etwas gedenken.* — 2) *recordatus est* (in memoriam sibi revocavit, quod in oblivionem abierat) sq. לְ Exod. 32, 13. Deut. 9, 27. 2 Chron. 6, 42. — Praet. cum Affixo זְכַרְנוּ Ps. 115, 12. Pers. 2. cum Jod paragog. זָכַרְתִּי sec. Cthib Ezech. 16, 22. 43. Pahul זָכוּר *recordatus* (sensu activo v. Gesen. Lehrgeb. p. 309.) Ps. 103, 14. Infin. absol. זָכוֹר Deut. 7, 18. Jer. 31, 20., quo etiam pertinet Exod. 13, 3. 20, 8. Deut. 24, 9. 25, 17. Jos. 1, 13., ubi est pro Verbo *finito*. Infin. construct. cum Affixo זָכְרֵנוּ Ps. 137, 1. cum ה paragog. זָכְרָה Neh. 5, 19. Plur. in pausa זָכְרוּ Neh. 4, 8. Fut. אֶזְכֹּר Levit. 25, 42., cum ה paragog. אֶזְכְּרָה Ps. 42, 5. cum Affixo more Chald. אֶזְכְּרֵכִי Ps. 137, 6. etc.

Niph. נִזְכַּר 1) *memoria alicujus rei retinetur vel revocatur* Jer. 11, 19: לֹא נִזְכַּר *nulla* (ejus rei) *memoria retinebitur, supererit;* Esth. 9, 28: הַיָּמִים אֵלֶּה נִזְכָּרִים *horum dierum memoria supererit;* Jes. 23, 16: לְמַעַן תִּזָּכֵרִי *ut tui redeat memoria;* sq. אֶל יְהוָה vel לִפְנֵי יְהוָה *apud Jovam, coram Jova* Ps. 109, 14. Num. 10, 9.; sq לְ Pers. Ezech. 18, 22: פְּשָׁעָיו לֹא יִזָּכְרוּ לוֹ (פשעיו) *werden ihm nicht gedacht werden;* 33, 16. — 2) *masculus factus* sive *mas natus est*, petita significatione a nomine זָכָר *mas*, Exod. 34, 19. Infin. cum Affixo הִזָּכְרָכֶם Ezech. 21, 29. Fut. 2. Pers. foem. in Pausa תִּזָּכְרִי Jes. 23, 16. Ezech. 21, 37. תִּזָּכְרָן Ezech. 3, 20.

Hiph. הִזְכִּיר 1) transit. a) *commemoravit* h. e. in memoriam revocavit, vel *signo* aliquo Num. 5, 15. (נִזְכֶּרֶת זִכָּרוֹן *oblatio memorialis in memoriam revocans* culpam), vel *verbis: mentionem fecit* 1 Sam. 4, 18: כְּהַזְכִּירוֹ אֶת־אֲרוֹן אֱלֹהִים *cum commemoraret arcam Dei;* sq. לְ vel אֶל pers. *apud aliquem commemoravit, mentionem fecit, alicui in memoriam revocavit* Gen. 40, 14. 1 Reg. 17, 18. — Hoc tamen *commemorandi* sensu longe frequentius ita dicitur הַזְכִּיר, ut *laudationis publicae* notio accedat: *praedicavit, celebravit* Cant. 1, 4., inpr. Jovam, Jovae nomen, virtutes, res mirabiliter gestas (coll. Arab. ذَكَرَ Ps. 71, 16. Jes. 62, 6. 1 Chron. 16, 4. Jes. 26, 13., etiam בְּשֵׁם יְהוָה Ps. 45, 18. 20, 8. Jes. 48, 2. Am. 6, 10. etc., sq. בְּ Jes. 12, 4.

הַזְכִּירוּ כִי נִשְׂגָּב שְׁמוֹ *praedicate nomen ejus excelsum esse;* sq. Dat. pers. Jer. 4, 16. Semel est: *praedicari, celebrari jussit* Exod. 20, 21.; — b) *memoriam alic. rei conservavit* ap. alios, *propagavit* Ezech. 21, 29. 2 Sam. 18, 18.; hinc *memoriae prodidit* v. infra מַזְכִּיר; — c) *tanquam sacrificium memoriale adoluit* Jes. 66, 3. (cf. infra אַזְכָּרָה). — 2) intrans. *recordatus est, sibi in memoriam revocavit* Gen. 41, 9. Jos. 19, 17. 49, 1. — Part. מַזְכִּיר Gen. 41, 9. Ezech. 21, 28. etc. Fuit quoque nomen dignitatis in aula regia: *Secretarius* sive *Cancellarius* (propr. *memoriae prodens* res gestas), *magister memoriae* (ut in Imperio Romano tempore Arcadii, Honorii et deinceps vocabatur) i. e. *actis publicis* sive *annalibus regni praefectus* 2 Sam. 8, 16. 20, 24. 1 Reg. 4, 3. 2 Reg. 18, 18. 37. 1 Chron. 18, 15. 2 Chron. 34, 8. Jes. 36, 3. 22. Infin. הַזְכִּיר, unde in Psalmor. titulis לְהַזְכִּיר Ps. 38, 1. 70, 1. h. e. *ad revocandum* Deo *in memoriam*, ut ne afflicti obliviscatur, sed sine mora ad opem ipsi ferendam festinet coll. Ps. 38, 22. 23. cum Ps. 70, 2. 6.; cum Affixis הַזְכִּירוֹ 1 Sam. 4, 18. הַזְכִּרְכֶם Ezech. 21, 29. ex הַזְכֵּר, cum terminali Païach, more Chaldaeorum. Imperat. cum Affixo הַזְכִּירֵנִי Jes. 43, 26. Fut. אַזְכִּיר cum ה paragog. אַזְכִּירָה Ps. 45, 18. etc.

זֵכֶר (Exod. 17, 14. Jes. 26, 14. Ps. 145, 7. Prov. 10, 7. secundum multos codices) et זֵכֶר (Ps. 30, 5. 97, 12. et sec. plurimos codices Deut. 25, 19. Ps. 111, 4. 112, 6.) m. 1) *recordatio, memoria* (Arab. ذِكْر *memoria, commemoratio*) Exod. 17, 14. Deut. 25, 19. 32, 26. Prov. 10, 7. etc. — 2) *nomen*, quo efficitur, ut alicujus rei *recordemur* Exod. 3, 15. Hos. 12, 6., quo pertinet etiam formula Ps. 30, 5. 97, 12. obvia: הוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ. — 3) *laus, celebratio* Ps. 6, 6. 102, 13. (ذِكْر id.) add. Hos. 14, 8: זִכְרוֹ כְּיֵין לְבָנוֹן *laus, gloria ejus erit sicut vinum Libani* h. e. gratissima, jucundissima. — Cum Affixis זִכְרוֹ Job. 18, 17. זִכְרָם Deut. 32, 26. Ps. 9, 7. etc.

זָכָר m. *mas, masculus*, per quem *memoria* parentum propagatur, q. d. *memoria* parentum (coll. 2 Sam. 18, 18.) Gen. 1, 26. 5, 2. Exod. 12, 8. Levit. 1, 3. 10. Num. 1, 2. etc. Plur. זְכָרִים *mares* Exod. 13, 12. 15. Jos. 5, 4. Esr. 8, 4. 5. etc. Arab. ذَكَر Syr. ܕܟܪ id. Hinc oritur:

זָכַר verb. denominat. Niph. נִזְכַּר *masculus natus est* v. supra.

זָכוּר m. *mas*. Cum Affixis זְכוּרְךָ Exod. 23, 17. 34, 23. Deut. 16, 16. זְכוּרֶךָ Deut. 20, 13.

זְכַרְיָה, זְכַרְיָהוּ s. זְכַרְיָהוּ Nom. propr. 1) prophetae Esr. 5, 1. 6, 14. — 2) regis Israelitarum, qui fuit Jerobeami filius 2 Reg. 15, 1 sqq. Lxx. *Ζαχαρίας*.

זִכְרִי Nom. propr. virorum Exod. 6, 21. 1 Chron. 9, 15. Neh. 11, 9. 2 Chron. 23, 1. rel.

זַכּוּר Nom. propr. virorum Num. 13, 4. 1 Chron. 4, 26. 25, 2. Neh. 3, 2. 10, 13. al.

זִכָּרוֹן m. 1) *memoria* Eccles. 1, 11. Jes. 57, 8. Jos. 4, 7. Exod. 28, 12: אַבְנֵי זִכָּרוֹן *lapides memoriae*, memoriales, Exod. 12, 16: *dies memoriae*, Exod. 13, 9: זִכָּרוֹן בֵּין עֵינֶיךָ *memoriale inter oculos* h. e. quod ante oculos versatur (v. Rosenmueller. ad. h. l.). — Paullo aliter Num. 10, 10. *erunt illa* (sacrificia) *vobis* לְזִכָּרוֹן לִפְנֵי אֱלֹהֵיכֶם *in memoriam coram Deo* h. e. vobis vestrisque rebus Deo in memoriam revocandis inservient (cf. v. 9.). — 2) *id quod memoriae proditur* Exod. 17, 14. Mal. 3, 16.; hinc סֵפֶר זִכָּרוֹנוֹת *liber memoriarum* h. e. annales, in quibus res gestae perscriptae sunt Esth. 6, 1. — 3) *sententia memorialis*, verba sapientum, quae memoria custodiri solent Job. 13, 12. — 4) *celebratio* festi diei, solennitas Levit. 23, 24. (cf. זָכַר Hiph. 2. a. — In regim. זִכְרוֹן Levit. 23, 24. cum Affixo זִכְרוֹנְךָ *(tui memoria)* Jes. 57, 8. Plur. זִכָּרִים, cum Affixo זִכְרֵיכֶם Job. 13, 12. Plur. foem. זִכָּרוֹת Esth. 6, 1.

אַזְכָּרָה f. nom. ex Hiphil formatum: *id quod commemorationi* h. e. *celebrationi inservit.* Sic dicebatur, quod de fertis in altari adolebatur, maxime *thus* fertis adjungi solitum, quod incendebatur ad celebrandum nomen Jovae, ad gratias ipsi agendas (reliquae enim sacrificii partes in usum sacerdotum cedebant). Occurrit Levit. 24, 7. et cum Affixo אַזְכָּרָתָהּ Levit. 2, 2. 9. 16. 5, 12. 6, 8. Num. 5, 26.

זָלַג radix inusit., quae significationem *hauriendi* et *extrahendi* habuisse videtur coll. Arab. زلج *hausit*, Chald. זלח et Syr. ܙܠܚ id. [Sed Lette ad *Caab.* p. 131. cum aliis confert زلخ, cujus originem quaerunt in *radendo*. Inde مِزْلَاج *pessulus* h. e. instrumentum, quod transversum radit. J. D. Michaelis denique in *Suppl.* notionem *lubrici* primariam arbitratur, unde زلج *lapsare*, ut in *lubrico*, et زَلَج *lubrica petra*, et مِزْلَاج *vectis portae* mobilior, quod lapsans et lubrice transeat. Hinc מזלג *fuscina*, a lubricitate, qua per carnem transit. At ista tamen, quam primo loco posuimus, derivatio simplicitatis facilitatisque nota prae ceteris commendare sese videtur].

מַזְלֵג m. *fuscina*, *qua* caro ex aheno *extrahitur* 1 Sam. 2, 13. 14.

מִזְלָגָה f. *id.* in Plur. מִזְלָגוֹת *fuscinae* Exod. 38, 3. Num. 4, 14. 1 Chron. 28, 17. 2 Chron. 4, 16. Cum Affixo מִזְלָגֹתָיו Exod. 27, 3.

זָלַל Duplex radix est: I) *vilis fuit* [quo sensu convenit cum Arab. زَلّ *abjectus vilisque fuit*, زَلّ *vilitas*, oppos. *gloriae* عِزّ, cum Syr. ܙܠ *vilis fuit*, in Aphel *vilipendit, contemsit*] Jer. 15, 19. Thren. 1, 11.; it. *vilipendit.* — Part. זוֹלֵל Prov. 28, 7. *vilipendens* (sua) i. e. *prodigus*, voluptarius, spec. זוֹלֵל בְּשָׂר *vilipendens* et *ignominia afficiens corpus suum (turpi Venere), Veneri deditus* Prov. 23, 21. Deut. 21, 20. Plur. זוֹלְלִים Prov. 28, 7. in regim. זוֹלְלֵי Prov. 23, 20. —

II) *commotus est, tremuit* Jud. 5, 5. Jes. 64, 1. (quo sensu convenit cum Arab. زلزل *id.*).

Niph. Praet. Plur. נָזֹלּוּ *commoti sunt* (montes) Jes. 63, 19. 64, 2. (ad formam נָגֹזוּ a גָּזַז, נָגֹלּוּ a גָּלַל etc.), et alia forma נָזָלוּ Jud. 5, 5. (ut נָבְלָה pro נָבְלַת Gen. 11, 7.), quod al. deducunt a נָזַל.

זְלוּת f. *vilitas, contemtus* (al. *tremor*) Ps. 12, 9.

זַלְזַלִּים m. Plur. *flagella* (Varro R. R. 1, 31, 4.) i. e. summae partes vitium copiose propullulantes Jes. 18, 5., dictae vel a *tenuitate*, vel, quod praestat, a *commotione, tremore.*

זַלְעָפָה et זַלֲעָפָה f. *aestus vehemens*, sive *famis* Thren. 5, 10., sive *venti* Ps. 11, 6., sive *irae* Ps. 119, 53. Compos. dicunt ex 2 synonymis, זע Arab. *cremavit*, et זקף *iratus fuit, exarsit irâ*, Chald. *flavit*, Syr. in Ethp. *combustus, aestu percitus fuit*; perperam: etenim זע vix habet *cremandi* significationem in univ.; oritur potius a זקף, immisso ל, ut in שַׁלְהֶבֶת v. Gesen. Lehrgeb. p. 863. (nisi velis conflatum esse ex זקף et זקף, quod statim vide). Ceterum ad Thren. 5, 10. cf. *ignea fames* apud Quintilian. Declam. 12. et *gulae flamma* apud Ovid. Metam. 8, 846. nec non λιμὸς αἴθοψ apud Hesiod., λιμὸς αἴθων apud Callimach. Sed ei, qui Ps. 11, 6. commemoratur, רוּחַ זַלְעָפוֹת similis est سموم ille Arabum obvia quaevis necans, qui Julio et Augusto mensibus nonnunquam per octavam horae partem spirat v. Thevenoti *Itinerar.* P. I L. II. c. 34. et P. II. L. I. c. 12. et 16. Niebuhrii *Itinerar.* T. I, p. 7.

זָלַף Chald. *stillavit, effudit.* Hinc oritur:

זִלְפָּה Nom. propr. ancillae Gen. 29, 24. 30, 9.

זָמַם *cogitavit, meditatus, molitus est*, vel sq. Accus. *rei* Thren. 2, 17: עָשָׂה יְהוָה אֲשֶׁר זָמַם *fecit Jova, quod meditatus est*, decrevit, Prov. 31, 16: *agrum meditatur* h. e. emere cogitat; vel sq. Infin. Ps. 31, 14: לָקַחַת נַפְשִׁי זָמְמוּ *animam* (vitam) *mihi eripere meditantur*, Gen. 11, 6. Deut. 19, 19. Zach. 8, 14. 15. Absolute dic. Prov. 30, 32. pro *mali aliquid machinatus est* (ubi tamen Schultens. ex Arab. vertit *extulisti te, superbiisti*), et Ps. 37, 12: זֹמֵם רָשָׁע לַצַּדִּיק *machinatur* h. e. insidiatur *improbus probo.* [Artificiosius quam verius post Alb. Schultensium ad Job. 17, 11. conferunt Arab. زم *ligavit*, *capistro constrinxit*, hinc *animum adstrinxit, nexuit cogitationes, cogitavit.* — Si quid omnino conferendum, vide an سم *proposuit sibi*, huc pertineat in ista potissimum phrasi, quam tetigit Hartmann. linguist. Einl. p. 288.].

Praet. foem. זָמְמָה Prov. 31, 16. זָמוֹתָ 30, 32. זָמַמְתִּי et defective זַמֹּתִי Jer. 4, 28. (aliud v. infra sub זָמָה). Plur. in pausa זָמְמוּ Ps. 31, 14. Fut. 3. Plur. יִזְמוּ (pro יִזְמְמוּ, vid. supra rad. זָלַל) Gen. 11, 6.

זָמָם m. *consilium, machinatio.* Cum Affixo זִמְמוֹ Ps. 140, 9.

זִמָּה f. *consilium*, et honestum Job. 17, 11. et turpe (machinatio) Prov. 24, 9.; it. *scelus excogitatum, prave factum* Levit. 18, 17. Jud.

20, 6. Ps. 26, 10. Prov. 10, 23. Job. 31, 11. etc., spec. *incestus cum uxoris filia vel matre* Levit. 20, 14. — In regim. זִמַּת Prov. 24, 9. 13, 27. cum Affixis זִמָּתֵךְ Ezech. 16, 58. 23, 27. 29. 35. זִמָּתְכֶם (cum ה paragog.) Ezech. 23, 48. 49. Plur. cum Affixo זִמֹּתַי Job. 17, 11.

זִמָּה f. *cogitatio, meditatio* Ps. 17, 3: זְמוֹתַי בַּל־יַעֲבָר־פִּי *cogitationes meae non praeteribunt os meum* h. e. ut ABENESRA explicat: verba mea cum animo congruent, oratio mea nihil a mente discrepabit; זִמֹּתַי dictum est pro זִמָּתַי v. GESEN. Lehrgeb. p. 215. Alii deducunt ab ipsa rad. זמם, ut sit 1 pers. Sing. praet.: sed Masorethae diserte adscripserunt, hoc voc. esse מִלְּרַע; alii mutandam scripturam censent, praeter necessitatem, vid. omn. ROSENMUELLER. ad h. l.

מִזְמָה f. 1) *meditandi solertia, prudentia* Prov. 1, 4. 3, 21. 5, 2. — 2) *consilium* in bonam et malam partem Job. 21, 27. Ps. 10, 2. 4. 21, 12. Jer. 23, 20. 30, 24.; hinc אִישׁ מְזִמּוֹת *vir consiliorum, machinationum*, i. e. *versutus* Prov. 14, 17. — 3) metonymice *scelus excogitatum* Ps. 139, 20. בַּעַל מְזִמּוֹת *machinator* scelerum Prov. 24, 8. Cum ה paragog. מִזְמָתָה Jer. 11, 15. cum Affixo מִזְמָתוֹ, Jer. 51, 11.

זַמְזֻמִּים Deut. 2, 20. Nomen propr. gentis giganteae, jam ante Mosen deletae, cujus origo et sedes ignoratur. Conjecturas super hoc nomine etymologicas vide in SIMONIS *Onom.* p. 135. coll. J. D. MICHAELIS *Suppl.* p. 626.

זָמַן *paravit, statuit, praefinivit:* in Kal. inusit., Pyhal Part. plur. עִתִּים מְזֻמָּנִים *statuta, stata tempora* Esr. 10, 14. Neh. 10, 35. Foem. עִתִּים מְזֻמָּנוֹת *id.* Neh. 13, 31.

זְמַן Chald. *id.*, אַזְמֵן *praeparavit*, unde Aphel Praet. 2 Pers. plur. m. הַזְמַנְתּוּן vel הַזְמַנְתּוּן *parastis, statuistis*, sec. Cthib Dan. 2, 9., sed Kri habet הֶהְזְמַנְתּוּן *parati estis*, ex Ithpahal, pro הַזְמַנְתּוּן.

זְמַן m. *tempus statutum* sive *praefinitum*, καιρός (Arab. زَمَان *tempus*) Eccles. 3, 1. Neh. 2, 6. Cum Affixo זִמָּנָם Esth. 9, 27. Plur. זְמַנִּים, unde cum Affixo זִמַּנֵּיהֶם Esth. 9, 31.

זִמְנָא et זְמַן Chald. *id.* Dan. 2, 16. 7, 12. In Statu emphat. זִמְנָא Dan. 3, 7. 8. 4, 33. 7, 22. Esr. 5, 3. Plur. זִמְנִין *tempora statuta*, hinc תְּלָתָא זִ *ter* (simil. Chald. et Syr, nec non Arab. Plur. ازمان) Dan. 6, 11. 7, 25.; in Statu emphat. זִמְנַיָּא Dan. 2, 21.

חֵלֶק m. 1) *laevor, laevitas* Jes. 57, 6: בְּחַלְקֵי נַחַל חֶלְקָךְ (c. Dagesch euphon.) *in laevitatibus* (planitiebus) *vallis est portio tua*; hinc trop. *blandities* Prov. 7, 21. — 2) *pars, portio, sors* חֶלְקִי Deut. 10, 9. 12, 12. Jos. 14, 14. Neh. 2, 20., inpr. pars *praedae* Gen. 14, 24. 1 Sam. 30, 24. (hinc *praeda* ipsa Job. 17, 5: לַחֵלֶק רֵעִים יַגִּיד *in praedam* hostibus *prodet amicos*); it. *sors* Eccles. 2, 10. 3, 22. al. Ceterum adde has phrases: a) חֵלֶק יַעֲקֹב appellatur *Jova* Jer. 10, 16. 51, 19. tanquam Deus, quem Jacobitae h. e. Israelitae *suum* quasi *sortiti* sunt (coll. Deut. 4, 19. 20.) et vicissim חֵלֶק יְהוָה *populus Israel.* tanquam Jovae peculiaris Deut. 32, 9.; b) לִי חֵלֶק בְּ *mihi est pars* i. e. *communio, commercium cum aliquo* Ps. 50, 18. 2 Sam. 20, 1. 1 Reg. 12, 16. Jos. 22, 25. — 3) *ager* (Chald. חֶקְלָא Syr. ܚܩܠܐ *id.* transpositis invicem literis) 2 Reg. 9, 10. 36, 37., hinc (terra) *continens* opp. mari Am. 7, 4. cf. 4, 7. — Cum affixo חֶלְקִי Ps 73, 26. Job. 32, 17. etc. Plur. חֶלְקִים Jos. 18, 5. 6. 9. Ezech. 45, 7. cum affixo חֶלְקֵיהֶם Hos. 5, 7.

חֶלֶק m. Chald. *pars, portio* Esr. 4, 16. cum affixo חֶלְקֵהּ Dan. 4, 12. 20.

חַלָּק m. *glaber, laevis.* Plur. חַלָּקִים, unde in regim. חַלְקֵי אֲבָנִים *laeves lapidum* i. e. *lapides laeves* (v. Gesen. Lehrgeb. p. 678.) 1 Sam. 17, 40.

חֲלָקָה f. (cum Dagesch forti euph.) *blandities*, in plur. חֲלָקוֹת Dan. 11, 32.

חֶלְקָה f. 1) *laevitas, glabrities* Gen. 27, 16. — 2) *blandities* Prov. 6, 24. — 3) *pars, portio* (agri) Gen. 33, 19. Ruth. 2, 3., specialiter *pars campi*, quae alicui in *portionem haereditatis* cessit, *ager* 2 Sam. 14, 30. 31. 2 Reg. 3, 19. 25. Am. 4, 7. Jer. 12, 10. Plur. חֶלְקוֹת *laevitates* i. e. *loca lubrica* Ps. 73, 18., it. *blanditiae* Ps. 12, 3. 4. Jes. 30, 10.

חִלְקִיָּה s. חִלְקִיָּהוּ 1) summus pontifex regnante Josia 2 Reg. 22, 4. etc. 2 Chron. 34, 9. — 2) pater Eljakimi, palatio regio praefecti 2 Reg. 18, 18. Jer. 22, 20. — 3) pater Jeremiae prophetae Jer. 1, 1. Alios v. 1 Chron. 26, 11. — Jer. 29, 3. — 1 Chron. 6, 30. etc. Lxx. Χελκίας.

חֲלֻקָּה f. *divisio, partitio* 2 Chron. 25, 5.

חֲלַקְלַקּוֹת plur. f. 1) *loca lubrica* Jer. 23, 12. Ps. 35, 6. — 2) *blanditiae* Dan. 12, 21. 34.

מַחֲלָקָה f. 1) *evasio*, unde *petra evasionis* 1 Sam. 23, 28., a חָלַק *glaber fuit, subtraxit se*, v. radic. — 2) *classis, ordo* (a *dividendo, partiendo*) 1 Chron. 27, 2. 4 sqq. Plur. מַחְלְקוֹת *classes, ordines* (sacerdotum, ἐφημερίαι) 1 Chron. 26, 1. 12. 19. 27, 1. 28, 1. 13. etc. cum affixo מַחְלְקוֹתָם Jos. 11, 23. Ezech. 48, 29.

מַחְלָקָה f. Chald. *classis, ordo.* Plur. מַחְלָקָן, cum affixo מַחְלְקָתְהוֹן Esr. 6, 18.

חָלַשׁ 1) Fut. *A* יֶחֱלַשׁ *debilitatus est, viribus defecit* [Syr. ܐܬܚܠܫ *debilis*, in Ethp. *debilitatus est*] Job. 14, 10. — 2) Fut. *O* יַחְלֹשׁ *stra-*

vit, prostravit; vicit [Arab. حلس Thalmud. חלש *projicere*, pecul. *sortem*, Syr. ܚܠܫ *abjectus*] Exod. 17, 13., sq. עַל (fere ut nostrates dicunt: *siegen über*) Jes. 14, 12., v. tamen Gesen. ad h. l.

חָלָשׁ m. *debilis, viribus destitutus*, Joël. 4, 10.

חַלָּשָׁה *debilitatio* i. e. *clades* Exod. 32, 18.

חָם m. 1) *socer* i. e. pater mariti (Arab. حَمٌ pro حَمْوٌ Syr. ܚܡܐ) nom. primitiv. Cum affixis חָמִיךָ Gen. 38, 13. חָמִית Gen. 38, 24. 1 Sam. 4, 19. 21. Aliud v. sub rad. חמם. — 2) Nomen poet. *Aegypti*, quae Coptico nomine ⲬⲎⲘⲒ (Chemi) *nigra* (sc. humo) appellabatur Ps. 78, 51. 105, 23. Conf. *Repertorium litterat. bibl. et orient.* XIII, p. 27 sq. Michael. *Suppl.* p. 803. Jablonskii Opuscul. 404 sqq. Champollion l'Egypte sous le Pharaons I, p. 104 sqq. Sed Hebraeos vix dubium est hoc voc., verae significationis oblitos, ad חָם *călidus* retulisse, v. sub rad. חמם.

חָמוֹת foem. sing. *socrus* (Syr. ܚܡܬܐ). Cum affixis חֲמוֹתֵךְ Ruth. 2, 11. 3, 17. חֲמוֹתָהּ Ruth. 1, 14. 2, 18. 19. 21. Mich. 7, 6.

חֵמְאָה f. *lac spissum, flos lactis* Gen. 18, 8. Jud. 5, 25. Jes. 7, 22. passim ap. poetas simpl. *lac* i. q. חָלָב Job. 20, 17. Deut. 32, 14. etc. (Arab. خما *spissum fuit lac*); hinc *caseus* Prov. 30, 33 (al. *butyrum*). Pro eo per Syncopen ex Syriasmo dicitur חֶמָה Job. 29, 6. Sed aliud חֶמָה vid. sub rad. יחם. In regim. חֲמָאַת Deut. 32, 14. — Cf. in univ. J. Knepelhout. Diss. II. de re cibar. Hebr. Traj. a. Rh. 1769.

מַחֲמָאוֹת f. (cum Kametz immutabili, ad formam מַעֲמַקּוֹת) Ps. 55, 22. *lactea* (h. e. dulcia) *verba*. Sed legitur rectius מֵחֶמְאוֹת *prae lacte* (butyro) v. Rosenmueller. ad h. l.

חָמַד 1) *appetiit, concupivit, desideravit* Exod. 20, 17. Jos. 7, 21. al. — 2) *delectatus est* re, sq. accus. Jes. 1, 29. 53, 2. (حمد in Conj. II. *laudavit*). Pahul חָמוּד *desideratus, desiderabilis*, unde cum affixo חֲמוּדוֹ *desiderabile ejus*, i. e. quod in eo est *desiderabile* et eximium Ps. 39, 12. Plur. חֲמוּדִים Jes. 44, 9. Foem. חֲמוּדוֹת Gen. 27, 15. Fut. יַחְמֹד Exod. 20, 17. plur. cum affixo יַחְמְדֵהוּ Jes. 53, 2. — Niph. part. נֶחְמָד *desideratus, desiderabilis, suavis* Gen. 2, 9. 3, 6., *pretiosus* Prov. 21, 20. plur. נֶחְמָדִים *desiderata, desiderabilia* Ps. 19, 11. — Pih. חִמֵּד *vehementer desideravit* Cant. 2, 3.

חֶמְדָּה m. *venustas, formositas* Jes. 32, 12. Ezech. 23, 6. 12. 23. Hos. 5, 11.

חֶמְדָּה f. 1) *desiderium* 2 Chron. 21, 20. it. *id quod desideratur, deliciae* Dan. 11, 37. (ubi חֶמְדַּת נָשִׁים *deliciae mulierum* dicuntur vel sec. Berthold. *lactentes*, vel sec. Gesen. Dea Syrorum *Anaitis*; sed mirum est in hoc l. explicando interpretum dissidium), 1 Sam. 9, 20. —

2) *suavitas, praestantia* Jer. 3, 19. Ezech. 26, 12. — In regim. חֶמְדַּת 1 Sam. 9, 20. Hagg. 2, 7., cum affixo חֶמְדָּתִי Jer. 12, 10.

חֲמוּדוֹת et חֲמֻדוֹת f. plur. *deliciae, res pretiosae* Dan. 11, 38. 43. hinc Dan. 10, 3. לֶחֶם חֲמֻדוֹת *cibus delicatior*; Dan. 10, 11. אִישׁ חֲ֫ *o vir deliciarum* i. e. *o carissime* (Dan. 9, 23. omisso voc. אִישׁ, ut lat. *o deliciae meae*); 2 Chron. 20, 25. כְּלֵי חֲ֫ *vasa pretiosa.*

מַחְמָד m. 1) *deliciae.* In regim. מַחֲמַד 1 Reg. 20, 6. Ezech. 24, 16. 21. 25., etiam sequente כ Hos. 9, 6. In plur. scribitur cum Schwa compos. מַחֲמַדִּים, in regim. מַחֲמַדֵּי Thren. 2, 4. cum affixis מַחֲמַדֵּינוּ *deliciae nostrae* h. e. loca, quibus delectabamur Jes. 64, 10., מַחֲמַדֵּיהֶם *deliciae suae* sec. Kri Thren. 1, 11. — 2) *res pretiosa.* Plur. cum affix. מַחֲמַדַּי *pretiosa nostra* Joel. 4, 5., כְּלֵי־מַחֲמַדֵּיהוּ *suppellex ejus pretiosa* 2 Chron. 36, 19. — 3) *gratia, venustas* Cant. 5, 16. חִכּוֹ כֻּלּוֹ מַחֲמַדִּים *os ejus totum est venustatum* plenum, totum venustum.

מַחֲמַדִּים plur. m. *res desiderabiles, eximiae* et *pretiosae* Thren. 1, 7. et sec. Cthib v. 11.

חָמָה *incaluit,* Arab. حما, (i. q. יָחַם). Inde repetunt fut. plur. וַיֶּחֱמֶנָּה *et incaluerunt* Gen. 30, 39. Vide tamen infra יחם.

חֵמָה f. *lac spissum* vid. supra in חֶמְאָה, et חֲמָה *aestus, ira* infra sub rad. יחם.

חוֹמָה *murus* vid. sub rad. חום.

חֹמֶט m. Levit. 11, 30. vel *limax (Schnecke)* v. Hartmann. Einleit. p. 221., vel *lacertae venenatae* species a rad. Arab. خمط (med. Kesre) *ira percitus fuit,* in Conj. II. *aestuavit,* alias חמם *vehementi ira efferbuit,* Chald. et Syr. חמת *exarsit ira,* unde Syr. ܚܡܬܐ *ira,* it. *venenum.* A Talmud. חמטון *arena* deducit Bochartus; parum probabiliter, cum חמטון non sit nisi Graec. ἄμαθος *arena.*

חָמַל I) *clemens fuit, clementia usus est* h. e. a) *misertus est* alicujus, sq. עַל Exod. 2, 6. 1 Sam. 23, 21. Jer. 15, 5. — b) *pepercit* alicui, sq. עַל Mal. 3, 17. 2 Chron. 36, 15. 2 Sam. 21, 7., sq. אֶל Jes. 9, 19.; hinc etiam de rebus: *pepercit, parce usus est* sq. אל Jer. 50, 14., sq. infin. c. praef. לְ 2 Sam. 12, 4., sq. עַל Ezech. 36, 21. אֶחְמֹל *parcam nomini meo,* consulam nominis mei honori, ut non amplius profanetur; [coll. Arab. خمل *mollis fuit,* et (transpositis literis) Chald. מחל Arab. حلم *mitis fuit iraeque continens*]. Infin. cum ה paragog. חֲמֹלָה Ezech. 16, 5. nisi potius nomen est, ad formam טֳמָאָה, חֲפִשָּׁה etc. Fut. יַחְמֹל Prov. 6, 34., plur. in pausa תַּחְמֹלוּ Ezech. 9, 5. etc. — II) i. q. Arab. حمل *impetum fecit, invasit* v. infra מַחְמָל.

חֶמְלָה f. *clementia* Gen. 19, 16. Jes. 63, 9.

מַחְמָל m. *desiderium, res quae desideratur* Ezech. 24, 21. Conf. (auctore Schultensio *Opp. min.* p. 315.) Arab. محمل *res, ad quam quis desiderio fertur,* i. q. מַשָּׂא v. 25., nam حمل Arab. transit, idem est quod נשׂא *tulit.*

חָמַם *caluit, calefactus est, incaluit, aestuavit* (חם *calefecit* et med. Kesr. *calidus fuit*, Syr. ܚܡܡ *id.*) a) *proprie* Exod. 16, 21. Eccl. 4, 11.; Gen. 18, 1: כְּחֹם הַיּוֹם *meridiano tempore* cf. Martial. 3, 67., 1 Sam. 11, 9. 11: כְּחֹם הַשֶּׁמֶשׁ eod. sensu, Neh. 7, 3: עַד חֹם הַשֶּׁמֶשׁ *usque ad meridiem*; b) *translate* de *animi aestu* et *fervore* h. e. *ira* Ps. 39, 4. vel *cupiditate* ac *libidine* Jer. 51, 39. (Hos. 7, 7.). Passim tanquam *impersonale* sequente ל construitur, חַם לוֹ (*es war ihm warm*) *calidus fuit* 1 Reg. 1, 1. 2. Eccles. 4, 11. — Praet. 1. pers. חַמּוֹתִי Jes. 44, 16. (quod tamen propter accentum in ultima Schultensio est infinit. Pih. cum affixo a חמה ejusdem significationis cum חמם, q. d. *o incalescere meum!*); infin. cum affixis חֻמּוֹ Job. 6, 17. חֻמָּם Jer. 51, 39. (Est quoque חֹם Nomen, quod statim sequitur), fut. יֵחַם Jes. 44, 16. cum Vau convers. וַיֵּחַם 2 Reg. 4, 34. Jes. 44, 15.

Niph. *calefactus, accensus est* a) propr. Eccles. 4, 11. Ezech. 24, 11.; b) translate de *ira* Deut. 19, 6. et *libidine* Hos. 7, 7. Hinc Part. נֶחֱמִם (more Chaldaico, quo compensatio secundae radicalis per Dagesch forte fieri solet in prima radicali, idque hoc loco producta vocali brevi sub Praeformante in oppositam longam), plur. נֶחֱמִים *accensi, calefacti* scil. *libidine* Jes. 57, 5. Fut. יֵחַם Eccles. l. c. et sine compensatione Dagesch fortis יֵחַם 1 Reg. 1, 1. Plur. יֵחַמּוּ Hos. 7, 7. — Pih. *calefecit* (*fovit*) Job. 39, 14 (17). — Hithpah. *calefecit se, concaluit* Job. 31, 20.

חֵם m. 1) *calidus* Jos. 9, 12. (de pane recens cocto), plur. חַמִּים Job. 37, 17. (vestes). Syr. ܚܡܡܐ *id.* — Vid. etiam sub חָם. — 2) nom. propr. Chami filii Noachi Gen. 5, 32. 10, 6 sqq.

חֹם m. *calor, aestus* Gen. 8, 22. 1 Sam. 21, 7. Jes. 18, 4. Jer. 17, 8. etc. Syr. ܚܡܡܐ *calor, aestus*. Aliud v. sub ipsa rad.

חַמָּה f. 1) *id.* Ps. 19, 7. — 2) foem. vocis חָם, pr. *calida, candens* h. e. poet. *sol* Jes. 24, 22. 30, 26. Cant. 6, 10. Job. 30, 28. v. Gesen. Lehrgeb. p. 651.

חַמּוֹן nom. propr. 1) oppidi in tribu Asseritica Jos. 19, 28. — 2) oppidi in tribu Naphtal. 1 Chron. 6, 76.

חַמָּן m., plur. חַמָּנִים Jes. 17, 8. 27, 9. 2 Chron. 14, 5. 34, 4. 7. *simulacra* idolorum. Derivant plerique a חַמָּה *sol*, ut sint propr. *statuae solares* v. Bocharti Geogr. S. 2, 17., sed rectius videtur Lorsbachius (Ephem. lit. Jen. 1815. N. 59) conferre pers. حمانی *similitudo*. Cum affixo חַמָּנֵיכֶם Levit. 26, 30. Ezech. 6, 4. 6.

חָמַס (Arab. حمس *strenuus* it. *violentus, saevus, durus fuit*, monente Schultensio in *Commentar.* ad Prov. 4, 17. 26, 6. et in *Clave Dialect.* p. 226., in Conj. V. *crudelem et saevum se exhibuit*) Fut. יַחְמֹס 1) *violenter, inique tractavit, vim, injuriam intulit, vexavit* Jer. 22, 3., sq. accus. pers. Prov. 8, 36., sq. עַל Job. 21, 27. — 2) *violavit* legem Ezech. 22, 26. Zeph. 3, 4. — 3) *violenter, vi revellit, destruxit* Job. 15, 33. Thren. 2, 6. — Niph. praet. נֶחְמְסוּ עֲקֵבֶיךָ *violenter tractati sunt calcanei tui* h. e. *nudati, calceis privati* v. Grot. ad h. l.; al. *vinculis constricti* Jer. 13, 22.

חָמָס m. *violentia, injuria* et quae *infertur* et quae *accipitur* Gen. 6, 11. 13. Exod. 23, 16. Deut. 19, 16. etc., metonymice *id, quod vi et injuria paratur, male partum* Am. 3, 10.—In regim. חֲמַס Jud. 9, 24. Ps. 58, 3., cum affixis חֲמָסִי *injuria mea,* quam patior Gen. 16, 5. Jer. 51, 35. (simili ratione Latinos loqui, observat Heumannus in *Poecil.* T. I, p. 87.; sic quoque graece *βίᾳ ἐμοῦ vis mea* h. e. *mihi illata* apud Sophoclem in *Aiac. flagellif.* v. 1345. add. Wineri Grammat. N. T. p. 76. et Tac. Annall. 14, 51. *fama militum* h. e. ea, qua quis apud mil. floret); חֲמָסוֹ *injuria ejus,* quam infert Ps. 7, 17. Plur. חֲמָסִים 2 Sam. 22, 49. Ps. 140, 2. 5. Prov. 4, 17.

חֲחָמָס m. Levit. 11, 16. Deut. 14, 15. *struthio* (mas), erga pullos *saevum* et *crudelem se gerens,* coll. Job. 39, 14 sq. Thren. 4, 3., unde etiam Arab. حَلِيم i. e. *iniquus, impius* vocatur, conf. Fulleri *Miscellan. S.* L. VI. c. 9. et Bocharti *Hieroz.* P. II, p. 232. Michaelis *Suppl.* p. 825. — Judaeis Mosulensibus *Thachmas* est nomen *hirundinis,* cf. Niebuhr. in *Descr. Arab.* p. 42. praef. Etiam Arabes Chaldaeique sequiores *hirundinem* verterunt. — Lxx. *γλαύξ,* Vulg. *noctua,* quam interpretationem defendit Oedmann. (Samml. III. c. 4.) *strigem otum* L. intelligens.

חָמַץ I) *acer* (graec. ὀξὺς), *acidus fuit* vel *factus est* (Arab. حمض, Syr. ܚܡܨ), v. infra Pahul, hinc *fermentatus est* (Syris ܚܡܝ) Exod. 12, 34. Hos. 7, 1. Pahul חָמוּץ, in regim. חָמוּץ Jes. 63, 1. *acutus, acer colore* i. e. *rubicundus, puniceus,* observante Bocharto in *Hieroz.* Tom. II, p. 56.; sim. ὀξὺς Athen. XIII, p. 608. Conf. quae de *coloribus acutis* congessit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 66. et 102. — Infin. cum ה paragog. חָמְצָה, unde cum affixo חָמְצָהּ Hos. l. c. Fut. in pausa יֶחְמַץ Exod. l. c. — Hiph. part. foem. מְחַמֶּצֶת *fermentum concipiens, fermentatum* Exod. 12, 19. 20. — Hithpah. fut יִתְחַמֵּץ *exacerbabatur* i. e. *indignabatur* Ps. 73, 21. (ut חִמֵּץ Chald. in Targ. Prov. 10, 1. 25, 1. al.); sic Graec. ὀξὺς *acer* dicitur de *eo, qui cito ad iram fertur,* et παροξύνω *ad iram concito* (Act. 17, 16.), Lat. *acria corda* et *iracundam mentem* conjunxit Lucretius 3, 295., *iram acrem* dixit idem 3, 142., *totum in fermento esse* vel *iacere* pro *iratum esse* Plautus Merc. 5, 3. 3. etc.

II) i. q. חמס *vim, injuriam intulit,* hinc חָמֵץ *violentus, improbus* Ps. 71, 4. Coll. rabb. חַמְצָן *raptor.* Sed alii tamen hanc voc. potestatem ab ista priore repetunt, coll. Arab. خامس *vir depravatus et corruptus,* et graec. ὀξίνης *vappa.*

חֹמֶץ m. *fermentatum* Exod. 12, 15. 13, 3. 7. Levit. 2, 11. Deut. 16, 3. Am. 4, 5 (ad quem loc. v. Rosenmueller.).

חֹמֶץ m. *acetum* Num. 6, 3. Ps. 69, 22. Prov. 10, 26. 25, 20. Ruth. 2, 14. *Omphacis* notionem loco Prov. 10, 26. et *vini acerbi* loco Ps. 69, 22. vindicat Michaelis in *Suppl.* p. 828., cui assentitur Rosenmueller.; sed vix opus est.

חָמוּץ m. Jes. 1, 17. idem quod חֹמֶץ, quod v. d. sub rad. II.

חֲמִיץ m. *subacidus,* de *farragine subacida* h. e. acido quodam condimento salis, herbarum etc. mixtâ, quae jumentorum fastidienti sto

macho medetur, Arab. الحمض *subacidum*, quod camelis pro *bellariis* est, cui opponitur الحلة *dulce pabulum*, quod camelis tanquam *panis* est. Vid. Bocharti *Hieroz.* T. I, p. 55. Harmer *Beobacht. üb. d. Orient* I, p. 409.

חֲמֻצָה vid. antea in ipsa rad.

חָמַק pr. *vertit (drehen, wenden)*, hinc *se vertit* h. e. *discessit* Cant. 5, 6. — Hithpah. *circuivit, circumvagatus est* Jer. 31, 22.

חַמּוּק m. *circuitus, ambitus.* Plur. חַמּוּקִים Cant. 7. 2., ubi externi *femorum ambitus* comparantur *monilibus*, illis scil., quae *lunata* vocantur Statio, alibi uno nomine *lunulae* i. e. in lunae modum incurvata. Ea Isidorus L. X. c. 31. sic describit: *Lunulae sunt ornamenta mulierum in similitudine lunae bullulae aureae dependentes.*

חָמַר 1) *aestuavit, ferbuit*, ut Arab. خمر Conj. I. II. VIII., Aethiop. גמר, *ferbuit, fermentavit.* — 2) *rubuit*, ut Arab. حمر Conj. I. et VIII. Arabes geminam hujus radicis significationem duplici litterae ח pronunciatione distinguunt, quanquam vix dubitari licet, *rubendi* potestatem a *fervendi, effervescendi* notione proficisci. — Ps. 75, 9. חָמַר יַיִן *fervet vinum* atque adeo jam bibi potest (Plinius de *vino*: *Fervet vinum, cum ex musto in vinum transit*). Alii ex altera verbi notione *rubendi* exponunt. Ps. 46, 4. יֶחְמְרוּ מֵימָיו *ferveant (aquae maris)* Ps. 46, 4. Sic Virgilius dixit: *aequor fervet*, Ovidius: *mare fervet aquis*, Cicero: *pelagus aestu fervet* etc.

Poalal (Gesen. Lehrgeb. p. 253.) חֳמַרְמַר 1) *rubuit* Job. 16, 16. חֳמַרְמְרָה *vehementer rubuit* (sec. Cthib) sc. *facies* lacrymarum *aestu* deformata (conf. cognatum כמר de *cute* usurpatum Thren. 5, 10.). — 2) *summo fervore, aestu affectus, commotus est* Thren. 1, 20. et 2, 11. מֵעַי חֳמַרְמְרוּ *viscera mea fervent, ardent (mein Inneres wallt)* conf. כמר Gen. 43, 30. 1 Reg. 3, 26.

Sed significatio radicis 3) *bituminandi* in וַתַּחְמְרָהּ (fut. Hiph. cum terminali puncto Zere, abiiciendo ante affixa, sicut 1 Sam. 17, 25. Ps. 65, 10. Jes. 35, 4. etc.) *et bituminavit eam, bitumine oblevit* Exod. 2, 3. petita est a nomine חֵמָר *bitumen.* Denique 4) *colligendi* notionem v. sub חֹמֶר.

חֵמָר m. *bitumen*, ἄσφαλτος Gen. 11, 3. 14, 10. Exod. 2, 3. (Arab. حُمَر et حُمَر) sic dictum, quod *continuo ex fonte suo effervet et ebullit*; vide de ejusmodi *fontibus* Gen. 14, 10. et conf. Curtius L. V. c. 16. Dioscorides L. I. c. 100. Plinius L. II. c. 105. et 106. Salmasius ad Solin. p. 92. Maiolus in *Diebus canicular.* p. 485. 486. et Kaempfferus in *Amoenit. exot.* p. 274. Aliis a *rubedine*: *rubere* enim *bitumen* testantur Dioscorides, Avicenna, Serapio et Aben Esra apud Bochartum in *Phaleg* L. I. c. 11. conf. Simonis *Onomast. V. T.* p. 156. — Inde oritur verb. denomin. חָמַר *bituminavit* v. supra sub rad.

חֶמֶר m. *vinum*, quod *ferbuit* adeoque *merum* Deut. 32, 14. Jes.

27, 2. (Arab. خَمْر Syr. ܚܡܪܐ). *Mustum fervidum* dixit Ovidius, *fervida vina* Horatius, *aestuantia vina* Rutilius.

חֲמָה m. Chald. *id.* Esr. 6, 9. 7, 22., in statu emphat. חֲמָרָא Dan. 5, 1. 2. 4. 23.

חֹמֶר m. 1) *lutum, argilla*, proprie *rubra* Gen. 11, 3. Exod. 1, 14. Jes. 45, 9. Job. 4, 19., hinc *coenum* Jes. 10, 6. etc. — 2) *coacervatio, acervus*, proprie *collectio* rerum (a rad. Chald. et Arab. חמר حمر in Conj. IV. احمر *collegit*, alias Arab. جمر, Aethiop. ኀመር) Hab. 3, 14 (ubi tamen al. *lutum* vertunt). Plur. חֳמָרִים *acervi* Exod. 8, 10. Ad eandem originem referendum est 3) *Chomer, mensura* aridorum, quae alibi כֹּר, continens 10 Bathos sive 30 Sata Levit. 27, 16. Jes. 5, 10. Ezech. 45, 11. 13. 14. Hos. 3, 2., unde plur. חֳמָרִים Num. 11, 32.

חֲמוֹר m. 1) idem quod חֹמֶר *acervus* Jud. 15, 16. (ad efficiendam paronomasiam) dual. חֲמֹרָתַיִם (tanquam a foem. חֲמֹרָה) *duo acervi*. — 2) *asinus*, Arab. حمار Syr. ܚܡܪܐ (sec. Bochartum proprie *rubens*, qualis in oriente plerumque esse solet, unde Hispanice dicitur *burro* et *burrico*, a Graeco πυῤῥὸς et πυῤῥικὸς, deinde quivis alius) Gen. 49, 14. Exod. 13, 13. Num. 16, 15. Jud. 15, 15. etc. חֲמוֹר לֶחֶם *asinus panis* i. e. *pane onustus* 1 Sam. 16, 20., quomodo Sosibius dixit ὄρτον τρεῖς ὄνους καινηλίους. Cum affixo חֲמֹרוֹ Gen. 12, 16. 22, 3. Exod. 20, 17. Plur. חֲמֹרִים Gen. 45, 23. Jud. 19, 3. 10. cum affixo חֲמֹרֵינוּ Gen. 43, 18. Jud. 19, 19. etc. — 3) nom. propr. viri, qui fuit Abrahami aequalis Gen. 33, 19. 34, 2. Jos. 24, 32. al.; Lxx. Ἐμμώρ.

יַחְמוּר m. Arab. يحمور Deut. 14, 5. 1 Reg. 5, 3. *capreae* (gazellae) *rufae* species, cervo similis, serratis cornibus v. Bochartı *Hieroz.* II, p. 284. Michaelis. *Suppl.* p. 834. — Oedmanno (Fasc. I, p. 30 sq.) est *cervus dama* Linnei, ἔλαφος εὐρύκερος Oppian. Cyneget. 2, 293.

חָמַשׁ radix inusit. notionem *crassitiei* et *pinguedinis* habuisse videtur, coll. Arab. خَمِيشٌ *adeps*, خميت *crassus*, et transpos. lit. حشم *pinguis fuit* vel *factus est* etc. Inde est

חֹמֶשׁ m. *abdomen*, a *pinguedine*, 2 Sam. 2, 23. 3, 27. 4, 6. 20, 10. Conveniunt Syr. ܚܡܫܐ *inguen, ilia*, Aethiop. ሐምስ *matrix, uterus*, Talmud. חומצא *abdomen* vel *pars abdominis, pinguedo ventris* etc. v. Fulleri *Miscell. S.* L. V. c. 1. et Wedelii *Exercitat. medico-philolog.* Centur I. Decad. 2. Exercit. 18. Aliud vid. sub חָמֵשׁ.

חָמֵשׁ f., Gen. 5, 6. 11. 15. 17. Exod. 27, 1. Levit. 27, 5. 6. etc., חֲמִשָּׁה m., Gen. 14, 9. 18, 29. [Sunt, qui hoc. voc. pr. *pollicem*, digitum manus *crassiorem* (unde βραχὺς καὶ παχὺς appellatur Aristoteli) significare arbitrentur; a digito enim auriculari numerare incipientes subsistunt in pollice, tanquam quinto. Sed haec longius repetita sunt; videtur potius חָמֵשׁ, ut reliqua numeralia, *primitivum* esse]. In regim. חֲמֵשׁ foem. Gen. 5, 10. Exod. 26, 3. 9. חֲמִשַּׁת m. Num. 3, 47. Jos. 8, 12. Plur. חֲמִשִּׁים *quinquaginta* Gen. 6,

15. Exod. 18, 21. cum affixis חֲמִשָּׁיו *quinquaginta ejus* 2 Reg. 1, 9. 10. 11. 12. 13. חֲמִשֵּׁיהֶם *quinquaginta eorum* 2 Reg. 1, 14. etc.; hinc שַׂר חֲמִשִּׁים *praefectus quinquaginta* (militum) h. e. πεντηκόνταρχος. Inde formata sunt

1) Verbum in Pih. חִמֵּשׁ q. d. *quintavit* i. e. *quintam partem accepit, exegit* Gen. 41, 34.

2) Nomen חֹמֶשׁ m. q. d. *quintatio* i. e. *quintae partis pensio, solutio* Gen. 47, 26. Aliud vid. supra.

חֲמִישִׁי (tanquam a חָמִישׁ) et חֲמִשִּׁי m. Adjectivum *numerale ordinale: quintus* Gen. 1, 23. 30, 17. Num. 7, 36. Jos. 19, 24. etc. foem. חֲמִישִׁית et חֲמִשִּׁית Levit. 19, 25. 1 Reg. 14, 25. Jer. 36, 9. Neh. 6, 3. etc. sed hoc saepius substantive sumitur pro *quinta parte* Gen. 47, 24. Levit. 27, 15. 19. 22, 14., unde cum affixo חֲמִישִׁיתוֹ *quinta pars ejus* Levit. 5, 16. 1 Reg. 6, 31. Num. 5, 7.; plur. cum terminatione masc. חֲמִשִּׁיתִים *quintae partes*, unde cum affixo חֲמִשִּׁיתָיו Levit. 5, 24.

חָמוּשׁ, in plur. חֲמֻשִׁים Exod. 13, 18. Jos. 1, 14. 4, 12. Jud. 7, 11. Varie explicatum est hoc voc., sed ex locis Num. 32, 30. 32. Deut. 3, 18., qui consimiles sunt illis Jos. 1, 14. 4, 12., apparet חמשים non magnopere differre a חֲלוּצִים, ita ut sint *alacres, expediti ad proelium.* Aquil. ἐνοπλισμένοι, Onkel. מְנָרְזִין, Syr. ܡܙܝܢܝܢ, Vulg. *armati.* Conferunt alii Arab. حمش *congregavit, concitavit ad pugnam,* alii خَمِيسٌ *exercitus, acies* quinque partibus, ordinibus constans v. Pococke in nott. miscell. ad port. Mos. p. 54 sq.

חֲמָת nomen proprium 1) *urbis* nobilissimae ad Orontem sitae, Phoenicum coloniae (Gen. 10, 18.), quae etiam חֲמַת רַבָּה dicebatur Am. 6, 2. Magni olim regis, amici Davidis, sedes, posthac vero terminus berealis regni Israelitici fuit Num. 13, 21. Jos. 13, 5. 2 Sam. 8, 9. 10. 1 Chron. 8, 3. Graec. Ἐπιφανεία v. Theodoret. ad Jer. 49, 23. Etiamnum appellatur حماة. Inde oritur nom. gentil. חֲמָתִי Gen. 10, 18. v. Relandi Palaest. p. 119 sqq. Burckhardt Itiner. Tom. I, p. 514. — 2) *regionis* Hamathensis 2 Reg. 25, 21. 2 Chron. 8, 4.

חֵמֶת m. *uter, lagena* Gen. 21, 15. 19. Arab. حَمِيتٌ *id.* (Origo incerta; nam quod vulgo dicunt خمت notionem *infundendi* habuisse, hoc valde dubium est; حَمُتَ signif. *ferbuit,* חֲמַת Syr. et Chald. *aestuavit.* Vide, an ab *aestuante vino* etc., quod utribus condi solebat, dictum sit istud nomen). In regim. חֵמַת Gen. 21, 14. [Sed חֲמָתְךָ Habac. 2, 15. est a חֵמָה, quod vid. sub rad. יחם].

חֲמַת m. *id.* Hos. 7, 5. forma magis Chaldaica.

חַמֹּת דֹּאר oppidum trib. Naphtal. Jos. 21, 32. v. Reland. Pal. p. 703.

חָנָה (gener., coll. Arab. حنى, *inclinavit, deflexit: inclinavit* sive

demisit se; spec. ad *commorandum* et *habitandum*, hinc Chald. *commoratus est, habitavit;* hebr): 1) *inclinavit* Jud. 19, 9. חַנּוֹת הַיּוֹם *inclinare* (ad vesperam vergere) *diem.* — 2) *tentorium, tentoria fixit, posuit* Gen. 26, 17. (de tabernac. foederis Num. 1, 51.) Num. 31, 19. חֲנוּ מִחוּץ לַמַּחֲנֶה *tentoria figite* (vos, qui scelera commisistis) *extra castra;* — deinde *castra posuit, castra metatus est* Num. 2, 34. Exod. 18, 5. rel., maxime sensu bellico 1 Sam. 13, 17. adeoque *castra habuit* 2 Sam. 23, 13. 1 Chron. 11, 15. Esr. 8, 15.; — sq. עַל *castra posuit vel habuit contra* h. e. *obsidione cinxit* (urbem) 2 Sam. 12, 28. Jes. 29, 3. Ps. 27, 3., hinc partic. חוֹנֵךְ (pro חֹנֵךְ) *obsidens te* Ps. 53, 6. — sq. לְ *defendit, tuitus est* Zach. 9, 8. Ps. 34, 8. — 3) *sedem fixit, habitavit* Jes. 29, 1. קִרְיַת חָנַח דָּוִד (pro אֲשֶׁר חָנָה בָּהּ ד) *urbs, in qua sedem fixit, habitavit David.* — Fut. יַחֲנֶה Ps. 27, 3. Jud. 11, 18., sed cum Vau convers. וַיַּחַן Exod. 19, 2.

חֲנוּת f. *cellula, fornix,* in qua quis *commoratur* sive *hospitatur* v. rad. n. 3., vel ex significatione radicis Arab حنا *arcus more fecit, arcum fecit, incurvavit.* Plur. חֲנֻיוֹת Jer. 37, 16. Ab *opere fornicato* dicitur *taberna* Syr. ܚܢܘܬܐ et Arab. حَنُوت. Aliis arrisit significatio *cippi* a حنى *flectere,* flectendo *incurvare. Cippi* autem dicti *flexa, incurva ligna,* quibus malefici in carceribus veterum Graecorum et Hebraeorum (cf. Jes. 51, 14. 10, 4. Levit. 26, 13.) includi solebant, ut incurvato capite et dorso in iis sederent, Graec. κύφωνες a κύπτειν *curvare.* Complutensia habent συγκλεισμός. Cf. Ev. Scheidius in *Observv. ad var. ll. V. T.* p. 56.

חֲנִית f. *hasta* 1 Sam. 13, 19. 17, 7. 2 Sam. 1, 6. 23, 7. Job. 29, 23. sic dicta, quod *in eam incumbendo inclinatur*, cf. 2 Sam. 1, 6. Plur. חֲנִיתִים 2 Chron. 23, 9. et חֲנִיתוֹת (vid. Gesen. Lehrgeb. p. 527.), unde cum affixo חֲנִיתוֹתֵיהֶם Jes. 2, 4. Mich. 4, 3.

מַחֲנֶה com. (foem. Gen. 32, 9.) *castra* Exod. 16, 13. Jud. 7, 11. 13. 1 Sam. 14, 15. 19. 2 Chron. 32, 2. etc. metonymice ipse *exercitus* vel *agmen* (ut Lat. *castra*) Gen. 32, 2. 8. 50, 9. Num. 4, 5. 15. Jud. 4, 15. 16. 2 Sam. 5, 23. etc., etiam *caterva* 2 Reg. 5, 15., imo *acies* ipsa 1 Reg. 22, 34. De *agmine locustarum* dic. Joel. 2, 11., *de grege* pecudum et armentorum Gen. 33, 8. — In regim. מַחֲנֵה Gen. 32, 2. Exod. 14, 19. Num. 2, 3. cum affixo מַחֲנֵהוּ Num. 1, 52. 2 Reg. 5, 15. Plur. a) מַחֲנִים Num. 13, 19. et more Chald. מְחָנִים Cant. 7, 1. (cf. Gesen. Lehrgeb. p. 537.) cum affixo מַחֲנֵיהֶם Num. 5, 3. Jos. 10, 5.; b) מַחֲנוֹת Gen. 32, 7. 10. Num. 2, 17. Ezech. 4, 2. Zach. 14, 15.

מַחֲנַיִם nom. propr. oppidi trans Jordanem in confiniis tribus Gad et Manass. Jos. 13, 29. Gen. 23, 2. Levitis concessi Jos. 21, 36. 2 Sam. 2, 8. 17, 24. al. Huc revocat Ewaldus etiam Cant. 7, 1. מְחוֹלַת הַמַּחֲנָיִם *Tänze Machanaims,* sed v. sub מַחֲנֶה.

הַמַּחֲנוֹת f. *locus, ubi castra ponuntur* 2 Reg. 6, 8.

חָנַט *condivit* a) mortuorum corpora Gen. 50, 2.; b) ficus h. e. maturuit, succo suavi et quasi melle implevit Cant. 2, 13. [Arab. حنط *rubuit, maturuit,* Conj. II. *bonis odoribus condivit mortuum*] cf. Ruperti

Symbol. p. 56. — Infin. constr. חֲנֹט, fut. plur. cum Vau convers. וַיַּחַנְטוּ Gen. l. c.

חֲנֻטִים plur. m. *conditiones, condituræ* Gen. 50, 3.

חִטָּה f. *triticum* dum in folliculis est Exod. 9, 32. Deut. 8, 8. Job. 31, 40.; de חֵלֶב חִטָּה *adipe tritici* (plantae) Ps. 81, 17. 147, 14. et de חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה *adipe renum tritici* vid. sub h. vocc. Vulgo ad hanc rad. referunt, ut sit pro חִנְטָה (coll. Arab. حِنْطَةٌ, Chald. חִנְטִין), adeoque *triticum* inde dictum putant, vel quod sit frumentum γλυκάζον et quasi *conditum*, vel a colore *subrufo;* sed possit vox *primitiva* esse. — Plur. חִטִּים *triticum* jam excussum (v. Gesen. Lehrgeb. p. 662.) Gen. 30, 14. Exod. 29, 2. Jud. 6, 11. etc., cum terminatione Chald. חִטִּין Ezech. 4, 9.

חִנְטִין m. plur. Chald. *triticum,* resoluto Dagesch forti in Nun, Esr. 6, 9. 7, 22.

חָנַךְ (propr., ut Aethiop. ሐነከ: *sapuit, sensu percepit,* hinc Arab. حنك *intellexit,* Conj. IV. *mente firmum expertumque reddidit* v. Schultens. ad Prov. 22, 6. cf. חֵךְ; Chald. et) Hebr. *instruxit, initiavit* vel a) *aliquem* h. e. primis literarum artiumve praeceptis impertivit, imbuit Prov. 22, 6.; vel b) *aliquid* (ut *domum, templum*) primo nimirum usu. Fut. cum affixo יַחְנְכֶנּוּ Deut. 20, 5.

חָנִיךְ m. *initiatus, peritus, expertus,* plur. חֲנִיכִים, unde cum affixo חֲנִיכָיו *initiatos suos* Gen. 14, 14. h. e. servos usu armorum exercitatos; Jonath. דְּחָנִיךְ לִקְרָבָא.

חֲנוֹךְ (i. q. חֲנִיךְ *initiatus, peritus*) 1) filius Caini primogenitus Gen. 4, 17. — 2) pater Methusalae, vivus in coelos translatus Gen. 5, 18 sqq. Hebr. 11, 5. add. Coran. Sur. 19. 57. 58. — 3) filius Rubenis natu maximus Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. Num. 26, 5. — 4) filius Midianis Gen. 25, 4. — Lxx. Ἐνὼχ Vulg. *Henoch.*

חֲנֻכָּה f. *initiatio, dedicatio,* ut altaris, muri etc. Neh. 12, 27. Num. 7, 10. 11. 84. 88. 2 Chron. 7, 9. Ps. 30, 1.

חֲנֻכָּה f. Chald. *id.* Dan. 3, 2. 3. 6, 17. Esr. 6, 16.

חֵךְ m. *palatum,* quod, ut apud Latinos, duplici modo dicitur, de instrumento a) *gustus* Job. 12, 11. 34, 3.; b) *vocis* Job. 31, 30. Prov. 8, 7. Hos. 8, 1: אֶל־חִכְּךָ שֹׁפָר *ad palatum* (guttur) pone *buccinam.* Per Syncopen ortum est ex חֵנֶךְ, quo modo Syr. ܚܢܟܐ et Arab. حَنْكٌ *palatum* scribitur, a prima et propria rad. significat. *sapuit, gustavit.* — Cum affixis חִכִּי Job. 6, 30. חִכּוֹ Cant. 5, 16. Job. 20, 13. etc.

חַכָּה f. *hamus* Job. 40, 25. Jes. 19, 8. Habac. 1, 15. sic dictus, quod piscium *faucibus (palato)* infigitur. Al. derivant a rad. Chald. חכך *fixit, infixit.*

חֲנָמָל m. Ps. 78, 47. ex auctoritate Judaeorum: *pruina.* Sed al. conf.

נְמָלָה *formica*, adjectâ ab initio vocis lit. ה, ut in חֲבַצֶּלֶת quod vide. Copiose de hoc voc. disputavit Bochart. Hieroz. Tom. III. p. 255.

חָנַן *misericors, gratiosus fuit, misertus est, favit*, sq. accus. pers. Exod. 33, 19. Ps. 4, 2. Prov. 14, 31. 19, 17. Mal. 1, 9. rel., it. *gratiose largitus est, gratificatus est*, sq. duplici accus. et rei et pers. Gen. 33, 5. Jud. 21, 22. (Arab. حَنَّ *id.*). — Praet. cum affixo חֲנָנִי Gen. 33, 11., plur. in pausa חָנָנוּ Thren. 4, 16. Infin. absol. חָנוֹן Jes. 13, 19. Infin. constr. חָנֵן (cum Patach), unde cum affixo et praefixo לַחֲנֹתָם Jes. 30, 18. [Sed חַנּוֹת Ps. 77, 10. potius nomen est, vid. infra], imp. cum affixis חָנֵנִי Ps. 6, 3. 119, 29. חָנֵנוּ 123, 3. Jes. 33, 2. plur. חָנֵנִי Job. 19, 21. חָנֻנָהּ Jud. 21, 22. Fut. יָחֹן Exod. 33, 19. תָּחֹן Ps. 59, 6. cum affixo תְּחָנֵם Deut. 7, 2. pers. 3. more perfecto יְחָנֵן Am. 5, 15. et defective יְחֹנֵן Deut. 28, 50. cum Vau convers. וַיְחָן 2 Reg. 13, 23. cum affixis יְחָנֵנוּ Ps. 67, 2. 123, 2. יְחָנְכָה (transpositis punctis pro יְחָנֵךְ) Gen. 43, 29. Jes. 30, 19., cum Nun epenth. יְחָנֶנְךָ Num. 6, 25. יְחָנֶנּוּ Jes. 27, 11.

Niph. נֵחַן (secunda littera radicali deficiente compensata in prima per Dagesch forte, sed ob primam gutturalem producta vocali brevi in longam) *misericordiâ impertitus est, miseratione dignus fuit.* Praet. 2 pers. foem. נֵחַנְתְּ *misericordiâ impertieris, miseranda eris* (al. iron. *gratiam invenies*) Jer. 22, 23., ubi Cthib habet נֵחַנְתִּי cum Jod paragog.

Pih. Fut. יְחַנֵּן sq. קוֹלוֹ *vocem suam gratam* (jucundam) *reddet* h. e. amice, blande loquetur Prov. 26, 25. — Poel חוֹנֵן 1) *miserari, deplorare* aliquid Ps. 102, 15. — 2) *misereri* alicujus Prov. 14, 21. — Hoph. Fut. יְחֻנַּן *misericordiâ afficitur, misericordiam consequitur* Prov. 21, 10. Jes. 26, 10. — Hithpah. הִתְחַנֵּן *ad misericordiam commovere conatus est*, uno verbo, *deprecatus est, supplicavit, imploravit*, sq. vel לְ vel אֶל vel לִפְנֵי 1 Reg. 8, 59. 9, 3. Esth. 4, 8. Job. 8, 5. 19, 16. Ps 30, 9. 142, 2. Inf. cum affixo הִתְחַנְּנוֹ Gen. 42, 21.

חֶנֶן Chald. *misertus est*, unde infin. formae defectivae cum praefixo בְּמֶחֱנָן Dan. 4, 24. — Ithpahal Part. מִתְחַנֵּן *deprecans, supplicans* Dan. 6, 12.

חֵנֶן m. *commiseratio:* unde cum affixo et praefixo לַחֲנָנָהּ *ad commiserationem* vel *commiserationis ejus* Ps. 102, 14. Affixum *objective* sive *passive* intelligendum, sicut in חֵנוֹ Gen. 39, 21. Alii infinitivum Kal esse volunt. V. Gesen. Lehrgeb. p. 347.

חָנָן m. nom. propr. multorum hominum 1 Chron. 8, 23. 38. Jer. 35, 4. Esr. 2, 46. al.

חֲנַנְאֵל nom. propr. turris in moenibus Hierosolymorum, quae non multum a porta ovium dissita fuit Jer. 31, 38. Zach. 14, 10. Neh. 3, 1. rel.

חֲנָנִי nom. [propr. 1) filii Hemanis 1 Chron. 25, 4. — 2) prophetae 2 Chron. 16, 7. 1 Reg. 16, 1. — 3) fratris Nehemiae Neh. 1, 2. 7, 2. etc.

חֲנַנְיָה s. חֲנַנְיָהוּ nom. propr. 1) pseudoprophetae, Jeremiae aequalis

Jer. 28, 1 sqq. — 2) socii et comitis Danielis Dan. 1, 6. 7. cui a Nebucadnezare nomen שַׁדְרַךְ impositum est. — 3) aliorum 2 Chron. 26. 11. 1 Chron. 3, 19. Esr. 10, 28. Neh. 3, 8. al. Lxx. Ἀνανίας (Act. 5, 1.).

חַנּוּן m. *misericors, gratiosus* Exod. 22, 26. 2 Chron. 30, 9. Neh. 9, 17. Ps. 86, 15. 111, 4. etc.

חַנִּינָה f. *misericordia, gratia* Jer. 16, 13.

חֵן m. 1) *gratia* h. e. a) *venustas*, ut Prov. 5, 19: יַעֲלַת חֵן *ibex gratiosa*; Nah. 3, 4: זוֹנָה טוֹבַת חֵן *meretrix bona* quod ad *gratiam* attinet h. e. *admodum gratiosa*, venusta; Prov. 22, 11: חֵן שִׂפְתָיִם *gratia labiorum* i. e. sermonis suavitas, eloquentia Ps. 45, 3.; Eccles. 10, 12: דִּבְרֵי פִי־חָכָם חֵן *verba oris sapientis gratiosa* sunt, Prov. 3, 22. Hinc per meton. אֶבֶן חֵן *lapis venustus* i. e. *pretiosus* Prov. 17, 8. — b) *favor* Gen. 6, 8. Exod. 3, 21. Num. 11, 11. Deut. 24, 1. Jud. 6, 17. Prov. 22, 1. Solennes formulae sunt: מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פְלֹנִי (נָשָׂא Esth. 2, 15. 17.) *favorem alicujus consecutus est* vel adeo *meruit, gratiam iniit apud aliquem* Gen. 18, 3. 32, 6. 39, 4. Exod. 33, 12. 16. 17.; נָתַן חֵן בְּעֵינֵי פְלֹנִי *favorem, gratiam alicujus conciliavit* alicui Exod. 3, 21. 11, 3. 12, 36. etc. — 2) *obsecratio, preces* (v. rad. in Hithp.) Zach. 12, 10. — Cum affixo חִנּוֹ Gen. 39, 21.

חִן m. *gratia, venustas* formae Job. 41, 3. (4) cf. Chald. חֵן, חִינָא. Sed per *opportunitatem*, a rad. Arab. حان *opportunus fuit*, explicat Schultens. in *Comment.* ad Job. 41, 3.

חַנָּה f. 1) *gratia* Ps. 77, 10. — 2) *preces*, unde plur. חַנּוֹתַי (pro חַנּוֹתָי v. Gesen. Lehrgeb. p. 215.) *preces meae* Job. 19, 17., quod tamen alii repetunt a חָנַן i. e. Arab. خَنَّ etc. *foetorem emisit*, ut sit: *foeteo, foetori sum*; invito accentu. — 3) nom. propr. matris Samuelis 1 Sam. 1, 2 sqq. 2, 1. Lxx. Ἄννα.

חִנָּם 1) *gratis, gratuito* Gen. 29, 15. Exod. 21, 2. Jes. 52, 3. 2 Sam. 24, 24. — 2) *frustra, incassum* Prov. 1, 17. Mal. 1, 10., אֶל־חִנָּם *id.* Ezech. 6, 10. — 3) *sine caussa, temere, immerito* 1 Sam. 19, 5. Thren. 3, 52., hinc קְלָלַת חִנָּם *maledictio immerita* Prov. 26, 2. דְּמֵי־חִנָּם *caedes temere commissa* 1 Reg. 2, 31. (cf. de hac verborum structura Gesen. Lehrgeb. p. 827. add. Vechneri Hellenolex. L. I. P. II. c. 12.).

תַּחֲנוּן m. (verbale ex Conj. Pihel v. Gesen. Lehrgeb. p. 498.) *misericordiae imploratio, deprecatio*. Plur. a) תַּחֲנוּנִים Prov. 18, 23. Job. 40, 27. Jer. 31, 9., in regim. תַּחֲנוּנֵי 2 Chron. 6, 21. Jer. 3, 21. cum affixo תַּחֲנוּנֵינוּ Dan. 9, 18. etc. b) תַּחֲנוּנוֹת, unde cum affixo תַּחֲנוּנוֹתַי Ps. 86, 6.

תְּחִנָּה f. 1) *gratia, misericordia* Jos. 11, 20. Esr. 9, 8. — 2) *deprecatio, obsecratio* Ps. 6, 10. 55, 2. 1 Reg. 8, 30. 52. Jer. 37, 20. 42, 9. Plur. תְּחִנּוֹת, cum affixo תְּחִנּוֹתֵיהֶם 2 Chron. 6, 39. — חָפַל תְּחִנָּה proprie *libellum supplicem deposuit* (ad scabellum pedum regis), deinde *deprecatus est, supplices preces fudit*, phrasis maxime Jerem. et Dan. frequentata Dan. 9, 20. Jer. 36, 7. 37, 20. 38, 26.

חָנֵס Jes. 30, 4. urbs Aegypti mediae *Hnes, Hnas*, ϩNEC, ϩNHC, Arab. أَهْنَاس, Graece Ἡρακλέους πόλις (Ἅνυσις Herodot. 2, 137.) dicta

cf. Champollion l'Egypte sous les Pharaons I, p. 309 sqq. Gesen. ad Jes. l. c.

חָנֵף (Jer. 23, 11.) 1) *profanatus* (contaminatus) *est* Ps. 106, 38. Jes. 24, 5. (de terra israelit.), transit. *profanavit* Jer. 3, 9 (de terra israel.). — 2) *profane egit, impius fuit* Jer. 23, 11. (coll. Syr. ܚܢܦܐ *impius, gentilis*, Aeth. חנף *haereticus* v. omn. Gatacker Advers. misc. posth. c. 22.). — Fut. תֶּחֱנַף Jer. 3, 1. — Hiph. הֶחֱנִיף *profanavit* Jer 3, 2. Num. 35, 33., it. *ad impietatem* (defectionem a cultu Jovae) *induxit* Dan. 11, 32.

חָנֵף m. *profanus, impius, scelestus* (ut Arab. حَافِرٌ) Job. 8, 13. 13, 16. Prov. 11, 9. Jes. 9, 16. etc. Plur. חֲנֵפִים Jes. 33, 14. in regim. חַנְפֵי Ps. 35, 16. Job. 36, 13.

חֹנֶף m. *impietas* Jes. 32, 6.

חֲנֻפָּה f. *id.* Jer. 23, 15.

חָנַק *strangulavit, suffocavit* (ut Arab. خنق et Syr. ܚܢܩ), in Kal inusit., in Niph. fut. יֵחָנֵק, unde cum Vau convers. in pausa וַיֵּחָנַק *et strangulavit se* (significatione *reciproca*, ut alibi in Niphal saepius) 2 Sam. 17, 23. — Pih. part. מְחַנֵּק *strangulans, suffocans* (leonem) Nah. 2, 13.

מַחֲנַק m. *strangulatio, suffocatio* Job. 7, 15.

חָסַד in Kal inusit., sed videtur tamen significasse: *benignus, humanus fuit.* Pihel חִסֵּד *turpitudine* sive *probro affecit* (ex significatione hujus Conjug. *privativa* v. Gesen. Lehrgeb. p. 241.) Syr. ܚܣܕܐ *probrum, dedecus*, et ܚܣܕ *contumelia affecit;* unde fut. cum affixo יְחַסֶּדְךָ Prov. 25, 10. — Ex prima notione est Hithpahel הִתְחַסֵּד *misericordem se exhibuit*, unde fut. תִּתְחַסַּד *misericordem te exhibes*, aliis *sanctum te exhibes* (v. חָסִיד) 2 Sam. 22, 26. Ps. 18, 26.

חֶסֶד m. 1) *caritas, benignitas, gratia* (Lxx. plerumque ἔλεος), et quidem a) hominum α) *humanitas, gratia* erga alios Ruth. 3, 10. Job. 6, 14. 2 Sam. 10, 2. Gen. 21, 23., spec. *beneficentia* Prov. 21, 21. 31, 26. Solennis form. est עָשָׂה חֶסֶד עִם פ׳ *benignum se exhibere alicui* Gen. 20, 13. 2 Sam. 3, 8. 2 Chron. 24, 22., sq. אֵת Zach. 7, 9., sq. עַל 1 Sam. 20, 8.; adde עָלָיו הִטָּה חֶסֶד לִפְנֵי פ׳ alicui *conciliavit gratiam alicujus* Esr. 7, 28., וַיִּתֶּן הָאֱלֹהִים אֶת־דָּנִיֵּאל לְחֶסֶד *fecit Deus, ut Dan. gratiam, favorem consequeretur* Dan. 1, 9.; — β) *pietas* in Deum Jes. 57, 1. v. infra חָסִיד. — b) Dei erga homines: *gratia* Ps. 25, 10. 57, 4. 61, 8. (ubi c. אֱמֶת copulatur), Ps. 89, 2. 50. 5, 8. 36, 6. 48, 10. al.; hinc עָשָׂה חֶסֶד עִם פ׳ Gen. 24, 12. 14., vel sq. לְ Exod. 20, 6. Deut. 5, 10.; נָטָה חֶסֶד אֶל פ׳ Gen. 39, 21. *gratia, favore amplecti.* — Meton. appellatur Jova חֶסֶד (*fautor, benefactor*) Ps. 144, 2. Jon. 2, 9. [Arab. خشد frequentatur de *confluxu lactis ad ubera*, deinde de *ubertate bonitatis* et *caritatis*, adeoque *pietate*, στοργῇ, v. Alb. Schultens. ad Prov. 25, 10.]. — 2) *gratia* i. e. *decus, gloria* Jes. 40, 6. (ubi Lxx. et hos secutus

Petrus Epist. I, 1, 24. per δόξαν reddunt). — 3) *turpitudo, probrum, turpiter factum, flagitium* (conf. Syr.), *incestus* Levit. 20, 17. Job. 6, 14. Prov. 14, 34.

Cum affixo חַסְדּוֹ Gen. 24, 27. Ruth. 2, 20. sic sec. Cthib Ps. 59, 11. (ubi Kri habet חַסְדִּי). Plur. חֲסָדִים de *benignitate* Dei, quae *multiplex* est Gen. 32, 10., in regim. חַסְדֵי Ps. 89, 2. Jes. 55, 3. 2 Chron. 6, 42. (ubi חַסְדֵי דָוִיד sunt *benignitatis documenta, beneficia Davidi promissa*), cum affixo חֲסָדֶיךָ Ps. 17, 7. 89, 50. etc.

חָסִיד m. 1) *misericors, benignus* Jer. 3, 12. Ps. 145, 17. — 2) *pius* (erga Deum), *sanctus* Ps. 4, 4. 12, 2., adeoque ut in aliis nominibus affectuum forma passiva active sumitur. Cum affixo in pausa חֲסִידֶךָ Deut. 33, 8. Ps. 89, 20. et sec. Kri Ps. 16, 10. (ubi Cthib habet חֲסִידְךָ *sancti tui*), plur. חֲסִידִים Ps. 149, 1. 5. cum affixo חֲסִידָיו Ps. 30, 5. 37, 28. et sine Jod חֲסִדֶךָ 1 Sam. 2, 9. Prov. 2, 8. etc. — Conf. de h. nomine Gatakeri *Adversar. miscell.* L. II. c. 9.

חֲסִידָה f. *ciconia* Levit. 11, 19. Deut. 14, 18. Jer. 8, 7. Zach. 5, 9. Ps. 104, 17. Job. 39, 13. dicta ab *amore* et *pietate* in pullos (Plin. H. N. X, 28. Aelian. Animall. III, 23. X, 26.), Romanis *avis pia*, Petronio *pietaticultrix*: unde Graec. ἀντιπελαργεῖν v. Bochartı *Hieroz.* Tom. III, p. 85 sqq. Alii *ardeam* intelligunt ex auctoritate veterum interpretum fere omnium, alii *milvum* v. Michael. in *Suppl.* p. 857.

חָסָה 1) *confugit, recepit se* in tutelam et clientelam, sq. בְּצֵל sub *umbram alic.* Jud. 9, 15. Jes. 30, 2. vel (יְהוָה) בְּצֵל כְּנָפַי *sub umbram alarum (Jovae)* Ps. 57, 2. 61, 5. coll. 17, 8. — hinc 2) *fiduciam reposuit in aliquo* (Jova), *confisus* est, sq. ב 2 Sam. 22, 31. Nah. 1, 7. Ps. 118, 8. Jes. 57, 13. rel. Sed paullo aliter Prov. 14, 32. חסה בְּמוֹתוֹ צַדִּיק *confidit* Deo *in morte sua* h. e. quando mors subeunda est *pius*, ad quem l. vid. Dathius. [Sunt, qui conferant حَشَبَة *limbus, ora vestis*, ut חסה proprie significet *lacinia vestis apprehensa se in alicujus clientelam et tutelam tradidit*, qui mos viguit apud Orientales, inde *cliens* et *assecla* is est, qui se velut sub laciniam alamve patroni recipit, v. Alb. Schultens. ad *consessus Haririi* p. 58. et *Consess.* 27. p. 271.]. — Praet. foem. חָסְיָה (tertia radicali ה mutata in Jod, ob accentum ministrum irregulariter retrocedentem, quod alias in pausa fieri solet) pro חָסְתָה Ps. 57, 2.; sic in plur. חָסְיוּ Deut. 32, 37. pro חָסוּ Ps. 37, 40., ubi tonus retractus est ob vicinitatem sequentis (v. Gesen. Lehrgeb. p. 175.). Fut. אֶחְסֶה 2 Sam. 22, 2. et אֶחֱסֶה Ps. 57, 2. תֶּחֱסֶה 91, 4. יֶחֱסֶה 34, 9., plur. in pausa et cum Nun paragog. יֶחֱסְיוּן Ps. 36, 8.

חֶסוּת f. *refugium, fiducia* Jes. 30, 3.

מַחְסֶה et מַחֲסֶה m. *id, in quo confiditur* vel *ad quod confugitur*: *refugium* Job. 24, 8. Ps. 46, 2. Prov. 14, 26. Jes. 4, 6. etc. in regim. מַחְסֵה Jes. 28, 17. cum affixis מַחְסִי Ps. 62, 8. 71, 7. Jer. 17, 17. מַחְסֵהוּ Ps. 14, 6.

חָסַל *consumsit, absumsit* (Chald. *id.*, Sab. et Samar. *consumtus est*). Fut. cum affixo et Nun epenth. יַחְסְלֵנוּ Deut. 28, 38.

חָסִיל m. locustae species, *bruchus* (cf. Michaelis *Suppl.* p. 862.; Oedmanno tamen est *cimex Aegyptius* Linnei; *gryllus verrucivorus* Linnei Tychsenio ad *Ignatii de Asso y del Rio librum de locustis*) Ps. 78, 46. cf. 1 Reg. 8, 37. Jes. 33, 4. Joël. 1, 4. 2, 25. Nomen deducunt ab *absumendo*, ut Graec. βροῦχος vel βροῦκος dicitur a βρύκειν *devorare*, et μάσταξ a μασᾶσθαι *mandere*, vid. Bocharti *Hieroz.* Tom. III, p. 256. et conf. rad. חסל de *locusta* Deut. 28, 38. nec non synon. אכל de חָסִיל Joël. 1, 4. 2, 25.

חָסַם *obturavit* os (*capistravit*) Deut. 25, 4. vel nares (foetore) Ezech. 39, 11. (coll. حزم *colligavit*), *constrinxit*, et خزم *perforavit narium isthmum et annulum trajecit*) Fut. יַחְסֹם Deut. l. c.

מַחְסֹם m. *capistrum*, quo os *obturatur* Ps. 39, 2.

חָסַן Duplex est radix: I) *fortis, robustus fuit* (Chald. et Syr. ܚܣܢ *id.*, unde Arab. خَشِنٌ *asper, durus moribus, fortis in bello*) v. deriv. — II) *recondidit* (Arab. خزن *recondidit in horreo*, unde مَخْزَنٌ *horreum*, Magazin). Niph. fut. יֵחָסֵן *recondetur* Jes. 23, 18.

חֲסַן Chald. *firmus, robustus fuit vel factus est*, Aphel אַחְסֵן firmiter *tenuit, possedit* (cf. hebr. הֶחֱזִיק). Praet. plur. הֶחֱסִנוּ (a הֶחֱסִין, formâ hebr. v. Winer. Grammat. Chald. p. 36.) Dan. 7, 22. Fut plur. יַחְסְנוּן Dan. 7, 18.

חָסוֹן m. *fortis, robustus* Jes. 1, 31. Am. 2, 9. (ex rad. signif. prima).

חֲסִין *id.* Ps. 89, 9.

חֹסֶן m. *possessio, opes, thesaurus* (a خزن) Prov. 15, 6. 27, 24. Jes. 33, 6. Jer. 20, 5. Ezech. 22, 25.

חֵסֶן m. Chald. *robur, potentia*, in statu emphat. חִסְנָא Dan. 2, 37. cum affixo חִסְנִי Dan. 4, 27.

חָסַף radix Hebraeis inusitata, Syr. ܐܬܚܙܦ *asper factus est*, Arab. خزف, unde خَزَفٌ *testa, squama*. Hinc oriuntur:

חֲסַף m. Chald. *vas fictile, testa* Dan. 2, 33. 41. 42. 43. in statu emphat. חַסְפָּא Dan. 2, 34. 35. 43. 45.

מְחֻסְפָּס m. *squamatus, squamis similis* Exod. 16, 14 (de *manna*), part. verbi quadril. חַסְפַּס. Al. conf. Arab. خَشَفٌ et خُشَفٌ *nix asperior leviterque concreta*, ita ut מחספס sit: *concrescens nivis in morem, schneeförmig*; haud inepte: v. Michael. Suppl. p. 869. et Rosenmueller. ad h. l.

חָסֵר 1) *indiguit*; dicitur vel absolute h. e. *inopia laboravit* Ps. 23, 1. Prov. 25. — vel. sq. accus. *aliqua re caruit, destitutus fuit* Deut. 2, 7. Ps. 34, 11. Neh. 9, 21. — 2) *defecit* h. e. a) *imminutus est* Gen. 8, 3. 5. 1 Reg. 17, 14.; b) *defuit* Deut. 15, 8. Ezech. 4, 17. Eccles. 9, 8. sq.

חָסַר pers. (Arab. حَسِرَ *jacturam fecit, damnum passus est*, Syr. ܚܣܪ *id.*). — Praet. plur. חָסְרוּ (in pausa) Neh. 9, 21. Infin. absol. חָסוֹר Gen. 8, 5. Fut. יֶחְסַר Prov. 31, 11. תֶּחְסַר 13, 25. Plur. יַחְסְרוּ Ps. 34, 11.

Pih. חִסַּר *carere fecit* Ps. 8, 6: וַתְחַסְּרֵהוּ מְעַט מֵאֱלֹהִים *carere fecisti eum* (hominem) *parum prae Deo* h. e. non multo inferiorem fecisti eum Deo; Eccles. 4, 8: מַדּוּעַ אֲנִי מְחַסֵּר אֶת־נַפְשִׁי (cur) *ego carere faciam animam meam bonis* hujus vitae? — Hiph. הֶחְסִיר vel intrans. *indiguit, inopia laboravit* Exod. 16, 18. vel transit. *subtraxit, privavit* Jes. 32, 6.

חָסֵר m. 1) *carens, indigens, destitutus*, 1 Reg. 11, 22: מָה אַתָּה חָסֵר *qua re indiges*, quid tibi deest; חֹסֵר לֶחֶם *pane (cibo) destitutus* 2 Sam. 3, 29., חֹסַר לֵב *vecors* Prov. 6, 32. (subst. *vecordia* 10, 21.); sq. נָךְ Eccles. 6, 2. (ܚܣܝܪ *vacuus, expers, destitutus*). — 2) לֵב חָסֵר *vecordia* Eccles. 10, 3.

חֶסֶר m. *defectus, inopia* Prov. 28, 22. Job. 30, 3.

חֹסֶר m. *id.* Deut. 2, 48. 57. Am. 4, 6.

חֲסִיר m. Chald. *cui aliquid* (ponderis) *deest, justo levior* Dan. 5, 27.

חֲסָרוֹן m. *defectus* Eccles. 1, 15.

מַחְסוֹר m. 1) *egestas* Ps. 34, 10. Prov. 11, 24. — 2) *defectus, penuria* alicujus rei Jud. 19, 19: אֵין מַחְסוֹר כֹּל־דָּבָר *non est defectus ullius rei*, 18, 10. — Cum affixo מַחְסֹרוֹ Deut. 15, 8. Plur. מַחְסֹרִים cum affixo מַחְסְרֵיהֶם Prov. 24, 34.

חֲפָא v. sq. חָפָה.

חָפָה *texit, obtexit, operuit* (Arab. خَفَا *occultavit*, Syr. ܚܦܐ *operuit*) Jer. 14, 4. 2 Sam. 15, 30 (caput), Esth. 7, 8 (faciem). Part. Pahul חָפוּי *tectus, opertus* 2 Sam. 15, 30., in regim. חֲפוּי Esth. 6, 12. — Pih. חִפָּה *obduxit* auro, argento 2 Chron. 3, 5. 9., sq. dupl. accus.; fut. per apocopen וַיְחַף 2 Chron. 3, 7., cum affixo וַיְחַפֵּהוּ 2 Chron. 3, 5. 8. Sed וַיְחַפְּאוּ (mutata tertia radicali ה in א) 2 Reg. 17, 9. est vel *clam mussitarunt* (pr. occultarunt verba), vel *verbis* indignis *contenderunt*, a rad. חָפַף in Conj. III. *contendit verbis*. — [חֻפָּה Jes. 4, 5. v. infra sub חפף]. — Niph. נֶחְפָּה *obductus est* (argento) Ps. 68, 14.

חָפַז 1) *trepidavit* Deut. 20, 3. Ps. 31, 23. 116, 11. — 2) *trepide festinavit* 2 Reg. 7, 15., *praecipitanter* et *festinanter abiit, se abripuit* 2 Sam. 4, 4. Job. 40, 23. (Arab. حَفَزَ *trusit, impulit*, hinc اِحْتَفَزَ *celeriter erupit*). — Fut. יַחְפֹּז Job. 40, 23.

Niph. נֶחְפַּז *in fugam conjectus est, fugit* Ps. 104, 7. 48, 6., *festinavit* 1 Sam. 23, 27.

חִפָּזוֹן m. *festinatio* magna, *fuga* (Arab. حَفْزٌ *festinatio, celeritas*) Exod. 12, 11. Deut. 16, 3. Jes. 52, 12.

חֹפֶן m. *pugnus* i. e. manus contracta, qua aliquid *capimus* et *tenemus* (ܚܘܦܢܐ et חָפְנָא, Arab. حَفَنٌ *pugnus*, unde حفن *duabus manibus excepit aliquid*). Occurrit in solo Duali חָפְנַיִם *uterque pugnus* h. e. *mensura duarum manuum junctarum* Eccles. 4, 6. in regim. חָפְנֵי Ezech. 10, 7. cum affixis חָפְנָיו Levit. 16, 12. Prov. 30, 4. חָפְנֵיכֶם Exod. 9, 8.

חָפַף I) *circumdedit*, hinc *texit*, *protexit*, sq. עַל Deut. 33, 12. (Arab. حَفَّ *circumivit, operuit, cinxit veste*). — II) Chald. et Arab. حَفَّ i. q. *fricuit, detersit, lavit, lavando purgavit* (Syr. חוף). Inde oriuntur חוֹף, חַף.

חוֹף m. (cum Cholem pleno) *littus*, sic dictum, quod fluctibus *fricatur* et *abluitur* v. חָפַף n. 2. (coll. גֵּדָה, et Syr. ܣܦܪܐ a ܣܦܪ Pa. *rasit, totondit*) Gen. 49, 13. Deut. 1, 7. Jos. 9, 1. Jud. 5, 17. Jer. 47, 7. Ezech. 25, 15.

חַף m. *tersus, mundus* (sensu ethico). Job. 33, 9.

חֻפָּה f. 1) *obtectio, protectio* Jes. 4, 5: עַל כָּל־כָּבוֹד חֻפָּה *super omni gloria protectio* erit i. e. omne, quod honestum et laudabile est, tuebitur Deus. — 2) *thalamus nuptialis* vel *lectus*, quo sponsus et sponsa *teguntur*. Cum affixis חֻפָּתוֹ Ps. 19, 6., חֻפָּתָהּ Joël. 2, 16.

חָפֵץ gener. *flexit*, ut Arab. حفص, quo sensu radix hebr. occurrit Job. 40, 17., special. *flexit animum* ejusque *voluntatem, desiderium, favorem* etc. ad aliquid (sicut Lat. *flectere animum* de *voluntate* et *propensione animi* dicitur); hinc a) *voluit*, vel absolute Cant. 2, 7. עַד שֶׁתֶּחְפַּץ *donec* ipsa *voluerit, donec ipsi libuerit*, 3, 5. — vel sq. infin. Job. 13, 3. Ruth. 3, 13. Deut. 25, 8. Jes. 53, 10. Job. 33, 32. חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָ *cupio, velim te justum declarare*. — b) sq. בְּ Gen. 34, 19. Num. 14, 8. Jes. 66, 3. Ezech. 33, 11., vel accus. Mich. 7, 18. Ps. 51, 21. *delectatus, oblectatus est* aliquo (bene cupiit alicui) vel aliqua re conf. v. Scheidii *Observv. grammat. ad Ps.* 1. p. 58. Alb. Schultens. in *Clav. dial.* p. 272. ad Job. p. 1166. ad Prov. p. 244. — Praet. 3 pers. foem. in pausa חָפֵצָה Jes. 66, 3. Fut. יַחְפֹּץ Job. 40, 17. Esth. 6, 6. Prov. 18, 2. et יֶחְפַּץ Ps. 37, 23.; sic foem. תֶּחְפַּץ Cant. 3, 5. 8, 4. plur. in pausa יֶחְפָּצוּ Ps. 68, 31. et simul cum Nun paragog. יֶחְפָּצוּן Jes. 58, 2.

חָפֵץ m. *volens, cupiens* 1 Reg. 13, 33.; saepe ponitur pro verbo חפץ vel absolute 1 Reg. 21, 6: אִם חָפֵץ אַתָּה *si vis, si libet*, vel constr. c. accus. Ps. 5, 5: כֹּא אֵל ח׳ רֶשַׁע *non delectatur Deus improbitate* Ps. 34, 13. Mal. 3, 1: אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים *quem* (nuntium) *vos cupitis, desideratis*. Plur. in regim. חֲפֵצֵי Ps. 35, 27. 40, 15. 70, 3. Foem. בְּנֶפֶשׁ חֲפֵצָה *lubenti animo* 1 Chron. 28, 9.

חֵפֶץ m. *voluntas, desiderium* Job. 31, 16. *oblectatio* sq. בְּ 1 Sam. 18, 25. Jer. 22, 28. Mal. 1, 10. etc.; Jes. 54, 12: אַבְנֵי חֵפֶץ *lapides desiderii* h. e. pretiosi (cf. supra חֶמֶד); — metonymice *res, in quam vo-*

luntas et desiderium fertur, qua quis delectatur 1 Reg. 10, 13. Jes. 44, 28. coll. 53, 10: כָּל־חֶפְצִי יַשְׁלִם *omne quod volo*, decrevi, *perficiet*; 58, 3. מְצֹא חֵפֶץ. — Hinc est, quod apud Salomonem gener. pro *negotio* sive *studio* sumitur Eccles. 3, 17. 5, 7. 8. 8, 10., sicut Syr. צבותא *voluntas* passim pro *re* usurpatur. Eo Schultens. et Umbreit. referunt etiam Job. 21, 21. Cum affixis חֶפְצוֹ Ps. 16, 3. 9, 11. Plur. חֲפָצִים *delectationes* Ps. 111, 2.; it. *deliciae, res expetendae, desiderabiles* Prov. 8, 11. cum affixis חֶפְצֵךְ Prov. 3, 15. et sine Jod Jes. 58, 13.

חָפַר Duplex est radix: I) *fodit, effodit* (Arab. حَفَرَ, Syr. ܚܦܪ) Gen. 21, 30. 26, 32. Jer. 13, 7. Job. 39, 21 (24): יַחְפְּרוּ בָעֵמֶק *fodiunt* (equi) *in campo* h. e. pugnae amore incensi ungulis terunt, quatiunt campum (Virg. Geo. 3, 87 sq., Arab. حَافِر absol. ponitur pro *ungula equina*); hinc *foveam fodere* de insidiis Eccles. 10, 8. et omisso voc. שׁחה Ps. 35, 7. — metaphorice *quaesivit, speculatus est* (praedam), *inquisivit* Job. 39, 32., *exploravit* (terram) Deut. 1, 22. [Verba *fodiendi* et *findendi* passim ad *inquisitionem* et *explorationem* referuntur, ut Lat. *eruo*, Graec. σχάλλω apud Lxx. Ps. 76, 6. ἀνασκαλεύω etc. vid. pluribus Simon. *Arcan. Form Hebr.* p. 62. 235. 618.]. Fut. יַחְפֹּר Gen. 26, 18.

II) חָפַר (Ps. 71, 24.) *erubuit, pudore suffusus est* h. e. *spe frustratus est* (Arab. خَفِرَ) Ps. 35, 4. 40, 15. 70, 3. 83, 18. Job. 11, 18: חָפַרְתְּ לָבֶטַח תִּשְׁכָּב quanquam nunc *pudore suffusus es*, tamen *tuto quiesces*. Fut. יַחְפֹּר Jer. 1, 29., sed plur. יַחְפְּרוּ in pausa Ps. 34, 6. — Hiph. הֵחְפִּיר 1) *ignominia, probro affecit*, q. d. *pudere fecit* Prov. 19, 27. 13, 5. — 2) intransitive: *erubuit, pudore suffusus est* Jes. 54, 4., etiam trop. de monte Libano Jes. 33, 9.

חֵפֶר (propr. *fovea, puteus*) nom. propr. 1) filii Gileadis Num. 26, 32. 27, 1. et aliorum 1 Chron. 11, 36. 4, 6., unde patron. חֵפְרִי Num. 26, 32. — 2) civitatis cananiticae Jos. 12, 17. 1 Reg. 4, 10.

חֲפַר־פֶּרֶת Jes. 2, 20., si disjunctim scribitur, significat vel *effossionem* h. e. foramem *murium* (coll. חֹלֶד et עַכְבָּר *mus*), vel *fossorem frugum* (coll. פֶּרֶא). Sed videtur potius *una* vox esse, efficta illa ad speciem Conjug. Pehalhal (סַחֲרְחָה, חֲפַרְפָּה) pr. *fossor* (perpetuus) h. e. *talpa*, ut interpretatus est Hieron. v. Bochart. Hieroz. Tom. II, p. 448 sqq.

חֲפָרַיִם nom. propr. oppidi in tribu Isscharitica Jos. 19, 19.

חָפְרַע rex Aegypti, Zedekiae et Nebucadnezaris aequalis Jer. 37, 5. 7. Ezech. 29, 3.; Herodoto (2, 161. 4, 159.) et Diodoro Sic. (1, 68.) appellatur Ἀπρίης v. Gesen. Comment. in Jes. p. 599. Esse voc. aegypt. dubitari nequit et Jablonskius quidem (Opusc. ed. te Water. I, p. 444.) conf. ΟΥΗΒ ΦΡΗ h. e. *sacerdos solis*.

חָפַשׁ Arab. خَفَشَ *fecit*, Conj. II. *humi prostravit* (vid. חפשׁ); it. *infirmus, imbecillis fuit*. Ab hac posteriore significatione repetunt Hebr. חָפְשִׁי *liberum dimisit, libertate donavit* q. d. debilem declaravit, Pyh. *libertate donatus, manu missus est* Levit. 19, 20. Sed rectius potest *libertatis* notio a *confluendo, in cursum se effundendo* (coll. Arab. حفش) derivari v. supra דְּרוֹר.

חֹפֶשׁ m. q. d. *stratio, instratio,* unde בִּגְדֵי חֹפֶשׁ *tapetia substrata, stragulae substratae* Ezech. 27, 20.; sequitur לִרְכָּבָה *ad equitandum.* Cognatum est חֹבֶשׁ *instratio* a חָבַשׁ *instravit.*

חָפְשָׁה f. *libertas* Levit. 19, 20.

חָפְשִׁי m. (cum terminatione quasi *gentilitia*): 1) *liber* (manu missus) opp. *servo* Exod. 21, 2. 5. 26. 27. Deut. 15, 12. 13. 18. Job 3, 19. Jer. 34, 9.; latius patere videtur Jes. 58, 6. ad q. l. v. interprett.; — metaphorice de onagro, qui libere vagatur Job. 39, 5. — 2) *immunis* 1 Sam. 17, 25. — 3) *debilis, imbecillis,* q. *prostratus* (v. sub rad.) Ps. 88, 6. cf. IKENIUS in *Dissertt. philol. theol.* II, p. 184. — Plur. חָפְשִׁים Jer. l. c.

חָפְשׁוּת f. secundum Cthib 2 Chron. 26, 21. (sed Kri habet חָפְשִׁית, ut 2 Reg. 15, 5.) *status infirmitatis, morbus,* unde בֵּית חָפְשִׁית *domus infirmitatis, nosocomium leprosorum* conf. IKEN. l. c. et MICHAELIS in *Suppl.* 884.

חָפַשׂ *scrutatus est, investigavit* (mente) Prov. 2, 4., *exploravit* (mores suos) Thren. 3, 40., et in malam partem *excogitavit* (concinnavit) scelera Ps. 64, 7. (Chald. et Samar. *fodit,* a fodiendo *scrutatus est*). Fut. יַחְפֹּשׂ. — Niph. praet. plur. נֶחְפְּשׂוּ *pervestigati sunt* Obad. 6.

Pih. חִפֵּשׂ (accurate) *quaesivit, investigavit, scrutatus est,* vel proprie 2 Reg. 10, 23. 1 Sam. 23, 23., vel translate Ps. 77, 7 (mente). — Pyh. חֻפַּשׂ 1) *accurate quaesitus, investigatus* h. e. *excogitatus est* Ps. 64, 7. — 2) *quaeri se passus est* h. e. *occultavit se* Prov. 28, 12. — Hithpah. הִתְחַפֵּשׂ pr. (*quaeri se passus est* h. e.) *se ipsum occultavit* i. e. *aliam speciem induit, alium se simulavit* (maxime vestibus mutandis) 1 Reg. 20, 38. 22, 30. 1 Sam. 28, 8.; 2 Chron. 35, 22; — hinc gener. *mutavit se* Job. 30, 18. בְּרַב־כֹּחַ יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי vel: *summâ vehementiâ mutat se* (dolor) *in vestem meam* (h. e. undique cingit, premit me tanquam vestis), vel: *summo* (Dei) *robore mutavit se* (aliam formam sumsit) *vestis mea* i. e. sors, fortuna mea v. ROSENMUELLER. ad h. l. *Hoc* cum UMBREITIO praeferendum censemus.

חֵפֶשׂ m. *id, quod quis investigavit, excogitavit: inventum* Ps. 64, 7.

חָצַב *cecidit* (ligna, lapides — *hauen und behauen,* dolare) Jes. 10, 15. 1 Chron. 22, 2. Prov. 9, 1., *excidit* (torcularia, cisternas) Jes. 5, 2. Deut. 6, 11. Neh. 9, 25., *incidit* (v. Niph.); trop. קוֹל יְהוָה חֹצֵב לַהֲבוֹת אֵשׁ *vox dei* (tonitru) *caedit,* findit *igneas flammas* h. e. fulmina lissa et quasi intercisa spargit Ps. 29, 7.; חָצַבְתִּי בַּנְּבִיאִים *dolavi* (eos) *per prophetas* h. e. pertractavi eorum animos, studui eos ad meliorem frugem reducere (fere ut nostrates dicunt: *ich habe sie bearbeitet*) Hos. 6, 5. (al. cecidi h. e. delevi v. Hiph.); Arab. حطب *lignari, ligna caedere.* — Part. praes. חֹצֵב *caedens,* subst. *lapicida* 1 Reg. 5, 15. 2 Chron. 2, 1. 17. cum Jod parag. חֹצְבִי Jes. 22, 16. plur. חֹצְבִים Esr. 3, 7. 1 Chron. 22, 2. 15. — Infin. cum ל, לַחְצֹב Jer. 2, 13. Fut. יַחְצֹב Deut. 8, 9.

Niph. *incisus est* Job. 19, 24. — Pyh. praet. plur. חֻצְבְתֶּם *excisi estis* i. e. *formati estis* Jes. 51, 1., conf. de verbis *excidendi* sensu *for-*

mandi dictis SIMONIS *Arcan. Form. Hebr.* p. 112. — Hiph. הֶחֱצִיב *excídit* h. e. *delevit* Jes. 51, 9.

מַחְצֵב m. *caesio, excisio artificiosa* (lapidum) 2Reg. 12, 13. 22, 6. 2Chron. 24, 11.

חָצָה (Arab. حصى) pr. 1) *dimidiavit, in duas partes divisit* Exod. 21, 35., sq. בֵּין־בֵּין Num. 31, 27. 42.; חֲלֻקֵּי מַחֲנוֹת *div. in duo agmina* Gen. 32, 8. Jes. 30, 28.; praegn. עַד צַוָּאר יַחֲצֶה *ad collum dimidiat* (flumen) h. e. ad collum perveniens aqua in duas quasi partes dissecat hominem; Ps. 55, 24. *non dimidiabunt dies vitae suae* h. e. non attingent dimidiam vitae partem. — 2) *divisit, partitus est* Jud. 7, 16. 9, 43. (in tria agmina) Job. 40, 30 (25). Fut. apoc. וַיַּחַץ Gen. 32, 7.

Niph. 1) *dimidiatus est* Ezech. 37, 22. — 2) *divisus est, se divisit* 2Reg. 2, 8. 14. Dan. 11, 4., ubi Fut. per apocop. יֵחָץ (ex יֵחָצֶה).

חֲצִי m. 1) *dimidium, dimidia pars* Exod. 24, 6. 12. Num. 12, 12. Jos. 22, 13. 15. — 2) *medium*, עַד חֲצִי הַלַּיְלָה *ad mediam usque noctem* Jud. 16, 3. — In pausa חָצִי Exod. 25, 10. 17. 23. 37, 1. 6. 2Sam. 10, 4. 1Reg. 10, 7. etc. cum affixis חֲצִיו Exod. 38, 4. Jos. 8, 33. Jes. 44, 16. 19. חֲצִיכֶם Neh. 4, 10. 14. Zach. 14, 8. etc. Aliud v. sub חצץ.

חֲצוֹת foem. sing. *medium* Exod. 11, 4. Ps. 119, 62. Job. 34, 20. Proprie est infinit. nominascens.

מֶחֱצָה f. *dimidium, dimidia pars* Num. 31, 36., in regim. מַחֲצַת Num. 31, 43.

מַחֲצִית f. 1) *id.* Exod. 30, 13. 15. Num. 31, 30. 42. 47. Jos. 21, 25. etc. — 2) *medium* Neh. 8, 3. עַד מַחֲצִית הַיּוֹם usque *ad mediam diem* h. e. *ad meridiem* (*medidiem* v. CIC. Orat. 47).

חֵצֶן et חֹצֶן m. *sinus* Jes. 49, 22., quo res *gestamus* et *fovemus*, ut Arab. حِضْن, cujus radix حضن notat *fovit, in ulnas cepit, amplexus est.* Inde cum affixo est חֵצְנוֹ Ps. 129, 7. et חֵצְנִי Neh. 5, 13.

חָצַף Chald. *durus, rigidus, obfirmatus fuit.* Inde est Aphel אַחְצַף *obfirmavit, durum, rigidum fecit;* part. praet. foem. מְהַחְצְפָה *dura* (de *lege*) Dan. 2, 15. et exclusa praeformante ה, מַחְצְפָה (de *mandato*) Dan. 3, 22. Alii exponunt *urgens, festinans*, coll. rad. Arab. in Conj. IV. *velociter ivit, cucurrit, celeriter incessit*, quocum convenit Arab. قصف *trusit, impulit, ursit.*

חָצַץ (pr. *secuit*) *partitus est, divisit, se divisit* (Arab. حَصَّ Conj. III. *portionem cum alio partitus est, dedit, donavit alteri*, Chald. *dimidiavit, partitus est in duo*) Prov. 30, 27: מַלְכָּהּ אֵין לָאַרְבֶּה וַיֵּצֵא חָצֵץ כֻּלּוֹ *non est rex locustae et tamen exit divisa omnis* h. e. *partito agmine, exacto ordine.* — Pih. חִצֵּץ *divisit, partitus est*, inde part. plur. מְחַצְּצִים Jud. 5, 11. *dividentes, sortientes* (praedam); al. *iaculatores* (sec. JUDAEOS), ut חִצֵּץ sit verb. denomin. a חֵץ v. HOLLMANN ad h. l. — Pyh. praet. plur. in pausa הָחֳצוּ *abscissi*

i. e. exacti Job. 21, 21. Sed UMBREITIUS auctore SCHNURRERO: *wenn — verloset (herausgeloset) sind*, tanq. a חָצַץ; sagittas enim in sortiendo adhibuerunt orientales v. E. POCOCKE Spec. hist. Arab. p. 324 sqq.

חָצָץ m. 1) *scrupulus, lapillus, glarea* Prov. 20, 17. Thren. 3, 16. a *concidendo, comminuendo* in partes dict., Arab. حَصَى, حَصَاةٌ *lapillus*, مَحْصَاةٌ *glarea abundans terra*, حَصًى *lapillus, glarea*, conf. ALB. SCHULTENS. ad Prov. l. c. — 2) *sagitta*, unde plur. cum affixo חֲצָצֶיךָ *sagittae tuae* i. e. poet. *fulmina tua* Ps. 77, 18.

חֵץ m. 1) *hastile (Schaft)* sec. Cthib 1 Sam. 17, 7., ubi Kri ex jejuna correctione habet עֵץ *lignum* [*lignum hastae* pro *hastili* dixit quoque CURTIUS lib. IX. c. 3.]. — 2) *sagitta* (ut praeced. חָצָץ) a *scindendo* dict. 2 Reg. 13, 17. Prov. 7, 23. Jes. 37, 33. Thren. 3, 12. etc., cum Jod paragog. חִצִּי 1 Sam. 20, 36. 37. 2 Reg. 9, 21. et sec. Cthib 1 Sam. 20, 38. Dagesch forte non inscribitur, quia accentus adeoque Vocalis originaria manet, sicut ante ה paragog. in גִּגָּה Jos. 2, 6. 1 Sam. 9, 26., in גָּוָּה, ut recte plurimi codices habent 1 Reg. 2, 40. etc. Metaphorice a) sumitur pro *fulmine* (ut apud profanos *βέλος* et *telum*) 2 Sam. 22, 15. Ps. 18, 15. 144, 6. Habac. 3, 11.; metonym. b) pro *malis* a Deo inflictis Deut. 32, 23. Job. 6, 4. Ps. 38, 3., Ezech. 5, 16. (חִצֵּי רָעָב *sagittae famis*); cum affixo חִצַּי *sagitta mea* i. e. *plaga mihi inflicta* Job. 34, 6. — Plur. חִצִּים 1 Sam. 20, 20. 21. 22. 36. 2 Reg. 13, 28. in regim. חִצֵּי Job. 6, 4. Ezech. 5, 16. etc.

חֲצָצוֹן תָּמָר Gen. 14, 7. vicus in agro Hierichuntino, alibi *Engeddi* (v. גְּדִי) dictus Jos. 15, 61. 62. 1 Sam. 24, 2. 3., unde patet, in deserto situm et montibus vicinum fuisse, quam ob causam חצצון a *scrupulorum* et silicum asperitate, quibus illud desertum proficiscentibus erat molestum, et תמר a *palmarum* frequentia dictum est. De palmis Engeddae v. PLINII *H. N.* lib. 5. c. 7. IOSEPHI *Antiqq.* lib. 9. c. 1. Sir. 24, 11. CELSII *Hierob.* P. II. p. 491.

חָצַר Tres radd. Arabb. Hebraeis inusitt. huc pertinent: 1) حَصَرَ *viruit* v. חָצִיר. — 2) حصر *arcte circumdedit*, unde حَصَارٌ *atrium, septum*, et *septo* vel *muro circumdatus locus*; v. infra חָצֵר et חָצִיר n. 2. — 3) حصر *praesens fuit*, Conjug. X. *advocavit*; v. infra sub חֲצֻצְרָה.

חָצֵר comm. generatim *locus septo circumdatus* (a حصر), spec. 1) *atrium, vestibulum* tabernaculi sancti, templi, palatii etc. Exod. 27, 12. 13. 16. 17. 18. 19. Num. 3, 26. 1 Reg. 7, 8. 12. Esth. 4, 11. etc. sic sec. Kri 2 Reg. 20, 4., ubi Cthib habet חָעִיר, vid. suo loco עִיר. — 2) *pagus Nomadum mobilis ex tentoriis in orbem positis constans* (hodie adhuc Arabibus frequentatus, v. ARVIEUX *Itin.* T. V, p. 28.) Gen. 25, 16. Jes. 42, 11., opp. urbi Jos. 13, 28. 19, 8. — Deinde 3) *tabernae* ad certum tempus exstructae, nec stabiles Neh. 12, 29. — Denique 4) *pagus stabilis, villa, locus extra urbem septo conclusus* Levit. 25, 31. Jos. 19, 8. 21, 12. Jes. 42, 11. — In regim. חֲצַר Exod. 27, 9. Esth. 2, 11. cum affixo חֲצֵרוֹ 2 Sam. 17, 18. Plur. a) חֲצֵרִים Levit. 25, 31. Ps. 10, 8. etc. in regim. חַצְרֵי Neh. 13, 7. cum affixis חֲצֵרֶיךָ Ps. 65, 5. 84, 11. חַצְרֵיהֶם Jos. 13, 28.

1 Chron. 4, 32. 33. etc. b) חֲצֵרוֹת Exod. 8, 13. in regim. חַצְרוֹת 2 Reg. 21, 5., cum affixis חֲצֵרוֹתַי 1 Chron. 28, 6. חֲצֵרוֹתָיו Ps. 100, 4. et mutato Zere: חֲצַרוֹתָיו Ps. 96, 8. חֲצֵרוֹתֵיהֶם Neh. 8, 17. — Ab hoc voc. nonnulla oriuntur nomina oppidorum, ut חֲצַר סוּסָה Jos. 19, 5. s. ח׳ סוּסִים 1 Chron. 4, 31. in tribu Sim., ח׳ עֵינוֹן Ezech. 47, 17. s. ח׳ עֵינָן 48, 1. Num. 34, 9. ad septentr. terrae Israel., ח׳ שׁוּעָל Jes. 15, 28. 19, 3. in tribu Sim., חֲצַר הַתִּיכוֹן Ezech. 47, 16. in finibus Auranitidis.

חָצִיר m. 1) a) *gramen*, a *virore* (خَضِر) 1 Reg. 18, 5. Job. 8, 12. Ps. 104, 14. Jes. 15, 11. etc. — b) *porrum* Num. 11, 5., *gramini* majusculo simillimum, unde et χλοεῶν h. e. *viride* vocatur ab Orpheo et Nicandro. Vid. Ol. Celsius in *Hierobotan.* L. II. p. 263 sq. — 2) *lustrum* (ferarum) q. d. *pagus ferarum* (a rad. n. 2.) Jes. 34, 13.

חֲצֹצְרָה f. *tuba* Hos. 5, 8. a *convocando*, ut videtur, dicta. Fieri olim credebatur per geminationem secundae et tertiae radicalis a חצר, pro חֲצַרְצָרָה, emisso altero ר, sicut in aliis, conf. Simonis *Arcan. Form.* p. 217. Sed jam Hackmannus in *Praecidaneis S.* p. 254 sq. rectius illud retulit ad Derivata ex peculiari Conjugatione, quae respondeat Arabum Conjugationi XII. v. Gesen. Lehrgeb. p. 253. — Plur. חֲצֹצְרוֹת Num. 10, 2. 8. 9. 10. 2 Reg. 11, 14. 12, 14. — Inde formata sunt Participia plur.

a) ex Pih. מְחַצְרִים *tubâ clangentes*, altero צ omisso, sec. Kri 2 Chron. 5, 13. sed Cthib habet מחצצרים h. e. מְחַצְצְרִים.

b) ex Hiph. מַחְצְרִים *tubâ clangentes*, pro מַחְצְרִים, sec. Kri 1 Chron. 15, 24. 2 Chron. 5, 12. 7, 6. 13, 14. 29, 28., sed Cthib ibidem habet vel מַחְצְצְרִים (ex Conj. Peopel v. Gesen. l. c. p. 253.) 1 Chron. 15, 24. 2 Chron. 7, 6. 13, 14. 29, 28., vel מְחַצְצְרִים 2 Chron. 5, 12. ex Pilel.

חָצוֹר nom. propr. 1) oppidi in tribu Naphtal. Jos. 11, 1. 19, 36. Jud. 4, 2. 1 Reg. 9, 15. etc. — 2) oppidi in tribu Beniam. Neh. 11, 33. — 3) regionis Arab. Jer. 49, 28.

חֶצְרוֹן 1) filius Rubenis Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. — 2) filius Perezi Gen. 46, 12. 1 Chron. 2, 5., unde nom. patron. חֶצְרֹנִי Num. 26, 6.

חֲצַרְמָוֶת Gen. 10, 26. nomen regionis Arabiae felicis, حَضْرَمَوْت in tabulis D'Anvillianis post grad. long 65. lat. 15.; in Niebuhriana tamen jam a grad. lat. 13. incipit. V. Michaelis in *Spicil. Geogr. Hebr.* T. II, p. 165.

חָקַק *incîdit, excîdit, insculpsit, exsculpsit*, hinc *caelavit, pinxit; picturae* enim genus omnium primum constitit in *sculptura* sive *caelatura* in lapides, ligna, metalla etc. — Pih. part. מְחֻקָּק *sculptum* 1 Reg. 6, 35., *pictum* Ezech. 8, 10. 23, 14. — Hithpah. Job. 13, 27. עַל שָׁרְשֵׁי רַגְלַי תְּחֻקֶּה *circa radices pedum meorum circumscribis* h. e. circulum pingis, extra quem progredi mihi non licet.

חֲקוּפָא nom. propr. viri Esr. 2, 51. Neh. 7, 53., coll. Arab. حقف *incurvus fuit* vel Aeth. ሐቀፈ *amplexus est* i. q. hebr. חבק.

חָרַק idem fere significat quod חָקַק 1) *incîdit, excîdit* Jes. 22, 16. *insculpsit* (حَفَّ) Jes. 30, 8. Ezech. 4, 1. — 2) *delineavit, pinxit*

Ezech. 23, 14.; trop. Jes. 49, 16. *in manibus delineavi, pinxi te* h. e. curavi, ut ne tui obliviscerer unquam v. Gesen. ad Jes. 44, 5. — Hinc 3) *descripsit, definivit* Prov. 8, 27. 29., *decrevit, statuit* Jes. 10, 1. (verba enim *secandi* etiam sensum habent *decernendi* et *definiendi*, cujus rei exempla vid. in Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 37. 66. 70. 119). Part. praes. cum Jod paragog. חֹקְקִי Jes. 22, 16., plur. *judices, legislatores* (substantive) Jud. 5, 9. Infin. cum affixo חֻקּוֹ Prov. 8, 27. et petita forma a quiescentibus media radicali cum affixo חוּקּוֹ Prov. 8, 29. (quod Schultens. praeter necessitatem refert ad rad. חוק, Arab. حاق, *cingere, sinuare*).

Pohel *decrevit* Prov. 5, 15., hinc part. מְחֹקֵק *decernens, statuens*, et substantive *legislator* Gen. 49, 10. (ubi tamen al. *sceptrum* vertunt, v. sub רֶגֶל) Num. 21, 18. Deut. 33, 21., cum affixo מְחֹקְקִי Ps. 60, 9. 108, 9. plur. מְחֹקְקִים Jud. 5, 14. — Pyh. part. מְחֻקָּק *statutum* Prov. 31, 5. — Hoph. *insculptus, inscriptus est*; fut. plur. in pausa, petita forma a quiescentibus media radicali, יֻחָקוּ Job. 19, 23.

חָקָק vel חֵקֶק m. *statutum, decretum*, unde plur. in regim. חִקְקֵי Jud. 5, 15. Jes. 10, 1.

חֹק m. gener. *statutum* et *definitum* quid Job. 23, 14. יַשְׁלִים חֻקִּי *(Deus) perficiet id, quod mihi statutum, in me decretum est*; spec. a) *demensum, pensum definitum*, sive *laboris*, ut Exod. 5, 14. Prov. 31, 15., sive *cibi* et *victus*, ut Gen. 47, 22. Prov. 30, 8. Ezech. 16, 27. etc. — b) *terminus* et *limes definitus* Jes. 5, 14. Jer. 5, 22. Job. 14, 5. 13. 26, 10. 38, 10 Prov. 8, 29. — c) *ordo* et *tempus statutum* sive *definitum* Ps. 148, 6. Jer. 31, 36. Job. 38, 26. — d) *decretum* Ps. 2, 7., *lex statuta* et *praescripta* Gen. 47, 26. Exod. 12, 24. Levit. 3, 16. Deut. 4, 6. Ps. 50, 16. 105, 10. etc., hinc Job. 23, 12. מִחֻקִּי צָפַנְתִּי אִמְרֵי פִיו *legi meae* h. e. quam mihi ipse scripsi, *antepono verba oris ejus* (leges ejus). — e) *mos, consuetudo, legis* instar observanda Jud. 11, 39. 2 Chron. 35, 25. — f) *jus* et *privilegium, legis* instar observandum Exod. 29, 28. Levit. 10, 13.

Sequente linea Makkeph pro חֹק dicitur חָק־ Exod. 30, 21. Levit 6. 11. 15. cum affixis חָקְךָ Levit. 10, 13. et חוּקְךָ sec. Cthib Ps. 74 11. (ubi Kri habet חֵיקְךָ vid. כַּלֵּה in rad. כלה) cum affixo foem חֻקֵּךְ Ezech. 16, 27. חָקְכֶם Exod. 5, 14. Plur. חֻקִּים Exod. 18, 20. Deut 4, 1. 6. 45. in regim. חֻקֵּי Exod. 18, 16. et חוּקֵּי Ezech. 20, 18. cum affixo חֻקֶּיךָ Ps. 119, 5. 8. 1 Chron. 29, 19. etc.

חֻקָּה f. gener. *statutum* et *definitum* quid, spec. a) *lex* Exod. 12, 14. 43. Deut. 8. 11. etc. hinc de legibus, quae soli, lunae, messi etc. scriptae sunt Jer. 31, 25. 33, 25. Job. 38, 33. — b) *mos, consuetudo* 1 Reg. 3, 3.; in malam partem dic. 2 Reg. 17, 19.; Levit. 20, 23. 2 Reg. 17, 8. Mich. 6, 16. ubi *idololatria* maxime significari videtur. — c) *jus* et *privilegium* Exod. 29, 9. — Plur. חֻקּוֹת Levit. 20, 23. Jer. 5, 24. Job. 38, 33. cum affixo חֻקּוֹתָיו Num 9, 3. Deut. 6, 2. etc.

חָקַר 1) *scrutatus est, investigavit, exploravit* (ut Chald.), vario sensu: a) terram aliquam Jud. 18, 2.; b) rerum naturam et caussas Job 5, 27. Prov. 25, 2.; c) alicujus animum (voluntatem) Job. 13, 9. Prov. 28, 11. Jer. 17, 10. Ps. 139, 1. — 2) *pervestigavit, perscrutatus est* Job.

28, 27. *pervestigavit* (Deus) *sapientiam* h. e. totam quasi exhausit, et Job. 32, 11. חֲקַר מִלִּין *verba perscrutari* h. e. accurate, subtiliter dicere. — Infin. חֲקֹר Prov. 23, 30. cum affixo חֲקָרָהּ Jud. 18, 2. Imper. cum affixo חָקְרֵנִי Ps. 139, 23. Fut. יַחְקֹר Job. 13, 9.

Niph. נֶחְקַר *pervestigatus est* 1 Reg. 7, 47. 2 Chron. 4, 18. Jer. 31, 37. 46, 23. — Pih. חִקֵּר *accurate scrutatus est* Eccles. 12, 9.

חֵקֶר m. 1) *perscrutatio, investigatio* Ps. 145, 3. Job. 5, 9. 34, 24. hinc חִקְרֵי לֵב *consilia animo agitata* Jud. 5, 16. — 2) *accurata, plena cognitio,* quae *investigando* comparatur Job. 11, 7. הֲחֵקֶר אֱלוֹהַּ תִּמְצָא *num attingere, assequi poteris Dei perfectam cognitionem,* num Dei naturam mente comprehendes? — 3) i. q. נֶחְקָר *id, quod non nisi investigando cognosci potest, intimum alicujus rei* Job. 38, 16. חֵקֶר תְּהוֹם *profunda, ultimi recessus, penetralia* maris. Sunt, qui huc etiam loc. Job. 11, 7. referant, neque id inepte.

מֶחְקָר m., plur. מֶחְקָרִים *res, in quas studiose inquiritur, quae pervestigando cognoscuntur,* ut *imi terrae recessus,* מֶחְקְרֵי־אָרֶץ Ps. 95, 4.

חָרָא radix Hebraeis inusit., Arab. خَرِئَ *alvum deposuit, cacavit.* Inde sunt

חֹרִי vel חֹרָא m. *stercus, excrementum,* plur. חֳרָאִים, unde cum affixo חָרְאֵיהֶם *excrementa sua* sec. Cthib Jes. 36, 12., sed Kri habet צוֹאָתָם *stercus suum.*

חָר vel חַר (tanquam a חרה) m. *id.* unde plur. cum affixo חָרֵיהֶם *stercora sua* 2 Reg. 18, 27., ubi Kri similiter habet צוֹאָתָם. Inde quoque est חֲרֵי יוֹנִים *stercora, excrementa columbarum* sec. Cthib 2 Reg. 6, 25., sed Kri habet דְּבָיוֹנִים, quod vid. supra suo loco. Eos, qui longa obsidione vexabantur, columbarum excrementa comedisse, haud incredibile est v. Celsii Hierobot. II, p. 32 sqq. Sed alii tamen interpretes plantae speciem, *cicer frixum,* ob similitudinem stercoris columbarum ita dictum, intelligi maluerunt, v. Bocharti *Hieroz.* T. II, p. 44 sqq.

מַחֲרָאָה f. *locus, ubi alvus deponitur, latrina,* unde plur. מַחֲרָאוֹת sec. Cthib. 2 Reg. 10, 27., sed Kri habet מוֹצָאוֹת, ut solent Masorethae obscoena et sordida vocc. rejicere; Arab. مَخْرَأٌ *latrina.*

חָרַב 1) *exsiccatus est* Hos. 13, 15. Job. 13, 15. Gen. 8, 13. Jes. 44, 27. 19, 5. (differt a יָבֵשׁ, quod significat *aridum esse* v. infra). — 2) *desolatus, vastatus est* (خَرِبَ *desolatus est* et خَرَّبَ *vastavit*) Jes. 34, 10. Ezech. 6, 6. Am. 7, 9., *excisus, exstinctus est* (populus) Jes. 60, 12.; it. transit. *delevit* Jer. 50, 27. — Semel 3) metaphorice sumitur pro *obstupescere* Jer. 2, 12., vid. synon. שׁמם. — Infin. absol. חָרֹב Jes. 60, 12. Imper. חֲרַב, חִרְבוּ (*dele, delete*) Jer. 50, 21., sed alia forma et significatione חָרֵב, unde foem. in pausa חֲרִבִי *exsiccator* Jes. 44, 27. in plur. חִרְבוּ *obstupescite* Jer. 2, 12. Fut. יֶחֱרַב Jes. 19, 5. Plur. יֶחֶרְבוּ Ezech. 6, 6. in pausa יֶחֱרָבוּ Am. 7, 9.

Niph. נֶחֱרַב *excisus, devastatus est* Ezech. 26, 19. 30, 7.; reflex. 2 Reg. 3, 23. הֶחֱרֹב נֶחֶרְבוּ הַמְּלָכִים *delendo delere se invicem studuerunt reges* i. e. *pugnarunt inter se, proelium commiserunt* Lxx. ἐμαχέσαντο. — Pyh. חֹרַב *siccus factus est* Jud. 16, 7. 8.

Hiphil. הֶחֱרִיב 1) *exsiccavit* Jes. 37, 25. 50, 2. Jer. 51, 36. — 2) *vastavit* Ezech. 19, 7. Zeph. 3, 6. Jud. 16, 24. Jes. 42, 15., it. *delevit* 2 Reg. 19, 17. — Hoph. הָחְרַב *devastatus, excisus est* Ezech. 29, 12. 26, 2. Infin. absol. הָחְרֵב 2 Reg. 3, 23.

חָרַב Chald. *vastavit*, unde Passivum praet. foem. sing. mixtum ex Hophal hebr. et terminatione chald. הָחְרְבַת *excisa, devastata est* Esr. 4, 15.

חָרֵב m. 1) *siccus* Levit 7, 10. Prov. 17, 1. — 2) *desolatus, vastus* Jer. 33, 10. 12. Hagg. 1, 4. 9., foem. חֲרֵבָה Neh. 2, 3. 17. Plur. חֳרֵבוֹת Ezech 36, 35. 38.

חֶרֶב f. 1) quodvis instrumentum, quo secatur, ut *gladius* (Arab. حَرْبٌ Syr. ܚܪܒܐ) Gen. 31, 26. Exod. 5, 21. Levit. 26, 25. Num. 19, 16. etc. (hinc שִׁבְיוֹת חֶרֶב *captae gladio* i. e. bello Gen. 31, 26.), *culter* Jos. 5, 2. 3., *novacula* Ezech. 5, 1., *caelum* Exod. 20, 25., *securis* Ezech. 26, 9. et sec. quosdam 2 Chron. 34, 6., *harpe, ensis falcatus*, metaphor. *de dentibus acutis* (hippopotami) Job. 40, 19., quos etiam poëtae *harpen* vocant (Nicand. Ther. 566.), v. Bochartum Hieroz. Tom. III, p. 723. — 2) *desolatio, desolatum*, sec. Kri 2 Chron. 34, 6., sed Cthib habet בָּחַר בָּתֵּיהֶם *exploravit, examinavit domos eorum* sc. an vestigia quaedam idololatriae superessent. — 3) *exsiccatio, siccitas*, sec. Saad. et Vulg. Deut. 28, 22. — Cum affixo חַרְבִּי Exod. 15, 9. Deut. 32, 41. plur. חַרְבוֹת Ps. 59, 8. Prov. 30, 14. in regim. חַרְבוֹת Jos. 5, 2. 3. Ezech. 32, 12.

חֹרֶב m. 1) *siccias* Jud. 6, 37. 39. 40., per metonymiam *effectus* pro *causa: aestus* Gen. 31, 40. Jes. 4, 6. 25, 4. Jer. 31, 40. 36, 30. Job. 30, 30. — 2) *desolatio, vastitas* Jes. 61, 4. Ezech. 29, 10. Zeph. 2, 14.

חָרְבָה 1) *desolatum, locus vastus, ruinae* Levit. 26, 31. 33. Jer. 27, 16. 44, 2. Ezech. 25, 13. 35, 4. etc. Huc pertinet etiam Job. 3, 14: הַבֹּנִים חָרְבוֹת לָמוֹ (reges) *qui sibi aedificant ruinas* h. e. splendida palatia, quae mox ruinae futura sunt, per *prolepsin* poetis admodum celebratam. Al. vertunt: *mausolea* coll. Arab. خَرِبٌ *conclave regis*, ut בֵּית de *sepulcro* occurrit Jes. 14, 18. 19. Plur. in regim. חָרְבוֹת Jes. 5, 17. Jer. 25, 9. Ezech. 29, 10. cum affixo חָרְבֹתֶיהָ Jes. 44, 26. 51, 3.

חָרֵבָה f. (formae dagessandae) *siccitas, siccum, locus siccus* Gen. 7, 22. Exod. 14, 21. Jos. 3, 17. 4, 18. 2 Reg. 2, 8. Hagg. 2, 6.

חָרְבוֹן m. *siccitas*, unde plur. in regim. חַרְבֹנֵי Ps. 32, 4.

חַרְבוֹנָא m. nomen eunuchi persici Esth. 1, 10. 7, 9., coll. Pers. خَرْبَنْ *asinarius* vel خارِبَن *rubus*.

חָרַג vel *prodiit*, ut Arab. خَرَجَ, vel, quod magis placet, *timuit, horruit*, ut Arab. حَرِجَ *angustus fuit, metuit* coll. Chald. חַרְגָּא *horror, timor*. Semel occurrit in fut. plur. יַחֲרֹגוּ *horrent* i. e. *perterriti fugiunt* Ps. 18, 46., pro quo in loco parallelo 2 Sam. 22, 46. יֶחְגְּרוּ, per metathesin litterarum.

חָרְגַּל rad. quadril., Hebr. inusit., Arab. حرجل *saltitavit.*

חַרְגֹּל m. Levit. 11, 22. *locusta nondum alata post tertias cutis exuvias,* dicta a *saltu*; Arab. حَرْجَلٌ *locustarum genus impenne,* graec. ἀσίρακος. Est enim ἀσίρακος sec. Dioscorid. II, 57. *locusta nondum alata, maxima tamen, majoresque jam pedes habens,* conf. Bochart Hieroz. T. III, p. 251 sqq., Michaelis *Suppl.* p. 910 — Sim. Graec. ἀττάκης vel ἀττακός apud Lxx. l. c. dicitur ab ἄττω *salio.*

חָרַד *trepidavit, tremuit, territus est* 1 Sam. 14, 15. Jes. 32, 11. 1 Reg. 1, 49., sq. ל causae Job. 37, 1.; praegn. Gen. 42, 28. *trepidarunt* h. e. trepidi se converterunt *ad se invicem,* hinc a) *trepide, festinanter accurrit* 1 Sam. 16, 4. 21, 2. sq. לִקְרַאת, Hos. 11, 10. sq. מִן (e loco) (Sic Lat. *trepidare* etiam sumitur pro *festinare,* observantibus Bochartо in *Hieroz.* et Schultensio in *Animadverss. philol.* ad Jes. 19, 17.). — b) sq. אֶל *sollicitus fuit de aliquo, sollicitam curam gessit* (coll. σπουδή *cura, studium* a σπεύδω) 2 Reg. 4, 13. Fut. יֶחֱרַד Job. 37, 1. plur. וַיֶּחֶרְדוּ Gen. 42, 28. — Hiph. הֶחֱרִיד *trepidare fecit, perterruit, terrefecit* Jud. 8, 12. Levit. 26, 6. Deut. 28, 19. Jes. 17, 2. Ezech. 30, 9. Zach. 2, 4.

חָרֵד m. *trepidus, timidus* Jud. 7, 3., sq. עַל rei 1 Sam. 4, 13. Plur. חֲרֵדִים Jes. 66, 5., sq. בְּמִצְוַת אֱלֹהִים *quod attinet ad praeceptum dei* i. q. יִרְאֵי אֱלֹהִים Esr. 10, 3., sq. עַל דְּבָרֵי יְיָ Jes. 66, 2. Esr. 9, 4.

חֲרָדָה f. 1) *trepidatio, tremor, terror* Gen. 27, 33. 1 Sam. 14, 15. Jer. 30, 8. Dan. 10, 7. etc. חֲרָדַת אֱלֹהִים 1 Sam. 14, 15. *trepidatio Dei* i. e. *pavor divinitus incussus.* — 2) *cura, studium* 2 Reg. 4, 13. Prov. 29, 25. חֲרָדַת אָדָם *terror,* timor *hominum* (object.). Plur. חֲרָדוֹת Ezech. 26, 16.

חָרָה 1) *arsit, exarsit* (חֳרִי *ardor*). Semper metaphorice de *ira* usurpatur vel addito vocabulo *irae*: חָרָה אַפּוֹ בְּ, אֶל, עַל בְּ *exarsit ira ejus in, adversus* etc. Ps. 124, 3. Deut. 6, 15. Jud. 6, 39. Zach. 10, 3. Num. 24, 10., vel omisso: חָרָה לוֹ *exarsit ipsi* i. e. *iratus, indignatus est* 2 Sam. 19, 43. Gen. 31, 36. 34, 7., it. חָרָה בְּעֵינָיו Gen. 31, 35. 45, 5. Semel חָרָה יְהוֹה *iratus est Jova* Habac. 3, 7. (Duobus certe locis, ut jam Michael. ostendit, videtur *tristitiae* potius quam *irae* notio in hac formula inesse 2 Sam. 6, 8. 1 Chron. 13, 11., quemadmodum et Lxx. passim per λυπηθῆναι reddunt Gen. 4, 5. Neh. 5, 6.). — Infin. absol. חָרֹה 1 Sam. 20, 7. Fut. יֶחֱרֶה Exod. 32, 11., per apoc. יָחַר Gen. 18, 30. 32. [De loco Jes. 21, 6. v. sub חרד].

Niph. praet. נֶחֱרָה *ira accensi sunt* Cant. 1, 6. (quod tamen alii a נְחִירַיִם *nares* repetunt). Part. plur. נֶחֱרִים *ira accensi* Jes. 41, 11. 45, 24. — Hiph. הֶחֱרָה 1) *exardescere fecit, accendit* (iram). Fut. cum Vau conv. et per apoc. וַיַּחַר Job. 19, 11. — 2) intrans.: *exarsit* (studio), *aemulatus est* Neh. 3, 20. — Hithpah. fut. per apocop. תִּתְחַר q. d. *te ipsum ad iram accendas, indigneris* (synon. verbi קנא) Ps. 37, 1. 7. 8. Prov. 24, 19. [Ceterum v. infra sub תֶּחֱרָא].

חֳרִי m. *aestus, ardor (irae)* Exod. 11, 8. Deut. 29, 23. Jes. 7, 4. Thren. 2, 3. etc.

חֳרוֹן m. 1) *aestus, ardor* Ps. 58, 10. — 2) *ira, indignatio* Ezech. 7, 12. Neh. 13, 18. Ps. 2, 5., it. plene חֲרוֹן אַף Num. 25, 4. 1 Sam. 28, 18. Job. 20, 23. Cum affixo חֲרוֹנִי Ezech. 7, 14. Plur. Ps. 88, 17.

תַּחְרָא m. (mutata tertia radicali ה in א) *thorax, lorica lintea* (v. Herod. 3, 47. Casaubon. ad Suet. *Galb.* c. 19.) Exod. 28, 32. 39, 23. ex significatione radicis Syr. ܚܪܒ *contendit, pugnavit*, Aphel ܐܚܪܒ *aptavit ad pugnam.*

תַּחֲרָה Conjug. Tiktal (v. Gesen. Lehrgeb. p. 254.) verbi חָרָה q. d. *se ipsum exardescere fecit, incendit* h. e. *aemulatus est*, studiose *contendit, certavit* (vid. sub תַּחְרָא) Jer. 12, 5. 15.

חָרַז rad. in Hebr. *inusit.*, Arab. حَرَزَ *perforavit*, Chald. et Syr. *perfixit, perforavit, filo indidit*, Talm. *margaritas filo indidit* v. Hartmann. Einl. p. 221.

חָרוּז m., plur. חֲרוּזִים *ordines* vel *series margaritarum* (ut Talm. v. d'Empereur Clav. talm. p. 4., Syr. ܚܪܘܙܐ et Arab. خَرَزٌ *monile ex variis gemmis s. baccis simul consertis*) Cant 1, 10.

חָרַט radix Hebraeis inusit., Syr. *incidit* (ut Hebr. חָרַץ et חָרַת), Arab. خَرَطَ *dolavit, tornavit.* Inde sunt

חָרִיט m. (pr. *opus tornatum*) *loculus*, ad coni formam ex metallo confectus, *marsupium* (Arab. et Pers. خَرِيطَةٌ). Plur. חֲרִיטִים 2 Reg. 5, 23. Jes. 3, 23. conf. Schroeder de *ornatu mulierum* c. 17.

חֶרֶט m. 1) *scalprum, tornus* Exod. 32, 4. (al. *loculum* vertunt v. Rosenmueller. ad h. l. Sic זֶרֶם et זָרִים, קֶדֶם et קָדִים eadem significant).— 2) *stylus*, quo *inciditur* sive *insculpitur* Jes. 8, 1. Conf. Schroederus de *Vestitu mulier. hebr.* p. 285 sq.

חַרְטֹם m., plur. חַרְטֻמִּים a) in Pentat. Gen. 41, 24. Exod. 7, 11. 8, 3. 14. 9, 11. ἱερογραμματεῖς s. *scripturae hieroglyphicae periti* et *interpretes* v. Millii *diss. select.* n. 13. Derivationem e lingua Coptica invenies in *Repertorio litterat. bibl. et orient.* T. XIII. p. 18. et in Jablonsk. Opusc. T. I, p. 401 sqq. Semiticam si cupias, a חָרַט *stylus* et חָרַם *sanctus fuit* esset: *scripturae sacrae peritus.* Aliorum derivationes vide in Simonis *Arcan. Form. Hebr.* p. 651. iisque add. Warneri *Proverbia Pers.* p. 40. Barth. Mayeri *Philologia S.* P. I, p. 142 sq. Michael. *Suppl.* p. 921. — b) in Daniele *magi babylonii* Dan. 1, 20. 2, 2.; itaque ob soni vicinitatem Pers. خَرَدْمَنْد h. e. *sapiens* (a خَرَدْ *intellectus* et مَنْد *praeditus*, h. e. *inteliectu praeditus*) cum חַרְטֹם permutatum fuisse videtur cf. Bertholdt. ad Dan. II, p. 835 sq.

חַרְטֹם Chald. *magus* Dan. 2, 10. Plur. חַרְטֻמִּין Dan. 2, 27. 5, 11. in Statu emphat. חַרְטֻמַּיָּא Dan. 4, 4. 6.

חָרֵי רֹאשׁ vid. supra sub rad. חרא.

חָרַךְ Prov. 12, 27. יַחֲרֹךְ רְמִיָּה צֵידוֹ לֹא *non capiet, consequetur segnis praedam.* Ita ex versionum antiquarum Lxx. Vulg. Arab. Syr. Chald. auctoritate Schultens. confert Arab. حرك *ciere, excitare*, spec. *praedam e cubili.* Sed al. vertunt: *ustulavit, assavit* coll. Chald. חרך; al. *conclusit, inclusit* coll. Arab. حكر *frumentum commeatumve collegit* (quod ut huc pertineat, egregie verendum est), vel Chald. חָרַךְ, v. חָרַךְ.

חָרַךְ Chald. I) *ussit, adussit,* ut Arab. حرق, unde in Ithpahal הִתְחָרַךְ (pro אִתְחָרַךְ ex Hebraismo) *adustus est* Dan. 3, 27. — II) *conclusit* (sec. plurim.), unde חָרָךְ; sed pro arbitrio sumitur.

חָרָךְ, plur. חֲרַכִּים pr. *cancelli, clathri* (Chald. חֲרַכָּא, חֲרַכָּא *id.*) Cant. 2, 9. Lxx. δίκτυα. Alii conf. خَرْق *foramen, rima* a خرق *scindere.*

חָרַל rad. inusit., cujus nullum in dialectis vestigium. Putant, eam significatione non discrepasse a חרר *ussit.*

חָרוּל m. *urtica* vel *vepres* Job. 30, 7. Zeph. 2, 9. *Paliurum* intelligit Ol. Celsius in *Hierobotan.* P. II, p. 166 sq. — Plur. חֲרָלִים Prov. 24, 31.

חָרַם Duplex radix est: 1) i. q. Arab. خرم *resecuit, succidit, excidit, abscidit* (v. infra חֵרֶם), in Conj. IV. V. *prehendit, occupavit* (v. חֵרֶם n. 2.). — 2) حرم *prohibuit, vetuit.*

Hiphil הֶחֱרִים *devovit, addixit, consecravit* Jovae (q. d. separavit a rebus profanis v. rad. n. 2.), ita ut redimi non possit Levit. 27, 28. Mich. 4, 13. — 2) *excidit, internecione delevit, exstirpavit* oppida, quae Jovae una cum incolis devota erant (cf. tamen خرم Conj. VIII. *funditus exstirpavit, internecione delevit*) Jos. 8, 26. 10, 28. 35. 40. 11, 12. Deut. 2, 34. 1 Sam. 15, 3 sqq. Num. 21, 3.; ח׳ אַחֲרֵי פ׳ Jer. 50, 21. v. sub אַחֲרֵי. Jova ipse sibi *devovere* dicitur aliquid Mich. 4, 13., unde explicandus est loc. Jes. 11, 15., ubi al. vertunt: *exsiccavit,* ut הֶחֱרִים sit i. q. הֶחֱרִיב, literis ב et מ inter se permutatis, v. Rosenmueller. ad h. l. — Hoph. חָרֵם *devotus, consecratus est* Jovae, a) de rebus: *sacro fisco addictus est* Esr. 10, 8. — b) de hominibus: *excisus, occisus est* Levit. 27, 29. Exod. 22, 19.

חֵרֶם m. 1) a) *devotio* rei *ad excisionem* 1 Reg. 20, 42. Jes. 34, 5.; — b) *res* Jovae *devota* h. e. vel *internecioni* Deut. 7, 26. vel *sacro fisco* addicta Levit. 27, 28. 29. Num. 18, 14. — 2) *rete* Mich. 7, 2. ex significatione radicis Arab. خرم in Conj. IV. *prehendit, occupavit,* conf. suo loco רֶשֶׁת. Cum affixis חֶרְמִי Ezech. 32, 3. חֶרְמוֹ Habac. 1, 15. 16. 17. Plur. חֲרָמִים *retia* Ezech. 26, 5. 14. 47, 10.; trop. Eccles. 7, 26. de retibus h. e. illecebris, quibus peccatum homines capit.

חָרֵם m. *mutilus,* spec. *simus* h. e. *cui isthmus nasi inter oculos plane depressus,* a خرم spec. *findere isthmum narium* Levit. 21, 18. conf. Fulleri *miscell.* lib. 6. c. 20.

חֲרֹמָה nomen proprium oppidi, de cujus situ non satis constat.

Antiquitus Cananaeorum fuit, posthac concessum est Simeonitis. Num. 21, 4. 14, 45. Deut. 1, 44. Jud. 1, 17.

חֶרְמוֹן jugum Antilibani, sub quo Jordanes oritur Deut. 3, 8. 9. dictum a حرم *prominens montis vertex* et مَحْرِم *supercilium montis*. Mosis tempore Amoraeis *Senir*, Sidoniis *Sirion* vocabatur, sed postea nomina distingui coeperunt 1 Chron. 5, 23. v. suo loco שְׂנִיר, שִׂרְיוֹן. Constat pluribus montibus, hinc plur. חֶרְמֹנִים Ps. 42, 7., ut Latini in plur. dicunt *Alpes, montes Appennini* etc. conf. Relandi *Palaestinam* p. 323. Michaelis *Suppl.* p. 927. Summum ejus promontorium per totum annum nivibus tegitur, unde ipse Hermon Arabibus dicitur جبل الثلج Chald. טוּר תַּלְגָּא *mons nivis*.

חֶרְמֵשׁ m. *falx* messorum Deut. 16, 9. 23, 26. compos. ex 2 synonym. חרם et חרשׁ propr. *secuit, incidit*.

חָרָן 1) *Κάρραι, Carrae*, urbs et regio Mesopotamiae, Crassi clade posthac nobilitata, quae Arabibus حَرَّان, Syr. ܚܪܢ vocatur (v. tabb. D'Anvillianas sub long. 57°. 10″. lat. 36°. 40″.) Gen. 11, 31. 12, 5. 2 Reg. 19, 12. — 2) Ezech. 27, 23. urbs Arabiae felicis, quae mercaturam cum Tyriis exercebat, eadem, ut videtur, quae حران القرين *Haran Elkorain* dicitur ap. Assemanum in *bibl. orient.* T. II. P. II, 562—564. conf. tab. D'Anvill. Arabiae inter grad. long. 58. 59. et circa lat. 19½, haud procul a Chaulan.

חֶרֶס m. 1) *sol* Jud. 8, 13. Job. 9, 17., et cum ה paragog. חַרְסָה Jud. 14, 18 (sicut לַיִל et לַיְלָה). — עִיר הֶחָרֶס Jes. 19, 18. alii vertunt *urbs solis* sive *Heliopolis*, alii *urbs custodiae, servationis*, ab Arab. حرس *custodivit, servavit*, sed v. Rosenmueller. et Gesen. ad h. l. cf. sub. חָרַס. — 2) *scabies* Deut. 28, 27., Arab. حرش *scabit, aspera cute fuit*, q. d. *scabiosus fuit*; et خرش *scabit* v. c. unguibus. Huc referri potest 3) חֶרֶשׁ (cum שׁ pro ס, ut alibi passim) *testa* (Arab. خرس) Ps. 22, 16. Jer. 19, 1. Job. 2, 8. 41, 2. Thren. 4, 2. etc., unde כְּלֵי חֶרֶשׁ *vas testae* i. e. *testaceum* Levit. 6, 21. Num. 5, 17. Jer. 32, 14. Hinc oritur

חַרְסוּת f. sec. Cthib. vel חַרְסִית sec. Kri Jer. 19, 2. *figlina* (ars), *Töpferei*, hinc שַׁעַר הַחַרְסוּת *porta figlina*.

חָרַף 1) *carpsit, carpendo strinxit* vel *stringendo carpsit* (ut Arab. حرف et خرف v. Alb. Schultens ad Job. 27, 6. et Prov. 17, 5.) v. infra חֹרֶף. Hinc translate ut lat. *carpere*: *reprehendit* Job. 27, 6., *obtrectavit, probro affecit, conviciis proscidit* 1 Sam. 17, 26. Ps. 69, 10. 119, 42. — 2) (petita significatione a חֹרֶף *hiems*) *hiemavit* Jes. 18, 6. — Fut. יֶחֱרַף Job. l. c.

Niph. נֶחֱרַף *probro affectus*, (tanquam vilis) *abjectus, alicui concessus est*, unde part. foem. נֶחֱרֶפֶת *concessa, commissa* (marito), *qua libere et pro lubitu utatur*, i. e. *desponsata* Levit. 19, 20., in quem locum vid. pluribus Schultens. in *Animadverss. philolog., Opp. min.* p.

143 – 146. — Pih. חֵרֵף 1) *probro affecit, conviciis carpsit,* sq. acc. 2 Reg 19, 4. 1 Sam. 17, 26. 36. Ps. 57, 4. Prov. 14, 31., sq. לְ 2 Chron. 32, 17., sq. בְּ 2 Sam. 23, 9. (*verbis probrosis ad pugnam provocavit*). — 2) sq. נֶפֶשׁ *animam projecit, vilem habuit* i. e. *non pepercit, eam periculo exposuit,* quasi nihili aestimans Jud. 5, 18.

חֹרֶף m. 1) *hiems* Gen. 8, 22. Ps. 74, 17. Prov. 20, 4. Jer. 36, 22. etc. Complectitur *autumnum cum hieme* et totum frigoris tempus, sive omnes anni tempestates *aestate* קַיִץ excepta; Arab. خَرِيف *autumnus* q. d. *carptura* s. *tempus, quo fructus carpuntur* v. Alb. Schultens. ad Job. 29, 4. — 2) *aetas virilis* h. e. ea, quae viribus et auctoritate maxime pollet (graec. ὀπώρα Pind. Isth. 2, 8. Nem. 5, 11. *auctumnus* Horat. Od. 2, 5, 10.) Job. 29, 4. v. Schultens in *Commentar.* ad h. l. Al. vertunt: *adolescentia,* quod Hebraei aliique orientis populi ab auctumno anni initium capiant.

חֶרְפָּה *probrum, contumelia, ignominia* a) qua quis afficitur Ps. 15, 3. 119, 22. Jer. 15, 15. etc. — b) qua quis notatus est Jes. 54, 4. חֶרְפַּת אַלְמָנוּת *probrum viduitatis* h. e. quod a viduitate proficisci solet Jos. 5, 9. *probrum Aegypti* h. e. quo Israelitae post exitum ex Aegypto notati erant, circumcisione scil. carentes cf. v. s. Hinc גָּלַל חֶרְפָּה מֵעַל *amoliri, devolvere ab aliquo contumeliam,* levare aliquem ignominia Jos. l. c. et Gen. 30, 23. — Metonymice *res* vel *persona, quae probri, ignominia afficitur* Jer. 6, 10. 20, 8. Neh. 2, 17. Ezech. 22, 4. Ps. 31, 12. 39, 9. etc.; semel de *pudendis* Jes. 47, 3. — In regim. חֶרְפַּת Ps. 22, 7. Mich. 6, 16. (ad quem l. v. Rosenmueller.), cum affixo חֶרְפָּתִי Gen. 30, 23. Ps. 69, 20. Plur. חֲרָפוֹת Ps. 69, 11. Dan. 12, 2. in regim. חֶרְפּוֹת Ps. 69, 10.

חָרִיף nom. propr. viri Neh. 7, 24. 10, 20. coll. Arab. خَرِيف *pluvia autumnalis,* unde l. paral. Esr. 2, 18. pro חָרִיף legitur יוֹרָה h. e. יוֹרֶה,

חָרַץ propr. *cecidit, excidit* v. infra חָרוּץ (حرص *fidit, scidit, rasit,* v. c. corticem eamque subtilius *praesecuit*). Hinc 1) *acuminavit,* unde חָרוּץ n. 1., quod v. inter *nomina.* (Arab. خَرْص *superior pars cuspidis* in hasta, et خريص *tota cuspis*). Praegn. Exod. 11, 7: כֹּל לֹא יֶחֱרַץ־כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *adversus neminem Israelitarum cuspidabit linguam suam* (acutam linguam exseret) *canis* h. e. neminem ne allatrabit quidem, quod in proverbio dicitur pro: nemo Israelitas ne leviter quidem lacesset, offendet, Jos. 10, 21. — 2) intransitive: *acuit se, acutus, acer fuit,* metaphorice *acer, solers, promtus, expeditus fuit* (ut Graec. ὀξύς *acutus* est etiam *promtus, sedulus; expeditus*) 2 Sam. 5, 24. v. infra חָרוּץ (Arab. حرص in Conj. II. *dedit operam,* VIII. *studuit, studiosus, solers fuit,* cf. جِدّ Coran XII, 103.). — 3) *decidit, definivit, sententiam pronuntiavit* (Lxx. συντέμνειν) 1 Reg. 20, 40. coll. Jes. 10, 23. 28, 22. Dan.

9, 26. conf. Alb. Schultens. ad Prov. 21, 5. — Part. Pahul חָרוּץ 1) *cui quid scissum in membris,* Hieron. *cicatricem habens,* Levit. 22, 22. coll. Arab. حَرِصَهُ *contusio findens nonnihil cutem* (differt igitur a שָׁבוּר *cui fractura in membris*) conf. Alb. Schultens ad Prov. 21, 5. vid. supra חָרַם in חרם. — 2) *acutus* v. infra. — 3) *decisus, definitus* Jes. 10, 22. Plur. חֲרוּצִים Job. 14, 5. Vid. quoque inter Nomina.

Niph. part. foem. נֶחֱרָצָה *definitum, decretum* Jes. 10, 23. 28, 22 Dan. 9, 27. 11, 36., alia forma נֶחֱרֶצֶת 9, 26.

חָרוּץ m. *acutus* (vid. rad. n. 1.), substantive 1) *tribula acuta* Jes. 28, 27. i. e. *aculeis* sive *clavis acutis instructa,* quae alibi duabus vocibus מוֹרַג חָרוּץ appellatur, ut 41, 15. Huc referas etiam Job. 41, 22. (21) יִרְפַּד חֲרוּץ עָלָיו טִיט *sternit in luto tribulam,* ubi corpus crocodili squamis asperum assimilatur tribulae ferreae. Hujus figuram exhibet Matth. Beckius ad *Paraphrasin Chald. Chronic.* Vol. I, p. 210. Plur. חֲרוּצוֹת Am. 1, 3. Conf. de hoc nomine Fulleri *Miscell. S.* L. VI. c. 12. Paulsen *vom Ackerbau der Morgenl.* §. 40 — 42. et infra s. מוֹרַג. — 2) poet. *aurum* Ps. 68, 14. Prov. 3, 14. 8, 10. 19. Zach. 9, 3., sic dictum vel a *colore acuto* h. e. *splendido,* vel quod ex terrae gremio *effissum* est sua sponte, non arte humana. Cum in Arabia felici fundumauro divitem largius perfundit pluvia, illud enudatur, ex eoque existit fulguratio, quae longissime cernitur. De hoc auro ἀπύρῳ v. Diodor. Sicul. lib. 2. c. 93. lib. 3. c. 125. Ita quoque ὀξεῖα βαφὴ et ὀξυφεγγῆ ῥόδα apud Eustathium ad Hom. *Odyss.* X, 305. — 3) *fossa,* ut Chald. חרוץ q. d. *terra excisa* Dan. 9, 25. — Addunt 4) *decisum, judicium* Joel. 4, 14. עֵמֶק הֶחָרוּץ Lxx. κοῖλας τῆς δίκης. Sed alii aliter, v. Rosenmueller. ad h. l.

חָרוּץ m. (formae dagessandae) *acer, solers, sedulus, expeditus,* ut Graec. ὀξύς (v. rad.) Prov. 12, 27. 21, 5.; in plur. Kametz immutabile manet: חָרוּצִים Prov. 10, 4. 12, 24. et חֲרֻצִים Prov. 13, 4.

חָרִיץ m. *caseus,* Arab. كَرِيصٌ (per כ), sic dictus ab *acrimonia,* quemadmodum Graec. ὀξυγάλα τυρός genus *casei* fuit apud Siculos, ab *acore* vel *acrimonia* nomen habens. Al. vertunt: *segmentum.* Lxx. τραφαλίς. Plur. in regim. חֲרִיצֵי 1 Sam. 17, 18.

חָרִיץ m. *tribula* i. q. חָרוּץ 2 Sam. 12, 31. 2 Chron. 20, 3. Victorum scilicet corpora (quae tuit illorum temporum crudelitas) tribulis ferreas rotas aciesve habentibus subjiciebantur. Aliis, nostri temporis magis quam antiqui rationem habentibus, est *fodina* q. d. *excisio metallorum* (conf. חצב de *metallis* Deut. 8, 9. et infra suo loco נְחוּשׁ vel נְחֹשֶׁת *aes*), unde plur. in regim. חֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל *fodinae ferri.* Sic intellexit Danzius in Dissert. de *mitigata Davidis in Ammonitas crudelitate* §. 21.

חַרְצַן m. vel sec. Chald. et Saad. *acinus* (vinaceus), a gravi *acore* sive *acrimonia* (ut *acinus* ab *aceo*), v. Hartmann. Einl. p. 222. — vel *omphax* (Arab. حِصْرِم per metathesin). Plur. חַרְצַנִּים Num. 6, 4.

חֲרַץ Chald. *lumbus*; non differre videtur ab Hebr. חֲלָצִים (ל, ut saepe, mutat. in ר) et Syr. ܚܨܐ, eliso vel ל vel ר. [Alii conferunt Arab. حَضْر, Graec. ὀξὺς, alias ἰξὺς, et *lumbos* dictos censent a *robore* coll. rad. חרץ Hebraeis *acris fuit*, Chaldaeis *valuit*; ut Graec. ἰσχὶς ab ἰσχύω *valeo*, et synonymum Hebr. מָתְנַיִם a *robore* dicuntur. Sic Graec. ὀξὺ etiam exponitur *ἰσχυρόν*, et Lat. *acer* passim pro *forti*, conf. Servius ad Virgilii *Aeneid.* VIII, 614.]. Cum affixo חַרְצֵהּ Dan. 5, 6. sing. pro plur. vel duali, ut שֵׁן pro שִׁנַּיִם Thren. 2, 16. עֶצֶם pro עֲצָמִים Job. 30, 30. etc.

חַרְצֻב vel potius חַרְצֻבָּה f. *constrictio, contorsio* (a rad. Arab. قَصْرَب litt. transpos. حَضْرَب, alias حَصْرَم et حَطْرَب *valide constrinxit torsitve funem*) h. e. a) *vinculum, funis firmiter adstrictus* Jes. 58, 6. — b) trop. *dolor, cruciatus* Ps. 73, 4. (v. rad. חנל).

חָרַק *striduit dentibus, frenduit* (حرق *id.*, خرق *fidit cum frendore*) Job. 16, 9. Constr. c. שֵׁן Thren. 2, 16. Ps. 112, 10. vel בְּשִׁנַּיִם Job. 16, 9. et sq. עַל pers. Ps. 35, 16. 37, 12. Fut. יַחֲרֹק Ps. 112, 10. plur. וַיַּחֲרְקוּ Thren. 2, 16.

חָרַר 1) *exarsit, exustus, adustus est*, de *metallo* Ezech. 24, 11., hinc *exaruit* prae calore, trop. Job. 30, 30: עַצְמַי חָרָה מִנִּי חֹרֶב *ossa mea exaruerunt prae ardore* h. e. omni medulla et humore vitali privata sunt, Jes. 24, 6., ad quem loc. v. Rosenmueller. — (حَرَّ *ferbuit, canduit*). — Niph. נֶחֱרַר et נִחַר (Ps. 69, 4. 102, 4.) *adustus (combustus) est*, a) *proprie* de lignis Ezech. 15, 5., de carnibus Ezech. 24, 10., follis Jer. 6, 29. (ubi tamen Michael. et Rosenmueller. vertunt: *vehementius flavit*, coll. Arab. نَخَرَ *sonum emisit spiritumve cum sono duxit*, unde نَخْرٌ *flatus venti vehemens*); b) *translate* Ps. 102, 4. — Fut. יֵחַר Ezech. 15, 5. — Pilp. infin. חֲרַחַר *exardescere facere, accendere* (litem) Prov. 26, 20.

2) *liber, nobilis fuit, nobili stirpe natus est* (Arab. حُرَّ *liber evasit nobili stirpe natus fuit*, Syr. ܚܪ *liber fuit*); a *candore* ad *splendorem* facilis est transitus. Hinc oritur חֹר.

חֲרָרִים plur. (loca) *adusta, arida prae calore* Jer. 17, 6.

חֹר m., plur. חֹרִים *ingenui, nobiles* 1 Reg. 21, 8. 11. Neh. 2, 16. 4, 14. 5, 7. 7, 5.; semel cum Cholem pleno חוֹרִים Eccles. 10, 17. in regim. חֹרֵי Neh. 6, 17. 13, 17. Jer. 27, 19. 39, 6. cum affixo חָרֶיהָ Jes. 34, 12. (Syr. ܚܪ *nobilis, ingenuus, liber*; Arab. أَحَرّ *nobilior, nobilissimus*). — Sed חוֹר *foramen* et alia vid. sub rad. חור.

חַרְחֻר m. *febris ardens* vel *acuta*, ut Aethiop. ሐራር: Deut. 28, 22.

חָרַשׁ proprie 1) *incîdit, insculpsit, exaravit* Jer. 17, 1. — 2) *aravit, terram aratro proscidit* (حرث, Syr. ܚܪܬ *id.*) Deut. 22, 10. Job. 1, 14., חֹרֵשׁ *arator* Ps. 129, 3.; hinc *transl.* חָרַשׁ רָעָה Hos. 10, 13., vel חָרַשׁ אָוֶן Job. 4, 8. *arare malum, nequitiam* eodem sensu, quo זָרַע dicitur (v. supra) junctum cum verbo קצר *metere.* — 3) *fabricatus est,* quod fit *incidendo* et *exasciando* ligna, lapides et metalla Gen. 4, 22. 1 Reg. 7, 14, hinc metaphor. *meditatus est* aliquid Prov. 14, 22., sed saepius in malam partem: *machinatus est* Prov. 6, 14. 12, 20. (vid. tamen sub 2.). Ita Lat. *fabrefacere astutiam* apud Plautum, *fabricator doli* apud Virgilium, et Graec. τεύχειν κακά apud Hesiod. τέκτονες κακῶν apud Euripid. et passim τεχνιτεύω, τεχνάομαι et τεχνάζω *fabricor* pro *machinor* etc. — 4) *obmutuit, obsurduit, mutus, surdus fuit* (utraque notio copulata est etiam in Graeco κωφός, κωφεύειν et in Arab. خرس, ac satis constat, mutos homines fere omnes auditu carere), q. d. lingua, auditus ei *praecisus est* (cf. κωφὸς a κόπτειν). Et de *surditate* quidem proprie dicitur Mich. 7, 16.; *obmutescentiam* vero (s. v. v.) eam tantum significat, quae ab alicujus arbitrio proficiscitur, ut sit *tacuit, siluit* v. Hiph. (*mutum* enim, qui naturâ et necessitate est, denotat אִלֵּם); sed cum is, qui silet, deses etiam sit et ab agendo alienus, חָרַשׁ in Kal passim habet *quiescendi, torpendi* potestatem (de Deo homines auxilio destituente) Ps. 35, 22. 39, 13. al.; hinc praegnanter dictum est sq. מִן Ps. 28, 1. אַל תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne sileas,* silens te avertas *a me.*

Infin. constr. חָרֹשׁ 1 Sam. 8, 12. Fut. יַחֲרֹשׁ *arabit* Deut. 22, 10. Prov. 20, 4., sed יֶחֱרַשׁ *silebit* Ps. 50, 3. 28, 1. Mich. 7, 16.

Niph. *aratus est* Jer. 26, 18. Mich. 3, 12. (de urbe Hieros. prorsus evertenda v. Lydii Syntagm. de re mil. p. 234.). — Hiph. 1) *fabricatus, machinatus est,* trop. 1 Sam. 23, 9: כִּי עָלָיו שָׁאוּל מַחֲרִישׁ חָרָעָה *nam contra eum* (Davidem) *machinatus est* Saulus *malum* v. supra Kal. — 2) *surdus fuit* 1 Sam. 10, 27. — 3) *siluit* a) vel absolute Gen. 34, 5. Esth. 7, 4., vel sq. accus. rei Job. 41, 3. *(silentio texit, reticuit);* b) sq. לְ *rei* est: *silentio aliquid praetermisit (zu etwas schweigen)* Num. 30, 5. 8. etc. (idem videtur accusativo significari Job. 11, 3., ubi tamen al. reddunt: *silere fecit,* ad silentium redegit); c) sq. מִן vel אֶל pers. Job. 13, 13. Jes. 41, 1. *alicui siluit, aliquem tacitus audivit,* alicui os suum tacitum praebuit. — Deinde vero 4) ut in Kal *siluit* saepe est pro: *quievit* Hab. 1, 13. לָמָּה תַחֲרִישׁ בְּבַלַּע רָשָׁע צַדִּיק *cur siles cum devorat improbus probum?* h. e. cur quiescis, cur id fieri pateris?; Jes. 42, 14. Jer. 38, 27: וַיַּחֲרִישׁוּ מֵעִמּוֹ *et siluerunt,* silentes destiterunt *ab eo;* 2 Sam. 19, 11: לָמָּה אַתֶּם מַחֲרִישִׁים לְהָשִׁיב וגו׳ *cur vos siletis* h. e. cunctamini *reducere.* Paullo aliter Zeph. 3, 17: יַחֲרִישׁ בְּאַהֲבָתוֹ *silebit, quiescet pro amore erga te suo* h. e. condonabit tibi peccata (ut Chald. vertit), cum punire potius deberet. Itaque hîc etiam, ut alibi, הֶחֱרִישׁ sign. *quiescere, segnem esse, ubi agere debebas.* — Hithpah. fut. plur. cum Vau convers. וַיִּתְחָרְשׁוּ *et tacitos, quietos se continuerunt* Jud. 16, 2.

חָרָשׁ m. 1) *opus artificiosum, fabrile,* hinc גֵּי חֲרָשִׁים *vallis fabrorum* 1 Chron. 4, 14. Neh. 11, 35. — trop. *artificium* h. e. *machinatio* (aliis *praestigiae*, ex significatione radicis chald. in Pahel *fascinavit, praestigiatus est*) Jes. 3, 3., ubi respondet voci לַחַשׁ. — 2) *silentium*, et adv. *tacite, clam* Jos. 2, 1.

חָרִישׁ m. *aratio, tempus arationis* Gen. 45, 6. Exod. 34, 21. Metonymice notat *id, quod aratur* vel *arandum est*, unde cum affixo חָרִישׁוֹ *arvum suum*, vulgo *arationem suam* 1 Sam. 8, 12. (Sic *aestas* sumitur pro *fructibus, qui aestate colliguntur* Jes. 16, 9. Jer. 40, 10. Am. 8, 1., *messis* pro *frugibus, quae tempore messis demetuntur* Exod. 23, 10. Deut. 24, 19. Jes. 16, 9. Joël. 3, 18. etc. conf. Glassii *Philolog. S.* L. V. Tract. I. c. 4. §. 3.).

חֹרֶשׁ m. *silva* Jes. 17, 9. Ezech. 31, 3. proprie *caedua*, ex verbi significatione *abscindendi*, vel *densa*, coll. rad. Chald. חרשׁ *implicatus, condensatus est*, unde חֲרִישׁוּתָא *perplexitas ramorum vel silvae.* Cum ה *Locali* חֹרְשָׁה 1 Sam. 23, 16., unde porro cum ב, בַּחֹרֶשֶׁת *prope silvam* 1 Sam. 23, 15. 18. Plur. חֳרָשִׁים 2 Chron. 27, 4.

חָרָשׁ m. (formae dagessandae) 1) *faber* ferri, aeris, lignorum, lapidum. Hinc חָרְשֵׁי עֵץ, חָרְשֵׁי קִיר etc. Exod. 35, 35. Deut. 27, 15. Jes. 40, 19. 20. etc.; trop. Ezech. 21, 36. חָרְשֵׁי מַשְׁחִית *fabri perditionis* h. e. perdendorum populorum periti v. sub rad. 2) *sculptor gemmarum* Exod. 28, 11. — In regim. חָרַשׁ Jes. 44, 12. 13. Plur. חָרָשִׁים 2 Reg. 22, 6. Chron. 24, 12. Jes. 44, 11. in regim. חָרְשֵׁי 2 Sam. 5, 11. 2 Reg. 12, 12. etc. Sed plur. חָרָשִׁים v. sub חָרַשׁ.

חֹרֶשׁ m. instrumentum, quo *secatur* Gen. 4, 22., ad formam יוֹתֵר ut jam vidit R. Sal. ben Melech.

חֵרֵשׁ m. (formae dagessandae) *surdus* Exod. 4, 11. Levit. 19, 14. Ps. 58, 5. Plur. חֵרְשִׁים Jes. 35, 5.; trop. Jes. 29, 18.

חֲרֹשֶׁת f. 1) *sculptura* Exod. 31, 5. 35, 23. — 2) nomen propr. *loci*, ubi Sisera habitabat Jud. 4, 2. 13., de cujus situ nil certi constat.

חָרְשִׁי m. *silens, quietus*, unde foem. רוּחַ חָרְשִׁית eurus *silens, tranquillus*, qui aestum solis magis augebat Jon. 4, 8.

מַחֲרֵשָׁה f. *rutrum, bipalium*, idem instrumentum, quod Germanis nostris *Grabscheid* dicitur, quo terra *incîditur* et *foditur* 1 Sam. 13, 20. Plur. מַחֲרֵשׁוֹת 1 Sam. 13, 21.

מַחֲרֶשֶׁת m. *vomer*, quo *aratur*, cum affixo מַחֲרַשְׁתּוֹ 1 Sam. 13, 20. Arab. مِحْرَاثٌ *aratrum.*

חֶרֶשׂ *testa*, vid. sub rad. חרס. קִיר חֶרֶשׂ urbs Moabit. Jes. 16, 11. Eadem v. 7. et 2 Reg. 3, 25. appellatur קִיר חֲרֹשֶׁת.

חָרַת *incîdit, insculpsit*, non divers. a חרשׁ, sed more Aram. scriptum; Syr. ܚܪܫ *aravit;* Arabes tamen etiam habent خَرَشَ *excavavit* v. Hartmann. Einl. p. 88 sq. Part. Pahul חָרוּת *insculptus* Exod. 32, 16.

חֹרֶת 1 Sam. 22, 5. nomen proprium sylvae in tribu Jud., ubi Davides delituit v. Reland. Palaest. p. 378.

חָשַׁב gener. *cogitavit, mente agitavit,* ut Arab. حسب et Syr. ܚܫܒ [nisi *supputandi* notio (v. Niph. et Pih.) primaria, adeoque *cogitare* sit proprie *rationes subducere*]; spec. 1) meditatus est, excogitavit aliquid, sq. acc. rei, sensu vel a) *bono,* ut carmina Am. 6, 5., opera artificiosa Exod. 31, 4., hinc חֹשֵׁב *artifex* 2 Chron. 26, 15., inpr. *polymitarius* Exod. 26, 1. 31. 28, 6. 15. — Semel omisso acc. Ps. 40, 18. יַחְשֹׁב־לִי *cogitat, meditatur mihi* sc. auxilium, salutem (*er denkt, sinnt für mich*), consulit mihi (coll. עשׂת Jon. 1, 6.); — vel b) *malo:* perniciem, interitum (רָעָה) *machinatus est,* sq. עַל vel לְ pers. (*contra*) Gen. 50, 20. Ps. 35, 4. 20. 41, 8. Jer. 11, 19. 49, 20. 2 Sam. 14, 13. Zach. 8, 17. Mich. 2, 1. — Sq. infin. c. praefixo לְ cogitavit aliquid facere, molitus est, 1 Sam. 18, 25. Ps. 140, 5. Neh. 6, 2. Jer. 23, 26. 26, 3. Sine infin. Jes. 10, 7: לֹא כֵן יַחְשֹׁב *non cogitat ita* facere, Gen. 50, 20: חָשְׁבָה לְטוֹבָה *cogitavit* secum, constituit *illud* (malum) *in bonum* convertere. — 2) habuit aliquid vel aliquem pro etc., sq. acc. et dat. (λογίζεσθαί τινα εἰς τ.), ut Gen. 38, 15. וַיַּחְשְׁבֶהָ לְזוֹנָה *et habuit eam pro meretrice,* existimavit eam meretricem esse; Job. 13, 24. תַּחְשְׁבֵנִי לְאוֹיֵב לָךְ *habes me pro inimico tuo,* 30, 10. 1 Sam. 1, 13.; Job. 41, 19. יַחְשֹׁב לְתֶבֶן בַּרְזֶל *ferrum pro palea habet;* sqq. acc. et כ Job. 19, 11. v. Niph. — hinc passim est: *aestimavit* Jes. 13, 17. כֶּסֶף לֹא יֶחְשָׁבוּ *argentum pro nihilo habent, nihili aestimant,* 53, 3.; 33, 8. לֹא חָשַׁב אֱנוֹשׁ *nihili aestimat hominem;* Mal. 3, 18. חֹשְׁבֵי שְׁמוֹ (magni) *aestimantes,* venerantes *nomen ejus;* v. Pih.; — 3) imputavit alicui aliquid, sq. acc. rei et dat. pers. (λογίζεσθαί τινί τι), sive honesti aliquid Gen. 15, 6., sive turpiter factum Ps. 32, 2. 2 Sam. 19, 20.

Praet. 1. plur. cum affixo חֲשַׁבְנֻהוּ Jes. 53, 3., fut. יַחְשֹׁב Jes. 10, 7., cum Makkeph יַחְשֹׁב־ Ps. 40, 18. cum affixo יַחְשְׁבֵנִי Job. 33, 10, plur. in pausa יַחְשְׁבוּ Jes. 13, 17. simulque cum Nun paragog. יַחְשְׁבוּן Ps. 35, 20.

Niph. נֶחְשַׁב fut. יֵחָשֵׁב 1) computatus, supputatus est 2 Reg. 22, 7. לֹא יֵחָשֵׁב אִתָּם *non supputabitur cum iis* h. e. non exigentur rationes ab iis. — 2) annumeratus est Jos. 13, 3. לַכְּנַעֲנִי יֵחָשֵׁב *Cananaeis annumeratur,* sq. עַל 2 Sam. 4, 2. Levit. 25, 31. — 3) habitus est pro etc. sq. a) nomin. Gen. 31, 15. הֲלֹא נָכְרִיּוֹת נֶחְשַׁבְנוּ לוֹ *nonne pro peregrinis habemur ei* (ab eo) Jes. 40, 17. Prov. 17, 28. Neh. 13, 13.; b) sq. לְ Thren. 4, 2. 1 Reg. 10, 21.; c) sq. כְּ Hos. 8, 12. Jes. 5, 28. 44, 15. Ps. 44, 23. Job. 18, 3.; d) sq. עִם c. plur. Ps. 88, 5. Sed Jes. 2, 2. בְּ est pretii: *quanti ille aestimetur.* — 4) imputatus est, sq. לְ pers., et in *malam* Levit. 7, 18. 17, 4. et in *bonam* partem Num. 18, 27. תְּרוּמַתְכֶם נֶחְשַׁב לָכֶם *imputabitur vobis* tanquam *oblatio a vobis facta;* Ps. 106, 31. וַתֵּחָשֶׁב לוֹ לִצְדָקָה.

Pih. חִשֵּׁב 1) computavit, supputavit Levit. 25, 27. וְיַחֵשֵׁב אֶת־שְׁנֵי מִמְכָּרוֹ *et computet annos venditionis,* 27, 18. 23. 2 Reg. 12, 16. וְלֹא יְחַשְּׁבוּ אֶת־הָאֲנָשִׁים *nec rationes subduxerunt cum viris.* — 2) cogitavit h. e. a) *reputavit, perpendit* Ps. 77, 6. pristina tempora, Ps. 119, 59. vias suas h. e. agendi rationem; b) *meditatus est,* vel sq. acc. Prov. 16, 9. Dan. 11, 24. Hos. 7, 15. (Nah. 1, 9. חַשֵּׁב אֶל־יְהוָה *contra Jovam machinari*), vel sq. infin. Prov. 24, 8, etiam de

rebus inanimatis Jon. 1, 4. *navis cogitabat frangi* h. e. *in eo erat, ut frangeretur,* Lxx. τὸ πλοῖον ἐκινδύνευε τοῦ συντριβῆναι. — 3) aestimavit, rationem habuit alicujus Ps. 144, 3. — Hithpah. fut. in pausa יִתְחַשָּׁב *se ipsum annumerabit* (בַּגּוֹיִם gentibus) Num. 23, 9.

חֲשַׁב Chald. *reputavit, aestimavit:* unde Pehil plur. חֲשִׁיבִין כְּלָא *pro nihilo, nihili habiti, aestimati* Dan. 4, 32.

חֹשֶׁב m. *cingulum,* quo Ephod summi pontificis colligabatur, Exod. 28, 8. 27. 28. 29, 5. 39, 5. 20. 21. Levit. 8, 7. ab *artificioso* opere (v. חָשַׁב) dict., aliis a *mixtura* filorum et colorum, coll. rad. Arab. حشب *miscuit.* Sunt vero etiam, qui *opus polymitarium, texturam* vertant, ut Clericus et Dathius v. Rosenmueller. ad h. l.

חִשְׁבּוֹן m. 1) *ratio, intelligentia, prudentia* Eccles. 7, 25. 27. 9, 10. — 2) nomen oppidi *piscinis* insignis Cant. 7, 5., quod olim Amoritarum Num. 21, 25., postea Israelitarum (h. e. vel Gaditarum vel Rubenitarum) Jos. 13, 26. 21, 37. tum Moabitarum Jes. 15, 4.) fuit. Ptolemaeo (5, 16.) appellatur Ἐσβοῦς, Abulfedae حِسْبَان, add. Burckhardt *Reise* II, p. 623 sq.

חֶשְׁבֹּן m. 1) *ars* (prava), *machinatio* Cohel. 7, 29. — 2) *machina bellica, tormentum* 2 Chron. 26, 15.

מַחֲשָׁבָה et מַחֲשֶׁבֶת (Exod. 35, 33.) f. 1) *cogitatio, consilium, institutum,* vel medio sensu Prov. 19, 21. vel in *bonam* 2 Sam. 14, 14. Ps. 40, 6. Jer. 29, 1 (de Deo), Prov. 12, 6. (de hom.), aut in *malam* partem Mich. 4, 12 (de Deo), Ps. 56, 6. Thren. 3, 60. Jer. 11, 19. Job. 21, 27. (de homin.: *machinatio);* addita voce רָעָה Ezech. 38, 10. Haud infrequens est haec form. חֹשֶׁב מַחֲשֶׁבֶת Jer. 18, 11. 49, 30. 50, 45. Esth. 8, 3. etc. In regim. מַחֲשֶׁבֶת Esth. 8, 5. 2 Chron. 26, 15. cum affixo מַחֲשַׁבְתּוֹ Esth. 8, 3. 9, 25. Plur. מַחֲשָׁבוֹת Prov. 15, 22. etc. in regim. מַחְשְׁבוֹת Ps. 33, 10. 11. Prov. 6, 18. cum affixo מַחֲשָׁבוֹתֵיכֶם Jes. 55, 8. etc. — 2) *opus* ingeniose excogitatum, *artificiosum* Exod. 31, 4. 35, 33. 35.

חֲשַׁבְיָה s. חֲשַׁבְיָהוּ nom. propr. virorum e tribu Levitar. 1 Chron. 7, 45. 10, 14. 26, 3. 27, 30. Esr. 8, 24. Neh. 3, 17. al.

חָשָׁה *siluit, tacuit* (propr. φιμοῦσθαι, cum velut constipato et offarcto ore obticetur, a rad. حشى *farsit, refersit* v. Schultens. ad Hamas. p. 314.) Eccles. 3, 7. Jes. 62, 6.; de fluctibus Ps. 107, 29. Construct. praegn. חָשָׁה מִמֶּנִּי *conticescendo se subduxit, avertit a me, deseruit me* Ps. 28, 1. conf. חרשׁ; hinc passim Deus dicitur *silere,* cum prave facta tolerat et ad exitum perduci patitur Jes. 62, 1. 65, 6. etc. Fut. תֶּחְשֶׁה Jes. 64, 11. [sed וַתַּחַשׁ Job. 31, 5. ratione significationis ad חוּשׁ pertinet, licet forma sit a חָשָׁה].

Hiph. הֶחְשָׁה 1) *silere fecit, sedavit* Neh. 8, 11 (populum). — 2) intrans. *siluit* Jud. 18, 19. 2 Reg. 2, 3. 5. Ps. 39, 3., ubi הֶחֱשֵׁיתִי מִטּוֹב dictum videtur pro: הֶחֱשֵׁיתִי מִטּוֹב עַד רָע *tacui a bono usque ad malum* (Gen. 31, 24.) h. e. nihil omnino, ne verbum quidem, dixi; — hinc *deses fuit, quievit* 1 Reg. 22, 3. Jud. 18, 9., de Jova hominum flagitia tolerante Jes. 42, 14. 57, 11. Imp. plur. הַחְשׁוּ (c. punctis praeter. pro הַחֲשׁוּ, quod tamen aliis est praeter.) 2 Reg. 2, 3. 5.

חְשָׁה Chald. *opus, necesse fuit,* it. *necesse habuit,* sq. Infin. c. praef. לְ (ut Hebr. חסר dicitur tam de *eo, qui caret,* quam de *eo, quod deest*). Part. praes. m. plur. חַשְׁחִין *necesse habentes* Dan. 3, 16., foem. plur. חַשְׁחָן *quae opus sunt* Esr. 6, 9. pro חַשְׁחִין et חִשְׁחָן. Similia exempla participii praes. cum Patach pro Kametz vid. Dan. 2, 5. 8. 4, 16. 5, 25. etc. add. WINER. Grammat. chald. p. 76.

חַשְׁחוּת f. *necessitas* Esr. 7, 20.

חָשַׁךְ *obscurus factus est, obscuratus, obtenebratus est* (proprie coll. Arab. حسك significat *horruit,* ut observat SCHULTENS. in *Commentar.* ad Job. 3, 4.; ab *horrido* dicebantur *tenebrae,* Syr. ܫܚܡ *tenebrosus fuit*) Jes. 13, 10. Job. 3, 8. 18, 6. (de sole ac stellis splendorem amittentibus), Exod. 10, 15 (de terra, cui per locustarum agmina lux solis adimitur), Eccles. 12, 3. Translate dicuntur *oculi obscurari,* vel ejus, qui intelligentia destitutus in perniciem ruit Ps. 69, 24., vel ejus, qui moerore afflicitur Thren. 5, 17 (v. infra חָשֵׁךְ). — Fut. יֶחְשַׁךְ Eccles. 12, 2.

Hiph. הֶחְשִׁיךְ *obscuravit* Am. 5, 8 (diem), 8, 9 (terram), sine casu Ps. 139, 12: *ipsae etiam tenebrae non obscurabunt,* caliginem efficient; — trop. a) Jer. 13, 16. בְּטֶרֶם יַחְשִׁךְ *antequam obscuret* h. e. *tenebras inducat* sc. Deus h. e. antequam vobis infligat calamitates, unde vos expedire non possitis; b) Job. 38, 2. *quis est, qui sapientiam* (meam) *verbis insipidis obscurat!*

חָשֵׁךְ m. *obscurus,* metaphorice *ignobilis,* plur. חֲשֵׁכִים Prov. 22, 29. (Chald. חֲשׂוֹכָא *id.*). Sic Lat. *obscuri homines* vel *personae* pro *ignobilibus* apud CICERON., *ortus obscuris* i. e. ignobilibus *majoribus* apud VELLEJUM.

חֹשֶׁךְ m. 1) *caligo, tenebrae* Exod. 10, 21 sq. Deut. 4, 11. Ps. 18, 12., it. *locus tenebricosus* (ut σκότος) Ps. 88, 13 (orcus), Jes. 42, 7. 47, 5. 49, 9 (carcer); אוֹצְרוֹת חֹשֶׁךְ *thesauri caliginis,* in caligine repositi h. e. abditissimi. — 2) metaphor. (cf. σκότος in N. T.) a) *ignorantia* Job. 37, 19., unde qui in ignorantia versantur, dicuntur *tenebras palpare* Job. 12, 25.; b) *miseria, pernicies* Job. 15, 22. Am. 5, 18. Jes. 9, 1. Zeph. 1, 15. Thren. 3, 2.; c) *tristitia, moestitia* Eccles. 5, 16. Cum affixo חָשְׁכִּי *tenebrae meae* i. e. *miseria mea* Ps. 18, 29. 2 Sam. 22, 29.

חָשׂוֹךְ m. Chald. *id.* in statu emph. חֲשׂוֹכָא Dan. 2, 22.

חָשֵׁךְ m. *id.* unde plur. חֲשֵׁכִים *tenebrae* Jes. 50, 10.

חֲשֵׁכָה f. *id.* Gen. 15, 12. Jes. 8, 23. Ps. 82, 5., semel cum Jod חֲשֵׁיכָה Ps. 139, 12. et in regim. חֲשֵׁרַת Ps. 18, 12.

מַחְשָׁךְ m. *locus obscurus* sive *tenebricosus* Jes. 29, 15. Ps. 88, 7., max. de *orco* Ps. 143, 3. Thren. 3, 6., trop. de *miseria* Jes. 42, 16. Sed Ps. 88, 19. מְיֻדָּעַי מַחְשָׁךְ ita vertas: *socii mei* sunt in *tenebris* h. e. subtraxerunt se oculis meis, deseruerunt me. Plur. מַחֲשַׁכִּים Ps. 88, 7. in regim. מַחֲשַׁכֵּי Ps. 74, 20.

חָשַׂךְ 1) cohibuit, *coercuit,* ut linguam (sermonem) Prov. 10, 19. 17, 27. Job. 7, 11. 16, 5., populum 2 Sam. 18, 16., vocem Jes. 58, 1., lucem Ezech. 30, 18. (ad quem loc. v. ROSENMUELLER.), sputum Job. 30, 10.;

sq. מִן a) *cohibuit, retinuit* ab aliqua re Gen. 20, 6.; b) *servavit, tutum praestitit ab* al. re Job. 33, 18. Ps. 19, 14. 78, 50.; Prov. 24, 11: מָטִים לַהֶרֶג תַּחְשֹׂךְ *destinatos morti serva, libera* a morte; c) *denegavit* alicui aliquid Gen. 22, 12. 39, 9. — 2) pepercit et rebus Prov. 21, 26. et hominibus 2 Reg. 5, 20. Jes. 14, 6. Absolute Esr. 9, 13: חָשַׂכְתָּ לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ *pepercisti* (nobis) *infra peccata nostra* h. e. minus, quam merebantur peccata, punivisti, et Prov. 11, 24. חֹשֵׂךְ *parcus.* — Sq. לְ est: *reservare (aufsparen)* Job. 38, 23. *reservo* (nivem, grandinem) *tempori calamitoso* (Syr. ܚܣܟ et Chald. חֲסַךְ *id.*). — Imper. חֲשֹׂךְ Ps. 19, 14. fut. אֶחֱשֹׂךְ Job. 7, 11., sed cum Vau convers. וָאֶחְשֹׂךְ Gen. 20, 6., foem. תַּחְשׂוֹךְ Prov. 24, 11.

Niph. fut. יֵחָשֵׂךְ *cohibebitur* Job. 16, 6. et retracto accentu יֵחָשֵׂךְ *reservatur* Job. 21, 30.

חשל *debilitavit*, in Kal inusit., Niph. part. plur. נֶחֱשָׁלִים *debilitati* Deut. 25, 18. (خُسَّلٌ *debiles, viliores*, a rad. خسل *rejecit*).

חֲשַׁל Chald. *contudit, diduxit* aes, *malleavit*, unde part. praes. חָשֵׁל *contundens* Dan. 2, 22., Syr. ܚܫܠ *fabricavit, malleavit.*

חַשְׁמַל vel, ut alii legunt, חַשְׁמָל m. *aurichalcum, metallum* χαλκόχρυσον i. e. *ex aere et auro conflatum* Ezech. 1, 4. 27., sec. Bochartum in *Hieroz.* T. III, p. 885. compositum ex Chald. נְחָשׁ *aes* (abjecto Nun per aphaeresin) et מְלַל *aurum*, sec. alios ex נְחָשׁ *aes* et Chald. מְלַל *ussit* q. d. *aurum ustum* (german. *glühendes Erz*). Lxx. Vulg. *electrum*, quod non succinum sed, ut apud Graecos passim (Pausan. 5, 12. Plin. H. N. 33, 23. Sophocl. Antig. 1038.), metallum ex auro argentoque conflatum significat. — Cum ה paragog. חַשְׁמַלָּה vel חַשְׁמָלָה Ezech. 8, 2.

חַשְׁמָן m. *magnas, optimas*, a rad. Arab. حشم *multos habuit famulos et asseclas*, it. *pinguis fuit* vel *evasit, bene habuit*, unde حَاشِمٌ et حشيم *magnus magnique famulitii vir.* Aliorum sententias de origine hujus vocis recensent Pfeifferus in *Dubiis vexat.* ad Ps. 68, 32. et Barth. Mayerus in *Philologia S.* P. I, p. 147 sq. add. Michaelis in *Suppl.* p. 972., qui *Asmuneos*, اشمونين, incolas nomi superioris Aegypti intelligit, parum probabiliter. Plur. חַשְׁמַנִּים Ps. 68, 32.

חָשַׁן rad. in Hebr. inusit., Arab. حسن *elegans, pulcher fuit*, in Conj. II. et V. *ornavit.*

חֹשֶׁן m. *ornamentum pectorale* pontificis maximi Exod. 25, 7. 28, 4. 15. 39, 5. 8. 9. Levit. 8, 8. etc. a summa *elegantia* et *pulchritudine* dict.

חָשַׂף Duplex radix: I) *nudavit, denudavit* (حشف *scalpsit, descalpsit, scalpendo derasit*) aliquid Ezech. 4, 7. Jes. 52, 10., aliquem Jer. 49, 10.; *retexit, subtraxit* velum Jer. 13, 26. — Arborem *nudare* est vel *decorticare* Joel. 1, 7. vel *foliis privare* Ps. 29, 9. — II)

exhausit (denominat. a حَسُوفٌ *puteus perennem scaturiginem habens*) Jes. 30, 14. Hagg. 2, 16. — Pahul plur. ex Syriasmo חֲשׂוּפַי pro חֲשׂוּפֵי Jes. 20, 4., imp. foem. חִשְׂפִי Jes. 47, 2. fut. יֶחֱשֹׂף Ps. 29, 9.

מַחְשֹׂף m. *denudatio, decorticatio* Gen. 30, 37.

חָשִׂיף m. propr. *decerptum*, hinc *parvum, exiguum, tenue*; 1 Reg. 20, 27: שְׁנֵי חֲשִׂיפֵי עִזִּים *duo parvi* (greges) *caprarum*, Lxx. δυὸ ποίμνια αἰγῶν; cf. Arab. حُسَافَةٌ *parum aquae, reliquiae cibi.*

חָשַׁק propr. *fixit, defixit, infigendo junxit* (ut خزق; nam خسق a خزق non discrepare dicit Gieuharius; cf. חֲשׁוּקִים, חִשֵּׁק et חֵשֵׁק); hinc 1) *adhaesit* h. e. *addictus fuit alicui, delectatus est aliquo*, sq. בְּ (q. d. defixus fuit, oculos defixit in) Ps. 91, 14. Gen. 34, 8. Deut. 7, 7. 21, 10. (Cognat. etiam est عشق *amavit*, ח et ע permut.). Sq. acc. et sensu praegn. Jes. 38, 17: חָשַׁקְתָּ נַפְשִׁי מִשַּׁחַת *me amans* extraxisti *e fovea*, suppresso וְהוֹצֵאתָ. — 2) sq. Infin. חָשַׁק לִבְנוֹת *libuit, placuit aedificare* 1 Reg. 9, 19. 2 Chron. 8, 6. cf. rad. חָפַץ.

Pih. חִשַּׁק (a nomine חֲשׁוּק) *virgis* sive *perticis infixis junxit, virgis cohaerere fecit* sive *conseruit* Exod. 38, 28. — Pyh. חֻשַּׁק *virgis* seu *perticis infixis conjunctus est*, part. plur. מְחֻשָּׁקִים *virgis* sive *perticis junctae, virgis consertae* Exod. 27, 17.

חֲשׁוּק m., in plur. חֲשׁוּקִים Clerico, Dav. Millio in Diss. de *Tabernaculo Mosis* (ejus *Miscellaneis S.* inserta) c. 2. §. 4. et aliis *virgae* sive *perticae*, quibus infixis et aulaea *adhaerebant* et quarum ope columnae *conserebantur*, q. d. *adhaesiones, adjunctiones, consertiones.* Cum affixo חֲשׁוּקֵיהֶם et חֲשֻׁקֵיהֶם Exod. 27, 10. 11. 36, 38. 38, 10. 11. 12. 17. 19. 38.

חֵשֶׁק m. *appetitus, desiderium* Jes. 21, 4. cum affixo חִשְׁקִי; metonymice *id, quod appetitur* 1 Reg. 9, 1. 19. 2 Chron. 8, 6.

חִשֻּׁקִים m. plur. *radii rotae*, quibus apsis et modiolus *conjungitur* et *conseritur* 1 Reg. 7, 33.

חָשַׁר radix Hebraeis inusitata, Arab. حشر *collegit, congregavit.* Inde sunt

חַשְׁרָה f. *collectio, congregatio*, in regim. חַשְׁרַת מַיִם 2 Sam. 22, 12. *congregatio aquarum*, quae fit nubibus impositis nubibus. Quidam dictum volunt pro שַׁחְרָה *nigredo, obscuritas*, coll. Ps. 18, 12., ubi pro eo occurrit חֲשֵׁכָה. Non placet.

חִשֻּׁרִים m. plur. *modioli rotae* q. d. *congregationes radiorum* i. e. in quibus radii concurrunt 1 Reg. 7, 33.

חֲשַׁשׁ m. Jes. 5, 24. 33, 11. i. q. Arab. حَشِيشٌ *herba siccior, pabulum siccum, foenum.*

חֵת, plur. חִתִּים nomen propr. populi Cananitici, in vicinia Hebronis

alibique sparsim habitantis Gen. 15, 20. Jos. 11, 3. 12, 8. etc.; interdum etiam latius pro Cananitarum gente positum 2 Reg. 7, 6. conf. J. D. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 9 sqq.

חָתָה *cepit* captumque *abstulit, abripuit,* sive res (ut ignem, prunas) Prov. 6, 27. Jes. 30, 14., sive hominem Ps. 52, 7. (propr. videtur nonnullis significare: *contorsit* aliquid et *constipavit ad commodius capiendum* et *auferendum;* nam حتو, حتى et حتاء est *torsit*, v. Alb. Schultens ad Prov. 6, 27.; cf. tamen Hartmann. Einl. p. 225.). Praegnanter dic. Prov. 25, 22. *capies prunas ardentes* (et impones) *capiti ejus.* Fut. יַחֲתֶה Prov. 6, 27. cum affixo יַחֲתֶךָּ Ps. 52, 7. [Sed תֶּחֱתָה Prov. 17, 10. pertinet ad נחת, licet forma sit tanquam a חתה per apocopen].

מַחְתָּה f. 1) Levit. 16, 12. Num. 17, 11. *instrumentum* vel *vas,* quo prunae ex igni *capiuntur* et *portantur: batillus* (conf. pluribus de *vase* illo Braunii *Selecta S.* L. II. c. 5. Deylingii *observatt. S.* P. II. obs. 47. §. 8 sq.); Jarchius ad Num. 9, 14. testatur, מחתה habuisse tria latera, ab anteriori autem parte prunas hausisse, ad formam scil. litterae hebr. ח, cui formae si addatur manubrium, quod Talmudici illi tribuunt, emerget figura batilli ⊓. — 2) Exod. 25, 38. 37, 23. Num. 4, 9. *vas,* in quo cineres et adustae partes ellychniorum, forcipibus praecisae reponebantur, *vasculum emunctorium,* Luth. *Leschnapf,* Lxx. ὑπόθεμα. Plur. מַחְתֹּות Exod. 38, 3. Num. 4, 14. 2 Reg. 25, 15.

חָתַךְ *decidit* (Chald. *secuit, decidit*). Niph. נֶחְתַּךְ *decisum, definitum est* Dan. 9, 24. Consent. Lxx. et Theodot.

חָתַל *fasciis involvit, fasciavit.* Pyh. חֻתַּל *fasciis involutus fuit* Ezech. 16, 4. — Hoph. infin. absol. הָחְתֵּל *fasciis involvendo, fasciando,* ibid.

חִתּוּל m. *fascia* (ad vulnus deligandum) Ezech. 30, 21. Arab. خِتْل *tegmen, involucrum.*

חִתּוּלָה f. *fascia* (qua infans involvitur) Job. 38, 9.

חָתַם impresso sigillo signavit, obsignavit (Arab. ختم) Jer. 32, 10. Esth. 8, 8. Jes. 8, 16. Dan. 12, 9. Part. חֲתוּמִים Neh. 10, 1. *obsignati* h. e. quorum nomina subscripta sigillo signata sunt; metaphorice (cf. σφραγίζειν in N. T.): 1) quia libello sive epistolae ad *finem* perductae sigillum (خَاتَم) imprimi solet: *perfecit, absolvit, complevit,* sq. accus. Dan. 9, 24. (visum, oraculum), Ezech. 28, 12. חֹתֵם תָּכְנִית *perficiens, absolvens pulcritudinem* h. e. summa ornatus pulcritudine; (quo sensu apud Syros et Arabes usitatius est cf. خَاتِم *ultimus* et خَاتِمَة *extremum,* v. Alb. Schultens *ad* Hariri Cons. I, p. 8. — 2) quia sigillo muniri solent, quae clausa et recondita esse debent: *clausit, conclusit, occlusit, recondidit,* sq. ב Job. 37, 7. *obsignat manus hominis* h. e. claudit et ligat, efficit, ut non

possit opus facere; sq. בְּעַד Job. 9, 7. *obsignat stellas* h. e. facit, ut splendorem amittant. Hinc Pahul חָתוּם *obsignatus, obsignatum* i. e. *clausum, reconditum* Deut. 32, 34. Cant. 4, 12. Jes. 29, 11. Jer. 32, 11. 14. — 3) Job. 33, 16. יְגַלֵּה אֹזֶן אֲנָשִׁים וּבְמוּסָרָם יַחְתֹּם *aperit aurem hominum et obsignat* (eam) *castigatione, admonitione* h. e. suggerit iis talia, quae non abiicere, sed alta mente reposta tenere decet. Alii aliter v. Rosenmueller. ad h. l. — Infin. absol. חָתוֹם Jer. 32, 44. Imp. חֲתֹם Dan. 12, 4. Fut. יַחְתֹּם Job. 9, 7.

Niph. נֶחְתַּם *obsignatum est* Esth. 3, 12. Infin. absol. נֵחָתוֹם Esth. 8, 8. v. Gesen. Lehrgeb. p. 310. — Pih. praet. plur. חִתְּמוּ *obsignant se* vel *sibi* h. e. *claudunt, continent se domi* Job. 24, 16. — Hiph. הֶחְתִּים intrans. *obstructus fuit* Levit. 15, 3: הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ מְזוֹבוֹ (si) *obstructum fuerit corpus ejus a fluxu suo* h. e. si seminis fluxus remiserit.

חֲתַם Chald. *id.*, unde praet. cum affixo חַתְמַהּ *obsignavit eam* Dan. 6, 18.

חוֹתָם m. *sigillum, annulus signatorius* (خَاتَم) Exod. 28, 11. 21. Job. 41, 7. Jer. 22, 24. Hagg. 2, 23. etc.; metonymice ipsa *nota sigillo expressa* Job. 38, 14. Cum affixo חֹתָמְךָ Gen. 38, 18.

חֹתֶמֶת f. *id.* Gen. 38, 25.

חָתַן *affinis fuit*, spec. *inito conjugio* (a nomine חָתָן?). Part. praes. חֹתֵן *socer* i. e. *pater uxoris* (cf. חם supra) Exod. 18, 1. 2. 5. 14. 17. Num. 10, 29. Jud. 1, 16. 4, 11. Cum affixis חֹתְנְךָ Exod. 18, 6. חֹתְנוֹ Exod. 3, 1. 4, 18. 18, 7. 24. 27. Foem. חֹתֶנֶת *socrus* i. e. *mater uxoris*, cum affixo חֹתַנְתּוֹ Deut. 27, 23. — Hithpah. הִתְחַתֵּן *affinitatem iniit* (filiam in matrimonium vel ducendo vel collocando), sq. אֶת Gen. 34, 9. 1 Reg. 3, 1., sq. בְּ Deut. 7, 3. Jos. 23, 12. Esr. 9, 14., sq. לְ 2 Chron. 18, 1.

חָתָן m., gener. *affinis* (Arab. خَتَن *proximus uxoris*, sc. *pater* ejus aut *frater*, *patruus* etiam, *avunculus* etc.) 2 Reg. 8, 27.; spec. ratione *soceri* vel *socrus*: *gener* 1 Sam. 18, 18., respectu *sponsae*: *sponsus* Jer. 7, 34. (Sic Graec. γαμβρός et κηδεστής h. e. *affinis*, specialiter pro *genero* usurpari solent). De *sponso* autem *sanguinum* Exod. 4, 25. conf. Dexlingii *observatt. S.* P. II. n. 10. Pocockii *Not. miscell.* ad *Portam Mosis* p. 51 sq. Rosenmueller. ad Exod. l. c. etc. In regim. חֲתַן Exod. 4, 25. 26. Jud. 15, 6. cum affixo חָתְנוֹ Jud. 19, 5. Plur. חֲתָנִים Gen. 19, 14.

חֲתֻנָּה f. *affinitatis per conjugium contractio, desponsatio, nuptiae* Cant. 3, 11.

חָתַף i. q. חָטַף *rapuit, abripuit* (خطف *id.*). Fut. יַחְתֹּף Job. 9, 12.

חֶתֶף m. *rapina* i. e. abstract. pro concr. *praedo* q. d. pro אִישׁ חֶתֶף (ut הֶלֶךְ pro אִישׁ הֶלֶךְ 2 Sam. 12, 4.) Prov. 23, 28. Ita B. Michaelis; Schultens. ex Arab. خَاطِف *harpago, uncus venatorius*. Sed illud simplicius.

חָתַר *fodit, perfodit*, sq. בְּ Ezech. 8, 8. 12, 5. 7. (perfodit, perrupit *murum*); it. *irrupit*, sq. בְּ Am. 9, 2., sq. acc. Job. 24, 16.; metaphorice *remigavit* (remis enim aquae quasi *fodiuntur*, secantur cf. Ovid. Met. 11, 461 sqq. Trist. 3, 12, 36.) Jon. 1, 13. Alia quoque *secandi, findendi* et *fodiendi* vocabula ad *navigationem* referri solent, cujus rei exempla plurima dedit Simonis in *Arcano Form. Hebr.* p. 427. et in *Onomast. V. T.* p. 632. Imp. חְתָר Ezech. 8, 8., fut. plur. יַחְתְּרוּ Ezech. 12, 12.

מַחְתֶּרֶת f. *perfossio*, Lxx. διόρυγμα; al. *instrumentum, quo perfoditur*, Exod. 22, 1. Jer. 2, 34.

חָתַת 1) *fractus, contusus, contritus est* (حَتَّ) vid. sub Niph. Pih. et Hiph. — 2) metaphorice *consternatus, territus est*. [Sic Lat. *metu frangi* dixit Cicero, *minis frangi* pro *terreri* Statius etc.; ceterum cf. infra שׁבר]. 2 Reg. 19, 26. Job. 32, 15. Jes. 37, 27. Jer. 14, 4. 48, 20. 50, 2. Praet. 3, f. in pausa חָתָּה Jer. 48, 1.

Niph. נֵחַת 1) *fractus, confractus est*, translato sensu Jes. 7, 8. *confringetur*, attenuabitur *Ephraim* מֵעָם *ita ut non sit amplius populus*; Jes. 51, 6. *salus mea non confringetur* h. e. non deficiet. — 2) *consternatus, territus est* Jer. 17, 18. Deut. 1, 21. 31, 8. Jos. 1, 9. 10, 25. (max. in hac form. לֹא תִירָא וְלֹא תֵחָת); sq. מִן *aliqua re terreri* Jes. 30, 31. 31, 4. Jer. 10, 2., sq. מִפְּנֵי *ab aliquo timere* Jer. 1, 17. Ezech. 2, 6. — Fut. יֵחַת Job. 39, 25. plur. יֵחַתּוּ 1 Sam. 2, 10.

Pih. חִתַּת 1) intransitive *fractus est* (arcus) Jer. 51, 56. — 2) *terruit*, 2 pers. praet. חִתַּתְּ pro חִתַּתָּ Job. 7, 14.

Hiph. הֶחְתִּית et defective הֶחָת 1) *fregit, confregit* Jes. 9, 3., ubi הַחְתָּה 2 p. praet. (pro חִתַּתָּ resoluta vocali longa Zere in Patach et Dagesch forte implicitum, ut in aliis *defectivis*, e. g. חִלַּכְתָּ Gen. 11, 6. Deut. 2, 31. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 371.); Jer. 1, 17. פֶּן־אֲחִתְּךָ *ne te frangam, conteram*. — 2) *terruit* Jer. 49, 37. ubi 1. p. praet. וְהַחְתַּתִּי (v. Gesen. l. c. p. 370.); Job. 31, 34. יְחִתֵּנִי *terrebat me*; Hab. 2, 17. וְיַחִתָּן (pro וְיַחִיתָן, mutato Zere in Patach propter pausam, ut Ps. 118, 10. 11. 12.), petita forma a quiesc. med. (v. Gesen. p. 369.), *terrebit eas* (Schultens in *Institut. ling. Hebr.* p. 332. et 428. praeter necessitatem deducit ab Arab. حَتَّ *ex insidiis invasit, imminuit in praedam*, cum Nun paragog., quem sequitur Michaelis *in der Beurtheilung der Mittel* etc. p. 312).

חֲתַת m. *consternatio, terror* Job. 6, 21.

חַת m. 1) *terror* Job. 41, 25 (24), unde cum affixo חִתְּכֶם (mutato Patach in Chirek, ut in aliis, e. g. in בֵּת, מַךְ etc.) Gen. 9, 2. — 2) *fractus, contritus*, it. *consternatus*, unde plur. חִתִּים *fracti* (arcus) 1 Sam. 2, 4., *consternati* (hostes) Jer. 46, 5.

חִתָּה f. *terror* Gen. 35, 5.

חִתִּית f. *id.* Ezech. 32, 23. 27., cum affixo חִתִּיתוֹ sec. Cthib Ezech. 32, 32., sed Kri habet חִתִּיתִי.

הַתְחַת m. *terror*, plur. הַתְחַתִּים Eccles. 12, 5.

מְחִתָּה f. propr. *fractio, contritio*, hinc 1) *pernicies, interitus* Prov. 10, 14. 13, 3. 18, 7. — 2) *ruina* Ps. 89, 41. — 3) *consternatio, terror* Prov. 10, 15. Jes. 54, 14.

ט

טְאֵב Chald. (hebr. טוב) *laetus fuit*, sq. עַל Dan. 6, 24. Syr. ܛܳܒ *id.*

טָאטֵא *everrit* Jes. 14, 23. Pilel verbi obsoleti טוּא, coll. Arab. طَآءَةٌ *lutum, coenum*, v. Gesen. Comment. I, p. 490. Al. interpretantur: *demisit, demersit*, ex Arab. طَأْطَأَ *demisit* (conf. Castelli *Heptagl.* s. v. et Camus. ap. Pocock. *in notis ad Portam Mosis* p. 142.), ut טִאטֵאתִיהָ sit: *demittam eam* in foveam internecionis.

מַטְאֲטֵא Jes. 14, 23. *scopa, everriculum*, auctore Abenesra, qui interpretatur: שיסירו בו הדומן (instrumentum) *quo coenum removent.* Al. *coenum, lutum.*

טָבְאֵל nom. propr. vid. sub rad. טוֹב.

טַבּוּר m. *quilibet locus editus, collis, mons* Jud. 9, 37., ubi respondet *montium cacuminibus*, רָאשֵׁי הֶהָרִים v. 36., Ezech. 38, 12., ubi Hierosolyma propter situm eminentiorem טַבּוּר הָאָרֶץ nominatur; Samar. טבור *mons* (quod, quasi טַוּוּר scribatur, ad טוּרָא Chald. refert Edm. Castell. assentiente Michael. in *Supplem.*), Arab. transpos. طَرِبٌ *parvus collis*, Aethiop. דבר *mons* etc. Vulgo ex Talmudistarum usu (טיבור), consentientibus quidem Lxx. et Vulg., *umbilicus* i. e. meditullium terrae, ut Aetoli *Graeciae umbilicum* incolere dicuntur ap. Livium lib. 35. c. 18. (coll. lib. 38. c. 47. Odyss. 1, 50.); ad utrumque tamen locum parum accommodate. Multo adhuc minus probandam esse *anguli* notionem (Arab. طِبْرٌ *angulus* v. Michaelis in *Suppl.*), arguit locus uterque: ille, quod *montium cacuminibus* vocem טביר substituit; hic, quod non *in* angulo terrae, sed *super* טבור הארץ regni Israelitici sedem collocat.

טָבַח 1) *mactavit, jugulavit* (in ling. Aethiop. v. Job. Ludolfi *Comment. in hist. Aeth.* p. 205.) ad vulgarem cibum (ut זָבַח *sacros in usus mactavit*) Exod. 22, 1. Gen. 43, 16. Prov. 9, 2. Jer. 25, 34. 1 Sam. 25, 11. (طبخ *coxit, assavit*). — 2) *occidit violenter, trucidavit* Thren. 2, 21. Ps. 37, 14. Ezech. 21, 15. Exod. 22, 1. Infinit. constr. טְבֹחַ Jer. 11, 19. Imper. טְבַח Gen. 43, 16.

טַבָּח m. *mactator*, hinc 1) *coquus*, qui pecudes *mactat ad coquendum* 1 Sam. 9, 23. 24. (طَبَّاخٌ *coquus*). — 2) *satelles*, cujus erat sontes

occidere, carnifex; plur. טַבָּחִים *satellites, corporis regii custodes, praetoriani milites,* quorum erat poenas capitales exsequi Gen. 37, 36. 2 Reg. 25, 8. 10. 11. Jer. 39, 9. 10. 11.; רַב טַבָּחִים vel שַׂר טַבָּחִים *dux praetorianorum* Gen. 37, 36.

טַבָּח m. Chald. *satelles,* plur. in statu emphat. טַבָּחַיָּא Dan. 2, 14.

טַבָּחָה f. *coqua,* plur. טַבָּחוֹת 1 Sam. 8, 13.

טֶבַח 1) *mactatio* Prov. 7, 22. Jes. 53, 7. it. *occisio* Jes. 34, 2. 48, 15. 50, 27. Ezech. 21, 20. — 2) metonymice *pecus, quod mactatur* Gen. 43, 16. Cum affixo טִבְחָה Prov. 9, 2.

טִבְחָה f. 1) *mactatio* Ps. 44, 23. Jer. 12, 3. — 2) metonymice *pecus, quod mactatur* 1 Sam. 25, 11.

אֲבַטִּיחִים m. plur. Num. 11, 5., genus plantarum cucurbitacearum, ex Lxx. auctoritate: *pepones* (unde vern. *Pfeben*), dicti a *coquendo* (ut πέπων a πέπτειν), Arab. transpos. lit. بطيخ, v. Hasselquist Itiner. p. 528 sqq. Celsii Hierobot. II, p. 241. et Rosenmueller. *Morgenland* II, p. 241.

מַטְבֵּחַ m. *occisio, caedes* Jes. 14, 21.

טִבְחַת nomen proprium urbis Syriacae 1 Chron. 18, 8. situs incerti adeoque, cum locus parall. 2 Sam. 8, 8. בֶּטַח exhibeat, incertae scriptionis, quanquam h. l. Syrus interpres, cujus praecipua est in nominibus Syriacis auctoritas, טִבַח habet. Posses a טִבְחַת ad תִּפְסַח (*Tapsacum*), urbem Salomonici imperii adeoque a Davide sine dubio expugnatam 1 Reg. 5, 8., facili conjectura delabi; possis etiam, si בֶּטַח sanior esset lectio, بطيخ, *Badajeh*, urbem Arabiae desertae (Assemani Bibl. or. T. III. P. II, p. 560.) conferre: sed vix quisquam in tanta lectionis incertitudine pro certo aliquid affirmare ausit.

טָבַל 1) *tinxit, intinxit, immersit, demersit* (Chald. טְבַל *id.* cf. Arab. طمل) sq. acc. rei et בְּ humoris Gen. 37, 31. Levit. 9, 9. Deut. 33, 24. Ruth. 2, 14. 2 Reg. 8, 15. trop. Job. 9, 31. — 2) intransit. *intinxit, immersit se* 2 Reg. 5, 14. — Niph. נִטְבַּל *intinctus, immersus est* Jos. 3, 15.

טְבוּלִים m. plur. Ezech. 23, 15. vulgo *tiarae tinctae* et *versicolores,* vel, ut Ovidius vocat, *mitrae pictae,* ab Arab. طمل *imbuit colore* vestem. Sed potius descendit a rad. Aethiop. טבלל *obvolvit, involvit, circumvolvit,* quae speciatim de *circumvolutione fasciarum* usurpari solet, coll. synonymis צָנִיף et מִצְנֶפֶת.

טָבַע *infixus est* 1 Sam. 17, 49., *immersus, demersus, submersus est,* atque hinc *subsedit* Ps. 69, 3. טָבַעְתִּי בִּיוֵן *demersus sum in luto,* Jer. 38, 6. Ps. 9, 16. Thren. 2, 9. v. Kuypers *ad carm. Ali* p. 166. (Arabibus طبع adhibetur de *sordibus, faece* etc., quae *subsidunt,* ut in aquis) — *signavit, obsignavit,* quasi *annulum immersit in lutum sigillare* (طبع *obsignavit, munivit impresso sigillo,* طابع *impressit, signavit, mersus est*), unde טַבַּעַת, q. v. — Fut. יִטְבַּע Jer. 38, 6. — Pyh. טָבַע *demersus est* Exod. 15, 4. — Hoph. הָטְבַּע *demersus est* Jer. 38,

22.; Prov. 8, 25. בְּטֶרֶם הָרִים הָטְבָּעוּ *antequam montes infigerentur*, subsiderent coll. Lucret. V 496. Job. 38, 6.

טַבַּעַת f. 1) *annulus signatorius*, q. d. *immersio*, quod mergitur in lutum sigillare Gen. 41, 42. Esth. 3, 12. Num. 31, 50. — 2) latiore sensu, *quidquid est figura circulari*, ut annulus, cui vectes gestationi inservientes inseruntur, Exod. 25, 26. 27., adeoque *annulus* sigillo carens, ut muliebris (cf. rad. חָתַם) Exod. 35, 22. Jes. 3, 21. Schroeder ad Jes. 3. p. 179. 186. (טַבָּעַת annulus). Cum affixo טַבַּעְתּוֹ Esth. 3, 10. plur. טַבָּעֹת Exod. 25, 12. in regim. טַבְּעֹת Exod. 25, 12. 26.

טַבָּת oppidum in tribu Ephraim. Jud. 7, 22.

טֵבֵת m. nomen mensis decimi, qui, quantum lunares comparari solaribus possunt, respondet nostro *Januario* (neutiquam *Decembri*). Hieron. ad Ezech. 39, 1. „*decimus mensis, qui Hebraeis appellatur* Tebeth, *et apud Aegyptios Tυβι, apud Romanos* Januarius." Etymologia semitica deest; sono autem proxime accedit ad Copticum Januarii nomen: TΩBI in *Lexico La Croziano* p. 107., *Τήβ* in Cod. Lambeciano (ap. Treschov. in *tentam. descript. Codd. Vindob.* p. 129.), Arab. طُوبَة, quod tamen ante Graecorum in Aegyptios imperium Arabibus in usu fuisse vix videtur. Conf. Michaelis *Suppl.*

טָהֵר *mundus fuit* vel *evasit, mundatus est* (טָהַב *conspicua fuit* res, adeoque abstersa, deinde *pura fuit, nituit, nitide mundus fuit*, hinc in טָהָר et טֹהַר *nitoris* notio; טָהֵר *mundus, purus, sanctus fuit* v. Hartmann. Einl. p. 87.). Dicitur a) *φυσικῶς* 2 Reg. 5, 10. 12. 13. 14. (mundari a *lepra*, quae, tanquam sordes, corpori inhaeret); — b) *νομικῶς* de iis vel *hominibus* vel *rebus*, quibus ex lege Mos. *immunditiae* aliquid inerat Levit. 12, 7. 15, 28. (22, 7. Num. 19, 19.) Levit. 13, 6. 34. 14, 8. etc. v. infra טמא; — c) *ἠθικῶς* Job. 4, 17. Ps. 51, 9. Jer. 13, 27. Ezech. 24, 13. — Praet. foem. טָהֲרָה Levit. 15, 28. in pausa וְטָהֳרָה Levit. 12, 8. Imper. טְהַר, in pausa טָהֵר 2 Reg. 5, 10., fut. אֲטַהֵר Ps. 51, 9. foem. תִּטְהֲרִי Ezech. 24, 13.

Pih. טִהֵר 1) *purgavit*, ut metalla Mal. 3, 3., aetherem Job. 37, 21. terram (a cadaveribus) Ezech. 39, 12. 2 Chron. 34, 5 (ab idolis). — 2) *purum, mundum declaravit*, sensu vel levitico Levit. 13, 6. 23. 28. 14, 11. 16, 30. al., vel ethico Ps. 51, 4. Ezech. 36, 33. Infin. טַהֵר Levit. 16, 30. cum affixo טַהֲרִי Ezech. 36, 33. Imp. cum affixo טַהֲרֵנִי Ps. 51, 4. etc. — Pyh. part. foem. מְטֻהֶרֶת *mundata* Ezech. 22, 24. — Hithpah. הִטַּהֵר (pro הִתְטַהֵר) *mundavit se* Esr. 6, 20. Neh. 13, 22., it. *mundandum* (sacerdotibus) *se stitit* Levit. 14, 4. 7. 14. etc. Praet. plur. in pausa וְהִטַּהֲרוּ (mutato priore Kametz ante aliud propter euphoniam in Segol) Num. 8, 7. Imp. plur. הִטַּהֲרוּ Gen. 35, 2. fut. וַיִּטַּהֲרוּ Neh. 12, 30.

טָהוֹר m. *mundus, purus* a) physice de auro Exod. 25, 11., de aqua Ezech. 36, 25., de insula Zach. 3, 5. cf. v. 3. — b) de hominibus,

animalibus etc. sensu levitico Gen. 8, 20. Levit. 4, 12. 13, 17. Num. 9, 13. etc. — c) de hominibus, sensu morali Job. 14, 4. Ps. 12, 7. 51, 12. al. — In regim. טְהוֹר Habac. 1, 13. et sequente Makkeph טְהַר־ Job. 17, 9. Prov. 22, 11 (in quo posteriore loco טְהַר־לֵב *purum animi* est *puritas animi* v. GESEN. Lehrgeb. p. 650.). Foem. טְהֹרָה Gen. 7, 2. 8. Exod. 31, 8. plur. טְהֹרוֹת Levit. 14, 4.

טֹהַר m. *nitor, splendor* Ps. 89, 45. cum Chatephkametz pro Schwa sicut in סָעָרָה 2 Reg. 2, 1. סְעָדָה 1 Reg. 13, 7. et צֹעַקִי Jer. 22, 20. Non est, quod cum ABENESRA et KIMCHIO nomen statuas formae טָהֳרָה; etenim מָן simili ratione legitur 1 Reg. 12, 9. Mich. 4, 2., ut docuit ROSENMUELLER.

טֹהַר m. 1) *nitor* Exod. 24, 10. — 2) *mundatio, purificatio*, unde cum affixo טָהֳרָה Levit. 12, 4. 6.

טָהֳרָה f. *mundities, puritas* 2 Chron. 30, 19.; it. *mundatio, purificatio* Levit. 13, 35. Num. 6, 9. Neh. 12, 45., unde *sanguis* טָהֳרָה *purificationis* i. e. *sanguis, a quo purificanda est* Levit. 12, 4. 5.

טוּא Chald. radix inusit., Arab. طوى *dedita opera nihil comedit, jejunavit.* Proprie significat *flectere, complicare, in se convolvere*, hebr. מוּה *nere*, quod fit *filorum complicatione* et *contorsione:* Chald. טְוָא *assavit*, quod fit *versando* carnes; *fame* enim intestina *se contrahunt et complicant*, conf. suo loco כְּפָן. Sic Arab. طوي *valde famelicus fuit*, proprie notat *contortus est*, indeque in Conjug. IV. *contorsit;* ab Arab. تَطَوَّطَ in Conjug. V. *contorsit se*, descendit تَطْوِيطٌ *vehemens fames* etc. Arabes ventrem vacuum longaque inedia collapsum dicere *complicari* ac *convolvi*, docet SCHULTENS ad HARIRIUM p. 4. et 136. Inde est

טְוָת f. Chald. *jejunium* Dan. 6, 19. ubi בת טוות, omisso ב, *pernoctavit in* vel *cum jejunio* i. e. *incoenatus.*

טוּא vid. sub. טאטא.

טוֹב *bonus* h. e. *pulcher fuit* Num. 24, 5. Cant. 4, 10., de animo: *hilaris fuit* Esth. 1, 10., טוֹב לְ *bene est alicui, floret* (terra) Hos. 10, 1. v. ROSENMUELLER. ad h. l. (Propr. ex ALB. SCHULTENSII ad Prov. 15, 2. conjectura *succosum esse, uberi succo vigere*, quod saltem ex Gen. 45, 18. et 1 Chron. 4, 40. exsculpi non potest v. supra טאב). Praet. plur. טָבוּ Num. 24, 5. Infin. cum praefixo כְּטוֹב Esth. 1, 10. et sec. Kri Jud. 16, 25. [Quod alibi saepissime legitur טוֹב *bonus est* utrum hujus verbi an adjectivum sit, dubitari potest; fut. vero *bonus erit* repeti solet a v. יָטַב]. — Hiph. הֵטִיב 1) *bene, praeclare fecit* 1 Reg. 8, 18. 2 Chron. 6, 8., sq. infin. 2 Reg. 10, 30., it. *benefecit alicui, beneficia contulit in al.* Ezech. 36, 11. — 2) *bonum* h. e. *pulcrum fecit, ornavit* Hos. 10, 1. Cet. cf. הֵיטִיב sub יָטַב. Praet. 2. p. הִטַבְתָּ 1 Reg. 8, 18., sed 1. p. cum Vau convers. וְהִטַבְתִּי Ezech. l. c.

טוֹב m., טוֹבָה f. 1) bonus, ἀγαθός, quocunque modo, sive physice Gen. 1, 10. 21. 25., *terra bona* (fertilis) Exod. 3, 8. Jos. 23, 13., *arbor* bona (frugifera) 2 Reg. 3, 19., *ficus bona* Jer. 24, 2., *pecus bonum* Levit.

27, 10., *hoedus bonus* (pinguis) Gen. 27, 9.; sive ethice Ps. 125, 4. Ezech. 20, 25. Eccles. 9, 2. *(probus)*, hinc *eximius, praestans* in suo genere Gen. 2, 9., atque adeo *ingens, summus* Ps. 69, 17. 109, 21. טוֹב חַסְדְּךָ *summa gratia tua*, Gen. 15, 15. בְּשֵׂיבָה טוֹבָה *in bona* h. e. *summa senectute*; spec. a) *benignus, beneficus* Ps. 73, 1. 101, 1. 106, 1. add. 52, 11. 54, 8., טוֹב עַיִן Prov. 22, 9. *bonus, benignus oculo* i. e. misericors *(gütigen Blicks)*. — b) *gratus, acceptus, jucundus*, טוֹב בְּעֵינַי *gratus, gratum mihi* i. e. quod placet mihi Num. 24, 1. Deut. 6, 18. Jud. 10, 15., it. sq. לְ pers. Deut. 23, 16. Job. 10, 3., vel לִפְנֵי Eccles. 2, 26. — c) *suavis* Cant. 1, 2. Ps. 133, 2. Jer. 6, 20. — d) *formosus* Gen. 6, 2. Exod. 2, 2. Dan. 1, 4. addito מַרְאֶה *specie* Gen. 24, 16. Esth. 1, 11. — 2) *cui bene est, bene se habens*, felix, florens Jes. 3, 10. Jer. 44, 7., hinc *hilaris, laetus*, addito לֵב Jud. 16, 25. 1 Sam. 25, 36. 1 Reg. 21, 7. Eccles. 9, 7. etc.

Saepenumero et טוֹב et טוֹבָה pro neutro *substantive* ponitur: 1) טוֹב *bonum* i. e. a) *rectum* 1 Reg. 3, 9. Deut. 1, 39. Jes. 7, 15. 2 Chron. 14, 1. Ps. 14, 1., *beneficium* Prov. 3, 27. — b) *bonitas, virtus* 1 Reg. 10, 7. — c) *felicitas, fortuna, salus* Job. 7, 7. 21, 13., לְטוֹב *in bonum* h. e. *in salutem* Ps. 119, 122. Deut. 30, 9., it. sq. dat. pers. לְטוֹב לָנוּ Deut. 6, 24., לְטוֹב לָךְ Deut. 10, 13., לְטוֹב לָהֶם Jer. 32, 39. Hinc fit, ut טוֹב passim pro *adverbio* sumi possit, *bene*, ut in hac formula: טוֹב לִי *bene mihi est* Eccles. 8, 12. Ps. 119, 71. vel simpl. Ruth. 3, 13. אִם יִגְאָלֵךְ טוֹב *si te ducere velit, bene* (est), 2 Sam. 3, 13. וַיֹּאמֶר טוֹב *dixit: bene, recte*. Ceter. cf. rad. דָּבַר. — 2) טוֹבָה *bonum* Gen. 44, 4. שָׁלַם רָעָה תַּחַת טוֹבָה *malum pro bono rependere*, Neh. 6, 19. טוֹבָתָיו *bona ejus* h. e. virtutes, merita ejus *dixerunt*, laudarunt; hinc a) *felicitas, salus* Deut. 23, 7. Esr. 9, 12. Ps. 16, 2. 106, 3. Huc spectat formula ista solennis: לְטוֹבָה *in salutem*, ita, ut bene alicui fiat Ps. 86, 17. Jer. 14, 11. Neh. 5, 19. — b) *benignitas* Ps. 65, 12.

טוֹב Jud. 11, 3. 2 Sam. 10, 6. nomen proprium regionis transjordanensis, Davidis tempore a barbaris inhabitatae, quae, si terra *Τούβιος* 1 Macc. 5, 13. ab ea diversa non est, Judae Maccabaei aetate Israelitarum fuit. Maccabaeorum *Τούβιος* a Jordane aberat iter exercitus festinantis ultra trium dierum i. e. ultra 15 milliaria germanica, coll. 1 Macc. 5, 24. 25. — *Thauba, Θαῦβα* Ptolemaei (sub longitudine 72, 45. latitudine 31, 30.), quam neglecta nominis per Θ scriptione, cum ת Hebr. alias T. sit Graec., commendavit Simonis in *Onomast.* p. 235, Jordane [sub gradu 66, 50. ex sententia Ptolemaei fluente] quinque gradibus orientalior, borealiori belli sedi parum convenit, nimis etiam a Palaestina remota est, quam ut verisimile sit, eam fuisse a Judaeis habitatam et Gileaditidi attributam. Michaelis in *Suppl.* magis quidem placet *Taibeh* sub gradu longit. 57, latitud. 35, a septentrione desextorum Palmyrenorum (v. D'Anville *l'Euphrate et le Tigre* p. 56.), quae sub Salomone haud dubie ditionis Israeliticae fuit; nec tamen aliquid definire audet.

טָב m. Chald. *bonus, gratus, acceptus* Dan. 2, 32. Esr. 5, 17.

טָבְאֵל nom. propr. a) Syri cujusdam Jes. 7, 6. — b) praefecti Samariae Esr. 4, 7. cf. *Ταβεήλ* Tob. 1, 1. Conflatum est ex טָב chald. *bonus* et אֵל *Deus*.

טַבְרִמּוֹן nom. propr. patris Benhadadi, regis Syriae 1 Reg. 15, 18. Conflatum est ex טָב *bonus, benignus,* et רִמּוֹן, quod fuit idoli Syr. nomen.

טוֹב m. 1) sensu subjectivo: a) *bonitas* vel rei Ps. 119, 66., vel Dei i. e. *benignitas* Ps. 25, 7. 27, 13. 31, 20. Hos. 3, 5. Jes. 63, 7. al. adde Exod. 33, 19. coll. v. 6. ubi vid. Rosenmueller. — b) spec. *formositas* Hos. 10, 11. — c) *conditio ejus, cui bene est, felicitas* Ps. 128, 5. Prov. 11, 10. Job. 7, 7. 20, 21. — d) addito voc. לֵב vel לֵבָב *hilaritas, laetitia* Deut. 28, 47. Jes. 65, 14. — 2) sensu objectivo: a) *bona, opes, divitiae* Gen. 24, 10. Deut. 6, 11. Neh. 9, 25.; hinc Jes. 1, 19. Esr. 9, 12. אָכַל טוּב הָאָרֶץ *bonis* i. e. fructibus *terrae frui;* Jer. 31, 12. טוּב יְהוָה *bona Jovae* i. e. quae a Jova proficiscuntur. — b) sq. genitiv. *optimum, praestantissimum* alicujus rei, ut Gen. 45, 18. טוּב אֶרֶץ *optima* h. e. fertilissima *terrae* (Aegypti) *regio.*

טוֹבָה f. v. sub טוֹב.

טוֹבִיָּה, טוֹבִיָּהוּ, nom. propr. Esr. 2, 60. Neh. 2, 10. 7, 62. Zach. 6, 10. 14. Graec. *Τωβίας.*

טָוָה *nevit* (طوى *complicuit* et *in se convolvit* rem, v. supra טָוָא) Exod. 25, 25. 26.

מַטְוֶה m. *netum* Exod. 25, 25.

טָוֶת *jejunium* v. sub rad. טָוָא.

טוּחַ *obducere, oblinere* calce, adipe etc. (Arab. طَاخَ med. Je, in Conjug. II. *obduxit,* طَيَّخَ ٱلسِّمْنَ *obsepsit* vel *texit eum pinguedo;* conf. כָּשָׂה Deut. 32, 15. כָּסָה Job. 15, 27. v. Simonis *Arcan. Form.* p. 87. 88. Castelli *Lex.* p. 1497.) Levit. 14, 42. 1 Chron. 29, 4. Jes. 44, 18. (ubi praeterit. טַח, tanquam a טָחַח); — sq. dupl. accus. Ezech. 13, 10 sqq. 22, 28., ubi *translato* sensu falsi prophetae dicuntur parietem a populo exstructum *caemento oblinere* h. e. dementiam et pravitatem populi inanibus sophismatibus confirmare et augere. — Niph. infin. הִטּוֹחַ *oblini, obduci* Levit. 14, 43. 48.

טִיחַ m. *tectorium* Ezech. 13, 12.

טֻחוֹת plur. foem. ex auctoritate Chaldaei interpretis (כּוֹלְיָן) et Rabbinorum: *renes,* sic dicti, quod adipe sunt *obducti;* hinc Ps. 51, 8. אֱמֶת חָפַצְתָּ בַּטֻּחוֹת *veritatem desideras in renibus, visceribus* (hominum) h. e. in intimo eorum animo. Sed Job. 38, 36. propter ea, quae antecedunt v. 34. 35. et sequuntur v. 37. 38. magis placet Arab. طَخَا *obscura fuit nox* conferre et hunc locum ita vertere: *quis* nubibus obscuris *indidit prudentiam.* Alii aliter v. Rosenmueller. et Umbreit ad h. l.

טוּל in Kal inusit. (طول *longus, extensus fuit,* in Conj. II. طوّل *in longum extendit,* in Conj. IV. أطال et أطول *prolongavit*), Hiphil הֵטִיל pr. *in longum extendit* h. e. a) *ejecit* (e terra) Jer. 16, 13. (Chald. טַלְטוֹל *exilium*), e navi Jon. 1, 5. — b) *projecit* aliquem Ezech. 32, 4., hastam in aliq. 1 Sam. 18, 11. — c) *emisit, immisit (mari)* ventum Jon. 1, 12. 16. —

— Hoph. הוּטַל 1) *ejectus est* (e patria) Jer. 22, 28. — 2) *conjectus est* Prov. 16, 33: בַּחֵיק יוּטַל אֶת־הַגּוֹרָל *in sinum conjecta est sors.* — 3) *projectus, prostratus est* Job. 41, 1. Ps. 37, 24. — Pilp. טַלְטֵל *ejecit, projecit*, partic. cum affixo מְטַלְטֶלְךָ Jes. 22, 17. Hinc

טַלְטָלָה f. *ejectio, projectio* Jes. 22, 17.

טוּף rad. inusit., Arab. طَافَ *gyravit, circumivit.* Hinc est (ut jam vidit Fullerus in Miscell. sacr. L. V. c. 7.)

טוֹטָפוֹת plur. foem. *frontalia, φυλακτήρια* (תְּפִלִּין) in fronte (בֵּין עֵינֵיהֶם) gestata, quibus sententias ex lege petitas Moses inscribi voluit, ne formulas, quas superstitio introduxerat, magicas illis inscribere pergerent Exod. 13, 16. Deut. 6, 8. 11, 18. Dici videntur a *circumeundo, cingendo* pro טָפְטָפוֹת, geminatis radicalibus et priore geminatarum omissa, sicut in בָּבָל pro בלבל, vel potius in כּוֹכָב pro כַּבְכָּב etc. v. Gesen. Lehrgeb. p. 869. — Aliis est vox coptica, conflata ex ΤΟΤ *manus* et ΦΩΤh *sculpere, effingere* v. Jablonski Opusc. I, p. 347. add. Hackmann Praecidan. p. 90 sqq. et Michael. Suppl. p. 1011.

טוּר radix Hebr. inusitata, fortasse i. q. דּוּר *gyrare, circumdare* v. Hartmann. Einl. p. 85. (vel i. q. צוּר?). Certae sunt derivatorum significationes tum ex orationis serie, tum ex interpretibus antiquis.

טוּר m. 1) *ordo, series,* ut טוּר אֶבֶן *series gemmarum* in pectorali Aharonis Exod. 28, 17. 18. 19. 20., טוּר גָּזִית *lapidum quadratorum* 1 Reg. 6, 36., טוּר כְּרֻתוֹת אֲרָזִים *columnarum cedrinarum* 1 Reg. 7, 12. — 2) *paries* Ezech. 46, 23. q. d. *septum* (conf. طَوَّرَ *septum,* طَوْر *quod rem circumstat, limes, murus limitaneus,* Syr. ܛܘܪܐ *ovile*). — Plur. טוּרִים Exod. 28, 17. et טֻרִים 1 Reg. 7, 20.

טִירָה f. 1) *septum, paries* v. טוּר Ezech. 46, 23. — 2) *caula, ovile, septum* sub dio *una cum casa pastoritia* Nomadis (ἔπαυλις Lxx.) Gen. 25, 16.; deinde in plur. טִירוֹת caulae non subdiales, *stabula*, ut in suburbano sacerdotum agro 1 Chron. 6, 39 (54). Arab. طَوَّارٌ et ܛܘܪܐ *caula, ovile,* conf. vers. Syr. Joh. 10, 1. 16. — 3) *pagus* Gen. 25, 16. Ps. 69, 26. Num. 31, 10. — 4) *pinna* Lxx. ἔπαλξις Cant. 8, 9., ubi tamen al. conf. rad. طَرَّ *acuit, acutum reddidit* (aedificium) v. Faber. Archaeol. Tom. I, p. 165. not. — Plur. cum affixis טִירוֹתָם Num. 31, 10. 1 Chron. 6, 54. et טִירוֹתֵיהֶם Ezech. 25, 4.

טוּר m. Chald. *mons*, i. q. hebr. צוּר Dan. 2, 35., in statu emphat. טוּרָא Dan. 2, 45.

טוּשׁ *volare* Job. 9, 26. (Chald. טְוַס et Syr. ܛܫ *id.* originem notionis *volandi* quaerit Schultensius ad Job. 9, 26. in *agilitate* coll. طَاشَ *agilis, levis fuit*).

טָוָה Chald. vid. supra sub טָוָא.

טָחָה in Kal inusit., unde Pihlel geminans tertiam radical. (v. Alb. Schultens instit. L. H. p. 306. Gesen. Lehrgeb. p. 252. 434.) טַחְנָה *jaculatus est* (ה altero mutato in ו). Part. plur. מְטַחֲוִים *jaculatores* Gen. 21, 16.

Conf. Arab. طَحَى *expandit pronum, stravit hominem.* — Aliud טחה i.q. طَخَا v. sub טוּחַ.

טָחַה unde טַח Jes. 44, 18. vid. supra in rad. טוּחַ.

טָחַן propr. *contrivit* Exod. 32, 20., hinc *moluit, commoluit* Num. 11, 8. Jud. 16, 21. (طحن *contrivit, moluit,* ܛܚܢ et מְחַן Chald. *moluit*);— trop. טָחַן פְּנֵי עָנִי *faciem pauperis commolere* pro *conterere, opprimere, expilare plebem;* nam quae mola teruntur, fere in nihilum redigi videntur Jes. 3, 15. Femina *mari molere* dicitur Job. 31, 10. ex plerorumque interpretum sententia, si cum eo concumbit; ut μύλλειν est *molere, coire,* et Horatius vicissim dicit de *maribus: alienas permolere uxores* (Sat. 1, 2, 35.); sed cum molam circumagere manuariam durissimus fuerit servorum et servarum (Matth. 24, 41.) labor, *mari molere* potest etiam dictum esse pro: *abjectissimam ejus servam fieri* (cf. Jes. 47, 2. coll. Jud. 16, 21. Thren. 5, 13.). Part. foem. plur. טֹחֲנוֹת *molentes, molitrices* i. e. *dentes molares* Eccles. 12, 3. — Infin. absol. טָחוֹן Deut. 9, 21. Imper. foem. טַחֲנִי Jes. 47, 2. Fut. יִטְחַן Exod. 32, 20.

טְחוֹן m. *mola* manuaria Thren. 5, 13.

טֹחַן, plur. fem. טֹחֲנוֹת Eccles. 12, 3. *molitrices,* figurate *dentes molares,* v. in ipsa rad.

טַחֲנָה f. *mola* Eccles. 12, 4.

טָחַר rad. in Hebr. inusit., Syr. ܛܚܪ *enixus est, anhelavit in exonerando ventre* q. d. *alvo adstrictus est;* nam טַחַר chald. est *constrinxit, conclusit.* Hinc:

טְחוֹר m., plur. טְחוֹרִים *mariscae, tumores ani,* sec. Kri Deut. 28, 27. 1 Sam. 5, 6. 9. 12. q. d. *adstrictiones, obstructiones ani.* Sed ipsos *anos* intelligit Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 365 sq. coll. ܛܚܪܐ et ܛܚܘܪܐ *anus.* — In regim. טְחוֹרֵי 1 Sam. 6, 17. et sec. Kri 1 Sam. 6, 4., cum affixis טְחוֹרֵיכֶם sec. Kri 1 Sam. 6, 5. טְחוֹרֵיהֶם 1 Sam. 6, 11. conf. Fullerus in *Miscell. S.* L. V. c. 3. v. infra sub עפלים.

טִיט m. *coenum, lutum* (Aethiop. *Zot*). 2 Sam. 22, 43. Job. 41, 22., it. *argilla* Nah. 3, 14. Jes. 41, 25. Convenit Syr. ܛܝܛܐ *sordidus,* Arab. طِيطٌ *coenum, lutum* in ima piscina. Ab Arab. طاط *aestuavit* deducit Kals de *ling. hebr. natalibus* p. 143. conf. synonym. חֹמֶר.

טִין m. Chald. *lutum* (hinc طين *lutavit, luto illevit*). In statu emphat. טִינָא Dan. 2, 41. 43., ubi a חֶמֶר distinguitur, tanquam *species* a *genere;* est enim טִין proprie *argilla* sive *lutum formandis fictilibus* adhiberi solitum, coll. rad. Arab. طان *formavit;* contra חֶמֶר quodvis *lutum.*

טִירָה vid. supra sub rad. טוּר.

טָלָא *assuit, resarsit, ex multis pannis* etiam colorum variorum *consuit,* sicque *maculosum* et *versicolor* aliquid *reddidit* (sicut Germanorum *ein Fleck* et *maculam* et *assumentum* sive *frustum panni* denotat); hinc טָלוּא *versicolor, maculosus* Gen. 30, 32. 33, plur. טְלָאִים Gen. 30, 35., foem. טְלָאוֹת, ut צְמוֹת טְלוּאוֹת *sacella versicoloria* Ezech. 16, 16., *oves* et *caprae* טְלוּאוֹת *maculosae* h. e. quae *maculas majores* habent *adspersas* aut tanquam *assutas,* ut in centone *assumenta,* diversae a נְקֻדוֹת, quae *parvas maculas* sive *puncta* habent, Gen. 30, 32. — Pyh. partic. מְטֻלָּא *resartus, assumentis obductus,* נְעָלוֹת מְטֻלָּאוֹת *calcei resarti* Jos. 9, 5.

טָלָה radix Hebraeis inusit., Syr. ܛܠܐ *recens fuit.* Inde sunt

טֶלֶה m. *agnellus recentis aetatis* et *adhuc lactens* Jes. 65, 25. (כֶּבֶשׂ est *agnus jam paullo adultior).* In ceteris dialect. transfertur ad *quodlibet recens natum,* ܛܠܐ *puer,* ܛܠܝܬܐ *puella* etc., طَلٌّ *pullus dorcadis recens natus, parvulus, foetus cujuscunque generis.* In regim. טֶלֵה 1 Sam. 7, 9.

טָלֵי m. *id.,* plur. טְלָאִים *agnelli* Jes. 40, 11., sicut a פִּתְאֹם in plur. fit פִּתְאִים, a חֲלָאִים fit חֲלָאִים etc. cf. Gesen. Lehrgeb. p. 575. Huc quoque Vulgatus retulit 1 Sam. 15, 4., sed rectius alii טְלָאִים nomen oppidi esse censent (Jos. 15, 24.), vid. Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 423. et Scharbau *Parerg. philol. theol.* P. III, p. 174 sq.

טָלַל 1) *tectus, obtectus fuit* (vocab. recentioris Hebraismi, ad Aramaeismum flectentis, i. q. צלל; Arab. ظَلَّ in Conj. II. et IV. *obumbravit;* hinc) Pih. *texit, contexit, obtexit,* unde Fut. cum affixo יְטַלְלֵנּוּ *contegebat illud* tecto scil. imposito Neh. 3, 15., coll. קרה v. 3. — 2) denominat. a טַל: *rore humectavit* (ظَلَّ *leviter humectavit, leviter maduit).*

טְלַל Chald. *obumbratus est,* ut Hebr. צלל. Inde Aphel אַטְלַל *umbram captavit* Dan. 4, 9.

טַל, in pausa טָל m. *ros* (ظَلٌّ *pluvia tenuis)* Gen. 27, 28. 29. Exod. 16, 13. 14. Deut. 32, 2., et *nocturnus* Cant. 5, 2., et *matutinus,* qui tamen posterior etiam diserte טַל מַשְׁכִּים Hos. 6, 4. vocatur. Cum affixis טַלֵּךְ (in pausa) Jes. 26, 19., טַלָּם Zach. 8, 12.

טַל m. Chald. *id.* Dan. 4, 12. 20. 22. 30. 5, 21.

טַלְמוֹן nom. propr. ianitoris cujusdam Esr. 2, 42. Neh. 7, 45. 11, 19. 12, 25. etc., coll. chald. טְלַם *oppressit, vim intulit.*

טָמֵא *immundus fuit* vel *factus est, pollutus, contaminatus est* (ܛܡܐ et Chald. טְמָא *impurus fuit;* proprie ejusmodi *immunditiem* et *pollutionem* exprimere arbitratus est Simonis, qua res candidae et nitidae *denigrantur,* coll. Arab. طَمَى *color fuscus* sive *niger).* Usurpatur de *immunditie* et *levitica* Levit. 15, 18. 32. 18, 20. 23. 19, 22. etc. et

ethica Mich. 2, 10. Illa aut *hominum* fuit aut *animalium* aut *rerum* (ut *aedificiorum*, *vasorum* etc.) v. WINER Lexic. bibl. Tom. II, p. 571 sq. Et *animalia* quidem *impura*, a quorum carnibus abstinendum fuit Israelitis, enumerata sunt Levit. 11, 1—31. Deut. 14, 1—20. — Praet. 2. pers. foem. טָמֵאת Ezech. 22, 4., infin. cum ה paragog. טָמְאָה Levit. 15, 32. Fut. יִטְמָא Levit. 5, 3. 11, 24. etc.

2) noverat, scivit vel a) simplic. *sciens fuit* h. e. *sapuit* Ps. 73, 22. Jes. 45, 20., hinc partic. subst. יֹדֵעַ *intelligens, sapiens* Job. 34, 2. Eccles. 9, 11. 1 Sam. 16, 16. — vel b) adjecta ejus rei, quam quis novit, mentione, ut: יָדַעְתָּ עֲבֻדָּתִי *nosti servitium meum* Gen. 18, 26., יָדַע אֶת־יְהוָה *novit Deum* h. e. Dei vocem 1 Sam. 3, 7., sq. עַל Job. 37, 16: הֲתֵדַע עַל מִפְלְשֵׁי עָב *nostine librationes nubium?*, sq. בְּ 1 Sam. 22, 15: לֹא יָדַע בְּכָל־זֹאת *non scivit quidquam horum* (nostrates dic. *um etwas wissen*), sq. integra sententiâ Gen. 3, 5. 43, 22: לֹא יָדַעְנוּ מִי שָׂם *non scimus, quis posuerit*, sq. Infin. לֹא יָדַע לְהַזְהִיר *nescit* (non vult) *admoneri* Eccles. 4, 13. Jer. 1, 6. 6, 15. Semel eod. sensu sq. verbo fin. Job. 32, 22. לֹא יָדַעְתִּי אֶכְנֶה *non scio* (nescio) *adulari*, ubi vid. Rosenmueller. — Adde a) יָדַע בְּרִיָּה *intelligentiâ valuit, polluit* Jes. 29, 24. Prov. 4, 1. al. — b) לֹא יָדַע טוֹב וָרָע *non scire, quid bonum* et (quid) *malum* (sit) Gen. 3, 5. Deut. 1, 39, vel לֹא יָדַע בֵּין טוֹב לְרָע *non scire* (discrimen) *bonum inter et malum* 2 Sam. 19, 36., qua utraque locutione primae aetatis innocentia describitur. — c) passim adjectus est dativ. pronom. pers. pleonast, ut Job. 5, 27. דַּע לָךְ *scito tibi* Cant. 1, 8. v. Gesen. Lehrgeb. p. 736. — d) Hos. 8, 4. *reges sibi fecerunt* וְלֹא יְדַעְתִּי *nec scivi* h. e. inscio me (et invito) Levit. 5, 17. 18. — e) מִי יוֹדֵעַ *quis scit* i. e. *fortasse* 2 Sam. 12, 22. Joel. 2, 14., vel *inopinato* Prov. 24, 22. coll. Job. 9, 5. — f) יְדוּעַ *notus* i. e. passim *insignis, nobilis* Deut. 1, 13. Jes. 53, 3. (Syr. ܝܕܝܥܐ *insignis, illustris*).

Nosse aliquid, aliquem saepenumero non tam ad mentem, quam ad animum refertur atque ita existit haec tertia significatio: 3) curavit, *curam egit (Kenntniss nehmen von etwas)* Gen. 39, 6: לֹא יָדַע (אִתּוֹ) מְאוּמָה *nihil curavit rerum suarum* Ps. 90, 11. Prov. 12, 10. 27, 23. 29, 7.; impr. frequens est haec utraque formula: a) *Deum nosse* i. e. curare, respectum ejus habere 1 Sam. 2, 12. Ps. 36, 11. Hos. 8, 2. (vid. דָּרַשׁ); alio sensu 1 Sam. 3, 7. v. supra. — b) *Deus novit*, (tanquam suos) *respicit, curat* homines Ps. 144, 3. Nah. 1, 6. Am. 3, 2. coll. Ps. 31, 8. Plus est, quod Exod. 33, 12. legitur: יְדַעְתִּיךָ בְשֵׁם *novi te nomine* i. e. *accurate te novi meumque agnosco*. Sed paullo aliter Deut. 34, 10. *non erat propheta, quem Jova nosset facie* h. e. quem tanta familiaritate ignatus esset.

Praet. 2. p. foem. יָדַעְתְּ (cum patach furtivo sub ע) 1 Reg. 2, 15., 1. p. cum affixo foem. plur. יְדַעְתִּין Jes. 48, 7., plur. 1. pers. cum affixo יְדַעֲנוּךְ Hos. 8, 2., part. praes. יוֹדֵעַ Gen. 3, 5. et defective יֹדֵעַ; foem. יֹדַעַת Num. 31, 17. Ps. 139, 14., infin. absol. יָדוֹעַ Gen. 15, 13. Jos. 23, 13., infin. constr. דַּעַת Jos. 4, 24. Jud. 3, 1., cum affixo דַּעְתָּהּ Gen. 38, 26., imper. דַּע Gen. 20, 7., cum affixo דָּעֵהוּ Prov. 3, 6., cum ה paragog. דְּעֶה Prov. 24, 14. (v. Gesen. L. p. 290.), fut. יֵדַע 1 Sam. 20, 3., quod est pro יֵידַע, unde singulari anomalia fit יְיֵדַע Ps. 138, 6. v. Gesen. l. c. p. 388 sq.

Niph. נוֹדַע 1) *cognitus est, notus est, innotuit* a) de person. Ps. 76, 2: נוֹדַע אֱלֹהִים בִּיהוּדָה *notus est Deus inter Israelitas* Prov. 31, 23. — b) de rebus Gen. 41, 31. Ps. 9, 17. Exod. 2, 14. Levit. 4, 14. — sq. לְ pers. Ruth. 3, 3. Esth. 2, 22.; cum בְּ Exod. 33, 16. בַּמֶּה יִוָּדַע *qua re, unde cognoscetur.* — 2) *scientia*, experientia *impertitus est*, de his, qui calamitatibus edocentur et castigantur Jer. 31, 19. Prov. 10, 9. (al. vertunt: *παράδειγμα factus est*).

Pih. יִדַּע *scire fecit* h. e. *indicavit, assignavit* Job. 38, 12: יִדַּעְתָּה שַׁחַר מְקוֹמוֹ num *tu assignasti aurorae locum suum?* — Pyh. part. מְיֻדָּע *notus* sec. Cthib Ruth. 2, 1. cum affixo מְיֻדָּעִי Ps. 55, 14., plur. cum affixo מְיֻדָּעַי Ps. 88, 9. 19. Job. 19, 14. — Pohel יוֹדַע 1 Sam. 21, 3: אֶת־נְעָרִים יוֹדַעְתִּי אֶל מָקוֹם *pueris locum indicavi, assignavi* (quo convenirent) v. sub אֶל.

Hiph. הוֹדִיעַ *scire fecit, notum fecit* h. e. 1) *indicavit* a) alicui aliquid, sq. vel acc. duplici (et pers. et rei) לֹא הוֹדַעְתַּנִי אֶת־אֲשֶׁר תִּשְׁלַח עִמִּי *non indicasti mihi eum, quem mecum missurus sis* Exod. 33, 12. 13. Ezech. 16, 2. 20, 11. 22, 2. al. — vel acc. rei. et dat. pers. הוֹדַעְתָּ לָהֶם אֶת־הַדֶּרֶךְ *indicasti iis viam* Exod. 18, 20. Ps. 145, 12. Neh. 9, 14. — vel acc. rei et בְּ person. Hos. 5, 9., vel acc. pers. et integrâ sententiâ 1 Reg. 1, 27: *annon indicasti servis tuis, quis tibi in regno sit successurus?* Semel sq. לְ *ex aliqua re indicare* Jes. 47, 13. (cf. יָדַע בְּ). — 2) *manifestavit, declaravit (offenbahren)*, sq. acc. rei Ps. 77, 15: הוֹדַעְתָּ בָעַמִּים עֻזֶּךָ *manifestasti inter gentes potentiam tuam*, Ps. 98, 2. 106, 8. Job. 26, 3. Jes. 12, 4. — 3) *edocuit*, sq. acc. pers. Job. 38, 3. 40, 7. Jos. 4, 22., sq. dat. pers. Prov. 9, 9., hinc 2 Chron. 23, 13 מוֹדִיעִים לְהַלֵּל *instituentes ad laudandum Deum*, ad laudes Dei canendas. — 4) *sentire, re ipsa experiri fecit* h. e. *punivit, male mulctavit, supplicio affecit* Jud. 8, 16: *sumsit spinas et tribulos et male mulctavit iis incolas* (magistratus urbis) *Succoth.* Syr. ܘܐܫܬܢܕ. Sed Lxx. et Vulg. *ἠλόησεν, contrivit*, quasi legatur יָדֹשׁ coll. v. 7. vel יָרֹעַ. Haud dissimili sensu: אוֹדִיעֵם אֶת־יָדִי *notam faciam iis manum meam* Jer. 16, 21. — Imper. הוֹדַע Ezech. 16, 2., c. affixo הוֹדִיעֵנִי Job. 38, 3., fut. יוֹדִיעַ, apoc. יוֹדַע Jud. 8, 16. al. — Hoph. הוֹדַע *notum factum est, innotuit* Levit. 4, 23. 29. Part. foem. מוּדַעַת *notum* sec. Kri Jes. 12, 5., sed Cthib habet מְיֻדַּעַת, ex Pyhal.

Hithpah. הִתְוַדַּע 1) *notum fecit se*, Gen. 45, 1. — 2) *revelavit se* Num. 12, 6.

יְדַע Chald. 1) *sensit, intellexit* Dan. 2, 8. 5, 23., *cognovit, rescivit* Dan. 4, 6. 6, 11. Esr. 4, 15. — 2) *scivit, noverat* Dan. 5, 22. 2, 22., sq. acc. Esr. 7, 25. Part. praes. יָדַע Dan. 2, 8. Pehil יְדִיעַ Dan. 3, 18. Esr

4, 12. 13. 5, 8., imper. דַּע Dan. 6, 16., fut. יִנְדַּע (v. Winer. Grammat. chald. p. 19. 49.) Dan. 2, 9. 30., plur. יְנַדְּעוּן Dan. 4, 14.

Aphel הוֹדַע *notum fecit, indicavit,* sq. לְ pers. et accus. rei Dan. 2, 15. 17. Esr. 4, 14., sq. integrâ sententiâ Esr. 4, 16. Dan. 7, 16., etiam de Deo: *manifestavit, revelavit* Dan. 7, 23. 28. 45. — Part. plur. מְהוֹדְעִין Dan. 4, 4. Esr. 7, 24., infin. הוֹדָעָה Dan. 5, 8., cum affixis הוֹדַעְתָּנִי Dan. 5, 16. et הוֹדַעְתַּנִי Dan. 2, 26., fut. יְהוֹדַע Dan. 2, 25., cum affixo et Nun epenthet. יְהוֹדְעִנַּנִי Dan. 7, 16., plur. cum affixo et Nun epenthet. תְּהוֹדְעִנַּנִי Dan. 2, 5. et תְּהוֹדַעֲנַנִי Dan. 2, 9. etc.

דַּע m. (forma infinitivi, ut דֵּעָה, דַּעַת, v. Alb. Schultens ad Job. 32, 10.) *cognitio*, deinde *sententia* Job. 32, 6. 10. 17., plur. דֵּעִים Job. 37, 16.

דֵּעָה f. *scientia* (forma infinit.) Ps. 73, 11. Jes. 28, 9. Jes. 11, 9: דֵּעָה אֶת יְהוָה *scientia Jovae,* rerum divinarum v. Gesen. Lehrgeb. p. 608.; Jer. 3, 15. *pacent vos scientiâ* h. e. prudenter. Plur. דֵּעוֹת 1) *scientia* summa 1 Sam. 2, 3. אֵל דֵּעוֹת *Deus scientiae* h. e. *omniscius;* 2) *sententiae, judicia:* תְּמִים דֵּעוֹת *integer,* verax quod ad *sententias* attinet h. e. cujus sententiae, judicia, consilia ab omni fraude aliena sunt Job. 36, 4.

דַּעַת f. (forma infin.) 1) *cognitio, scientia,* sq. genit. Hos. 4, 1. 6, 6., sq. acc. Jer. 22, 16.; hinc: בִּבְלִי דַעַת Jes. 5, 13. *ex improviso, repente.* — 2) *intelligentia, sapientia, intellectus* Jes. 44, 19. Prov. 1, 4. 24, 5., hinc יָדַע דַּעַת *intelligentiâ polluit,* quod v. supra sub rad.; בְּבַלִּי דַעַת *insipienter, temere* Job. 35, 16. 42, 3., מְלִין בְּלִי דַעַת *verba insipida* Job. 38, 2. — Cum affixo דַּעְתִּי Jes. 48, 4. Prov. 22, 17.

יְדָעוֹנִי m. *valde gnarus, persapiens,* vulgo *hariolus* Levit. 20, 27. Deut. 18, 11. 1 Sam. 28, 9. Plur. יִדְּעֹנִים Levit. 19, 31. 1 Sam. 28, 3. Jes. 8, 20. etc. (coll. חָכָם *sciens, sapiens,* deinde *magus*).

מָדָע m. voc. recentius: *scientia* 2 Chron. 1, 11. 12. Dan. 1, 4. 17., et semel cum Patach מַדָּע 2 Chron. 1, 10.; cum affixo מָדָעֲךָ *scientia tua,* al. *conscientia* vel *mens tua* (συνείδησις Lxx.) Eccles. 10, 20.

מַדּוּעַ *quare?* (q. d. *quae* est *mens et ratio?* conflatum ex מָה et inusit. דּוּעַ, per aphaeresin pro יְדוּעַ *scientia, mens, ratio*) Gen. 26, 27. Exod. 2, 18. Jos. 17, 14. Jer. 8, 19. etc. in interrogatione recta; Exod. 3, 3. in interrog. obliqua; אַם מַדּוּעַ Job. 21, 4. *quare tandem?*

מַנְדַּע m. Chald. *cognitio, scientia, intellectus, mens* Dan. 5, 12., stat. emphat. מַנְדְּעָא Dan. 2, 21., cum affixo מַנְדְּעִי Dan. 4, 31. 33.

מוֹדַע m. *notus, familiaris* (proprie, vi formae, *cognatio*) Prov. 7, 4., et cum Patach מוֹדָע sec. Kri Ruth. 2, 1., sed Cthib habet מידע i. e. vel מִידַע, vel מְיֻדָּע particip. Pyh.

מוֹדַעַת f. *familiaritas, Bekanntschaft.* Cum affixo מוֹדַעְתֵּנוּ (pro מוֹדַעְתֵּנוּ) *familiaritas nostra,* et posito *Abstracto* pro *Concreto: notus, familiaris noster* Ruth. 3, 2.

יָהּ m. *Jah,* v. sub rad. הוה.

יָהַב 1) *dedit* (Arab. وهب, Syr. ܝܗܒ *id.*). Imper. הַב (per aphaeresin ad formam דַּע) *da, cedo* Prov. 30, 15. et cum ה paragog. הָבָה Gen. 29,

21. 30, 1. 47, 16. Jud. 1, 15. etc., quod etiam in adverbium *hortandi* abit: *age, agedum* Gen. 11, 3. 4. 7. 38, 16. Exod. 1, 9. etc. (sic quoque Latini *date* dicunt pro *agite*, ut observat Barthius in *Adversar.* L. XLI. c. 9.). F. הָבִי *cedo* Ruth. 3, 15. (quod tamen Masora ad בוא refert, ut sit pro הָבִיא, interveniente enallage generis), plur. הָבוּ *date* Gen. 47, 16., הָבוּ לָכֶם *date vobis* h. e. eligite Deut. 1, 13. Jos. 18, 4. — 2) *posuit, collocavit;* unde הֵבוּ 2 Sam. 11, 15. Sed חֵבוּ Hos. 4, 18. videtur potius (quae jam Abarbenelis sententia fuit) 3 praet. plur. esse pro יְהֵבוּ *dant*, v. Rosenmueller. ad h. l.

יְהַב Chald. 1) *dedit* Dan. 2, 37. 38. 48. 5, 18. 19. יְהַב בְּיַד פ *dare in alicujus manum* h. e. potestatem Esr. 5, 12. — *Corpus suum dare* i. e. morti objicere Dan. 3, 28., *dare* h. e. tradere *igni* Dan. 7, 11. — 2) *posuit, collocavit* Esr. 5, 16 (fundamentum jecit). — Part. Pehil abiens in verbum *finitum* significationis passivae (v. Wineri Grammat. chald. p. 37.) יְהִיב *datum est* Dan. 7, 4. 6. 14. 22., foem. יְהִיבָה *data erat, datum* vel *traditum est* Dan. 7, 11. 12. 27. 5, 28., plur. יְהִיבוּ Esr. 5, 14. Praeter participia occurrunt tantum praeter. (Dan. 2, 21. 3, 28.) et imp. (Dan. 5, 17.): fut. vero et infin. repetuntur a verbo נְתַן v. Winer. Grammat. chald. p. 60. — Ithpehel *datus, traditus est*. Part. יִתְיְהֵב Esr. 4, 20. 6, 9., in statu emphat. מִתְיְהֵבָא Esr. 6, 8., plur. מִתְיְהֵבִין Esr. 7, 19., fut. יִתְיְהֵב Dan. 4, 23., foem. תִּתְיְהֵב Esr. 6, 4., plur. יִתְיְהֵבוּן Dan. 7, 25.

יְהַב m. *onus* i. q. מַשָּׂא, sec. Hebraeor. magistros, a *ponendo* sive *imponendo*, c. affixo יְהָבֵךְ Ps. 55, 23. All. vert. *dedit sibi*, subintellecto pron. אֲשֶׁר v. Michael. Suppl. p. 1063.

הַבְהָבִים *dona multa* et *copiosa*, ita ut *donum donum* excipiat Hos. 8, 13.; conf. verbum simili modo geminatum Prov. 30, 15.

יְהוּדִי m. *Judaeus*, v. supra sub rad. ידה.

יְהוּדַי m. Chald. *id.* v. supra sub rad. ידה.

יְהוֹת v. sub rad. הָוָה.

יְהוֹחָנָן, יְהוֹאָשׁ etc. v. sub. nom. יְהוֹה.

יַהַץ et יַהְצָה *Jahasa* Num. 21, 23. Jos. 13, 18. Jes. 15, 4. Jer. 48, 21. 34., urbs primum Moabitica, deinde Amoritica, postea Rubenitica (sed sacerdotibus concessa), quae tandem ad Moabitas rediit. Duplicem Jahasam fuisse suspicatur Michaelis in *Suppl.* p. 1064., alteram יַהַץ Jer. 48, 34., alteram יָהְצָה Jer. 48, 21. dictam; illam ab oriente regni Amoraeorum in deserto Num. 21, 23., hanc ad mare mortuum sitam. Hieronymus enim ad loc. Jesaiae: *urbs Jaza mari mortuo imminet, ubi est terminus provinciae Moabitarum.* Sed dubitari potest, an premenda sint Hier. verba. Ceterum conferunt Arab. وَهْصَةٌ *terra depressa et rotunda.*

יְהִיר m. Prov. 21, 24. Habac. 2, 5. *tumidus, inflatus*, a rad. יהר *cavatum ruere* (frequentatur de ora terrae *fluxu exesa*), unde novum verbum יהר et وهر *vesano impetu ruere*, in Conj. X. اِسْتَهْيَرَ *dementatus fuit*, Chald. יהה

et Sab. יוֹם (Ethpah.) *elatus, superbus fuit, superbiit.* Conf. Alb. Schultens. ad Prov. l. c.

יוֹאָב, יוֹאָח, יוֹאָל etc. v. sub n. יְהוָה (rad. הוה).

יוֹב Gen. 46, 13. v. sub rad. שׁוּב.

יוֹבָב v. sub rad. יבב.

יוֹם m. dies Gen. 1, 8. 13. Exod. 5, 13. 19. Levit. 8, 33. etc. nom. primitiv. (quanquam alii deducunt a יָמַם *caluit, ferbuit* dies). Designat plerumque τὸ νυχθήμερον, quod ab occasu solis vel ab ortu stellarum (Neh. 4, 15.) incipiebant, ut adeo pro יוֹם etiam a duabus partibus ejus diceretur עֶרֶב בֹּקֶר Dan. 8, 14. Si nocti opponitur (Gen. 8, 22.), designat tempus ab ascensu aurorae ad ortum usque stellarum Neh. 4, 21. 22.; כָּל־הַיּוֹם *quovis die, quotidie* i. e. semper Gen. 6, 5., כַּהַיּוֹם הַזֶּה *circa hunc* (illum) *diem* i. e. paulo post Gen. 39, 11. — Per *metonym.* pro: itinere, quod *uno die* confici potest, hinc Deut. 1, 2. אַחַד עָשָׂר יוֹם מֵחֹרֵב *undecim dierum iter ab Horebo* v. Rosenmueller. ad h. l. — Sq. genitivo (pers.) saepe angustiore quodam sensu dicitur: a) de *die* alicujus *laeto, festo, solenni* (ἡμέρα τινος Diog. Laert. 4, 41.), ut Job. 1, 4. 3, 1. de die natali; Hos. 7, 5. יוֹם מַלְכֵּנוּ *dies regis* i. e. vel natalis vel inaugurationis (posteriore sensu cepit Jonath.), Hos. 1, 11. יוֹם יִזְרְעֶאל *dies Jesreelis* h. e. quo Jesr. in patriam sunt reversuri; — b) de *die* alicujus *infausto, fatali, calamitoso* Ps. 37, 13. כִּי יָבוֹא יוֹמוֹ *nam adveniet dies ejus,* peccatoris h. e. dies, quo poenas dabit, Job. 15, 32. *non interibit ramus* בְּלֹא יוֹמוֹ *ante diem suum* sc. morti ipsius destinatum, Obad. 12. יוֹם אָחִיךָ *dies (exitialis) fratris tui* (populi hebraici); sic Ps. 137, 7. *dies Hierosolymorum*, Mich. 7, 4. *dies speculatorum* h. e. pseudoprophetarum, Job. 18, 20. al. (sim. עֵת אֶרְץ Jer. 27, 7.); — alibi eodem fere sensu c) *dies Jovae* h. e. quo Jova poenas sumet, *dies judicii* Joel. 1, 15. 2, 1. 3, 3. Ezech. 13, 5., it. יוֹם לַיהוָה Jes. 2, 12.; — d) יוֹם מִדְיָן *dies Midianiticus* h. e. quo pugnatum est cum Midianitis Jes. 9, 3. sic Arab. يوم بدر *dies Bedrensis* Coran. 3, 119. i. e. *proelium Bedrense*; lat. *dies Cannensis* etc. v. Gesen. ad h. l.

Cum Articulo הַיּוֹם saepe adverbiascit, notans 1) *hodie* Gen. 4, 13. 22, 14. 24, 12. 42. etc. — 2) *nunc, hoc tempore* 1 Sam. 12, 17. — 3) *interdiu*, oppos. לַיְלָה Hos. 4, 5. Neh. 4, 16. Perperam addunt, הַיּוֹם significare etiam: *aliquando, aliquo die*, in hac max. formula וַיְהִי הַיּוֹם *accidit aliquando* 1 Sam. 1, 4. 2 Reg. 4, 18. Job. 1, 6. 13., sed hoc propter artic. fieri nequit, itaque sic potius expedias istos locos: 1 Sam. 4, 1. הַיּוֹם est *dies statutus*, quo solebat Elkana sacra facere v. 3., in reliquis videtur *una* sententia in duas esse inter scribendum divisa, hoc modo: *incidit dies, quo solebant angeli Deo se sistere, atque* hoc die *venit etiam Satanas* etc. Articulum igitur posuit scriptor, quod diem per ea, quae addita sunt, satis definitum sibi cogitabat, sed, ut fit, illico mutabat verborum structuram. — יוֹם יוֹם *die et die* i. e. *singulis diebus, quotidie* Exod. 16, 5. Gen. 39, 10., יוֹם וְיוֹם *id.* Ps. 68, 19. Esth. 3, 4., יוֹם בְּיוֹם *id.* Exod. 5, 13. Neh. 8, 18., it. כְּיוֹם בְּיוֹם 1 Sam. 18, 10., לְיוֹם בְּיוֹם 2 Chron. 24, 11.

בְּיוֹם *hoc ipso die, statim, mox* Neh. 3, 34. Prov. 12, 16., *interdiu* opp. לַיְלָה Jer. 36, 30. (sed Jud. 13, 10. est *illo die*, quem nosti, ἐν ᾗ

ἡμέρα i. e. nuper). — כַּיּוֹם *nunc* Gen. 25, 31. 1 Reg. 1, 51., *prius* 1 Sam. 2, 16. *adoleant prius adipem* (Lxx. πρῶτον), 1 Reg. 22, 5. *posce prius verbum Jovae.*

Frequens admodum est בְּיוֹם sq. infin. vel activae vel passivae significationis, ut Levit. 7, 36: בְּיוֹם מְשָׁחוֹ אֹתָם *eo die, quo ille* (Jova) *eos* (sacerdotes) *unxit*, Levit. 13, 14: בְּיוֹם הֵרָאוֹת בּוֹ *eo die, quo cernitur* (apparet) *caro*; בְּיוֹם אֲכָלְךָ *eo die, quo comedes (comederis)* Gen. 2, 17. Exod. 10, 28. 1 Reg. 2, 37. Passim tamen in his formulis בְּיוֹם verti potest: *cum* sq. imperf. Jes. 11, 6. Jos. 9, 12. 1 Reg. 2, 8., *postquam* 2 Sam. 22, 1. 21, 12., *quando* Exod. 32, 34. — Ita מִיּוֹם est: *ex quo*, sq. infin. Exod. 10, 6., sq. nomine verbali Deut. 9, 24. De לְמִיּוֹם עֲוֹנוֹת Jud. 19, 30. v. sub לְמָן (מָן).

Dual. יוֹמַיִם *biduum* Exod. 16, 29. 21, 22. Num. 9, 22. Hos. 6, 2.

Plur. a) יָמִים (tanq. a sing יָם vel יָמָה), c. terminat. chald. יָמִין Dan. 12, 13., in regim. יְמֵי; — b) יָמוֹת, in regim. יְמוֹת (Deut. 32, 17. Ps. 90, 15.): 1) *dies* Gen. 1, 14. 8, 10. 12. Exod. 3, 18. etc. Num. 9, 20. etc., שְׁלֹשֶׁת יָמִים *triduum* Am. 4, 4. (al. *tres annos* v. infra), יָמִים אֲחָדִים *aliquot dies* Gen. 27, 44. — Passim, ubi temporis aliquod spatium definitur, יָמִים omisso vocabulo numerali positum est, ut 1 Sam. 29, 3. *apud me versatur* זֶה יָמִים אוֹ זֶה שָׁנִים *jam dies vel potius jam annos* h. e. complures dies vel complures annos (nostrates etiam: *schon Tage, schon Jahre)*, Gen. 40, 4. *erant in carcere* יָמִים *dies* complures, *aliquamdiu*, Neh. 1, 4. *luxi dies* complures, *aliquandiu* Dan. 8, 27. Sim. Arab. أَيَّامٌ, Syr. ܝܰܡ̈ܶܐ. Hinc מִיָּמִים *post dies* i. e. aliquanto post Jud. 11, 4. 14, 8. al., vel מִקֵּץ יָמִים Gen. 4, 3. 1 Reg. 17, 7.; יָמִים עַל־שָׁנָה *dies aliquot ultra annum (übers Jahr)* Jes. 32, 10. v. Gesen. ad h. l.

Sed longe frequentius יָמִים 2) *collective* ponitur ita, ut, nullo respectu habito *singulorum* dierum, continuum aliquod tempus significet et quidem a) *tempus* gener., ut בַּיָּמִים הָהֵם *hoc tempore, hac tempestate* Exod. 2, 11. Jud. 18, 1. 1 Sam. 28, 1, בְּאַחֲרִית הַיָּמִים *postremo, postero tempore* Gen. 49, 1. Ps. 37, 37. Jer. 29, 11., דִּבְרֵי הַיָּמִים *res*, historia *temporum* 1 Chron. 27, 24., כָּל־הַיָּמִים *omni tempore* Deut. 4, 40. 5, 29. 6, 24. al., לַיָּמִים *illo tempore* 1 Chron. 17, 10., בִּימֵי אַמְרָפֶל Gen. 14, 1. בִּימֵי אַבְרָהָם Gen. 26, 1. בִּימֵי דָוִד 2 Sam. 21, 1. בִּימֵי שָׁאוּל 1 Chron. 5, 10. *tempore Abrahami, Davidis, Sauli*, יְמֵי הַבְּעָלִים *tempus Baalorum* h. e. quo istorum cultus viguit etc. — Metonym. Deut. 4, 32: שְׁאַל נָא לַיָּמִים רִאשֹׁנִים *interroga quaeso priora tempora* h. e. praeteritorum seculorum historias evolve. — Ceterum isto, quem modo explicuimus, sensu יָמִים saepe, tanquam in appositione, vocibus חֹדֶשׁ, יֶרַח, שָׁנָה, שָׁבוּעִים additum est, ut חֹדֶשׁ יָמִים *per mensem* (integrum) Gen. 29, 14. 41, 1. 2 Reg. 15, 13. Dan. 10, 2. 3. etc. v. Gesen. Lehrgeb. p. 667. — b) *tempus alicui constitutum*, ut Gen. 29, 21. מָלְאוּ יָמָי *completum est tempus meum* h. e. quod mihi constitutum fuit cf. v. 18. Levit. 12, 3.; inprim. *tempus vitae* (Arab. يَوْمٌ *id.*), ut יְמֵי *dies vitae meae* Job. 7, 6., יְמֵיהֶם *dies vitae nostrae* 1 Chron. 29, 15., בִּימֵיכֶם *dum vivitis* Jer. 16, 9., מִיָּמֶיךָ *ex quo vivis* 1 Sam. 25, 28., מִיָּמָיו *dum viveret* 1 Reg. 1, 6. Job. 38, 12., יְמֵי גֶּבֶר *vita hominis* Job. 10, 5., כָּל־הַיָּמִים *per omne vitae tempus*, per omnem vitam Gen. 43, 9., בָּא בַּיָּמִים *aetate provectus* Gen. 24, 1

Jos. 13, 1. coll. Luc. 1, 7. προβεβηκώς ἐν ταῖς ἡμέραις. Simil. Gen. 8, 22. כָּל־יְמֵי־הָאָרֶץ *dum terra erit.* — Metonym. Job. 32, 7. יָמִים יְדַבֵּרוּ *senectus* (senes) *loquatur.* — c) *annus* (ut Syr. ܫܢܬܐ et Chald. שָׁנָה) Levit. 25, 29. יָמִים תִּהְיֶה גְאֻלָּתוֹ *per annum erit, durabit jus redimendi,* Jud. 17, 10. *dabo tibi decem siclos* לְיָמִים *in annum* (quotannis), 1 Sam. 2, 19. זֶבַח הַיָּמִים *sacrificium anniversarium,* 2 Chron. 21, 19. קֵץ לְיָמִים שְׁנָיִם *finis anni secundi,* מִיָּמִים יָמִימָה *quovis anno, quotannis* Exod. 13, 10. Jud. 11, 40. 21, 19. al., Num. 9, 22. יוֹמַיִם אוֹ חֹדֶשׁ אוֹ יָמִים *biduum vel* (unum) *mensem vel annum* integrum (al. *longius tempus* c. Vulg.).

יוֹם m. Chald. *dies* Esr. 6, 15., יוֹם בְּיוֹם *quotidie* Esr. 6, 9., stat. emphat. יוֹמָא Dan. 6, 11.; plur. a) יוֹמִין Dan. 6, 8. 13. 7, 9., emphat. יוֹמַיָּא Dan. 2, 28., in regim. יוֹמֵי Dan. 5, 11.; b) יָמִין, יָמֵי (tanq. a יָם) Esr. 4, 7.; c) יוֹמָן, stat. emphat. יוֹמָתָא, in regim. יוֹמָת Esr. 4, 19. — לְקֻצַת יוֹמַיָּא *ad, sub finem illius temporis, exacto illo tempore* (septem annorum) Dan. 4, 31. coll. 13. 22., עַתִּיק יוֹמַיָּא *provectus aetate* Dan. 7, 22., בִּימֵי אֲבוּךְ *tempore patris* (avi) *tui* Dan. 5, 11., מִן יוֹמָת עָלְמָא *ab antiquo inde tempore* i. e. semper Esr. 4, 15.

יוֹמָם Adverb. *interdiu* Exod. 13, 13. Num. 8, 35. Ps. 13, 3., יוֹמָם וְלַיְלָה *die et nocte* h. e. perpetuo, sine intermissione temporis Ps. 1, 2. Jos. 1, 8. (Plin. epp. 5, 8.). Cum praefixo בְּיוֹמָם Neh. 9, 19. — צָרֵי יוֹמָם *hostes diurni, quotidiani* Ezech. 30, 16.

יָוָן 1) (*Jonia* h. e.) *Graecia, Graeci,* Syris ܝܘܢ, Arab. يُونَانِيُّون dicti v. Bocharti *Phaleg* lib. 3. c. 3. p. 174. Gen. 10, 2. Jes. 66, 19. Ezech. 27, 13. cf. Michaelis *Spicileg. Geogr. Hebr. exterae* T. I, p. 39 sqq. et *Supplem. ad Lex.* p. 1067. — 2) aut urbs aut regio in Arabia fel. Ezech. 27, 19. Giggeus *in Lex.* habet יָוָן seu, ut alii scribunt, יָוָן nomen propr. oppidi Jemanensis. V. Bocharti *Geogr. sacr.* lib. 2. c. 21. 117.

יָוָן rad. inusit., cujus nullum in dialectis vestigium. Sed videtur inde יָוָן et יַיִן oriri, quemadmodum חֹמֶר et חֶמֶר (חֲמַר) ex uno fonte profluunt. Quid si statuas, יון habuisse *aestuationis* et *fermentationis* notionem?

יָוָן m. *lutum* Ps. 40, 3., in regim. יְוֵן Ps. 69, 3.

יַיִן m. *vinum* Gen. 19, 32. 33. 34. Levit. 10, 9. Num. 6, 3. etc. (Arab. يَيْنٌ, Graec. οἶνος); בֵּית הַיַּיִן Cant. 2, 5. *vinea* (ut ܒܝܬ ܟܪܡܐ Act. 1, 12. *olivetum*) v. Ewald ad h. l. — Metonym. de *crapula*: Gen. 9, 24. וַיִּיקַץ מִיֵּינוֹ *vinum* (crapulam) *edormivit*; 1 Sam. 1, 14. הָסִירִי אֶת־יֵינֵךְ מֵעָלָיִךְ *edormi, exhala vinum tuum* (crapulam tuam), 25, 37. — In regim. יֵין Deut. 32, 38. Prov. 4, 17. Cant. 7, 10. (in quem loc. v. Gesen. L. p. 644.), cum affixo יֵינִי etc.

יוֹנָה f. *columba* Levit. 5, 7. Num. 6, 10. Cant. 2, 14. 5, 2. 6, 9. Ps. 68, 14. etc. Syr. ܝܘܢܐ, nonnullis proprie *graeca avis* a יָוָן *Graecia;* nam columbae sunt Graeciae domesticae, Asiae invectitiae. Aliam conjecturam v. ap. Bochart. in *Hieroz.* P. II. L. I. c. 2. et Maium (fil.) in *Observatt. S.* P. III, p. 141 sq. Sed videtur nom. primitivum esse. Plur. יוֹנִים Jes. 59, 11. Cant. 1, 15. Ezech. 7, 16. [Aliud vid. sub rad. יונה].

יָזַן *ponderavit* (Arab. وزن *libravit, ponderavit, trutinavit* rem gravem); Pyh. Jer. 5, 8. סוּסִים מְיֻזָּנִים *equi ponderibus praediti* h. e. *probe vasati, pondera librata trahentes in venerem*, admissarii (Alb. Schultens in *Clav. dial.* p. 212 sqq.), sec. Kri, sed Cthib habet מְזֻנִּים *pasti* ex Hophal, quod vide in זון.

יֶזַע m. *sudor* Ezech. 44, 18., cujus radicem ex Aethiop. servavit lingua Amharica, ubi ወዛ: pro ወሐዘ: *sudavit*, quocum convenit Arab. وزع *fluxit aqua*.

יזף, unde זָפַת v. sub lit. ז.

יִזְרְעֶאל v. sub rad. זרע.

יָחַד *unus, unitus, conjunctus fuit* (ut Arab. وحد), sq. אֶת Jes. 14, 20., sq. בְּ Gen. 49, 6. — Pih. *unire, conjungere* Ps. 86, 11.

יָחִיד m. 1) *unicus*, spec. *unigenitus, unicus* filius, jam addito nomine בֵּן Gen. 22, 16. Prov. 4, 3., jam omisso Zach. 12, 10. Jer. 6, 26. (Arab. وحيد filius *unicus*). — 2) *solitarius* Ps. 25, 16. 68, 7. (coll. وحد *solitarius fuit*). — Foem. יְחִידָה *unica, unigenita* Jud. 11, 34.; it. *cara, carissima* h. e. poet. *anima, vita* Ps. 22, 21. 35, 17.

יַחַד m. 1) *unitio, conjunctio* 1 Chron. 12, 17: *animus meus erit vobis* לְיַחַד *ad* vel *in conjunctionem* h. e. conjunctus. — 2) i. q. כֹּל *universitas, complexus* Deut. 33, 5. יַחַד שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *universitas tribuum Isr.* h. e. *omnes tribus J.*, Job. 38, 7. בְּרֹן־יַחַד כּוֹכְבֵי בֹקֶר *cum caneret universitas stellarum matutinarum* h. e. omnes stellae matut.; addito לֹא Hos. 11, 7. — 3) alibi in adverbium abit, significans a) *una, simul, pariter*, ita ut exprimat *conjunctionem* et *unitatem* vel *loci*, ut 1 Sam. 11, 11. Job. 17, 17. 21, 26. 40, 13., vel *temporis*, ut 2 Sam. 21, 9. Jes. 45, 8., vel *rerum* et *personarum* numero plurium, ut 2 Sam. 14, 16. Job. 3, 17. Ps. 33, 15. 49, 3. 11. 141, 10. Jes. 22, 3. etc., vel *animorum* (*concorditer, uno animo*), ut Ps. 2, 2. 31, 14. 133, 1. etc. — b) *solum* Esr. 4, 3.

Frequenter occurrit יַחְדָּיו et aliquanto saepius יַחְדָּו (etiam c. nominibus pluralibus et primae adeo personae 1 Reg. 3, 18. Neh. 4, 2. etc.), pr. *conjuncti, uniti illi, simul illi*, deinde pro adv. 1) *simul, una, pariter* Gen. 13, 6. 1 Reg. 3, 18. Deut. 12, 22. Ps. 19, 10. Jer. 46, 12. 49, 3. Ps. 4, 9: יַחְדָּו אֶשְׁכְּבָה וְאִישָׁן *simul cubabo et dormiam* h. e. non cubabo solum sed dormiam quoque. — 2) *unanimiter, uno animo* Exod. 19, 8. — 3) *mutuo, invicem* Deut. 25, 11. Jes. 45, 21. Ps. 55, 15.

יְחֶזְקֵאל et יְחִזְקִיָּה v. sub rad. חזק.

יָחַל *speravit, exspectavit, praestolatus est*, in Kal inusit. Pih. יִחֵל 1) *sperare fecit, spem fecit* Ps. 119, 49. Ezech. 13, 6. — 2) intrans. *speravit, exspectavit, praestolatus est* Gen. 8, 10. Ps. 71, 14. Job. 6, 11. — sq. לְ pers. Mich. 5, 6. Job. 29, 21. 23., sq. לְ rei Jes. 42, 4. Saepius occurrunt hae formulae: יִחֵל לֵאלֹהִים Ps. 69, 4., vel יִחֵל יְיָ Ps. 31, 25. אֶל־יְהוָה 130, 7. 131, 3. חָסַד יְהוָה 33, 18. לִישׁוּעָתוֹ יְיָ Jes. 51, 5., in quibus omnibus hic sensus inest: *Jovae auxilium exspectare*. — Praet. plur. יִחֲלוּ Job. 29, 23. et cum Dagesch

euphon. יִחֲלוּ Job. 29, 21., imp. יַחֵל Ps. 130, 7., fut. יְיַחֵל Mich. 5, 6. etc.

Niph. נוֹחַל q. d. sperans, exspectans factus est, *exspectavit* Ezech. 19, 5. Gen. 8, 12.

Hiph. הוֹחִיל 1) *exspectavit* Thren. 3, 21. 1 Sam. 10, 8., sq. לְ rei Job. 32, 11., sq. לַיהוָה Ps. 38, 16. 42, 6. 2 Reg. 6, 33. Mich. 7, 7. — 2) *moratus est*, cum לִפְנֵי 2 Sam. 18, 14. — Fut. c. Vau convers. וַיּוֹחֶל sec. Kri 1 Sam. 13, 8., sed Cthib habet וַיְיַחֵל ex Pihel.

יָחִיל m. *exspectans* Thren. 3, 26.

תּוֹחֶלֶת f. *spes, exspectatio* Prov. 10, 28. 11, 7. 13, 12., cum affixo תּוֹחַלְתִּי Ps. 39, 8. Thren. 3, 18.

יָחַם *calidus factus est, caluit, incaluit* (ut وحم *calere* de fervido die) Ezech. 24, 11. 1 Reg. 1, 1., spec. a) *irâ* Deut. 19, 6.; b) *coitus libidine*, hinc *concepit* (sensu praegnanti, Arab. وحم in Conj. V. *incaluit pecus* et وَحْمٌ *appetitus venerei congressus*) Gen. 30, 37 sqq. — Semel imperson. יֵחַם *calidum* vel *calor fiet* Eccles. 4, 11. Alibi fut. scribitur יִחַם 1 Reg. 1, 1. (sicut a יקר dicitur יֵקַר et יִיקַר), sed plur. וַיֶּחֱמוּ Gen. 30, 39. formam mutuatur ab inusit. חֹמָה, Arab. حما); foem. וַיַּחַמְנָה Gen. 30, 38. (cf. Gesen. L. p. 276., vid. similia 1 Sam. 6, 12. Dan. 8, 22.). — Pih. *concepit*, praet. foem. יֶחֱמָה pro יֶחֱמָה vel יֶחֱמָה, unde cum affixo יֶחֱמַתְנִי *incaluit* (scil. coitus libidine) et *concepit me* Ps. 51, 7., infin. יַחַם *concipere* Gen. 30, 41. 31, 10., cum affixo et Nun epenthet. יַחְמֶנָּה *concipere ejus*, scil. צֹאן *ovis* vel *gregis ovium*, quod praecedit Gen. 30, 41.

חֵמָה f. (pro יֶחֱמָה) semel cum א, חֵמָא Dan. 11, 44. *calor, aestus*, spec. a) *irae: fervor animi irati, excandescentia, furor*, vel Jovae Deut. 9, 19. Ps. 37, 8. Jes. 27, 4. 51, 20., vel hominum Prov. 15, 1. Esth. 5, 9. 7, 10. (Syr. ܚܡܬܐ *id.*). — b) *venenum, virus* Deut. 32, 24. 33. Job. 6, 4. Ps. 58, 5. 140, 5. sic dictum vel quod ab animalibus *iratis*, ut serpentibus, canibus rabidis etc. emittitur, vel ab effectu, quod sanguinem *inflammat*, conf. suo loco ראשׁ. — In regim. חֲמַת Gen. 27, 44. Ps. 58, 5. [Sed חֲמַת Hos. 7, 5. vid. sub rad. חמת]. Cum affixo חֲמָתִי Gen. 25, 11., plur. חֵמוֹת Ps. 76, 11. Prov. 22, 24.

חֱמָא f. Chald. *ira, furor* Dan. 3, 19. et חֲמָא Dan. 3, 13.

יַחְמוּר vid. sub rad. חָמַר.

יָחֵף m. *nudus pedibus, discalceatus* 2 Sam. 15, 30. Jes. 20, 2. 3. 4.; מִנְעִי רַגְלֵךְ מִיָּחֵף *cohibe pedem tuum a discalceato* i. e. *ne sis discalceatus* Jer. 2, 25. Arab. (prima et tertia radicali inter se transpositis) حفى *nudis pedibus fuit*, Syr. ܐܢܚܦ *discalceavit*.

יָחַר id. quod אחר *moratus est:* unde deduci potest fut. pers. 3. וייחר i. e. vel וַיִּיחַר vel וַיְיַחֵר ex Pih. sec. Cthib 2 Sam. 20, 5., sed Kri habet וַיּוֹחֶר ex Hiph.

יַחַשׂ m. *genus, familia*, unde סֵפֶר הַיַּחַשׂ *stemma, genealogia* Neh. 7, 5.

convenit cum Arab. نحاس *origo*. — Inde formatum est verbum in Hithpah.

הִתְיַחֵשׂ *ἀπογράφεσθαι* (Luc. 2, 1.), *nomen suum in tabulis publicis describendum curavit, recensitus est* 1 Chron. 5, 17. 9, 1. Esr. 2, 62. Neh. 7, 64. Infin. הִתְיַחֵשׂ *censeri, recenseri* 1 Chron. 5, 1. 2 Chron. 11, 15. Neh. 7, 5., saepius nominascit, ut 2 Chron. 31, 17. 19. Esr. 8, 3., unde cum affixo הִתְיַחְשָׂם *recensio ipsorum* Esr. 8, 1. 1 Chron. 4, 5. 7, 7. 9. 40. Non legitur nisi in recentioris aetatis libris.

יָטַב 1) bonus fuit Nah. 3, 8: הֲתֵיטִבי מִנֹּא אָמוֹן *num melior es Thebis.* Alibi non legitur, nisi hac utraque formula: a) יִיטַב בְּעֵינֵי פ *placuit alicui* Gen. 41, 37. Levit. 10, 20. Deut. 1, 23. 2 Sam. 18, 4. 1 Sam. 24, 5., it. sq. לִפְנֵי Neh. 2, 5. Esth. 2, 4. 5, 14. vel sq. ל Ps. 69, 32. — b) יִיטַב לְ *bene fuit alicui* Gen. 12, 13. 40, 14. 2 Reg. 25, 24. — 2) de animo: hilaris fuit Eccles. 7, 3. Jud. 19, 6. 1 Reg. 21, 7. Ruth. 3, 7. — Futur., quod solum occurrit, tribus modis declinatum est: יִיטַב, defective יִטַב Jud. 19, 6. 1 Reg. 21, 7. et תֵּיטְבִי Nah. 3, 8. v. Gesen. L. p. 388. etc. cf. טוֹב.

Hiph. הֵיטִיב 1) *bonum fecit (etwas gut machen)*, sq. acc. rei Prov. 15, 2. Deut. 18, 17: הֵיטִיבוּ אֲשֶׁר דִּבֵּרוּ *bonum fecerunt id, quod locuti sunt* h. e. bene, recte locuti sunt; Ruth. 3, 10: הֵיטַבְתְּ חַסְדֵּךְ *bonam fecisti benignitatem tuam* h. e. egregiam benign. praestitisti; 1 Reg. 1, 47: יֵיטֵב אֶת־שֵׁם שְׁלֹמֹה מִשְּׁמֶךָ *bonum faciet nomen Salomonis prae nomine tuo* i. e. augustius, magnificentius reddet. Hinc הֵיטִיב דְּרָכִיו Jer. 7, 3. 5. vel מַעֲלָלִים ה 35, 15. *recte agere*. Sed Jer. 2, 33. *in malam partem* dicitur: מַה־תֵּיטִבִי דַּרְכֵּךְ לְבַקֵּשׁ אַהֲבָה *cur eleganter, ornate agis* (ornando corpori studes) *ad captandum amorem?* — Sq. infin. Jes. 23, 16. הֵיטִיבִי נַגֵּן *bonum fac canere fidibus* h. e. perite, docte fidibus canas; Prov. 30, 29. 1 Sam. 16, 17. מֵיטִיב לְנַגֵּן peritus artis musicae, fidibus sciens. Passim est: *ornavit, aptavit*, ut 2 Reg. 9, 30. (*caput* h. e. comam, capillos), Exod. 30, 7 (*lucernas*). — 2) *bene fecit* h. e. a) *recte, praeclare fecit* Gen. 4, 7. Jer. 4, 22. Hinc infin. absol. הֵיטֵב pro adverbio: *bene, probe* i. e. vel *accurate, apposite, plane* Deut. 9, 21. 13, 15. 19, 18. 2 Reg. 11, 18., vel *recte, honeste, jure* Jon. 4, 4. 9. — b) *beneficia contulit* Ps. 119, 68. Jes. 1, 17. *in aliq.* sq. ל pers. Gen. 12, 16. Exod. 1, 20. Jud. 17, 13. Ps. 125, 4., sq. עִם pers. Gen. 32, 10. et acc. rei Num. 10, 32., sq. acc. pers. Deut. 30, 5. Jer. 32, 41. et ב rei Deut. 8, 16. In malam partem Ps. 49, 19: כִּי תֵיטִיב לָךְ quod *tibi benefecisti* h. e. genio tuo indulsisti. — Absolute passim *profuit* Jer. 10, 5: הֵיטִיב אֵין אוֹתָם *prodesse non est penes eos* h. e. non possunt prod., Levit. 5, 4. — 3) sq. לֵב *hilarem, laetum reddidit* Jud. 19, 22. — 4) intrans. *bonus fuit* Mich. 2, 7. sq. אֶל pers. *placuit* 1 Sam. 20, 13. — Infin. הֵיטִיב Levit. 5, 4. הֵיטֵב, הֵיטֵב Jer. 7, 5. 10, 5. imper. cum ה paragog. הֵיטִיבָה Ps. 51, 20., loem. sine Jod הֵטִיבִי Jes. 23, 16., fut יֵיטִיב Num. 10, 32. et וַיֵּיטֶב (v. Gesen. L. p. 388 sq.) apoc. וַיֵּטֶב 1 Reg. 1, 47. Job. 24, 21.

יְטַב Chald. *bonus, gratus fuit* sq. עַל pers., unde fut. יִיטַב Esr. 7, 18.

מֵיטָב m. *bonum, optimum*, מֵיטַב Gen. 47, 6. 11. Exod. 22, 4. 1 Sam. 15, 9. 15.

יוּטָה, יוּטָא v. sub rad. נטה.

יְטוּר (chald. *columna vaporis*) n. propr. 1) filii Ismaelis Gen. 5, 15. 1 Chron. 1, 31.—2) gentis *Ituraeorum* ab illo oriundae 1 Chron. 15, 19. 20. Finitima erat tribubus Israel. trans Jordanem incolentibus, ad aquilonem Palaestinae sub Hermone monte Plin. H. N. V, 23. coll. Luc. 3, 1. Reland. Palaest. p. 106 sq. F. Muenter. Pr. de reb. Ituraeorum. Hafn. 1824. 4.

יַיִן *vinum* vid. supra sub rad. יון.

יָךְ m. *latus*, Cthib 1 Sam. 4, 13. pro eo, quod Kri habet, יָד, per librariorum errorem. Sed alii explicant ex lingua Arab. Sicut, inquiunt, Arabes ab hebr יֶרֶךְ *latus* formarunt Verbum وَرِكَ *in latus recubuit, coxae innixus est*, a צֶלַע *latus* ضَلَعَ *inclinavit, propendit in latus* etc. (quod et Chaldaei imitantur, dicentes v. c. ab hebr. צַד *latus*: צדד *ad latus deflexit* sive *declinavit*, ab hebr. גַּחוֹן *venter*: גחן *in ventrem procubuit, incurvavit se* etc.), sic a יָךְ iidem Arabes formarunt verbum وَكَأَ vel وَكَى *recubuit in latus, innixus est lateri*, spec. *sinistro*, ut accumbentes facere solebant. Verum haec longius repetita sunt.

יכח in Kal inusit., *arguere, redarguere*, ἐλέγχειν (Alb. Schultens ad Job. in ind. confert وَضَحَ *albus, clarus, manifestus fuit*, in Conj. IV. *clarum fecit, ad evidentiam demonstravit, arguit, convicit*, al. وَكَحَ *valide conculcavit, subegit* v. Hartmann. Einl. p. 275.), Niph. נוֹכַח 1) *argutus, redargutus est* Gen. 20, 16. וְנֹכָחַת *et redarguta fuit* (sunt verba scriptoris). — 2) *disceptavit* c. altero Job. 23, 7. Jes. 1, 18.

Hiph. הוֹכִיחַ 1) arguit a) *aliquid* Job. 19, 5: הוֹכִיחוּ עָלַי חֶרְפָּתִי *arguite contra me opprobria mea* i. e. declarate me turpiter egisse; 13, 15: אַךְ דְּרָכַי לְפָנָיו אוֹכִיחַ *tantum vitae meae rationem velim coram eo arguere* h. e. declarare, defendere; Gen. 24, 14: אֹתָהּ הוֹכַחְתָּ לַעַבְדֶּךָ *hanc arguisti servo tuo* h. e. hanc declarasti servi tui uxorem esse (debere); — b) *aliquem* Job. 32, 12. *non est, qui arguat, redarguat Jobum*; Prov. 19, 25: *prudentem si redargueris*. — Hinc: 2) castigavit aliquem vel a) verbis: *carpsit, reprehendit* Prov. 9, 7. 15, 12. 24, 25. Hos. 4, 4. Ezech. 3, 26. Job. 6, 26. 39, 32 (35); — passim gravius: *conviciatus est* 2 Reg. 19, 4. et in loco parall. Jes. 37, 4.; — vel b) factis h. e. *punivit*, de Jova hominibus plagas infligente 2 Sam. 7, 14. 1 Chron. 12, 17. Ps. 38, 2. 94, 10. 105, 14. Habac. 1, 12. Prov. 3, 12. Job. 22, 4. — 3) judicavit Jes. 11, 3: לֹא לְמַשְׁמַע אָזְנָיו יוֹכִיחַ *non ex aurium auditu judicabit* (parall. שָׁפַט); sq. לְ pers. *jus dixit alicui* Jes. 2, 4., sq. בֵּין *arbitrum esse inter* Job. 9, 33. Gen. 31, 37. — 4) disceptavit, altercatus est *c. aliquo* sq. עִם Job. 16, 21., sq. אֶל Job. 13, 3., sq. אֵת Gen. 21, 25. — Hoph. הוּכַח *castigatus est* Job. 33, 19. — Hithpah. הִתְוַכֵּחַ *mutuo disceptare* Mich. 6, 2.

תּוֹכֵחָה f. *castigatio, poena* 2 Reg. 19, 3. Jes. 37, 3. Hos. 5, 9., plur. תּוֹכָחוֹת Ps. 149, 7.

תּוֹכַחַת f. 1) *demonstratio, declaratio* (quae argumentis fit) Job. 13, 6 *audite demonstrationem* h. e. defensionem *meam*; plur. תּוֹכָחוֹת *argumenta* Job. 23, 4. — 2) *castigatio* h. e. a) *admonitio, correptio, reprehensio* Prov. 1, 23. 3, 11. 5, 12. 27, 5. 29, 15. Ps. 38, 15. (ubi tamen alii vertunt: *redargutio*), hinc אִישׁ תּוֹכָחוֹת *reprehensione dignus*

Prov. 29, 1.; — b) *animadversio, poena* Ps. 39, 12. 73, 14. — 3) *disceptatio* Hab. 2, 1. coll. 1, 3 sqq. Cum affixo תּוֹכַחְתִּי Prov. 1, 23. 25. 30. etc.

יָכֹל 1) *potuit* (ut Chald. et Samar.), sq. infin. vel simpl. vel c. praef. לְ Jes. 7, 1. Gen. 45, 1. Exod. 18, 23. Gen. 37, 4. etc., sq. verbo fin. Esth. 8, 6: אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי *quomodo possim videre?*, sq. acc. Job. 42, 2: *novi* כִּי כֹל־תּוּכָל *te omnia posse.* Dic. et de iis, quibus efficiendis *vires pares* sunt Exod. 2, 3. 18, 23. Ps. 40, 13. Gen. 13, 6. 2 Chron. 32, 13. Jon. 1, 13., et de his, quae facere *licet* per leges vel humanas vel divinas Deut. 12, 17. 16, 5. 17, 15. 22, 3. Gen. 29, 8. 34, 14. 43, 32: לֹא יוּכְלוּן הַמִּצְרִים לֶאֱכֹל אֶת־הָעִבְרִים *non licuit Aegyptiis comedere cum Hebraeis.* — Concise dicta haec sunt: לֹא אוּכַל Jes. 1, 13. Ps. 101, 5. pro: לֹא אֶשָּׂאת *non possum ferre, tolerare* (ut plene legitur Jer. 44, 22. Prov. 30, 21.), et Hos. 8, 5: עַד־מָתַי לֹא יוּכְלוּ נָקִיוֹן *quo usque non poterunt innocentiam* sc. praestare לַעֲשׂוֹת; sed Jer. 20, 9. facile ex praecedentibus repetes לְכַלְכֵּל. — 2) *praevaluit, superavit* a) absolute Gen. 32, 29. Hos. 12, 5. Hinc 1 Reg. 20, 22: חֲזַק וְגַם תּוּכָל *persuadeas et vinces* h. e. bene succedet tibi; in malam partem Jer. 3, 5: *patrasti mala et vicisti,* rem prospere gessisti h. e. ad summam turpitudinem progressus es; — b) sq. dat. pers. Esth. 6, 13. Ps. 129, 2. Gen. 32, 26. Obad. 7., sq. acc. pers. Ps. 13, 5. Sq. dat. rei Ps. 39, 6: לֹא אוּכַל לָהּ *non praevaleo illi* (scientiae divinae) *non sum potens illius* h. e. non possum eam comprehendere, mente complecti. — Praet. יְכָלַת Exod. 18, 23., יְכָלַתְּי Jud. 5, 3. cum affixo יְכָלַתְּיו Ps. 13, 5., plur. in pausa יְכָלוּ Exod. 8, 14. Infin. constr. יְכָלַת Num. 13, 3. Fut. יוּכַל (ex Hophal v. Gesen. L. p. 460.) Jer. 49, 10. etc., plur. יוּכְלוּ 2 Sam. 17, 17. et יְכָלוּ Jos. 7, 12. Ps. 18, 39., in pausa יוּכְלוּ Ps. 21, 12. Jer. 5, 22. et יְכָלוּ Jer. 20, 11. (Non esse hoc fut. Kal, ut vulgo volunt, vel inde patet, quod in nominibus *propr.* pro יוּכַל Jer. 38, 1. occurrit יְהוּכַל 37, 3., servata praeformante ה per Chaldaismum, conf. Simon. *Onomast. V. T.* p. 431. Sed יוּכְלוּ Ezech. 42, 5. vid. in rad. אכל).

יְכֹל et יְכַל Chald. 1) *potuit* sq. infin. c. praef. לְ Dan. 2, 47. 3, 17. 29. 4, 15. 34. 6, 5. — 2) *praevaluit, vicit* sq. לְ pers. Dan. 7, 21. — Praet. יְכָלַת Dan. 2, 47., part. praes. יָכֹל Dan. 4, 34. et cum Chirek pleno יָכִיל Dan. 3, 17., fut. תֵּכֹל (v. Winer. Grammat. chald. p. 49.) Dan. 3, 29. et forma hebr. יוּכַל Dan. 2, 10.

יְכֹלֶת Num. 14, 16. Deut. 9, 28. est infin. verbi יָכֹל v. Gesen. L. p. 384.

יְהוּכַל nom. propr. v. sub rad.

יָלַד et יָלֹד 1) *peperit* (de foeminis et hominum et animall.) Gen. 4, 22. Num. 26, 59. Jer. 20, 14. Ruth. 4, 15. coll. Jer. 30, 6: רְאוּ אִם יוֹלֵד זָכָר *videte, an pariat mas* etc.; Jes. 17, 11 (*ova parere*). Part. foem. יוֹלֶדֶת *genitrix,* poet. pro *matre* Prov. 17, 25. Cant. 6, 8. Metaphor. *parere* fraudem Ps. 7, 15., *nequitiam* Job. 13, 35. v. supra דֶּרֶךְ. — 2) *genuit,* de maribus (ita graec. γεννᾶν et τίκτειν, et lat. *parere* de utroque sexu dicitur) Prov. 17, 21. Gen. 4, 18. 10, 8. 13., hinc de numine: *creavit, formavit* Deut. 32, 18: יְלָדֶךָ תֶּשִׁי (אֲשֶׁר) צוּר *petrae (Jovae), quae te genuit, oblitus es,* Jer. 2, 27: *dicunt ligno* (idolo): *tu es pater meus, et*

lapidi: tu genuisti me. Paullo aliter Ps. 2, 7. *tu meus filius es, hodie te genui* h. e. *regem constitui* (Ps. 89, 27. 2 Sam. 7, 14.) v. interpretes ad h. l. — Partic. plur. יוֹלְדִים *parentes* Zach. 13, 3. — Praet. f. c. affix. יְלָדַתְנִי Jer. 20, 14., יְלָדַתּוּ (pro יְלָדַתְהוּ) Ruth. 4, 15. Jer. 2, 27. 2. foem. cum affixis יְלִדְתַּנִי Jer. 15, 10., יְלִדְתָּנוּ 2, 27., 1 p. יָלַדְתִּי Gen. 21, 7., cum affixo יְלִדְתִּיךָ Ps. 2, 7., particip. foem. יוֹלֵדָה Jes. 21, 3. et יֹלֶדֶת Gen. 17, 19., per syncopen vocalium (sicut in קֹשְׁטְ pro קֹשֶׁט, נֵרְדְּ pro נֵרֶד) יֹלַדְתְּ Gen. 16, 11. Jud. 13, 5. 7. cum affixo יוֹלַדְתּוֹ Prov. 17, 25., infin. absol. יָלֹד Job. 15, 35., construct. לֶדֶת Gen. 10, 17. Job. 39, 1., cum affixo et ה paragog. לִדְתָּנָה Job. 39, 2., per syncopen לַת 1 Sam. 4, 19. (ut תֵּת pro תֶּנֶת), fut. יֵלֵד, et retracto accentu, יֵלֶד Prov. 27, 1., plur. f. sine ה, וַתֵּלַדְנָ Gen. 30, 39.

Niph. נוֹלַד *genitus, natus est* 1 Chron. 2, 3. 9. Ps. 22, 32., sq. אֵת tanquam nominativi nota Gen. 4, 18. 21, 15. 46, 20. al. (v. Gesen. Lehrgeb. p. 682.); c. dupl. nominat. Job. 11, 12: עַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד *onagri pullus nascetur homo* (i. e. ratione praeditus); imperson. Gen. 17, 17: הַלְּבֶן מֵאָה־שָׁנָה יִוָּלֵד *num seni centum annorum nascetur?* num is filium suscipiet (coll. Gen. 6, 4. 16, 1.). — Praet. plur. נוֹלְדוּ (c. dag. euphon.) 1 Chron. 3, 5. 20, 8., part. נוֹלָד et ablato tono נוֹלַד־ Gen. 21, 3., infin. retracto tono הִוָּלֵד Gen. 21, 5.

Pih. יִלֵּד *in partu* (parturientem) *adjuvit* Exod. 1, 16. Part. f. מְיַלֶּדֶת subst. *obstetrix* Gen. 35, 17. Exod. 1, 19., plur מְיַלְּדוֹת Exod. 1, 15. 18. 20. — Pyh. יֻלַּד Gen. 4, 26. Ruth. 4, 17. et יוּלַּד Jud. 18, 29. Job. 5, 7., semel cum Kametz sec. plurimos codices Gen. 41, 50. *genitus, natus est;* imperson. Gen. 10, 21. — it. *productus, creatus est* Ps. 90, 2: בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *antequam montes crearentur.*

Hiph. הוֹלִיד 1) *parere fecit,* sq. accus. foeminae 1 Chron. 2, 18. 8, 8., sed absol. Jes. 66, 9: הַאֲנִי אַשְׁבִּיר וְלֹא אוֹלִיד *egone aperiam os matricis et non parere faciam* (h. e. egone quod aggressus sum, non perficiam?); — metaphor. *producere fecit, foecundavit* terram Jes. 55, 10. — 2) *nasci fecit, genuit* Gen. 11, 27. Num. 26, 29. 58.; it. *creavit, produxit* Job. 38, 28. — 3) i. q. Kal: *peperit* sed trop. Jes. 59, 4: *parere nequitiam,* ubi copulatur הָרָה עָמָל. — Hoph. infin. (forma petita a נלד, cum ת paragog. sicut in Kal) הֻלֶּדֶת *nasci, nativitas* Gen. 40, 20. Ezech. 16, 5. et cum ו, הוּלֶּדֶת Ezech. 16, 4. — Hithpah. הִתְיַלֵּד *genus suum* sive *natales suos professus est, in tabulis nomina sua inscribenda curavit* (v. supra יחש) Num. 1, 18.

וָלָד m. (a rad., quae olim viguit, ולד, Arab. ولد) *proles* Gen. 11, 30.

וֶלֶד, in pausa וָלֶד m. *id.* 2 Sam. 6, 23.

יֶלֶד m. *puer* cujuscunque aetatis, recens natus Exod. 1, 17. 2, 3. 9. 2 Sam. 12, 15. et qui manibus adhuc gestatur Gen. 21, 14. 16., nec non adolescens Gen. 4, 23. 42, 22. 1 Reg. 12, 8.; de bestiis, *pullus* Jes. 11, 7. Job. 38, 41. — Plur. יְלָדִים *liberi* Gen. 32, 14. Jes. 8, 18., *pueri* Gen. 33, 2. 5., *posteri* Jes. 29, 23.; יַלְדֵי נָכְרִים *pueri peregrinorum* h. e. *peregrini* Jes. 2, 6., יַלְדֵי פֶשַׁע *improbi* Jes. 57, 4. v. בֵּן.

יָלִיד m. *natus,* in regim. יְלִיד בַּיִת *verna,* Lxx. οἰκογενής, Arab.

وليد, تليد Gen. 17, 12. 13. 27. Jer. 2, 14. Plur. יְלִידִים *nati, filii* Gen. 14, 14. Num. 13, 22. 28.

יִלּוֹד m. *natus* Exod. 1, 22. 2 Sam. 12, 14., plur. יִלֹּדִים Jos. 5, 5. Jer. 16, 3. Construitur praeter 2 Sam. 5, 14. tanquam adjectivum, addito substant. בֵּן vel עַם.

יַלְדָּה f. *filia, puella, virgo* Gen. 34, 4. Joël. 4, 3., plur. יַלְדוֹת Zach. 8, 5.

יַלְדוּת f. *juventus* Eccles. 11, 9. 10. Ps. 110, 3., in quo posteriore loco metonym. sumitur pro *hominibus* illius aetatis i. e. *pueris* et *puellis*.

לֵדָה f. (pro יֹלֵדָה) *partus* 2 Reg. 19, 3. Jes. 37, 3. Jer. 13, 21. Hos. 9, 11., لِدَةٌ *nativitas*. Aliis est Infinit. v. Gesen. L. p. 384.

מוֹלֶדֶת f. 1) *locus, ubi quis genitus* sive *natus est, patria* (femin. part. Hoph.) Gen. 12, 1 24, 4.; alibi additur אֶרֶץ Gen. 11, 28. 24, 7. (Arab. مولد et Aethiop. ሞላዲ *id.* conf. Ludolfi *Lex. Aethiop.* coll. 415.), metonymice a) *cognati, familia* Gen. 31, 3. Num. 10, 30.; b) *populares* in eadem *patria* nati Esth. 8, 6. — 2) *generatio, nativitas*, plur. מוֹלְדוֹת *natales* Ezech. 16, 3. 4., metonym. *proles, progenies* Gen. 48, 6. Levit. 18, 9. 11. — Cum affixo מוֹלַדְתְּךָ Gen. 48, 6.

תּוֹלְדוֹת f. plur. 1) *generationes, origines* Gen. 2, 4., metonym. *posteri* Gen. 10, 1. 11, 10. 27. Num. 3, 1. etc. 1 Chron. 26, 31.; סֵפֶר תּוֹלְדוֹת *genealogia, stemma* Gen. 5, 1. — 2) *historia*, quoniam omnis historia a genealogiis profecta est Gen. 6, 9. 37, 2. Sic ܦܪܘܣ Syr. *familia, historia*.

יָלַךְ vid. הָלַךְ.

יָלַל *ejulavit, ululavit* prae dolore (onomatopoëticon, Arab. ولّ, Graec. sono cognato ὀλολύζειν, Lat. *ejulare*), in Kal inusit. Hiph. הֵילִיל *id.* Jer. 4, 8. 47, 2. Jes. 13, 6. 14, 12. 15, 3. 65, 14. etc. Am. 8, 3: הֵילִילוּ שִׁירוֹת הֵיכָל *ejulant* h. e. in ejulatum abeunt *cantica palatiorum*. — Semel de *laetis* vocibus dici videtur Jes. 52, 2., quemadmodum lat. *ululare* de quovis incondito et gravi clamore, etiam triumphantium Lucan. Phars. 6, 261. add. graec ὀλολύζειν, hebr. רנן; vicissim germ. *jauchzen* (in populari certe sermone) de *ingemiscentibus* usurpatur. — Fut. יְהֵילִיל Jes. 52, 5., יֵילִיל Mich. 1, 8., יְיֵלִיל Jes. 16, 5. v. Gesen. L. p. 388 sq.

יְלֵל m. *ejulatus, ululatus* Deut. 32, 10.

יְלָלָה f. *vox ejulantis, ejulatus, ululatus* Zeph. 1, 10., in regim. יִלְלַת Zach. 11, 3., unde cum Praefixo ו, וִילְלַת ex Syriasmo pro וְיִלְלַת Jer. 25, 36., cum affixo יִלְלָתָהּ Jes. 15, 8.

אַלְלֵי Interjectio *dolentis* vid. sub rad. אלל.

תּוֹלָלִים plur. m. *ululare facientes*, unde cum affixo תּוֹלָלֵינוּ *qui nos ululare fecerunt* (parall. שׁוֹבֵינוּ) Ps. 137, 3. Alior. explicationes v. sub rad. תלל.

יָלַע *temere locutus, prolocutus est* cf. (praeeunte B. Michaeli) Arab.

لَغَا *temere locutus fuit, vana effutivit, temere dedit jusjurandum* (Coran. 2, 225.) Prov. 20, 25: מוֹקֵשׁ אָדָם יָלַע קֹדֶשׁ *laqueus* est (i. e. periculosum) *homini*, cum *temere eloquitur sanctum* h. e. vovet aliquid Jovae (parall. נְדָרִים) Lxx. ταχύ τι τῶν ἰδίων ἁγιάσαι. Schultens conferri jubet لاع *aestu interiore adustus est*, hinc *praecipitanter et siderate aliquid fecit.*

יָלַף, in Hebr. non usitat., Arab. ولف *adhaesit.*

יַלֶּפֶת f. *scabies, impetigo, porrigo*, Graec. ἀλφός Levit. 21, 20. 22, 22., quod tenaciter cuti *adhaeret.*

יֶלֶק Ps. 105, 34. Joel. 1, 4. Nah. 3, 15. 16. *locustae vel grylli* (pilosi vel horridi Jer. 51, 27.) *species.* Aliis est *locusta alba* coll. يَلَقٌ *albus, candicans* vel ولق *properavit, volubilis fuit*, quoniam vagum est animal et instabile, v. Bochart. in *Hieroz.* Tom. III, p. 258.; aliis *eruca* vel *erucae* species, herbas et folia arborum *continuo lingens* et *lingendo absumens* (a rad. לָקַק *lambit, linxit*, coll. לחך Num. 22, 4. et לחס, لحس *lingere*, unde لحس *linctus* de *locusta*, conf. Bochart. *Hieroz.* l. c.; sic βροῦχος, ionice βροῦκος, a βρούκειν, *edendo*); Oedmanno (verm. Samml. II, p. 124 sqq.) *gryllus cristatus* Linnei, Tychsenio (ad *librum Ignat.* de Asso *de locustis*) denique *gryllus haematopus* Linnei.

יַלְקוּט v. sub rad. לקט.

יָם m. 1) mare: a) propr. Gen. 1, 10. 28. Levit. 11, 9. Num. 11, 22 Ps. 65, 8. etc.; הַיָּם הַגָּדוֹל est *mare mediterraneum* Num. 34, 6. Ezech. 47, 19. 20., al. הַיָּם הָאַחֲרוֹן *mare posterius* h. e. occidentale Deut. 11, 24., יָם הַפְּלִשְׁתִּים *mare Philistaeorum* Exod. 23, 31. nec non הַיָּם simpl. Jos. 19, 26. 1 Reg. 5, 9. al.; יָם סוּף *mare junci* h. e. *mare rubrum, sinus Arab.* Ps. 106, 7. 9. 136, 13. coll. Jes. 10, 26. — Semel יָם *translate* dicitur, ut alibi מַיִם, de summis calamitatibus Zach. 10, 11. — b) de *lacu, stagno* Job. 14, 11.; יָם כִּנֶּרֶת seu כִּנְרֹת lacus Tiberiadis s. Galilaeae Num. 34, 11. v. Relandi *Palaest.* lib. 1. c. 39.; יָם מֶלַח *mare salsum* s. *mortuum, Sodomiticum* coll. Ezech. 45, 8. 10., quod etiam dicitur יָם קַדְמֹנִי *mare orientale* opp. occidentali s. mediterraneo Joel. 2, 20. Zach. 14, 8. et יָם הָעֲרָבָה *mare planitiei* (quam Jordanes perluit) Deut. 3, 17. Jos. 3, 16. — c) poet. de *flumine magno*, ut α) de *Nilo* Jes. 19, 5. Nah. 3, 8., quemadmodum Arabes illum dicunt يَمٌّ (Coran. 20, 39. بحر النيل *mare Nili*), quoniam aestivo tempore maris in morem Aegypto innatat conf. Christ. Mueller in *satura observv. phil.* p. 159. — β) de *Euphrate* Jes. 27, 1. Jer. 51, 36. (coll. Euseb. praepar. evang. IX, p. 457.), qui quotannis ripas excedens late terris superstagnat. De מִדְבַּר יָם Jes. 21, 1. v. Gesen. — d) יָם הַנְּחֹשֶׁת *vas* s. *lavacrum* illud *aeneum* templi Hieros. 1 Reg. 7, 26. 2 Reg. 14, 13. 1 Chron. 18, 8. etc. — 2) metonymice *plaga occidentalis*, quia mare mediterraneum situm est ad *occidentem* terrae Canaan Deut. 33, 23., hinc רוּחַ יָם *ventus occidentalis* Exod. 10, 19. Sed Ps. 107, 3. sunt, qui de *plaga australi* explicent, quoniam opponitur צָפוֹן; verum praeter necessitatem; nam alibi etiam *septentrio* et

oriens Am. 8, 12. *occidens* et *meridies* Deut. 33, 23. copulantur. — Cum ה paragog. יָמָּה *ad mare* 1 Reg. 5, 9. Exod. 10, 19. it. *occidentem versus* Gen. 28, 14. Exod. 26, 22. Num. 2, 18.; מִיָּם *ab occidente, ad occ.* Gen. 12, 8. (v. sub מן), מִיָּם לְ *ab occidente alicujus loci* Jos. 8, 9. 12. 13.— In regim. Kametz retinet, ut Gen. 14, 3. Exod. 23, 31., praeterquam sq. סוּף, ubi semper intercedit Makkeph ideoque Kametz in Patach corripitur, ut Exod. 13, 18. Num. 14, 25. Deut. 1, 40. etc. Cum affixo יַמָּהּ Jer. 51, 36. Plur. יַמִּים *maria* Gen. 1, 10., poet. passim pro singul. (v. Gesen. L. p. 665.) Deut. 33, 19. Ps. 78, 27. Jer. 15, 8.

יָם Chald. *mare*, in statu emphat. יַמָּא Dan. 7, 2. 3.

יְמִים plur. Gen. 36, 24. *thermae*. Sed varie exponitur. Vulgo *mulos* intelligunt, quam sententiam praeter Gussetium et Pfeifferum defendunt Buxtorffius in *Catalect.* p. 216 sq. et Wincklerus in *Hypomnemat. philolog.* p. 78 sq. De *gigantibus* illis, qui alibi אֵימִים appellantur, post Samar., Onkelosum et Pseudojon. explicat Bochartus in *Hieroz.* Tom. I, p. 222 sqq., quem sequitur Sauberrus in *Palaestr. philolog.* p. 302 sq. Aliorum sententias vid. ap. RosenmuellER. ad h. l. Vulgatus: *aquas calidas* reddit, quae expositio isto in loco probabilem sensum effecit: inventio enim *thermarum* et *aquarum salubrium* res omnino memoratu digna est et ut plurimum in locis desertis per animalia accidere solet. Defendunt istam Vulgati sententiam Scacchus in *Myrothec.* p. 910 sq. Pasinus in *Dissertat. polem.* p. 130. et Michaelis in *Supplem.* p. 1089. Hieronymus ad h. l. „nonnulli, inquit, putant *aquas calidas*, juxta Punicae linguae viciniam, quae Hebraeae contermina est, hoc vocabulo signari." Haec certiora sunt, quam quod vulgo addunt: arab. يَمَّ in univ. significare: *caluit, ferbuit.* Nam videtur hoc. voc. de solo *diei aestu* usurpari. Rectius igitur cum Michaelis l. c. ab arab. يَمَّ in Conj. V. *sese abluere* repetieris, ut pr. significet *ablutio* in universum.

מֵישָׁרִים m., plur. מֵישָׁרִים, semel מֵשָׁרִים Prov. 1, 3. pr. *rectitudo,* hinc בְּמֵישָׁרִים Prov. 23, 31. et לְמֵישָׁרִים Cant. 7, 10. adverb. *rectè;* — deinde trop. a) *rectum* Prov. 1, 3. 8, 6. Ps. 58, 2. — b) *justitia* Ps. 17, 2. 96, 10. 99, 4.; adverb. מֵישָׁרִים *juste* Ps. 75, 3. 58, 2., *merito* Cant. 1, 4. — c) *simplicitas, sinceritas* animi Mal. 2, 6. v. Rosenmueller. ad h. l. Huc refert Gesenius etiam Cant. 1, 4: מֵישָׁרִים אֲהֵבוּךָ *sincere amant te* (עֲלָמוֹת v. 3.). Alii, Vulgatum secuti: *probi te amant,* ut מ dictum sit pro אֲנָשִׁים מ sed v. sub. b. — d) *pax, amicitia* Dan.

11, 6: לַעֲשׂוֹת מֵישָׁרִים *ad faciendam, conciliandam pacem, amicitiam.* Praeivit Vulg. — e) *prosperitas* Jes. 26, 7., ubi vid. Rosenmueller.

יְעָרְאֵי vid. sub rad. עָרָה.

יָשַׁשׁ rad. inusit. cum rad. inusit. שׁוּשׁ (quam conf.) eandem *candoris* et *albedinis* significationem habuisse colligitur. Inde sunt

יָשִׁישׁ *senex*, propr. *canus* 2 Chron. 36, 17.

יְשִׁישׁ *id.* Job. 16, 10., plur. יְשִׁישִׁים Job. 12, 12. 29, 8. 32, 6.

יַת Chald. id. quod hebr. אֵת, nota accusativi. Cum affixo יָתְהוֹן *eos* Dan. 3, 12.

אִיתַי vide sub lit. א.

יְתַב Chald. id. quod hebr. יָשַׁב 1) *sedit, consedit* Dan. 7, 9. 10, 26. — 2) *habitavit* Esr. 4, 17. — Aphel הוֹתֵב *habitare fecit* Esr. 4, 10.

יָתַד rad. Hebr. inusitat., Arab. وتد (وطد) *firmiter adegit, impegit.* Inde oritur:

יָתֵד foem. 1) *clavus* Ezech. 15, 3., spec. *paxillus tentorii* Jud. 4, 22. 5, 26. Jes. 33, 20. Exod. 35, 18., יְתַד הָאֹהֶל Jud. 4, 21., Arab. وَتِد *clavus, palus, paxillus, qui in terra vel pariete pangitur.* Metaphorice a) *princeps* Zach. 10, 4., quo sensu sumunt Coran. 38, 11. 89, 9. فِرعون ذو الاوتاد *Pharao praeditus paxillis* h. e. *circa se habens nobiles*, coll. Jes. 22, 23. 25.; b) *sedes stabilis* Esr. 9, 8. — 2) *pala* Deut. 23, 13.; יְתַד הָאָרֹג Jud. 16, 14. *spatha textoria* h. e. pecten, quo trama concutitur et imprimitur cf. Braun de vestitu sacerd. lib. I, p. 253. — In regim. יִתְדַּת Jud. l. c., plur. יְתֵדוֹת Exod. 38, 20., in regim. יִתְדוֹת Exod. 27, 19.

יָתַח radix inusit., Arab. وتخ *fuste percussit.* Inde est

תּוֹתָח m. Job. 41, 20. Bocharto *fustis* (Arab. مِيتَخَة), aliis *aries* vel *ballista.*

יָתַם rad. inusit., Arab. وتم *solitarius fuit.* Huc referunt nonnulli אֵיתָם *solitarius vivam* Ps. 19, 14., sed vide תמם.

יָתוֹם m. *pupillus, orphanus* a) utroque parente orbatus Exod. 22, 21. Deut. 10, 18. Ps. 10, 14. 18. etc.; b) patre orbatus Job. 24, 9. Arab. يَتِيم, Syr. ܝܬܝܡܐ *id.* Plur. יְתוֹמִים Exod. 22, 23. Ps. 68, 6. Jes. 9, 17.

יָתַן radix inusit., Arab. وتن *perennis, indesinens fuit,* de qua vid. pluribus Schultensii *Origg. Hebr.* L. I. c. 8. et *Vindic.* p. 107 sq.

אֵיתָן, semel אֶתָן Job. 33, 19. m. 1) substant. a) *perennitas* aquarum Ps. 74, 15. Exod. 14, 27: וַיָּשָׁב הַיָּם לְאֵיתָנוֹ *et rediit mare ad perennitatem suam* h. e. restitutus est perennis et nativus maris fluxus v. Hackmanni Praecidan. sacr. p. 113 sqq. — b) *firmitas, robur* Gen. 49, 24. — c) *rupes, petra* (a perennitate) Num. 24, 21. Mich. 6, 2. Jer.

49, 19. — d) nom. propr. viri sapientis 1 Reg. 5, 11. 1 Chron. 6, 18. 29., cui Ps. 89., tanquam auctori, tribuitur.

2) adject. a) *perennis* Deut. 21, 4. Am. 5, 24., hinc 1 Reg. 8, 2. יֶרַח הָאֵיתָנִים *mensis perennium* rivorum, fluviorum i. e. Tisri, nostro Octobri respondens. — b) *firmus, validus* Jer. 5, 15., plur. אֵיתָנִים, *potentes, fortes*, Vulg. *optimates* Job. 12, 19. — c) Prov. 13, 15. דֶּרֶךְ בֹּגְדִים אֵיתָן *via* i. e. agendi ratio *improborum pertinax est* (cf. Arab. وتون *repugnantia*); all. *perniciosa* coll. אַכְזָר. Umbreitii interpretatio: *ist ein steter Sumpf* vereor, ut ferri possit.

יָתַר duplex radix esse videtur: I) i. q. Arab. وتر et Aethiop. ותר *tendit, intendit* v. יֶתֶר et מֵיתָר. — II) *reliquus fuit, abundavit, excelluit* (Chald. et Syr. *id.*). In Kal non occurrit nisi partic. יוֹתֵר *reliquum* 1 Sam. 15, 15. sed vide inter nom. deriv.

Hiph. הוֹתִיר 1) transit. a) *reliquum fecit, reliquit* Exod. 10, 15. Deut. 28, 54. 2 Reg. 4, 43. Jer. 44, 7. Jes. 1, 9.; sq. מִן *de aliqua re* aliquid reliquum fecit Exod. 16, 19.; b) *abundare fecit* Deut. 28, 11. 30, 9. — 2) intransitive: *excelluit* Gen. 49, 4. Fut. cum Vau conv. in pausa וַתֹּתָר Ruth. 2, 14.

Niph. נוֹתַר 1) *reliquus factus, relictus est* Exod. 10, 15. Num. 26, 65. 1 Reg. 17, 17. Ezech. 14, 22. 2 Reg. 20, 17. Zach. 13, 8., sq. מִן Exod. 29, 34. Partic. נוֹתָר *relictus, reliquus, reliquum* Exod. 29, 34. 1 Sam. 2, 36., plur. נוֹתָרִים Exod. 28, 10. Levit. 10, 12, f. נוֹתֶרֶת Levit. 2, 3. 10. 6, 9. 10, 12., plur. נוֹתָרוֹת Gen. 30, 36. Levit. 27, 18. — 2) *superstes factus est* in certamine adeoque *superior discessit* Dan. 10, 3: *princeps regni persici mihi* (Gabrieli) *per* 21 *dies restitit; tum Michael - - me adiuvit* (die 22. 23.) *atque ita* נוֹתַרְתִּי אֵצֶל מַלְכֵי־פָרָס *superior discessi apud reges Persarum* i. e. obtinui, ut mea consilia valerent; *itaque nunc adsum* die 24. cf. v. 4. Sic locum explicuerunt jam Lutherus (*da behielt ich den Sieg bei dem König*) et Geierus. All. vertunt: *retentus sum a rege Persarum*, sed plur. מלכים vix potest in tali loco pro singul. positus esse. Ceterum istam, quam nos optavimus, verbi potestatem vide annon possis etiam ab *excellendi* notione repetere.

יְתוּר vide sub rad. תּוּר.

יֶתֶר m. 1) *funis, restis* Jud. 16, 7. 8. 9. etc., it. *nervus, chorda* (a *tensione* vel *extensione*) Ps. 11, 2., cum affixo יִתְרִי *nervus* sive *chorda mea* (scil. arcûs), sec. Kri Job. 30, 11., sed Cthib habet יִתְרוֹ *nervus* sive *chorda sua*, qua scil. refrenabatur unusquisque illorum, conf. Schultens. in *Commentar.* ad h. l. Plur. יְתָרִים Jud. l. c.

2) a) *reliquum, residuum*, sq. genit., י׳ הַבָּז *reliquiae praedae* Num. 31, 32. (ubi v. Rosenmueller.), י׳ מַמְלָכוּת *reliquiae regni* Jos. 13, 27. Jud. 7, 6.; sed י׳ הָאַרְבֶּה Joel. 1, 4. *quod gryllus reliquerat.* — b) *abundantia* Ps. 17, 14.; hinc adverb. *abunde, valde* Jes. 56, 12. Dan. 8, 9. עַל יֶתֶר *satis superque* Ps. 31, 24. — c) *excellentia, eminentia* Prov. 17, 7. Gen. 49, 3. (ubi abstract. pro concr.), meton. *id, quo quis excellit* Job. 4, 21. 22, 20. Cum affixo יִתְרָם Ps. 17, 14. Passim est nom. propr. virorum Jud. 8, 20. 1 Reg. 2, 5. 1 Chron. 2, 17. 32., unde ori-

tur patronym. יִתְרִי 2 Sam. 23, 38. 1 Chron. 2, 53. — Sed Exod. 4, 18. יֶתֶר legitur pro יִתְרוֹ Jethro, q. v.

יוֹתֵר (particip. praes. vide supra): 1) subst. *praestans, praestantia, commodum, emolumentum* Eccles. 6, 8: *quid praestat sapiens insipido?* vel *quid emolumenti est sapienti prae insipido (was hat er vor ihm voraus)?* v. 11: מַה־יּוֹתֵר לָאָדָם *quid emolumenti percipit* (inde) *homo?* — 2) adv. a) *amplius, magis* Eccles. 2, 15. 7, 11. Esth. 6, 6., sq. relat. *praeterea quod* Eccles. 12, 9. — b) *abunde, nimium* Eccles. 7, 16. v. Hartmann. in Wineri Zeitschr. I, p. 40.

יוֹתֶרֶת f. Exod. 29, 13. 22. Levit. 3, 4. 10. 15. 4, 9. 7, 4. 8, 16. 25. 9, 10. 19. vulgo *reticulum hepatis* h. e. *membrana hepar ambiens,* rectius auctore Bocharto in *Hieroz.* P. I, p. 498 sq. *major hepatis lobus* h. e. pars jécoris quae excedit, quomodo lobi et appendices; Arabes vocant زِيَادَةٌ a زاد *excedere, redundare.* Avicenna زيادة ita describit. „Hepar habet quaedam *Zawaid* i. e. *augmenta* (vel processum quosdam), quibus stomachum amplectitur eique adhaeret, quorum augmentorum maximum illud est, quod speciali nomine *Zaida* vocatur. Illi autem fel incumbit, unde ad inferiora extenditur." etc. Ikenius in Dissert. de *Ablegminibus sacrificiorum* c. 1. §. 10 sq. intelligit *diaphragma,* sic dictum ab Arab. وتر *discrevit, distinxit.* Conf. Fulleri *Miscell. S.* L. V. c. 14.

יַתִּיר 1) Hebr. nom. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 48. (Ἰεθειρά Euseb.?). — 2) Chald. *amplus, excellens* Dan. 2, 31., foem. יַתִּירָא Dan. 5, 12. et יַתִּירָה 4, 33. 5, 14. 6, 4., it. *abundans,* adverbialiter *abunde, valde* Dan. 3, 22. 7, 7. 19.

יִתְרָה f. *residuum* Jes. 15, 7. Jer. 48, 35.

יִתְרוֹן m. 1) *excellentia, praestantia* Eccles. 2, 13: *vidi praestare sapientiam stultitiae, quemadmodum praestat lux tenebris.* — 2) *emolumentum* (coll. rad. Syr. יתר *lucrifecit*) Eccles. 1, 6. 2, 11. 3, 9. 5, 8. 15. etc., unde cum כ, כִּיתְרוֹן, ex Syriasmo pro כְּיִתְרוֹן Eccles. 2, 13. Syr. ܝܬܪܢܐ *id.*

יִתְרוֹ nom. propr. soceri Mosis, alibi יֶתֶר et חוֹבָב Exod. 3, 1. 4, 18.

מוֹתָר m. 1) *abundantia* Prov. 14, 23. 21, 5. opp. מַחְסֹר. — 2) *praestantia* Eccles. 3, 19.

מֵיתָר m. 1) *restis, funis.* Plur. cum affixo מֵיתְרֵיהֶם Num. 3, 37. 4, 32. — 2) *nervus, chorda* arcus Ps. 21, 13.

כ

כְּ *comparandi* particula notans 1) *similitudinem: instar, ad modum* (κατά) 1 Sam. 25, 36: מִשְׁתֶּה בְּבֵיתוֹ כְּמִשְׁתֵּה הַמֶּלֶךְ *convivium in domo ejus convivii instar regii,* Ps. 1, 3: הָיָה כְּעֵץ שָׁתוּל *est arboris instar plantatae* (v. sub הָיָה); hinc reddi potest: *ut, velut, tanquam:* Gen.

9, 3: כְּיֶרֶק עֵשֶׂב נָתַתִּי לָכֶם אֶת־כֹּל *ut herbam viridem dedi vobis omnia:* Thren. 3, 12: וַיְצִיבֵנִי כַּמַּטָּרָה *statuit me tanquam scopum;* Gen. 21, 16: הַרְחֵק כְּמִטַּחֲוֵי קֶשֶׁת *digredi, ut sagittarii* (facere solent) h. e. ad jactum arcus, Jes. 1, 7. Ps. 78, 69. 89, 37. De phrasib. כְּ, חָשַׁב כְּ, נִמְשַׁל כְּ, vide sub his radd. — Bis repetitum כְּ, כְּ et זְכ, כְּ non solum legitur, ubi duo simul cum alia quadam re conferuntur Cant. 1, 5., sed sexcenties, ubi alterum alteri comparatur ita ut sit: vel a) *sicut, ita* 1 Reg. 22, 4: כָּעָמִי כְעַמֶּךָ *sicut populus meus, ita populus tuus,* Gen. 18, 25: כַּצַּדִּיק כָּרָשָׁע *sicut probus, ita improbus,* Hos. 4, 9. — vel b) *tam, quam* Deut. 1, 17: כַּקָּטֹן כַּגָּדוֹל תִּשְׁמָעוּן *tam parvum quam magnum audietis,* Ezech. 18, 4: כְּנֶפֶשׁ הָאָב וְכְנֶפֶשׁ הַבֵּן *tam patris quam filii anima,* Levit. 24, 16. — 2) *convenientiam* cum aliqua norma: *secundum, κατά* Jos. 6, 15: כַּמִּשְׁפָּט הַזֶּה *secundum hanc consuetudinem;* Thren. 3, 64: כְּמַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם *secundum opera manuum ipsorum* (i. e. quemadmodum meruerunt); 1 Sam. 13, 14: אִישׁ כִּלְבָבוֹ *vir secundum ejus animum* h. e. qualis ipsi placet, probatur; Ps. 7, 18: אוֹדֶה יְיָ כְּצִדְקוֹ *celebrabo Jovam secundum justitiam ipsius* h. e. quemadmodum meretur ejus justitia; Ps. 78, 72: כְּתֹם לְבָבוֹ *secundum integritatem animi sui* h. e. quemadmodum flagitabat animi integritas h. e. *animo integro,* 2 Reg. 1, 17. Prov. 24, 12. Jer. 17, 10. Num. 14, 19. Deut. 9, 10. — Huc pertinet etiam Zach. 2, 10: *expandam vos* כְּאַרְבַּע רוּחוֹת *secundum quatuor* coeli *plagas* h. e. ita ut sedes vestrae accommodatae sint ad c. plagas, respondeant quasi c. plagis; quanquam hic ad sensum reddi potest: *versus,* graec. *κατὰ τοὺς ἀνέμους.* — 3) Cum *simile* id dicatur, quod ad alicujus rei formam et indolem *proxime accedat,* factum est, ut כְּ etiam significaret a) *circiter, ferme,* maxime ubi de rerum vel copia vel mensura agitur: Exod. 12, 37: כְּשֵׁשׁ־מֵאוֹת אֶלֶף רַגְלִי *sexcenta circiter millia peditum,* 1 Reg. 22, 6, Exod. 32, 28. 4, 13. etc.; Num. 11, 31: כְּדֶרֶךְ יוֹם *circiter unius diei spatium;* Jos. 10, 13: כְּיוֹם תָּמִים *diem circiter integrum,* Dan. 6, 1.; Ruth. 2, 17: וַיְהִי כְּאֵיפָה שְׂעוֹרִים *fuit circiter epha hordei,* adde 1 Sam. 14, 14. 20, 3. Graeci et ipsi dicunt ὡς (Dion. Sic. 5, 2. Herod. 2, 130. Act. 1, 15.), ὡσεί nec non *κατά,* Romani *ad* Liv. 4, 59. 8, 18. — b) *circa (sub* Flor. 2, 11. 17. Virg. Geo. 4, 16.), de temporis aliquo momento, quod non accurate definitur (differt igitur a בְּ temp.): Exod. 11, 4: כַּחֲצֹת הַלַּיְלָה *circa mediam noctem (um Mitternacht);* Dan. 9, 21: כְּעֵת מִנְחַת עֶרֶב *circa tempus sacrificii vespertini (um die Zeit, zur Zeit);* Gen. 39, 11: כַּיּוֹם הַזֶּה *circa hunc diem,* Gen. 18, 10. Jes. 8, 23.

Alia est ratio hujus praeverbii, ubi infinitivo junctum de *tempore* dicitur 1 Sam. 5, 10: כְּבוֹא אֲרוֹן עֶקְרוֹן וַיִּזְעֲקוּ הָעֶקְרֹנִים *ut venit arca Ecronem, vociferati sunt Ecronitae,* Lxx. *ὡς εἰσῆλθεν κιβωτὸς εἰς Ἀσκάλωνα, καὶ ἐβόησαν οἱ Ἀσκαλωνῖται.* Hic duae res gestae inter se comparantur (ut illud factum est, ita hoc), nec tamen in universum, sed quod ad *tempus* attinet, in quod incidebant, ita ut sensus sit: *eodem utrumque momento factum, simulac* illud factum, factum etiam hoc est. Graeci simil. *ὡς* ponunt. Ceterum tripartitus est hic vocabuli usus: a) Gen. 39, 18: כְּהָרִימִי קוֹל *ubi sustuli vocem meam,* Esth. 5, 2: כִּרְאוֹת הַמֶּלֶךְ *ubi vidit rex,* Jud. 2, 4. 1 Sam. 2, 13. Esr. 10, 9.; b) Ps. 12, 9: כְּרֹם זֻלּוּת בְּנֵי אָדָם *ut surgunt* (impii), *terror hominum sunt;* c) Deut. 16, 6: *ut* (quando) *in eo erit sol, ut occidat,* Jer. 25, 12: כְּמִלֹאת שִׁבְעִים שָׁנָה *ut, cum completi erunt septuaginta anni,* Gen.

44, 30. etc. Non multum discrepant loci, in quibus כְּ praefixum est *nominibus verbalibus* Jes. 23, 5: כְּשֵׁמַע צֹר, 2 Chron. 12, 1: כְּחָזְקָתוֹ *ut robur* (novum) *sumsit*, Jes. 30, 19. 18, 5. Rarius cum *participio* copulatur eodem sensu: Gen. 38, 29: כְּמֵשִׁיב יָדוֹ יֵצֵא אָחִיו *cum retraheret manum suam, exiit frater ejus*, 40, 10: כְּפָרְחָה עָלְתָה נִצָּהּ *cum germinaret, extulit se flos ejus.*

Addunt, כְּ passim pleonastice poni (Rabbini vocant כְּ *veritatis*), minus recte; nam in istis etiam quos afferunt locis vim suam retinet. Scil. Exod. 22, 24: לֹא־תִהְיֶה לוֹ כְנֹשֶׁה vertendum est: *non eris ipsi* h. e. non geres te erga ipsum *ut foenerator*; 1 Sam. 10, 27: וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ non signif. *surdus fuit*, sed *surdo similis fuit, surdi speciem prae se tulit*; Neh. 7, 2: כִּי הוּא כְּאִישׁ אֱמֶת hunc sensum habet: *is fuit quemadmodum vir fidus et verax (esse solet*, debet), ὡς ἀληθής v. Winer Grammat. N. T. p. 205. Scil. hae sententiae הוּא כְּאִישׁ אֱמֶת et הוּא אִישׁ אֱמֶת ita a se invicem differunt, ut *illa* praedicatum simpl. adjiciat, *haec* vero, contentione instituta, certum quendam hominem imagini ac formae viri probi parem esse doceat. Adde Job. 24, 14. Jes. 1, 7. 10, 13. 13, 6. al. Nec potestate sua caret כְּ in his duobus locis Jes. 1, 9: הוֹתִיר לָנוּ עָרִיד כִּמְעָט *reliquit superstites nobis ut paululum (paucos)* h. e. tot, ut si paullum (hominum) reliquum est, et Num. 16, 21: אֲכַלֶּה אֹתָם כְּרֶגַע *consumam eos ut* (uno) *temporis momento* (fieri solet), vel ut unum temporis momentum consumitur h. e. praeterit.

Haud ita raro כְּ ponitur, ubi totum aliquod cum parte rei confertur. Eorum autem locorum duplex genus est: a) Ps. 18, 34: רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת *pedes mei similes cervis sunt* h. e. ita veloces, ut cervi, velocissimum animal, esse solent. Qui in hac sententia כאילות dictum volunt pro כְּרַגְלֵי אֵילוֹת, ii putidum quid postulant a poeta nec intelligunt, istam quoque elegantem esse comparationem; Hab. 3, 4. Ps. 103, 5. Sed Ps. 48, 7: רְעָדָה אֲחָזָתַם חִיל כַּיּוֹלֵדָה huc non spectat; ita enim expedienda haec verba: *cepit eos dolor ut* (qualis) *parturientem* capere solet. — b) per breviloquentiam haec sunt Prov. 19, 12: *ira regis* est נַהַם כְּכְפִיר נַהַם כְּנַהַם כְּפִיר *rugitus ut leonis catuli*. Simil. Hom. Il. 17, 51. κόμαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι, Xenoph. Cyrop. 5, 1, 4. ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα cf. Schaefer ad Apollon. Rhod. II, p. 164. Fritzsche Conjectan. in N. T. I, p. 2 sqq. Winer. Grammat. N. T. p. 98.

Denique non satis recte contendunt (Gesen. L. p. 837.), post כְּ saepenumero omitti praeverbium בְּ; certe magna est locorum, quos afferunt, varietas. Nam a) Jes. 5, 13. ad v. כְּבוֹדוֹ e priore hemistichio facile repetes בְּ. Vicissim Job. 29, 23. יִחֲלוּ כַּמָּטָר לִי nota dat., quae primario duntaxat voc. adjecta est, referenda etiam ad id, in quo comparatio continetur, licet hoc praemissum sit illi. — b) Jes. 9, 3. חַתְתָּ כְיוֹם מִדְיָן vertas: *frangis* (jugum) *ut dies midian.* h. e. ut clades Midianitis inflicta aliud jugum fregit, 1, 25. אֶצְרֹף כַּבֹּר סִגֶיךְ *expurgabo, ut sal laxivii, scorias tuas* i. e. ut sal lax., cum adhibetur, expurgare solet sordes, Job. 30, 14. כְּפֶרֶץ רָחָב יָאתָיוּ bene interpretatus est Umbreitius: *gleich einem breiten Mauerrisse kommen sie (die Feinde)*, Am. 9, 11. *exstruam, instaurabo eam* (domum David.) כִּימֵי עוֹלָם *ut dies pristini* sc. eam exstruxerunt et ornarunt (tempori tribuitur a poeta, quod Deus illo tempore fecit), nisi mavis ita interpretari: *secundum dies pristinos*, κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ αἰῶνος h. e. sic

ut pristinae domus davidicae tempora normae mihi sint in instaurando; Hos. 9, 9. Ps. 95, 8. — c) audaciora haec sunt: *Jova surget ut mons Perazim, succensebit ut vallis Gibeon* Jes. 28, 21. Ps. 106, 9. In his agnosces imperfectam comparationem, quam noli supplenda voc. כ pere fectam reddere; hoc enim est poetam e pedestris orationis tenuitate metiri.

Cum affixis: כָּכֶם Jud. 8, 2. כָּהֶם 2 Reg. 17, 15., alibi interposita syll. מ, כְּמוֹנִי, כְּמוֹךָ Gen. 44, 15. כְּמוֹהוּ 1 Sam. 10, 24. v. infra כָּמוֹ.

כָּאַב (כָּאֵב?) *doluit* sive corpore sive animo, *dolore affectus est* Gen. 34, 25. Ps. 69, 30., sq. עַל caussae Job. 14, 22. Syr. Chald. (Am. 6, 6. Nah. 3, 19.) *id.*, Arab. كَئِبَ *moestus fuit* (v. tamen Schultens. ad Job. 5, 18.). Fut. יִכְאַב Prov. 14, 13. — Hiph. הִכְאִיב *dolore affecit* Job. 5, 18. Ezech. 28, 14., sq. acc. pers. Ezech. 13, 22. Sed הַכְאִיבוּ 2 Reg. 3, 19. potius per Syriasmum (v. Gesen. L. p. 374.) dictum est pro תַּכְבִּירוּ *perdetis* (agros), ex significatione radicis Syr. כבב *nocuit*, Arab. *perdidit, destruxit* (Lxx. ἀχρειώσατε), nisi velis cum Gesenio interpretari: *dolore afficietis agrum* h. e. *aegrum* quasi i. e. sterilem *reddetis*, vel cum Schulzio: *facietis dolorificum* h. e. talem, qui colentibus dolorem afferat (עִצְּבוֹן יָדַיִם *dolor manuum* est *labor*).

כְּאֵב m. *dolor* corporis et animi Jes. 17, 11. 25, 15. 65, 14. Job. 2, 13., cum affixo כְּאֵבִי Ps. 39, 3. Jer. 15, 18.

מַכְאוֹב m. *dolor, afflictio* Ps. 69, 27. Eccles. 1, 18. Thren. 1, 12. 2 Chron. 6, 29., plur. מַכְאוֹבִים Ps. 32, 10. Eccles. 2, 23. et מַכְאֹבוֹת Jes. 53, 3.

כָּאָה (vicin. rad. כחה) *increpuit* coll. Syr. ܟܐ. In Kal inusit., Niph. נִכְאָה 1) *increpari* Job. 30, 8. נִכְאוּ מִן הָאָרֶץ (c. dag euphon.) praegnant. *increpabuntur* et ejicientur *e terra* (al. repetunt a נכא: *pelluntur e terra* vid. Umbreit.); — hinc 2) *tristis factus, moerore affectus est, animo fracto, abjecto fuit* Dan. 11, 30. Ps. 109, 16. (Arab. كَئِبَ *moesto, pavido, pusillo animo fuit*). — Hiph. *contristare, affligere* Ezech. 13, 22.

כְּאָה vid. sub חֻלְדָּה.

כָּבַד et כָּבֵד (Jud. 20, 34.) gravis fuit vel factus est (Arab. كَبِدَ) Job. 6, 3. Frequentius trop. a) i. q. molestus fuit sq. עַל pers. 2 Sam. 13, 25. Exod. 5, 9. Jes. 24, 20. Huc pertinet formula כָּבְדָה אֶל or עַל vel יָדִי כָּבְדָה אֶל *manus mea gravis est* (incumbit) *alicui* h. e. vexo, premo, affligo aliquem Ps. 32, 4. Job. 33, 7. 1 Sam. 5, 6. 11. (de Jova), Jud. 1, 35: וַתְּכַבֵּד יַד בֵּית־יוֹסֵף וַיִּהְיוּ לָמַס *vexavit* eos *gens Josephitarum ut tributarii fierent*. — b) i. q. magnus, vehemens, copiosus fuit Gen. 18, 20. *gravia sunt eorum peccata*; hinc *invalescere, ingravescere* (de certamine) Jud. 20, 34. 1 Sam. 21, 3. — c) prae gravitate *iners* et *impeditus fuit ad sentiendum ac se movendum* (conf. אָזַל) i. e. *hebes fuit* Gen. 48, 10 (de oculis), Jes. 59, 1 (de auribus cf. Coran. 17, 48.), *torpuit* Exod. 17, 12. Job. 23, 2 (de manu), etiam de animo *obdurato*, qui flecti neq it Exod. 9, 7. — d) *in honore fuit, honora-*

tus est Jes. 66, 5. Job. 14, 21. Ezech. 27, 25. (*βάρος δόξης* 2 Cor. 4, 17.). Fut. יִכְבַּד Job. 33, 7.

Niph. נִכְבַּד 1) *gravis* (copiosus) *factus est, fuit* Prov. 8, 24: נִכְבְּדֵי מָיִם (c. dag. euphon.) *graves aquis* h. e. abundantes aquis; hinc נִכְבָּדִים simpl. sunt *graves opibus* i. e. *opulenti, divites* Jes. 23, 8. — 2) *honoratus, honore affectus est* Gen. 34, 19. Num. 22, 15. Jes. 43, 4. 49, 5. 2 Reg. 14, 10: הִכָּבֵד *honoratus esto* h. e. habeto tibi hunc honorem, contentus sis honore; נִכְבָּדִים *honorati, nobiles* Ps. 149, 8. Nah. 3, 10., foem. נִכְבָּדוֹת neutr. *gloriose facta* Ps. 87, 3. — 3) *illustrem, magnum se praestitit* 2 Sam. 6, 20. Ezech. 39, 13., sq. בְּ pers. Exod. 14, 17: בְּהִכָּבְדִי בְּפַרְעֹה *dum illustrem me praesto in Pharaone* h. e. iis, quae de Pharaone sumo, suppliciis.

Pih. כִּבֵּד 1) *gravem reddidit* h. e. *durum, inertem reddidit, induravit* (animum) 1 Sam. 6, 6. — 2) *honoravit, honore prosecutus est* 2 Sam. 10, 3. 1 Chron. 19, 3. Exod. 20, 12. Prov. 3, 9. Num. 22, 17. Ps. 15, 4. (homines), Jes. 29, 13. Ps. 50, 23. (Deum), sq. לְשֵׁם יְהוָה Ps. 86, 9., sq. לְ pers. Dan. 11, 38., sq. dupl. accus. Jes. 43, 23: זְבָחֶיךָ לֹא כִבַּדְתָּנִי *sacrificiis tuis me non honoras* (q. d. sacrificia tua offerens me non honoras). — Pyh. כֻּבַּד *honoratus est* Jes. 58, 13. Prov. 13, 18. 27, 18.

Hiph. הִכְבִּיד 1) *gravem fecit, reddidit* 1 Reg. 12, 10. 14: אָבִיךָ הִכְבִּיד אֶת־עֻלֵּנוּ *pater tuus* (Salomo) *grave fecit onus nostrum* (tributorum), 2 Chron. 10, 10. Jes. 47, 6. Thren. 3, 7: הִכְבִּיד נְחָשְׁתִּי *gravia fecit vincula mea* h. e. gravia vincc. mihi injecit. — 2) *inertem, hebetem reddidit* Jes. 6, 10 (aurem), it. *durum reddidit, induravit* Exod. 8, 11 (animum). — 3) *honoravit, honoribus auxit, illustrem reddidit* Jes. 8, 23 (opp. הֵקַל), Jer. 30, 19., intrans. 2 Chron. 25, 19: וְנִשְׂאַךְ לִבְּךָ לְהַכְבִּיד *extulit se animus tuus ad gloriandum* h. e. ut ipsi tibi honorem, gloriam tribueres, sumeres.

Hithpah. הִתְכַּבֵּד 1) se ipsum honoravit, *gloriatus est* Prov. 12, 9. — 2) *multiplicavit se* Nah. 3, 15. (ita ap. Varronem *graves greges pavonum* sunt pro *numerosis*).

כָּבֵד m. 1) gravis a) proprie (multum ponderis habens) 1 Sam. 4, 18. 2 Sam. 14, 26. 1 Reg. 12, 4. — b) translate i. q. difficilis, arduus Prov. 27, 3. Exod. 18, 18. Num. 11, 14. Neh. 5, 18.; i. q. molestus (*drückend*) Gen. 12, 10. 41, 32 (fames gravis), 50, 10 (luctus gr.), Ps. 38, 5 (peccatum grave h. e. animum oneris instar deprimens); i. q. numerosus, copiosus 1 Reg. 10, 2. 6, 14. Jes. 36, 2.; i. q. dives (gravis opibus) Gen. 13, 2.; i. q. gravitate sua ad agendum iners, impeditus Exod. 4, 10., כְּבֵדֵי לָשׁוֹן *graves linguâ* i. e. qui utuntur lingua impedita Ezech. 3, 5. 6. — In regim. כֹּבֶד Exod. 4, 10. et כְּבַד Jes. 1, 4. — 2) substant. jecur (כָּבֵד et כָּבֵד) Exod. 29, 13. 22. Levit. 3, 4. 10. 15. Ezech. 21, 26. Thren. 2, 11. etc., quia *omnium viscerum gravissimum est et densissimum*, auctore Galeno de *Usu partium* L. VI. c. 17., unde lat. *jecur* sunt, qui deducant a יָקַר. Veteres *jecur* pro sede *cupiditatis, amoris* et *libidinis* habuerunt, conf. Eustathius ad Hom. *Odyss.* XI, 577. et Barthius *Adversar.* L. VII. c. 12., unde ex vibratiore *jecinoris* assultu Erasistratus medicus Antiochi in novercam Stra-

tonicen *amorem* collegisse perhibetur. Hinc *jecur transfigere* Prov. 7, 23. est *amore incendere*. Similibus phrasibus Anacreon *Od.* III, 28. Theocritus *Idyll.* XI, 16. XIII, 71. Horatius L. I. *Epist.* XVIII, 72. et *Carm.* L. I. *Od.* I, 15. L. IV. *Od.* I, 12. in *re amatoria* usi sunt. Idem faciunt Arabes verbo كبد *fidit*, cujus exemplum habet Hariri us *Consess.* V., ubi p. 165. et in *Commentar.* ad Prov. l. c. conf. Schultens. *Effundi hepar in terram* dicitur in gravissimis animi vulneribus et doloribus Thren. 2, 11. conf. Job. 16, 13. 20, 25. Similes Arabum locutiones vid. apud eundem in *Commentar.* ad Prov. 23, 32.

כֶּבֶד Jes. 1, 4. vide sub כָּבַד n. 1.

כָּבוֹד m. (semel fem. Gen. 49, 6.) propr. *pondus grave, gravitas* (quo nonnulli referunt Prov. 25, 27. v. infra; translate: a) *honor, gloria* (subject.) Prov. 26, 1. 8. Ps. 19, 2. 79, 9., יָהַב כָּבוֹד לְ honorem habere alicui, *celebrare aliquem* Ps. 29, 1. 9., שׂוּם כָּבוֹד לְ *honorare* aliquem Jos. 7, 19. Sic Lat. *pondus* pro *auctoritate* venit et *existimatione*, Malabarice kanàm *pondus* est et *honor*, vid. *Relat. Malabar.* Contin. XXV, p. 111. et Apostolus dixit *βάρος δόξης* 2 Cor. 4, 17. — b) *splendor, magnificentia, gloria* (object. h. e. id, quo quis gloriari potest) Esth. 1, 4. Hagg. 2, 8: מִלֵּאתִי אֶת־הַבַּיִת הַזֶּה כָּבוֹד *implebo domum hanc* (templum) *splendore, ornatu*, 1 Sam. 2, 8: כִּסֵּא כָבוֹד *thronus splendidus, magnificus*, meton. Jes. 35, 2: כְּבוֹד הַלְּבָנוֹן *magnificentia* (gloria, decor) *Libani* i. e. silvae, arbusta Lib. Hos. 4, 7. Jes. 17, 4. — Hinc *majestas* Dei Ps. 24, 7. Exod. 33, 18. Jes. 59, 19. 60, 1., max. *fulgor* ille *igneus*, quo circumfusus Jova in terris aut nubibus comparet (*δόξα κυρίου* cf. 1 Tim. 6, 16.) Exod. 24, 17. 40, 34. Num. 14, 10. 1 Reg. 8, 10. Jes. 6, 3. Ezech. 10, 4. 11, 22. al. — c) in oratione poet. *animus*, tanquam *potior* et *dignior* hominis pars (al. idem esse censent, quod כָּבֵד propr. *jecur*) Ps. 7, 6. 16, 9. 30, 13. 57, 9. Gen. 49, 6. — d) *copia, divitiae, opes, opulentia* Gen. 31, 1. Jes. 10, 3. Nah. 2, 10.

In loco, quem supra tetigimus Prov. 25, 27. magna est interpretum dissensio. Verba haec sunt: *multum mellis comedere non est bonum* וְחֵקֶר כְּבֻדָם כָּבוֹד. Et Arnoldius quidem (zur Exeget. u. Kritik d. A. T. I, p. 155 sqq.), quem sequitur Dathius, legi vult: חֵ֫קֶר מִכָּבוֹד ac voci חקר, coll. Arab. قَرَّ, tribuit *contemtus* significationem, ut hic nascatur sensus: *contemtus gloriae venit ex gloria* i. e. multum gloriae affert ei, qui gloria floret, fastidium, ipsius gloriae contemtum. Sed vix a te impetrabis, ut voci tam frequenti novam ex Arabia petas significationem: itaque cum suffix. ם‗ non habeat, quo commode referatur, vel cum Muntinghio legendum consemus חֵקֶר כָּבוֹד מִכָּבוֹד vel cum Umbreitio חֵקֶר כְּבֻדָם כָּבוֹד hoc sensu: *pervestigatio honoris* (honorum) *molestia, Ergründung der Ehre, ist Schwere.*

כָּבֵד adject., unde foem. כְּבוּדָה (pro כְּבֵדָה), *magnificus, splendidus* Ps. 45, 14. Ezech. 23, 41.

כֹּבֶד m. *gravitas* Prov. 27, 3. Jes. 21, 15. *vehementia* Jes. 30, 27., *copia, multitudo* Nah. 3, 3.

כְּבוּדָה (pro כְּבֵדָה) f. Jud. 18, 21. collect. *res pretiosae*, sec. all. *impedimenta* (gallice *Bagage*).

כְּבֻדַת f. *gravitas; difficultas* Exod. 14, 25.

כָּבָה *exstinctus est* (Arab. كبا *cineribus tectus fuit ignis*) proprie Levit. 6, 5. Prov. 26, 20. 31, 18. 1 Sam. 3, 3., translate Jer. 7, 20. 2 Reg. 22, 17. de ira Jovae, quae igni assimilatur; Jes. 43, 17. de hostibus, qui pereunt, sicut ellychnium aquis immissum (parall. דָּעַךְ). — Pih. *exstinxit* propr. Jes. 1, 31. 42, 3., trop. *iram* Jovae Jer. 4, 4., *amorem* Cant. 8, 7., add. 2 Sam. 14, 7: כַּבּוּ אֶת־גַּחַלְתִּי אֲשֶׁר נִשְׁאָרָה *exstinguere conantur prunam, quae mihi relicta est* h. e. filium, qui unus superstes mihi est.

כָּבַל rad. inusit., convenit cum חבל propr. *vinxit, obstrinxit* (sicut כשל convenit cum חשל sensu *debilitatis*, כתת cum חתת sensu *contusionis* etc.) Arab. كبل *constrinxit, ligavit*, Syr. ܟܒܠ *compedivit, ligavit, vinxit*, Chald. *id.* Inde oriuntur:

כֶּבֶל m. *compes*, qua pes *vincitur* Ps. 105, 18., plur. in regim. כַּבְלֵי Ps. 149, 8. Arab. كَبْل et كِبْل, Syr. ܟܒܠ.

כָּבוּל 1 Reg. 9, 13. nom. propr. tractus Galilaeae, 20 oppida complexi, quem Salomo Hiramo regi Syr. concessit. Vulgo: *terra in pignus amicitiae data* (v. Simon. Onom. p. 417.); sed aliam vocis explicationem proposuit Josephus (Antt. VIII, 5, 3.) τὸ χαβαλὼν κατὰ φοινίκην γλῶτταν οὐκ ἀρέσκων σημαίνει; quanquam, unde petierit, non liquet.

כָּבַן, rad. Hebr. non usit., Syr. ܟܒܶ *cinxit*, Talm. כְּבַן *ligavit, colligavit.*

מַכְבֵּנַי nom. propr. Gaditae 1 Chron. 12, 13.

כָּבַס *lavit*, vestes (ut רָחַץ *corpus*). Non occurrit nisi part. כּוֹבֵס substant. *lotor vestium, fullo*, qui vestes mundat et dealbat (v. Winer. Lexic. bibl. II, p. 736 sq.) 2 Reg. 18, 17. Jes. 7, 3. 36, 2. (Propr. non videtur differre a כבשׁ *subigere*; subigendo enim h. e. tundendo calcandove vestes lavabantur v. Leyrer in Symbol liter. Brem. III, p. 593 sq.). — Pih. כִּבֵּס et כִּבֶּס (Levit. 13, 6. 14, 8. etc.) *lavit, abluit* a) *vestes* Gen. 49, 11. 2 Sam. 19, 24. Exod. 19, 10. Levit. 13, 34. 15, 8. 11. 13. 27. 17, 15. Num. 19, 7. 10. 19., hinc Partic. plur. מְכַבְּסִים *lavantes* h. e. *fullones* Malach. 3, 2. — b) metaph. *lavit aliquem* vel *al. animum* מֵרָעָה Jer. (2, 22.) 4, 14, מֵעָוֹן Ps. 51, 4., h. e. *purgavit a peccatis.* — Pyh. כֻּבַּס *lotus est* (de vestibus) Levit. 13, 58. 15, 17. — Hothpahal infin. הִתְכַּבֵּס Levit. 13, 55. 56. *lavari* v. Gesen. L. p. 249.

כָּבַע rad. Hebr. inusit., i. q. גבע et קבע, q. v.

כּוֹבַע m. *galea* Ezech. 38, 5., semel cum Patach, ex confusione cum sq. forma כּוֹבָע Ezech. 27, 10., plur. כּוֹבָעִים Jer. 46, 4. 2 Chron. 26, 14. Arab. قُبَّعَة *capitis tegmen.*

כֹּבַע (cum tono in penultima et cholem *pleno*) m. *id.* 1 Sam. 17, 5. Jes. 59, 17.

כָּבַר I) *magnus fuit* (coll. rad. Syr. et Arab.) idque vel *quantitate*, vel *numero* et *multitudine*, vel *robore*, vel *aetate* (v. כֶּבֶר), in Kal inusit.,

Hiph. הִכְבִּיר *magnum, multum fecit, multiplicavit* Job. 35, 16. Sed particip. מַכְבִּיר Job. 36, 31. in substantivum abit; *copia*, ita ut לְמַכְבִּיר sit: *abunde, copiose, large.* — II) rad. inusit., unde oriuntur כְּבִיר, מִכְבָּר, מַכְבֵּר, כְּבָרָה, in quibus omnibus *texti* vel *reticulati* operis notio inest. Dialecti nihil suppeditant. Nam quod vulgo conferunt chald. כבר *cribravit*, hoc videtur denominativum esse.

כְּבָר *Chaboras*, nomen fluvii, qui sub montibus Masiis oritur et prope Circesium in Euphratem se effundit Ezech. 1, 3. 3, 15. 10, 15. 22. 2 Reg. 24, 15. cf. Plin. 31, 3. Ammian. Marc. 14, 3. Discrepat a *Chabora* Assyriae (v. Schultens. Jud. geogr. sub v. الخابور), qui hebr. חָבוֹר v. sub lit. ח.

כְּבִיר m. *stragula* texta 1 Sam. 19, 13. 16: כ׳ עִזִּים *stragula e pilis caprinis texta.* Vulg. Syr. *pellis caprina.* — *Capillum longiorem caprarum* intelligunt Bochartus in *Hieroz.* P. I, p. 623. aliique, ex radicis significatione *magnitudinis*: unde *capillamentum* sive *galericulum* fuisse, conjicit Braunius de *Vest. Sacerd. Hebr.* P. I, p. 154.

כַּבִּיר m. 1) *magnus, grandis, ingens* Jes. 17, 12. Job. 8, 2., כַּבִּיר יָמִים *grandaevus* Job. 15, 10., Arab. شيخ كبير, it. *potens* Job. 36, 5. 34, 24. (in quo poster. loco in malam partem dic.). — 2) *multus* Jes. 16, 14. Job. 31, 25. [Sed כַּאבִּיר pro כְּאַבִּיר ex Syriasmo vid. in אַבִּיר].

כְּבָר *nunc* Eccles. 9, 7., *jam* Eccles. 4, 2., *dudum* Eccles. 2, 16. 9, 6., *olim* Eccles. 1, 10. 3, 15. Syr. ܟܒܪ *id.*

כְּבָרָה f. *cribrum* Am. 9, 9. Vulgo dictum putant a *multitudine foraminum* (ut Lat. *cribrum* q. d. *crebrum*, a *crebris foraminibus*), sed vid. sub rad. 2.

כִּבְרָה f., כִּבְרַת הָאָרֶץ Gen. 35, 16. 48, 7. 2 Reg. 5, 19. *mensura viae*, quae quanta fuerit, non satis constat (pr. *magnitudo, longitudo*); Lxx. vertunt Gen. 48, 7.: ἱππόδρομος, h. e. tantum itineris, quantum equus currere debet, ne stando corrumpatur pedumque agilitatem amittat, Arab. شَوْطُ ٱلْفَرَسِ i. e. iter unius fere horae vid. Rosenmueller. *Alterthumskunde* I, p. 160 sqq. Michaelis Supplem. p. 1206.

מַכְבֵּר m. *velum culicare, reticulum* vultui dormientium impositum (cogn. מִכְמָר permut. ב et מ) 2 Reg. 8, 15.

מִכְבָּר m. *cribrum* vel *opus aeneum cribri* instar formatum Exod. 27, 4. 38, 4. 5, 30. 35, 16. 39, 39.

כָּבַשׁ 1) *calcavit, pedibus subjecit* (Syr. ܟܒܫ, cogn. כבס) Zach. 9, 15: *subjicient pedibus (calcabunt) lapides fundae*, qui ab hostibus in ipsos contorsi fuerint v. Rosenmueller. ad h. l.; Mich. 7, 19: *calcabit nostra peccata* h. e. supprimet ea; nam, quae sub pedibus ponimus, ea adspicere nolumus, ut recte jam monuit Grotius. — 2) *subegit* a) mulierem Esth. 7, 8.; b) hostes, servos 2 Sam. 8, 11. Neh. 5, 5. 2 Chron. 28, 10. Jer. 34, 11. 16, terram hostium Num. 32, 22. 29. i. e. *in suam potestatem redegit.* Hinc jubentur homines Gen. 1, 28.

כָּבַשׁ אֶת־הָאָרֶץ *subigere terram* h. e. ea tanquam sua uti. Ceter. utroque hoc modo dic. etiam Arab. كبس (v. Lette in Symbol. lit. Brem. III, p. 594.). — Niph. נִכְבַּשׁ *subigi* a) de terris et hostibus Num. 32, 22. 29. Jos. 18, 1.; b) de muliere Neh. 5, 5. — Pih. כִּבֵּשׁ *subegit, subjecit* (hostes) 2 Sam. 8, 11.

כֶּבֶשׁ m. *scabellum*, quod pedibus *subjicitur, suppedaneum* 2 Chron. 9, 18. Syr. ܟܒܣܐ *id.*

כִּבְשָׁן m. *fornax* Gen. 19, 28. Exod. 9, 8. 10. 19, 18. non ea, in qua panis coquitur (quae est תַּנּוּר), sed *fabrorum* et *calcaria*, ut monet Kimchius, fortasse etiam *aeraria*, in qua ex minera metallum excoquitur, dicta a *domando* ferro, minera, lapidibus (v. Michaelis *Suppl.* p. 1212.), ut adeo non opus sit conferre rad. Arab. قبس *accendit*, כ et ק permutatis.

כֶּבֶשׂ m. *agnus* a primo usque ad tertium annum Levit. 3, 7. Num. 6, 12. 14. Jes. 11, 6. etc., hinc saepenumero additur בֶּן־שְׁנָתוֹ Exod. 12, 5. 39, 38.; passim latius patet, ut sit *ovis* Levit. 4, 32. Plur. כְּבָשִׂים Exod. 29, 39. Job. 31, 20. etc. Dictum volunt a *foecunditate*, coll. Arab. كبس in Conjug. II. *multiplicavit* (conf. de *ovium foecunditate* Bochartı *Hieroz.* P. I. L. II. c. 46.); at vere *agnus* Arab. non كَبْس sed كَبْش scribitur.

כִּבְשָׂה f. *agna* Levit. 14, 10.

כִּבְשָׁה *id.* 2 Sam. 12, 3. 4. 6., plur. כִּבָּשׁוֹת Gen. 21, 29. 30., in regim. כִּבְשׂוֹת Gen. 21, 28.

כָּזָב m. Chald. *mendax* (cf. hebr. כזב, Arab. كذب *mentiri*), foem. מִלָּה כְּדִבָה *verbum mendax* Dan. 2, 9.

כָּדַד radix Hebraeis inusit., Arab. كدّ *laboravit*, it. *contudit, comminuit, confregit*, it. *exhausit putei aquam*. Inde sunt

כַּד f. *vas testaceum* (Jud. 7, 20.), *cadus, hydria*, proprie *fictilis* (conf. דלי, دلو *uter coriaceus*) 1 Reg. 17, 12. 14. 16. Eccles. 12, 6., sic dicta (ut volunt), quod facile *contunditur* et *frangitur*, quanquam alii derivant a كدّ *exhausit aquam*. Spec. *vas* (*testaceum*) ad frumentum asservandum; solent enim Orientales frumentum, farinam et cetera, quibus ad victum quotidianum utuntur, in vasis asservare longioribus argillaceis, ne arrodantur a vermibus, 2 Reg. 17, 12. coll. Jud. 7, 15. Harmari *Observv. ad orientem pertin.* P. I, p. 262. — Cum affixo כַּדֵּךְ Gen. 24, 14. 16. 43., plur. כַּדִּים Jud. 7, 16. 19. 20. 1 Reg. 18, 34.

כִּידוֹד m. *scintilla* Job. 41, 11. silicis *contusione* elicita coll. كبد *excussio ignis*.

כַּדְכֹּד m. Jes. 54, 12. Ezech. 27, 16. genus *lapidis pretiosi*, cujus verum nomen adhuc ignoratur, v. Michaelis *Suppl.* p. 1213; vulgo *pyropus*, gemma maxime *scintillans*, coll. praec. כִּידוֹד *scintilla*. Convenit Arab. كدكد *rubedo maxima*. Credibile tamen, sic dictam esse gemmam durissimam a *contundendo*, ut aliae gemmae, e. g.

יַהֲלֹם, יָשְׁפֵה, לֶשֶׁם, תַּרְשִׁישׁ, quae ipsae quidem frustra *tunduntur*, alias autem res *contundunt* et *frangunt*.

כְּדֵי vid. suo loco דַּי.

כְּדִי Chald. vid. suo loco דִּי.

כִּדְנָה Chald. vid. דְּנָה.

כָּדַר rad. inusit., Arab. كدر *obscurus, turbidus fuit.*

כִּידוֹר m. *perturbatio, conturbatio, tumultus* bellicus (Arab. كدورة *tumultus*) Job. 15, 24.

כְּדָרְלָעֹמֶר nom. propr. regis Elamitici, cum quo bellum gessit Abrahamus Gen. 14, 1. 9. Conferunt Arab. كدرة *manipulus* frugum et עֹמֶר *id.*

כֹּה Particula 1) similitudinis: *sic, ita,* ὧδε Deut. 7, 5. Num. 32, 8. Gen. 15, 5. Jes. 20, 6., max. in formula: כֹּה אָמַר, ubi verba ipsa addita leguntur Gen. 32, 5. Exod. 3, 15. Jud. 11, 15. Jes. 7, 7. al. Cum praef. בְּכֹה, quod, ubi repetitum legitur, *distributive* intelligendum est: ut וַיֹּאמֶר זֶה בְּכֹה וְזֶה אֹמֵר בְּכֹה *et dixit hic sic, et ille dicebat sic, alii aliter dixerunt* 1 Reg. 22, 20. — 2) loci: *hic* vel *huc* (ut ὧδε) Gen. 31, 37. 2 Sam. 18, 30. Ruth. 2, 8. Etiam sic repetitum *distributive* sumitur pro *hic illic, huc illuc* Exod. 2, 12. Num. 11, 31. 23, 15. Copulatur cum עַד: עַד כֹּה *illuc usque* Gen. 22, 5. — 3) temporis, cum eodem עַד constructum: עַד כֹּה *huc usque* Exod. 7, 16. Jos. 17, 14., et geminatum עַד כֹּה וְעַד כֹּה *huc usque et illuc usque* i. e. *interea, interim* 1 Reg. 18, 45.

כָּה Chald. *id.*, עַד כָּה de tempore *huc usque* Dan. 7, 28.

כָּהָה *hebes, debilis fuit* vel *factus est, hebetatus est,* de *oculis* Deut. 34, 7. Zach. 11, 17. Gen. 27, 1.; trop. *animo defecit, animum despondit* Jes. 42, 4. (Arab. كهى *id.*). Fut. apoc. וַתֵּכַהּ Job. 17, 8. — Pih. כִּהָה et כֵּהָה 1) *hebetatus, hebes factus est* a) de oculis 1 Sam. 3, 2.; b) de lepra, quae ex colore candido in pallidum abit Levit. 13, 6. 21. 26. 28. 56. — 2) *animum* al. *fregit, infregit* h. e. *terruit, prohibuit* 1 Sam. 3, 13. (Arab. كاء in Conjug. IV. *id.*), Syr. ܟܗܐ *increpuit, cohibuit, repressit*); — saepius intrans. *animum abjecit, despondit* Ezech. 21, 12. — Infin. כֵּהוֹת 1 Sam. 3, 2. irregulariter pro כַּהוֹת, cum vocali praeteriti, ut in נִאֵץ 2 Sam. 12, 14. et חִלֵּץ Levit. 14, 43. v. Gesen. L. p. 314.

כֵּהֶה m. inusit., foem. כֵּהָה 1) *hebes*, pallidus colore Levit. 13, 39. de lepra. — 2) *debilis, infirmus*, de ellychnio: *debiliter ardens* Jes. 42, 3. — 3) *fractus, abjectus* (animus) Jes. 61, 3.

כֵּהָה f. *debilitatio, remissio, mitigatio* Nah. 3, 19.

כְּהַל Chald. *potuit, valuit.* Non occurrit nisi part. praes. כָּהֵל Dan. 2, 26. 4, 15., plur. כָּהֲלִין Dan. 5, 8. 15.

כָּהַן Arab. كهن *praesagivit, praedixit* (inde كَاهِنٌ *propheta, hario-*

lus, it. *intercessor*, v. tamen infra), Syr. ܟܗܢ *sacerdotio functus est*, it. *dives, gloriosus* fuit (unde ܟܗܢܐ *abundantia, gloria, majestas*). In Kal non occurrit, nisi particip. כֹּהֵן, quod vide inter nomina. Pih. כֵּהֵן 1) *sacerdos factus est, sacerdotium adiit* Num. 3, 4. Deut. 10, 6. 1 Chron. 24, 2. — 2) *sacerdotem egit, sacerdotio functus est* 1 Chron. (5, 36.) 6, 10., sq. לַיהוָה Exod. 29, 1. 44. 30, 13. Levit. 7, 35. Hos. 4, 6. 2 Chron. 11, 14. — In loco Jes. 61, 10. כְּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר verlunt plerumque: *quemadmodum sponsus cidarim sacerdotalem* h. e. magnificam *induit*, satis contorte, opinor. Itaque coll. Syr. ܟܗܢ interpreteris cum Lud. de Dieu: *splendidam, magnificam facit cidarim.*

Quod Arab. voci كهن vulgo *ministrandi* sensum tribuunt, id non satis recte factum. Sed hoc tamen ex Camuso intelligitur, propriam significationem esse: *res alicujus gerere, caussam alicui agere, als Bevollmächtigter jem. handeln* v. Kosegarten in Ephem. lit. Jen. 1824. IV, p. 54.

כֹּהֵן m. *sacerdos* Gen. 14, 18. Levit. 6, 16. Jud. 18, 19. al., plur. כֹּהֲנִים Exod. 19, 6. Jos. 6, 4. 6. Jud. 18, 30. etc., in regim. כֹּהֲנֵי 1 Sam. 5, 5. 1 Reg. 12, 32.; הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל *summus sacerdos, pontifex* Levit. 21, 10. Num. 35, 25., הַכֹּהֵן הַמָּשִׁיחַ (*sacerdos unctus*) *id.* Levit. 4, 3. 5., כֹּהֵן הָרֹאשׁ *id.* 2 Chron. 19, 11. 24, 11. al.

Sunt, qui *principis* etiam notionem huic voc. tribuant (coll. Syr. ܟܗܢܐ *locuples, dives*) in his potissimum locis: Gen. 41, 45. 50. Exod. 2, 16. 3, 1. 18, 1. Job. 12, 19. 2 Sam. 8, 18. At falluntur haud dubie. Nam Gen. 41, 45. כֹּהֵן אֹן, quanquam Onkel. et Jonath. vertunt רַבָּא דְאוֹן *princeps Heliopoleos*, recte cum reliquis interpretibus explicabis: *sacerdos Heliop.*; ibi enim *solis templum* fuit multique sacerdotes habitarunt v. Strabo XVII, 1, 29.; — Exod. 2, 16. 3, 1. 18, 1. Jethro appellatur *sacerdos Midianitarum*, quod nemini explicatorum fraudi fuisset, nisi Onkel. hic quoque רַבָּא et Jonath. אוֹנֵס *tyrannus* convertisset; Job. 12, 19. Rosenmuellerus etiam *principes* intelligendos esse censet propterea, quod in altero hemistichio אֵיתָנִים respondet; quasi vero sacerdotes non fuerint inter populorum antiquorum *primates!* cf. Umbreit. ad h. l. Denique locum 2 Sam. 8, 18. expedivit jam post de Wettium, Gesenius (*Gesch. d. hebr. Spr.* p. 41.). Scilicet quod Davidis filii, qui 2 Sam. l. c. כֹּהֲנִים vocantur, 1 Chron. 18, 17. הָרִאשׁוֹנִים לְיַד הַמֶּלֶךְ dicti sunt, id ex jejuna recentioris scriptoris emendatione iluxit, cauturi quippe, ne Davides sacerdotes alius, quam leviticae stirpis, habuisse crederetur. Sed videntur l. c. *sacerdotes domestici, Pallastpriester*, significari.

כָּהֵן m. Chald. *sacerdos*. In statu emphat. כָּהֲנָא Esr. 7, 12. 21., plur. in statu emphat. כָּהֲנַיָּא Esr. 6, 9. 16. 18. 7, 16. 24., cum affixo כָּהֲנוֹתָי Esr. 7, 16.

כְּהֻנָּה m. *functio sacerdotis, sacerdotium* Exod. 29, 9. 40, 15. Num. 3, 10. 16, 10. Esr. 2, 62. Plur. כְּהֻנּוֹת 1 Sam. 2, 36.

כּוּב, *Cubii* Ezech. 30, 5., populus, de cujus sede nihil certi constat.

Nonnullis est *Cobe*, Aethiopae olim emporium v. Cellar, Notit. IV, 8. 39. Alii intelligunt *Κωβίους*, vicum in Mareotide. Arabs habet: أَهْلُ ٱلنُّوبَةِ *Nubienses*, et in uno Cod. Rossiano est: וכנוב.

כוד v. כִּידוֹן n. 2. sub rad. כִּיד.

כָּוָה *ussit, adussit, combussit* (Syr. ܟܘܐ *ussit, cauterio notavit*, Arab. كوى *cutem ussit cauterio, cauterizavit*, hinc *pupugit, transfodit* v. כַּו), in Kal inusit., Niph. *ustus, adustus est* Jes. 43, 2. Prov. 6, 28.

כַּו m. Chald. *foramen in pariete, fenestra*, dict. a *perfossione* (v. sub rad.), Syr. ܟܘܬܐ, Arab. كَوٌّ *id.* Plur. כַּוִּין Dan. 6, 11. conf. Ev. Scheidii *Observv. grammat.* ad Ps. 1, p. 44.

כִּי (pro כְּוִי) m. *ustio, adustio* i. e. *inustum stigma* (Arab. كَيٌّ) Jes. 3, 24. v. Rosenmueller. ad h. l. Sed particulam כִּי v. infra

כְּוִיָּה f. *adustio, combustio* Exod. 21, 25.

מִכְוָה f. *locus* vel *pars* corporis *adusta* Levit. 13, 24. 25. 28.

כּוּחַ rad. inusitat., Arab. كاح *praeveluit, pugnando vicit.*

כּוֹחַ (Dan. 11, 6.) et כֹּחַ m. 1) *vis, vires, robur*, vel hominum Gen. 31, 6. 1 Sam. 28, 20. Ps. 22, 16., vel animalium Job. 40, 11. Dan. 8, 7., vel Dei Exod. 9, 19. Num. 14, 17. 2 Chron. 25, 8. Job. 36, 5. Jer. 51, 15., vel rerum 1 Reg. 19, 8 (cibi); *facultas* Dan. 1, 4: *juvenes* אֲשֶׁר כֹּחַ בָּהֶם *in quibus esset facultas, qui idonei essent, qui valerent.* Metonymice a) *facultates* et *opes, viribus* humanis partae, et in quibus homines *robur* suum ponere solent Job. 6, 22. Prov. 5, 10. Hos. 7, 9.; b) כֹּחַ הָאָרֶץ *vis terrae* i. e. *fructus terrae*, quos terra *vi* sua producit Gen. 4, 12. Job. 31, 39.; c) filius *robur patris* appellatur Gen. 49, 3., quem hic primum (in flore aetatis) genuit. — 2) species *lacertae*, a *robore* dicta, quo in pugna cum serpentibus et crocodilo eminet Levit. 11, 30. v. Bocharti *Hierozoic.* Tom. I, p. 1069. — Cum affixo כֹּחֲךָ Jud. 16, 6. 15., in pausa כֹּחֶךָ Prov. 5, 10. et cum ה paragog. כֹּחֶכָה Prov: 24, 10.

כּוֹכָב m. *stella* Gen. 1, 16. 37, 9. Job. 3, 9. Ps. 148, 3. Ezech. 32, 7. al. a rad. כבב, كَبَّ *in glomos globosque convolvit*, quadril. كبكب, כִּבְכֵּב et passive כֻּבְכַּב *in glomum convolutus fuit*; unde כּוֹכָב pro כִּבְכָּב *globus sidereus*, Arab. كَوْكَبٌ *stella* et inde verbum quadrilitt. كَوْكَبَ *radiavit instar stellae.* Metaphorice (ut graec. ἀστήρ, ἄστρον) *vir illustris, princeps* Num. 24, 17.

כּוּל *mensuravit, mensus est* Jes. 40, 12. (Arab. كيل *mensuravit, computavit, ponderavit*, Chald. et Syr. *id.*). Hiph. הֵכִיל 1) *cepit (in sich fassen)* de vasis (vern. *das Gefäss misst*) 1 Reg. 7, 26. 38. Jer. 2, 13., de spatio 1 Reg. 8, 64. — 2) *sustinuit, tulit (aushalten)* Jer. 6, 11. 10, 10. Am. 7, 10., sq. acc. pers. Joel. 2, 11. Utraque significatio, quomodo ex primaria notione profluat, non est difficile ad intelligendum;

capiendi enim et *ferendi* facultas certâ quadam mensura (modo), spatii illa, haec virium, nititur.

Pilpel כִּלְכֵּל 1) *cepit* (de vasis) 1 Reg. 8, 27. 2 Chron. 6, 18. — 2) *sustinuit, sustentavit* h. e. a) *tulit (aushalten)* Jer. 20, 9. Prov. 18, 14., sq. accus. Mal. 3, 2.; b) *tuitus est* vel rem Ps. 112, 5: יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט *sustentabit, tuebitur caussas suas in foro,* — vel pers. Is. 55, 23.; c) *aluit, alimenta suppeditavit* alicui Gen. 45, 11. 50, 21. 2 Sam. 19, 33. 34. Neh. 9, 21., sq. dupl. accus. 1 Reg. 18, 4. 13. — Pylpal כִּלְכַּל *sustentatus, commeatu instructus est* 1 Reg. 20, 27.

כִּילַי v. sub rad. נכל.

כום rad. inusitat., Arab. كام in Conjug. II. *accumulavit.* Inde est

כִּימָה f. *pleiades* q. d. *cumulus* stellarum (Arab. كُوم et كُومَة *cumulus*) Job. 9, 9. 38, 31. Am. 5, 8.; Hygino *congeries stellarum,* Val. Flacco *globus pleiadum,* Manilio *glomerabile sidus,* Propertio *pleiadum chorus,* Senecae *densi pleiadum greges* etc. Arab. ثُرَيَّا *pleiades,* a ثَرَا *multus fuit* vel *factus est,* quo nomine hodie adhuc pleiades Arabibus veniunt v. Niebuhrii *descript. Arabiae* p. 114. coll. Ulugbeigi *tabb. fix.* p. 64—67. et Thom. Hyde *Comment.* ad h. l. Bocharti *Hieroz.* P. II, p. 114. Ideler *üb. d. Ursprung u. d. Bedeut. d. Sternnamen* (Berlin 1809.) p. 147.

כּוּמָז m. Exod. 35, 22. Num. 31, 50. *globuli aurei,* quales secundum Diodor. Sicul. lib. 3. c. 45. in carpo manus colloque gestabant feminae Arabicae; quod genus *ornamenti muliebris,* habens *continuos globulos,* multis est *cingulum bullatum,* vel quale ornamentum Romani vocant *bullas,* Virgilius *baccatum monile,* a rad. Arab. كمز *manibus congessit coëgitque in rotundiorem formam,* كُمْزَة *conglobata manibus dactylorum massa.*

כון propr. videtur significare: *stetit, constitit,* transit. *statuit, paravit* (Arab. et Aethiop. كَوَنَ *fuit, exstitit, stetit, constituit,* in Conjug. VIII. كَانَ *creavit,* Syr. ܟܳܐ *coepit esse,* Aph. *firmavit*). In Kal non occurrit nisi fut. וַיִּכֹּנְנוּ (Gesen. L. p. 406.) *et paravit nos* Job. 31, 15., ubi alii legunt וַיְכוֹנְנוּ vel וַיְכוֹנְנוּ cum dagesch forti, quod dictum volunt pro וַיְכוֹנְנוּ.

Niph. נָכוֹן 1) *erectus est* Ezech. 16, 7: שָׁדַיִם נָכֹנוּ *ubera erecta sunt* h. e. *sororiarunt;* — deinde *statutus est, stetit* (firmus) Ps. 93, 2., hinc נָכוֹן הַיּוֹם *firmum* (stabile) *diei* h. e. tempus meridianum, quo sol ad summum culmen progressus quasi *subsistit* Prov. 4, 18. (Graeci vocant στανδρὸν ἦμαρ et στανδρὰν μεσεμβρίαν v. Schultens. ad Prov. l. c.); — trop. a) *confirmatus est* 1 Reg. 2, 46.; b) *incolumis mansit* Prov. 12, 3. Job. 21, 8. De Particip. נָכוֹן et נְכֹנָה v. infra. — 2) *paratus est* Job. 15, 23., sq. ל pers. Prov. 19, 29.; it. *se paravit* Ezech. 38, 7. Am. 4, 12. — Particip. נָכוֹן, f. נְכֹנָה 1) *firmus, stabilis* 2 Sam. 7, 16. Jes. 2, 2.; frequentius trop. a) subjective: *constans* Ps. 51, 12: רוּחַ נָכוֹן; *fiducia plenus* Ps. 57, 8. 112, 7.; — b) objective: *certus* Gen. 41, 32. Deut. 13, 14. Hos. 6, 3., אֱמֶת־נָכוֹן (secund. veritatem) *certo, revera* 1 Sam. 26, 4.; sed 1 Sam. 23, 23: שֻׁבוּ אִתִּי אֶל נָכוֹן

revertimini ad me ad certum h. e. certa nunciaturi; — *rectus, verus* Job. 42, 7. Ps. 5, 10. — *aptus, conveniens* Exod. 8, 22. — 2) *paratus* Exod. 34, 2. 19, 11. Jos. 8, 4. 2 Sam. 6, 6: גֹּרֶן נָכוֹן *area parata*, instructa, frumento jam constrata coll. 1 Chron. 13, 9.; sq. ל pers. Job. 18, 12. — hinc *proclivis* Ps. 38, 18: לְצֶלַע נָכוֹן *ad claudica tonem proclivis*, lapsui proximus.

Pihlel כּוֹנֵן 1) *statuit* Ps. 9, 8 (thronum), Ps. 107, 36. Hab. 2, 12 (urbem), trop. a) Ps. 90, 17: *opus manuum nostrarum statue* h. e. fac ut bene succedat; b) Ps. 40, 3: כּוֹנֵן אֲשֻׁרַי *statuit gressus meos* h. e. fecit, ut tuto consistere possem, tutum, incolumem me praestitit; c) *aliquem statuere* est juvare, confirmare, rebus ejus prospicere Ps. 7, 10. — 2) *paravit, creavit* Ps. 24, 2. 119, 90. Jes. 44, 18 (terram), Prov. 3, 19 (coelos), Ps. 8, 4 (lunam et stellas), 2 Sam. 7, 24 (populum sibi; Lxx. ἑτοιμάζειν); — it. intransit. *se paravit, animum applicuit* ad aliq. Job. 8, 8. Jes. 51, 13 (ubi suppleri jubent נָטָה vel לִבּוֹ v. Hiph.). — 3) *aptavit* Ps. 21, 2: כּוֹנַנְתָּ חִצִּים עַל־יִתְרֵ *aptavit ad nervum sagittas suas*, Ps. 7, 13: *aptant arcum*. — Pyhlal כּוֹנָן 1) *statutus est* Ps. 37, 23: *statuti, stabiliti sunt gressus ejus* v. supra 1. b). — 2) *paratus est* Ezech. 28, 13.

Hiph. הֵכִין 1) *rectum stare fecit* Ps. 146, 8., *statuit* Job. 29, 7 (sellam), Ps. 65, 7 (montes); — hinc *constituit* Jos. 4, 4. 2 Sam. 5, 12. הֵכִין עַל־מַלְכָּה *aliquem regem constituere*. — *confirmavit* 1 Sam. 13, 13 (regnum), Ps. 89, 3 (fidem suam), 10, 17 (alic. animum); 119, 133: פְּעָמַי הָכֵן בְּאִמְרָתֶךָ *confirma gressus meos in verbo tuo* h. e. fac, ut in vera erga te pietate persistam. Infin. absol. הָכֵן pro adv. *firme* Jos. 3, 17. — 2) *paravit* 1 Chron. 15, 3. 2 Chron. 1, 4. 1 Reg. 6, 19. Gen. 43, 15., *comparavit* Ezech. 7, 14. Jos. 1, 11. — 3) *aptavit, direxit, convertit* Ezech. 4, 3 (vultum). Jer. 19, 23 (gressus suos), 2 Chron. 27, 6 (vias suas), hinc הֵכִין לִבּוֹ *animum applicare, advertere ad* 2 Chron. 12, 14. 30, 19. Job. 11, 13. sq. אֶל־יְהוָה (ad Jovam colendum) 1 Sam. 7, 3.; omisso voc. לֵב (vid. Pihlel) 1 Sam. 23, 22. Jud. 12, 6. — Praet. cum articulo relativo הַהֵכִין 2 Chron. 29, 36. et porro cum בַּ, excluso illo ה artic. בַּהֲכִין 2 Chron. 1, 4., plur. 1. pers. sine נ epenthet. הֲכִינוּ (pro הֲכַנּוּ) 2 Chron. 29, 19. — Hoph. הוּכַן 1) *stabilitus, confirmatus est* Jes. 16, 5. — 2) *paratus est* Jes. 30, 33. Zach. 5, 11. Prov. 21, 31., it. *aptatus est* Nah. 2, 6. Ezech. 40, 43.

Hithpihl. הִתְכּוֹנֵן Prov. 24, 3., alibi הִכּוֹנֵן 1) *statutus, paratus est* Prov. 24, 3 Num. 21, 27.; it. *confirmatus est* Jes. 54, 14. — 2) *se paravit* Ps. 59, 5.

כֵּן m. 1) adject. *rectus* Prov. 15, 7. לֹא־כֵן *non rectum* h. e. pravum Jes. 16, 6. 2 Reg. 17, 9.; plur. כֵּנִים *recti* h. e. *probi, integri* Gen. 42, 11. 19. 31. 33. 34.; Exod. 10, 29: כֵּן דִּבַּרְתָּ *recte dixisti* coll. Num. 27, 7. 36, 5. — 2) pertic. *ita, sic, ούτω*. Nexum significationum facilius perspicies, si tibi finxeris, כֵּן propr. dictum esse, ubi declarare voluerunt, aliquid alicui normae *conveniens* et quodam modo *rectum* esse: Jos. 2, 21: כִּדְבָרֵיכֶם כֵּן־הוּא, 2 Sam. 5, 25: כֵּן כַּאֲשֶׁר צִוָּהוּ, Neh. 8, 17: כֵּן--כַּאֲשֶׁר Num. 2, 17. Jud. 1, 7. Deinde vero latius patet Gen. 29, 26. Jes. 63, 14. Num. 13, 33. Job. 7, 9. Jes. 55, 9. Exod. 32, 19.; לֹא--כֵן *ne sic quidem* Jud. 21, 14. al. Ceterum adde a) passim de *gradu* dici Exod. 1, 12: כַּאֲשֶׁר יְעַנּוּ אֹתוֹ כֵּן יִרְבֶּה *quo modo* h. e. quo

magis) *affligebant eos, ita* (eo magis) *crescebant,* Hos. 4, 7.; b) 1 Sam. 9, 13: *cum veneritis in urbem* כֵּן תִּמְצְאוּן *ita* h. e. ut estis, non diu scrutati *invenietis.* Alii apodoseos indicem esse volunt; sed in tam brevi sententia vix sine vi ponitur, nec alibi apodoseos signum est; etenim loc. Neh. 8, 17., quo Gesenius utitur, alienissimum esse intelliges. Lxx. ὡς ἂν εἰσέλθητε εἰς τὴν πόλιν, οὕτως εὑρήσετε etc. cf. Joh. 4, 16. Act. 20, 11. v. Schaefer. ad Dionys. Compos. p. 430.; c) non ponitur pro *pronom.* (demonstr.). Nam Jer. 5, 31: אָהֲבוּ כֵּן est: *sic* tractari *amant, so haben sie es gern,* et ad 1 Sam. 23, 17: יֹדֵעַ כֵּן cf. vern. *so weiss ich;* d) post כַּאֲשֶׁר salva sententia omittitur Obad. 15: כַּאֲשֶׁר עָשִׂיתָ יֵעָשֶׂה לָךְ, ut nos etiam: *wie du gethan hast, wird dir gethan werden,* Jos. 1, 5. Deut. 8, 5. Alibi כֵּן in apodosi ponitur, quanquam nec כְּ nec כַּאֲשֶׁר praemissum est Jud. 5, 15: יִשָּׂשכָר כֵּן בָּרָק ut *Issaschar ita Baracus* (v. tamen כן sub rad. כנן). — [De origine vocis peculiaris est Gussetii sententia, כֵּן pro כְּהֵן *secundum haec* dici existimantis. Nec hoc probabilitatis specie caret].

Componitur saepe cum praeverbiis: ut 1) אַחַר כֵּן *postea* Levit. 14, 36. 1 Sam. 10, 5., אַחֲרֵי כֵן *id.* Gen. 6, 4. Exod. 3, 20. 2 Sam. 24, 9. Joël. 3, 1. (propr. *post hanc talem rerum conditionem, postquam ita fuit*). — 2) בְּכֵן *sic* Esth. 4, 16: בְּכֵן אָבוֹא אֶל־הַמֶּלֶךְ *sic* (sc. tanquam mulier, quae jejunavit) h. e. tum *conveniam regem,* Eccles. 8, 10. In Targum. sexcenties legitur. — 3) לָכֵן *ideo, propterea* (propr. *propter hanc rer. conditionem, cum ita sit*) Jud. 10, 13. 1 Reg. 14, 10. Gen. 4, 15. Jer. 16, 14. 23, 2. Praemisso אִם Jer. 5, 2: אִם חַי יְהוָה יֹאמְרוּ לָכֵן לַשֶּׁקֶר יִשָּׁבֵעוּ *etiam si per Jovam jurant, nihilo tamen secius pejerant,* nos: *obschon -- so schwören sie darum doch falsch.* Pro לָכֵן אֲשֶׁר *propterea quod* dictum volunt Jer. 2, 33. et Jes. 26, 14., sed priorem locum recte jam expedivit Rosenmueller., posteriore autem quidni verti possit: *ideo* h. e. ne unquam resurgant, *animadvertisti in eos* etc.? — Aliud לָכֵן vid. sub לֹא. — 4) עַל כֵּן *propterea, ideo* 2 Sam. 22, 50. Prov. 6, 15. Gen. 20, 6. Ps. 110, 7. al. Hae quoque voces contrarium sensum habere dicuntur ita ut passim non consecutionem sed *caussam* significent: *propterea quod, quia;* in qua sententia nuper fuerunt etiam Gesenius (Ephem. lit. Hal. 1826. Suppl. n. 69.) et de Wettius: sed vereor, ut recte. Scilicet Ps. 45, 3. hic videtur sententiarum nexus esse: *tu et pulcherrimus es et magna oris suavitate praeditus, propterea* (cum hae sint dotes divinitus concessae) sperare licet, *Deum tibi in perpetuum affuturum,* hae dotes pignus tibi sunto perpetuae Dei gratiae; secus si de hoc loco statuis, vide, annon לְעוֹלָם paullulum frigeat; Ps. 1, 5. omnia expedita sunt: *impii similes sunt paleae, quam ventus dissipat; ideo* (propter hanc eorum quasi levitatem) *non consistent* etc.; Ps. 42, 7. non perspicio, cur in his verbis: עַל כֵּן אֶזְכָּרְךָ caussam moeroris contineri existiment; gratis enim sumitur, vatem propter hanc potissimum caussam, quod a sacris Hieros. arceatur, conqueri; id ne in 3. quidem versu inest; hoc igitur dicit: *moerore conficior, ideo* (h. e. ut moeroris aliquo lenimine utar) *tui,* tuae gratiae, *recordor.* — 5) עַד־כֵּן *hucusque* Neh. 2, 16. — De כְּמוֹ־כֵן Jes. 51, 6. vid. sub כֵּן in rad. כנן.

כֵּן Chald. *sic, ita* Dan. 2, 25. 4, 11. 6, 7. 7, 23. Esr. 5, 3. 6, 2.

כַּוָּן m. genus *placentae eximiae,* in honorem idolorum *frigi* et *coqui* solitae, a כּוּן *parare* (cibos), ut recte docuit Kimchius. Alii dedu-

cunt a כָּוָה *ussit.* Graec. *καυών* vel *χαυών*, Syr. ܟܒܘܢܐ cum ב. Plur. כַּוָּנִים Jer. 7, 18. 44, 19.

כּוּן nom. propr. urbis 1 Chron 18, 8., quae loco parallelo 2 Sam. 8, 9. dicitur בֵּרֹתַי *Berytus*, urbs Phoenices ad mare mediterraneum.

כִּיּוּן m. *Saturnus* Am. 5, 26., qui Arabibus et Persis dicebatur كَيْوَان v. Pocockii Specim. histor. Arabb. p. 117. 390. Sab. ܟܝܘܢ v. Norberg. Onomast. p. 76 sq. Quod ap. Lxx. l. l. legitur Ῥαιφὰν s. Ῥηφάν, id non voci כִּיּוּן respondere sed trajectione facta explicationis caussa ad v. אֱלֹהֵיכֶם additum esse, contendit Rosenmueller., atque ita vanae sunt virorum doctorum de *hujus* nominis sensu disceptationes v. Jablonsk. Diss. de Rempha Aegyptt. Deo. Frcf. 1731. 8. Michael. Suppl. p. 1225. J. Rossi etymolog. aegyptt. p. 176. Itaque Lxx. reddiderunt potius (cf. etiam Act. 7, 43.) τύποι (h. e. *simulacra* v. Joseph. Antiqq. 1, 19.), ex significatione radicis Arab. in Conjug. II. *formavit*, coll. Aethiop. Kin *ars*, Kenja *artifex* etc.

אָכֵן (i. q. הָכֵן infin. absol. Hiph.: *statuendo*) particula *firmiter affirmandi: profecto* Gen. 28, 15. Exod. 2, 14. 1 Sam. 15, 32. etc., *nihilominus tamen* Jes. 49, 4. Jer. 3, 20. Ps. 31, 23.

יָכִין (*stabiliet*) nom. propr. 1) virorum Gen. 46, 10. — Neh. 11, 10. 1 Chron. 9, 10. — 1 Chron. 24, 17. — 2) columnae dextrae ante porticum templi Hierosol. 1 Reg. 7, 21.

מָכוֹן m. *locus* (مَكَانٌ) Exod. 15, 17. 1 Reg. 8, 13. 2 Chron. 6, 2. Jes. 4, 5. etc.; spec. *basis* alicujus rei Ps. 97, 2. Esr. 2, 68. Plur. מְכוֹנִים Ps. 104, 5.

מְכוֹנָה f. 1) *basis* 1 Reg. 7, 23. 28. 30. 32. 34. 35. 38., plur. מְכֹנוֹת 1 Reg. 7, 27. 33. 38. 39. 43. Esr. 3, 3. — 2) nom. propr. oppidi in tribu Jud. Neh. 11, 28.

מְכוּנָה f. *locus* Zach. 5, 11.

תְּכוּנָה f. *locus, sedes* Dei Job. 23, 3. Aliud v. sub rad. תָּכַן.

כּוֹס, semel כִּיס sec. Cthib Prov. 23, 31., f. 1) *poculum* (vulgo a rad. כסה repetunt, quod poculum *operculo tegatur*, vid. tamen Dassovius in Dissert. ad *Tit. Chelim* §. 20.) Arab. كَاسٌ *poculum vino plenum* Gen. 40, 11. 13. 1 Reg. 7, 26. Metaphorice a) in univ. est pro *portione* et *sorte* sive fausta sive infausta Ps. 11, 6. 16, 5. coll. Mt. 26, 39. 20, 22.; b) saepius vero Jova sistitur poculum vini inebriantis porrigere hominibus, quos in perniciem adducere, *perdere* decrevit (v. infra תַּרְעֵלָה) Jer. 25, 15: *accipe* אֶת־כּוֹס הַיַּיִן הַחֵמָה *hoc poculum vini irae e manu mea et propina illud omnibus populis, ut bibant inde et commoveantur atque insaniant*, Jes. 51, 17. 22. Jer. 49, 12. Habac. 2, 16. Ps. 75, 9. Ezech. 23, 31. al. coll. Apoc. 14, 10. 16, 19. 18, 6. Similes metaphoras ex Arab. protulit Schultens. ad Haririum p. 65. 66. Plur. כֹּסוֹת Jer. 35, 5. — 2) *bubo, noctua* (sec. interprett. vett.) vel *νυκτοκόραξ*, bubonis aliqua species, longioribus circa aures pennis, Levit. 11, 16. Deut. 14, 16. Ps. 102, 7.; sic dictam volunt a כָּסָה, quod *se* interdiu *tegat* et *occultet* v. Michaelis *Suppl.* p. 1236. Sed *onocrotalum* vel *truonem*

intelligit Bochartus. (in *Hieroz.* P. II. L. II. c. 21.) eumque a' *sacculo*, qui de ingluvie pendet ac *poculo* assimilari possit, dictum existimat.

כּוּר, Arab. كار *obvolvit, circumplicuit* (cidarim capiti), hinc *rotundus fuit*, in *gyrum ambivit*, in Conj. II. *collegit in unum*, collectam supellectilem *colligavit; valide adstrinxit*, it. *prostravit et convolutum velut deturbavit fodiens hasta* (unde كَوْر *fossio* terrae). In Hebr. ab hac rad. repetunt plurimi recentiorum interpretum ambiguum istud כָּאֲרִי Ps. 22, 17., quod in plerisque codd. legitur. Dictum enim existimant pro כָּאֲרִים (demto מ multitudinis v. Gesen. L. p. 526.) a כָּאַר partic. verbi כּוּר ad linguae chald. similitudinem efficto (v. Gesen. l. c. p. 401.), ut sensus sit vel a) *constrinxerunt, vinxerunt me* (ita Aquil. et Symmach. sec. codic. Syr. hexaplar. Ambros. ܟܒܪܘ *vinxerunt*, ܠܡܐܣܪ *ad vinciendum*, nec non Hieron. in 5 codd.); — vel b) *foderunt, confoderunt* (Lxx. ὤρυξαν, Syr. ܟܪܟܘ, Vulg. *foderunt*). Illud tamen praestat, ut recte judicavit de Wettius ad h. l. Alii כארי conflatum putant ex כְּ et אֲרִי *sicut leo* (Jes. 38, 13.); sed ita nascitur sensus non satis aptus. Alii denique, praeeunte Aquila (ἤσχυναν) deducunt a כָּאַר i. q. chald. כְּעַר *polluere, contaminare*, quod tamen prorsus alienum est ab hujus loci natura. Ceterum de reliqua lectionis et interpretationis varietate cf. Paulus Memorabb. IV, p. 65 sqq. et Rosenmueller. in singulari epimetro Scholl. ad Psalmm. II, p. 633 sqq.

כָּר, כַּר־הַגָּמָל *sella camelina*, quae jumento *alligatur* Gen. 31, 34. Arab. كُور (Amhar. cor: *sella equi, ephippium*). Alii ad rad. כרר referunt, ut nomen habeat a *motu saltatorio*. „Est domus, quam camelus dorso suo gestat, in qua sedet homo cum cibo et potu et vestibus „et vasis et pulvinaribus suis et supra domum tectum" secundum Damirium ap. Alb. Schultens. in *Animadverss. ad vv. loca V. T.* Delineationem talis lecticae habet Jo. Helfrich in libro german. scripto: *Kurzer und wahrhafter Bericht von der Reise nach Hierusalem* 1580. pagina plag. M. praecedente add. Michaelis *Suppl.* p. 1340.

כָּרִי m. 2 Reg. 11, 4. 19. i. q. al. כְּרֵתִי et quemadmodum hoc ipsum demto מ multitudinis pro כָּרִים (v. Gesen. L. p. 525.), quoddam satellitum genus: *carnifices* (propr. *confossores*). Alii *cursores* interpretantur. a rad. كرا *velox fuit* vel a كور in Conjug. IV. *celeriter incessit* vel a كَرَّ in Conj. II. *huc illuc agitavit*, in Conj. V. *multum recurrit rediitque*, v. Ikenius in *Dissertt.* philol. theol. p. 127., consentit Michaelis in *Suppl.* p. 1342. Sed *cursores* illo, de quo agitur, loco הָרָצִים (i. q. הַפְּלֵתִי) vocantur. Denique homines è *Caria*, Asiae regione, oriundos notari contendit Verbrugge in *Observatt. philol. de nom. hebr. plural.* Obs. I. §. 63 sq., parum probabiliter.

כּוּר m. 1) *fornax* in rotundum excavata, propr. qua metalla liquantur Ezech. 22, 18. 20. 22. Prov. 17, 3. 27, 21.; כּוּר בַּרְזֶל *fornax ferri* Deut. 4, 20. 1 Reg. 8, 51. est officina ferraria, in qua ferrum ex minera igne flagrantissimo et acerrimo excoquitur; huic metaph. assimilatur misera Hebraeorum servitus, qua in Aegypto premebantur.

Simil. Jes. 48, 10: כּוּר עֹנִי. Arab. كُور *fornax fabri ferrarii*, Syr. ܟܘܪܐ *id.*

כּוֹר עָשָׁן (*fornax fumi, fumans?*) nom. propr. oppidi in tribu Simeon. 1 Sam. 30, 30., alibi עָשָׁן Jos. 15, 42. 19, 7. 1 Chron. 4, 32. 6, 44.

כֹּר m. *corus*, proprie *vas in rotundum excavatum*, hinc *mensurae genus*, tam *aridorum* 1 Reg. 4, 22., quam *liquidorum* 1 Reg. 5, 11., i. q. חֹמֶר. Plur. כֹּרִים 2 Chron. 2, 9. 27, 5. [Arab. a rad. כרר est كُرّ *genus mensurae aridorum* Babylonicum continens 7100 libras v. Golius s. r. كُرّ].

כּוֹר m. Chald. *id.*, plur. כּוֹרִין Esr. 7, 22.

כִּיר m., dual. כִּירַיִם Levit. 11, 35. *foramen ollis imponendis idoneum* (fere quod nos dicimus *ein Casserol-Loch*), Syr. ܒܝܬ ܩܕܪܐ (*locus ollae*). Orientales nimirum in tentoriis domibusque suis scrobem effodiunt (hodie sesquipedaneam), cui ollas et vasa bene clausa imponunt. Deinde tres ejus partes circumdant lapidibus; quartam, cui ignem ejusque nutrimenta immittunt, apertam servant v. Harmari *Observv. de Oriente* T. I, p. 242. ed. germ., Sebald. Rau *de re cibaria Hebraeorum*, Traj. ad Rhen. 1768. Aliis est genus *vasis in rotundum excavati*, sub forma dualis ob operculum tanquam alteram ejus partem; aliis denique *foculus*, constans duabus partibus, cujus delineationem exhibet Dassovius in Diss. ad *Tit. Talmud. Chelim.*

כִּיּוֹר m. gener. aliquid *excavatum* vel effictum *in rotundum*, spec. 1) *labrum rotundum* Exod. 30, 18. 40, 7. 11. 1 Reg. 7, 35. etc. — 2) *foculus* sive *vas rotundum* ad fovendum ignem Zach. 12, 6. — 3) *suggestus rotundus* 2 Chron. 6, 13. Plur. כִּיֹּרִים 2 Chron. 4, 6. et כִּיֹּרוֹת 2 Reg. 7, 38. 40. 43.

כִּכָּר foem. (contracte pro כִּרְכָּר v. Schultens. in clav. dialectt. p. 320.) gener. *rotundum* quid, spec. 1) *tractus terrae, circulus (Kreis)* Deut. 34, 3. Neh. 12, 28., כִּכַּר הַיַּרְדֵּן *tractus Jordanis* Gen. 13, 12. 19, 17. 2 Chron. 4, 17. i. e. planities, per quam defluit Jordanes, a lacu Tiber. inde usque ad mare mortuum, Arab. الغور v. Rosenmueller. *Alterthumskunde* II, 1, p. 145 sq. — 2) sq. לֶחֶם *placenta*, massa panis *rotunda* Exod. 29, 13. 1 Sam. 2, 36. Prov. 6, 26. Plur. כִּכְּרוֹת Jud. 8, 5. 1 Sam. 10, 3. — 3) *talentum*, *mensurae* genus *rotundum* Exod. 38, 24. 25. 27. 29. 1 Reg. 9, 28. Ex Eisenschmidii computatione est talentum 182 marc. 10 semunc. 1 drachm. $17\frac{62}{100}$ moment.; adeoque 1) talentum *auri* 12237 ducatorum, 2) *argenti* 2191 thaler. imper. 17 gr. 6 pf. monetae, quae ex marca argenti cudit 18 florenos; contra vero 2922 thaler. imper. 7 gr. 4 pf. monetae vilioris, quae ex marca argenti 24 florenos cudit. Aliter Michaelis in *Suppl.* p. 1269. Ex hujus enim sententia talentum est 65 marc. Colon. et 10 semunc. adeoque a) talentum *auri* facit $4397\frac{1}{2}$ ducat. aureor., b) talentum *argenti* $787\frac{1}{2}$ thaler. imper. monetae melioris, contra vero 1050 thal. imper. monetae vilioris. — In regim. כִּכַּר Gen. 13, 10 Exod. 25, 39. Dual. כִּכָּרַיִם *duo talenta* 2 Reg. 5, 23., in regim. כִּכְּרַיִם (servata terminatione dualis,

ne pereat indicium numeri) 2 Reg. 5, 23. Plur. כִּכָּרִים *talenta* 1 Chron. 22, 14. Esr. 8, 26., in regim. כִּכְּרֵי 2 Reg. 5, 5. 1 Chron. 29, 4.

כִּכַּר f. Chald. *talentum*, plur. כִּכְּרִין Esr. 7, 22., ubi tamen alii Codices habent כַּכְּרִין.

מְכוּרָה f. pr. *effossio* h. e. (translatione a metallis facta) *origo, natales* (coll. phrasi Jes. 51, 1.) Ezech. 29, 14. Lxx. et Vulg. ad sensum: *radix*. Plural. Ezech. 21, 35.

מְכוֹרָה f. *id.* Ezech. 16, 3.

מְכֵרָה f. *gladius*, quo *transfoditur* sive *confoditur* (graec. μάχαιρα?), plur. מְכֵרוֹת Gen. 49, 5. Alii vertunt: *consilium* (Lxx. αἵρεσις) a rad. Aethiop. מכר መአጊ: *consultavit*, v. vers. Aeth. Matth. 1, 19. 12, 14. 26, 4. et nomen Aeth. מכר *consilium* Luc. 23, 51. cf. Lud. de Dieu ad loc. Genes.; alii: *fraus* ab Arab. مكر *vendidit*, inde *fefellit, circumvenit*, conf. Alb. Schultens. *Opp. min.* p. 129.; alii aliter v. Rosenmueller. ad h. l.

כּוּשׁ. Duplex fuit *Cuschaea* s. *Aethiopia* 1) altera in Arabia felici Gen. 10, 7. 8. Num. 12, 1. 2 Chron. 14, 8. Hab. 3, 5. — 2) altera Africana: Abessinia (quae et *Nubiensem* terram complectebatur), colonia arabicae Jer. 13, 23. Jes. 18, 1. Zeph. 3, 10. Ezech. 30, 4 sqq. 2 Chron. 14, 9 sqq. al. Cuschaei enim Arabiae felicis, trajecto mari rubro, ad fontes Nili consederunt conf. Michaelis *Spicileg. geogr. Hebr. exterae* T. I, p. 143 sqq. — Latius patet hoc nomen Gen. 2, 13. quippe omnem *australium terrarum* ambitum complectens (fere ut Homer. *Αἰθίοψ*) v. Buttmann. *älteste Erdkunde d. Morgenländ.* p. 39 Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 210 sq.; nec audiendus Michaelis in Suppl. p. 1251., qui كاث metropolin Chowaresmiae ad Oxum sitam dici contendit.

כּוּשִׁי *Cuschita, Aethiops*, f. כֻּשִׁית Jer. 13, 23 (ad quem l. v. Bohlen Symbol. p. 38.), 38, 7. 10. 12. Num. 12, 1.

כּוּשָׁן Hab. 3, 7. *Cuschaea* Arabiae felicis. Sed alii tamen in quibus Rosenmueller. est, dici putant regem Syriae, *Cuschan Rischathaim* Jud. 3, 8. 10., nec hoc inepte.

כּוּת 2 Reg. 17, 30. et כּוּתָה 2 Reg. 17, 24. regio Asiae, unde coloniam in terram Israeliticam deduci jussit rex Assyriae. Eam praeeunte Josepho (Antt. 9, 14, 3.) in Persia reperisse sibi visi sunt haud pauci, coll. كوثا seu كوثى, quae est urbs Iracae ad Tigrim fluvium v. Rosenmueller. *Alterth.* I. 2, p. 29. Sed Michaelis (Spicil. Geogr. I, p. 104 sqq) *agrum Sidonium* fuisse putat, tum quod Targ. Jonath. in Gen. 10, 19. et Targ. Chron. 1 Chr. 1, 13. pro צִידוֹן habent כותניאם, כותניים, tum quod ipsi Samaritani *Sidonios* origine sese profitentur (v. Joseph. Antt. 11, 8, 6. 12, 5, 5.) v. Winer. Lex. bibl. I, p. 148 sq.

כָּזַב (cf. כְּדַב) *mentitus est, fefellit*, in Kal non legitur nisi part. כֹּזֵב Ps. 116, 11. — Niph. *mendax, fallax deprehensus est* Job. 41, 1. Prov. 30, 6. — Pih. כִּזֵּב *mentitus est* Mich. 2, 11. Hab. 2, 3. Prov. 14, 5., sq. לְ pers. Ps. 89, 36. Ezech. 13, 19., sq. ב pers. 2 Reg. 4, 16. (*anlügen*),

metaph. de rebus inanimatis (ut de aquis) *spem fallentibus* Jes. 58, 11. cf. graec. ἀπατᾶν apud Hesiod. *Oper. et dier.* v. 460., lat. *mentiri* et *fallere*, Arab. كذب *mentiri*, pro *cessare, tardare, deficere in officio.* — Hiph. הִכְזִיב *mendacii arguit* Job. 24, 25.

כָּזָב m. *mendacium* Ps. 4, 3. Prov. 6, 19. 19, 22. Jes. 28, 15. 17. etc.; deinde omne id, quod *fallit*, falsa spe ludit, *res inanis, vana* Ps. 7, 15. Job. 15, 35., spec. *oraculum inane* et *falsum* Ezech. 13, 6. 7. 8. 19. *idolum* Ps. 40, 5. Am. 2, 4.

כְּזִיב Gen. 38, 5., כְּזִבָּה 1 Chron. 4, 22. nom. propr. oppidi in tribu Juda v. אַכְזִיב.

אַכְזָב m. (oritur ab infin. Kal, praemisso א v. Gesen. L. p. 493.) *mentiens, mendax, fallax:* ut fons aquae semper expers adeoque viatores *fallens* Jer. 15, 18. Mich. 1, 14. coll. Jes. 58, 11. Sic lat. *mendax* dicitur, quod votis non respondet: unde *fundus mendax* apud Horat. Carm. III, 30., Arab. أَكْذَبُ *valde mendax.*

אַכְזִיב nom. propr. 1) oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 44. Mich. 1, 14. — 2) oppidi ad mare mediterran. in finibus tribus Ascher. siti Jos. 19, 29. Jud. 1, 31., graec. Ἐκδιππα v. Wineri Lex. bibl. I, p. 14.

כָּזַר radix inusit., quae sensum *duritiei* et *crudelitatis* habuisse videtur, Arab. كزر et كسر *fregit violento impetu.* Inde est

אַכְזָר m. 1) *durus, crudelis* Thren. 4, 3., hinc (ut Syr. ܟܙܪܐ) *hostis* Job. 30, 21. — 2) *saevus*, de veneno Deut. 32, 33. — 3) *audax, truculentus* Job. 41, 2.

אַכְזָרִי m. 1) *durus, immanis* Jer. 6, 23. Prov. 5, 9. 12, 10. — 2) *saevus, truculentus, atrox* Jes. 13, 9 (dies Jovae), Prov. 17, 11 (nuntius).

אַכְזָרִיּוּת f. *crudelitas, atrocitas* Prov. 27, 4.

כָּחַד in Kal inusit., Pih. כִּחֵד 1) *abnegavit* (Arab. جحد, כ in ج mutato, *id.*) Job. 6, 10. 2 Sam. 18, 23. — 2) *celavit, occultavit* Ps. 40, 11. Jes. 3, 9., sq. accus. rei et מִן vel לְ pers. Ps. 69, 6. Jos. 7, 19. Job. 15, 18. 1 Sam. 3, 17. — Niph. נִכְחַד 1) *celatus est* Ps. 69, 6. 139, 15. Hos. 5, 3. 2 Sam. 18, 13. — 2) *excisus, deletus est* Job. 4, 7. 22, 20. Zach. 11, 9. 16. Exod. 9, 15. — Hiph. הִכְחִיד 1) *celavit* Job. 20, 12. — 2) *excidit, delevit* Exod. 23, 23. 1 Reg. 13, 34. 2 Chron. 32, 21.

כָּחַל *fucavit* Ezech. 23, 40. Arab. كحل *fucare* oculos, unde كُحْل, Syr. ܟܘܼܚܠܳܐ, Talm. כחול *stibium* (פּוּךְ) vel *quodlibet, quo fucantur et denigrantur oculi.*

כָּחַשׁ *mentitus est, fefellit.* In Kal trop. *defecit, contabuit* Ps. 109, 24. — Pihel כִּחֵשׁ 1) *mentitus est* 1 Reg. 13, 18. Hos. 4, 2. Zach. 13, 4. Levit. 19, 11.; metaphor. de rebus inanimatis: *spem fefellit, defecit* Hab. 3, 17 (olivae), coll. Hos. 9, 2. Sic tellurem *mentiri* colono dixit Silius Ital. — 2) *blanditus, adulatus est*, sq. dat. pers. Ps. 66, 3. 81, 16. Job. 31, 28. — 3) *negavit* id, quod verum est Gen. 18, 15., it. *abne-*

gavit sq. בְּ Levit. 5, 21. 22. Job. 8, 18. Jos. 24, 27. Jer. 5, 12. Jes. 59, 13. In loco Prov. 30, 9. e seqq. מִי יְהוָה repetendum est בַּיהוָה.

Niphal נִכְחַשׁ *adulatus, blanditus est* sq. לְ pers. Deut. 33, 29. — Hithpahel *id.* 2 Sam. 22, 45.

כַּחַשׁ m. 1) *mendacium* Ps. 59, 13. Hos. 7, 7. 10, 13. 12, 1. Nah. 3, 1. — 2) *macies* Job. 16, 8., ubi cum affixo כַּחְשִׁי, v. rad. Kal.

כָּחָשׁ m. (pro כַּחָשׁ, formae dagessandae) *mendax*, plur. כָּחָשִׁים Jes. 30, 9.

כִּי *adustio* vid. sub rad. כוה.

כִּי 1) germ. *dass*, graec. ὅτι; latine triplici hoc modo redditur: a) per accus. c. infin. post verba sentiendi et dicendi, ut Jes. 37, 8. *audivit* כִּי נָסַע *eum profectum esse*, 1 Sam. 14, 3. *populus non novit* כִּי הָלַךְ (Jonathanem) *abiisse*, Ps. 37, 13. *nam videt* כִּי יָבוֹא יוֹמוֹ *diem ejus venturum esse*, Gen. 1, 4. 42, 33. Esth. 3, 5. Jud. 4, 12. Jer. 10, 23. Neh. 6, 16. Deut. 5, 15. etc. — b) *quod* Ps. 8, 5. *quid homo* כִּי תִזְכְּרֶנּוּ *quod eum curas* (ubi ponitur, deum hominis curam gerere), Num. 16, 11.; 1 Sam. 24, 20: *quod vir hostem suum invenit et liberum dimisit, (id) remuneretur tibi Deus* etc. Mal. 3, 14. — c) *ut* Job. 6, 11. *quae vires meae* כִּי אֲיַחֵל *ut sperem* (ubi effectus significatur), Job. 3, 12. 7, 17. Exod. 3, 11. 2 Reg. 8, 13 (sq. fut.); וַיְהִי כִּי *accidit ut*, quae formula crebro legitur. — Passim optio tibi datur, utrum hoc an illo modo vertas, ut post verba affectuum Jes. 14, 29. et in hac formula: טוֹב כִּי *bonum, utile est:* Thren. 3, 28: טוֹב לַגֶּבֶר כִּי יִשָּׂא עֹל *bonum est homini, ut ferat jugum*, vel: *hominem ferre jugum;* 2 Sam. 18, 3: טוֹב כִּי תִהְיֶה לָּנוּ לָעֶזֶר *bonum* est, *ut sit nobis auxilio*, vel: *te nobis auxilio esse.* — Ad hanc primam significationem revocandi etiam hi usus particulae sunt: a) ubi *orationi directae* praemittitur: Jos. 2, 24: וַיֹּאמְרוּ כִּי נָתַן יְהוָה Lxx. καὶ εἶπαν, ὅτι παραδέδωκε κύριος (v. Passow WB. II, p. 304.), 1 Sam. 10, 19. Ruth. 1, 10. Gen. 18, 20. 2 Sam. 19, 43. Exod. 4, 25. etc. — b) in jurisjurandi formulis: 1 Reg. 2, 23. *puniat me Deus* כִּי בְנַפְשׁוֹ דָּבַר אֲדֹנִיָּהוּ אֶת־הַדָּבָר nisi verum est, *Adoniam haec in suam perniciem dixisse*, Ruth. 1, 17. Scil. in istis verbis *puniat me Deus* inest hic sensus: per salutem meam juro, affirmo. Adde 1 Sam. 25, 34. 2 Chron. 18, 13. (facilius fluit oratio Jer. 22, 5. *juro* כִּי־לְחָרְבָּה יִהְיֶה הַבַּיִת *has aedes vastatum iri*, Gen. 22, 16.). — c) ubi הֲכִי per ellipsin legitur Job. 6, 22: הֲכִי אָמַרְתִּי הָבוּ *an* verum est, *me dixisse?* Hinc saepius הֲכִי non est nisi *an* 2 Sam. 9, 1. vel *nonne* Gen. 27, 36. 29, 15. — d) Gen. 31, 42: *nisi Deus — mihi adfuisset* כִּי רֵיקָם שִׁלַּחְתָּנִי puto, affirmo, *te vacuum me dimissurum fuisse*, Num. 22, 33. Job. 8, 6. Ad sensum in his locis verti potest: *profecto*, atque inde factum videtur, ut in ipso orationis exordio poneretur, Jes. 15, 1., ubi v. Gesen.

2) quod, ὅτι, *weil* Deut. 23, 8. Thren. 3, 28. Exod. 18, 11. Jud. 13, 22. 2 Sam. 14, 10. Gen. 3, 14. 4, 25. 41, 49. 2 Reg. 9, 16., *nam* 2 Sam. 6, 6. Deut. 2, 19. Jes. 16, 4. Mich. 6, 4. al. Ita vero *praemittitur* sententiis caussalibus, raro *interponitur* ut Ps. 118, 10. 128, 2. Ceterum haec altera vocis significatio haud paucis in locis obtinet, quorum, si minus accurate consideras, alia videtur esse ratio. Sed cave, ne *pleonasmi* specie decipiaris. Nam ut Ps. 9, 13. et 18, 28., quae loca

jam a DE WETTIO recte conversa sunt, praetermittamus, Ps. 5, 10. ita copulari debet c. v. 9.: *propter hostes meos dux mihi esto ad retinendam pietatem:* id eo confidentius a te precor, *quod* isti pessimi homines sunt adeoque non digni, quibus ut de lapsu meo gaudeant, permittas; v. 13. autem cum 12. facilius etiam cohaeret: *fac ut bene sit omnibus, qui in te fiduciam reponunt:* hoc autem consentaneum est bonitati tuae; soles *enim* probos amore complecti. — Eodem modo debent alii loci expediri, ubi כִּי vulgo reddunt: *quare, ideo.* Scil. 2 Chron. 30, 18. sententiarum nexus hic est: *multi Ephraimitarum comedebant pascha legi non convenienter* idque concessum iis est, *nam imploraverat Hiskias Dei veniam.* Sed ad 1 Sam. 2, 25. 1 Reg. 12, 15. cf. 2 Sam. 24, 1. Jos. 11, 20. al. Itaque non opus est ea, quae PASSOVIUS II, p. 304. de graec. ὅτι et de οὕνεκα exposuit, ad hebr. linguam transferre.

Ab hac secunda vocis potestate oritur etiam illa, quam ad complures locos transtulerunt: *sed* 2 Reg. 1, 4. *non surges de lecto* כִּי מוֹת תָּמוּת *sed haud dubie morieris.* Etenim haec ita enarres: *non surges, nam morieris,* haec est caussa, cur non poteris surgere, adde Am. 7, 14. Dan. 9, 18. Gen. 45, 8. Exod. 16, 8. Concise dicta sunt, quae leguntur Ps. 44, 23. *si obliti essemus Dei, Deus nos haud dubie puniret,* illud autem non factum, *nam propter te* (Deum) *quotidie occidimur;* scil. verba *si obliti essemus* negativum sensum habent, quasi scripserit vates: *non obliti sumus Dei, id quod Deus haud dubie puniret;* nam *propter ipsius caussam occidimur.* Ex eodem genere est loc. Ps. 130, 4.

3) cum, *wann:* a) de tempore i. q. ὅτε 2 Chron. 6, 28. — b) de eo, quod fieri vel futurum sumitur, i. q. ἐάν Jos. 20, 5. 2 Reg 4, 29. Simil. nostrum *weil* antiquitus et de tempore et de caussa dictum. Ceterum alii loci, quos multos afferre solent, huc non pertinent; nam Prov. 30, 4: מַה־שְּׁמוֹ־וּבְנוֹ כִּי תֵדָע ita vertendum: *quodnam est filii ejus nomen* (sc. dic), *nam* (scilicet) *tu* probe *nosti* (iron.) atque adeo dicere potes; Exod. 3, 21: וְהָיָה כִּי תֵלֵכוּן לֹא תֵלֵכוּ רֵיקָם *accidet, ut egrediamini; non tamen egrediemini vacui;* Job. 39, 24: לֹא יַאֲמִין כִּי קוֹל שׁוֹפָר venustius dicta sunt, si poetam factum repraesentare voluisse statuimus: *es hält nicht Stand, denn die Trommete tönt;* Deut. 6, 25: *justi habebimur* (a Deo) כִּי נִשְׁמֹר לַעֲשׂוֹת כָּל־הַמִּצְוָה *nam observabimus* etc. Atque ita explicandum etiam in his locis, ubi *cum, als* vertunt Hos. 12, 1. Jes. 48, 2.

Falluntur, qui addunt כִּי saepe pro *relativo* esse; nam Ps. 71, 15. vertendum: *numeros enim non novi* (propterea *totus* dies consumendus est in canendis laudibus tuis), 2 Sam. 24, 10: *condona peccatis meis* כִּי נִסְכַּלְתִּי מְאֹד *nam perverse admodum egi* (itaque opus est tua clementia), Gen. 4, 25: כִּי הָרַג קַיִן *nam eum occidit Cainus;* id autem repetitum est propterea, quod post v. 8. plura interposita fuerant. Adde Deut. 14, 29. Ps. 90, 4. al. — Aliena etiam videtur significatio: *utinam,* quam GESENIUS intulit loco Jes. 39, 8.; etenim verbis: *bonum est Jovae decretum,* quae aliquid offensionis habere poterant, explicationis caussa haec adjiciuntur: כִּי יִהְיֶה שָׁלוֹם בִּימָי *scil. quod mea certe vita pacata et tranquilla erit.* — Denique non audiendi sunt, qui nonnullis in locis *quamvis, etiamsi* interpretantur. Nam Exod. 13, 17. lucem capit ex v. 8.; scilicet noluit Deus Israelitas per propinquam viam ducere, ne, si pugnae ineundae essent, ipsi tanquam novi hom-

nes ac bellis nondum assueti animum abiicerent; Jos. 17, 18. sententiarum nexus hic est: vos, Ephraimitae et Manassitae, aggrediamini Cananitas, *nam hi habent currus ferreos*, itaque non possunt, nisi a valida gente, qualis vos estis (v. 17.), debellari; Ps. 116, 10: הֶאֱמַנְתִּי כִּי אֲדַבֵּר *confido* (Deo), *nam loquor* h. e. fiduciam me in Jova repositam habere, eo ipso demonstro, quod loquor h. e. has preces ad eum fundo. Ita jam H. Michaelis.

כִּי אִם 1) tanquam duae voces a) *nam cum* (si) Thren. 3, 32: כִּי אִם הוֹגָה וְרִחַם *nam si moerore afficit* (Deus), *etiam miseretur*, Exod. 8, 17. Jos. 23, 12. Prov. 2, 3. (coll. v. 5.) Eccles. 11, 8. Singularis est loc. Exod. 22, 22: *noli vexare viduam* et *pupillum; si vexaveris* כִּי אִם יָצֹעַק אֵלַי שָׁמוֹעַ אֶשְׁמַע non bene tibi erit, *nam si clamaverit, ego audiam;* b) *dass wenn* Jer. 26, 15: *scitote* כִּי אִם מְמִתִים *vos, si me occideritis, caedis reos fieri*, 1 Sam. 20, 9. — 2) tanquam una vox a) *nisi*, post sententiam negativam Gen. 32, 27: *non mittam te* כִּי אִם־בֵּרַכְתָּנִי *nisi mihi benedixeris* (propr. *nam si mihi benedixeris*, tum demum mittam te), Ruth. 3, 18. 2 Reg. 4, 2: *non est quidquam in domo* כִּי אִם אָסוּךְ שָׁמֶן *nisi lecythus olei*, 1 Sam. 30, 17. Gen. 28, 17. Jos. 14, 4. Eccles. 3, 12. Simil. post interrogationem negativam Jes. 42, 19. *quis est coecus* כִּי אִם־עַבְדִּי *nisi servus meus?* h. e. nemo potest, si cum servo meo comparatur, coecus dici, hic unice coecus est. — Hinc est, quod כִּי אִם in jurisjur. formulis pro אִם לֹא legitur Jes. 51, 14: *Jova juravit per vitam suam* כִּי אִם חַיֵּי יְהוָה אָדָם *nisi te implebo hominibus* (h. e. non vivam, nisi etc., i. e. certissime implebo cf. Ezech. 5, 11.), 2 Reg. 5, 20. 2 Sam. 15, 21. Sed de loco 2 Sam. 3, 35. v. infra. Omisso jurandi vocabulo Jud. 15, 7: *quanquam hoc fecistis* כִּי אִם־נִקַּמְתִּי בָּכֶם non tamen vivam, *nisi ultionem sumsero de vobis*, (quanquam haec etiam ita dici poterant: לֹא אֶחְדַּל כִּי אִם וגו׳); b) *sed* 1 Sam. 8, 19. 1 Reg. 18, 18. 2 Chron. 18 17. Ps. 1, 2. Num. 26, 33. Gen. 32, 29. 1 Sam. 21, 5., quanquam in his locis omnibus orationis quaedam brevitas obtinet: *non praedicet de me bonum*, non praedicet *nisi malum, non perturbo Israelem*, non (nemo) perturbat, *nisi tu.* — 3) i. q. כִּי Job. 42, 8., i. q. אִם 2 Sam. 3, 35. *puniat me Deus* כִּי אִם־אָטְעַם לֶחֶם *si gustavero* h. e. non gustabo. De loco Gen. 40, 14. v. Rosenmueller.

Restant duo loci, quos perperam explicuisse videntur interpretes; nam Gen. 47, 18. כִּי אִם pro כִּי (*dass*) collocatum voluit nuper etiam Gesenius, et 1 Reg. 20, 6. post Noldium haud pauci vertunt *ideo*. Sed noli fidem habere. Priorem enim locum ita expedies: *non celabimus te, nobis, si pecunia - - consumta est* (quemadmodum *consumta est*), *nihil reliquum esse praeter corpora nostra* etc. In altero autem v. 5. et 6. ita cohaerent, ut ille protasin, hic apodosin efficiat: *quod ad te misi, qui postularent, ut argentum tuum, aurum* etc. *mihi traderes*, כִּי אִם בָּעֵת מָחָר אֶשְׁלַח אֶת־עֲבָדַי וְחִפְּשׂוּ אֶת־בֵּיתְךָ וגו׳ *scito, servos meos, si cras misero, inquisituros esse* etc.

כִּי עַל־כֵּן ubivis dictum volunt pro כִּי *propterea quod* (ita post multos alios in Nold. Concord. p. 892. nuper Gesenius in Ephem. lit. Hal. 1826. Suppl. n. 69.), nec hoc multum offensionis haberet, cum ejusmodi trajectiones perpetuae in solennibus formulis ap. graecos quoque occurrant, ut ὅτι τί pro τί ὅτι (Herm. ad Vig. p. 849.). Sed,

si ab uno loco 2 Sam. 18, 20. discedis, certe non opus est ista explicatione, modo reputes, vocem *ideo*, *idcirco* non solum consilium, quo quis quid fecerit (*Absicht*), sed etiam finem, quem factum aliquod habere possit (*Zweck*), etiamsi ejus non conscius sibi fuerit is, qui fecerit, significare. Loc. Gen. 19, 8. duobus modis expediri potest; nam vel hoc dicit Lotus: *quod hi viri tectum meum subierunt, id non potest alium finem habere, nisi* etc., vel ipsis illis hominibus vere persuasum fuerat a Loto (v. 3. וַיִּפְצַר בָּם *institit* sc. argumentis), se in hac domo tutiores fore, quam in platea (v. 2.). Gen. 18, 5. Abrahami sententia haec est: *quod praeteriistis tentorium meum, hoc ideo factum, ut mihi opportunitas daretur* infirmos recreandi. Gen. 38, 26. confitetur Juda, Thamarem non esse in culpa, et haec addit: *nam ideo* (ut *mihi* culpam contraherem), quemadmodum nunc intelligo, miser *ego denegavi filio meo uxorem*, ipse quanquam invitus hoc egi, ut mihi hanc ignominiam afferrem, *das habe ich dadurch bezweckt* (cf. Jes. 36, 12. ibique Gesen.). Jer. 38, 4. sententiarum nexum ita tibi informa: jube hunc hom. interfici, nam alium finem non potuit assequi sua perversitate. Sim. Jer. 29, 28. Num. 14, 43. Ceterum quod uno in loco כִּי עַל־כֵּן pro עַל־כֵּן כִּי positum dicimus (ut אֲשֶׁר עַל־כֵּן Job. 34, 27. pro עַל־כֵּן אֲשֶׁר), id non debet mirum videri. Nam sim. graec. οὕνεκα, quod pr. significat *quapropter*, passim est *quia*, *propterea quod* (i. q. τούτου ἕνεκα ὅτι, v. Doederlein ad Oedip. Col. p. 462.), atque id ex locorum indole debet judicari.

כִּיד rad. inusit., Arab. كَادَ med. Je: *decepit dolo, insidiis.*

כִּיד m. propr. *fraus*, *circumventio*, Arab. كَيْد, deinde *pernicies*, *exitium* Job. 21, 20. (nam Scholiastes Haririi ad Consess. 21. Arab. كيد interpretatus est: هَلَاك *exitium* v. Alb. Schultens. ad Job. l. c.).

כִּידוֹן m. 1) genus *hastae*, *lancea*, *jaculum* Job. 41, 20. Jos. 8, 18. 26. 1 Sam. 17, 6. 45. Jer. 6, 23. 50, 46. Lxx. in Jos. γαῖσον (v. Wesseling ad Diod. Sic. I, p. 586.), in Job. πυρφόρον *telum igniferum*. Origo non liquet. Sunt, qui deducant a rad. Aethiop. כדן *texit*, *protexit*, unde tamen galea vel clypeus potius quam telum dici poterat. Magis apposite Bochartus in Hieroz. T. I, p. 861 sqq. ortum putat a כִּיד *pernicies*, ut pr. sit *instrumentum exitii*, *telum*. Sono persimile est Arab. قَنَبِين *hasta*, *lancea*. Cum vero vett. interpretum plurimi *scutum* vel *clypeum* vertant (Lxx. et Vulg. fere ubique), Clericus ad Jos. 8, 18. et 1 Sam. 17, 6. hanc explicationem praeferendam duxit coll. voc. *citona*, quod fuit scutum Maurorum minus, v. Joh. Phil. Casselii Progr. de *vocibus Unce et Citona* ad Scholiasten Juvenalis *Sat.* XI, 140. At v. tamen, quae contra disputavit Fischerus in Proluss. de Verss. graec. literar. hebr. magistris p. 135 sqq. — 2) fortasse *acervus congestus*, a rad. כוד, Arab. كَوَّدَ *accumulavit*, unde كُوْدَة *congestus acervus*; גֹּרֶן כִּידוֹן 1 Chron. 13, 9. *area cumuli* i. e. in qua stratum et accumulatum frumentum erat triturae paratum, quae 2 Sam. 6, 6. dicitur גֹּרֶן נָכוֹן *area instructa*, v. Michaelis in *Suppl.* p. 1263. Sed alii ad istum etiam locum *exitii* significationem transferunt, נָכוֹן, quod 2 Sam. legitur, a rad. נכה *percutere* repetentes v. Simonis Onom. p. 339. 340.

כִּיוֹר v. sub rad. כור.

כִּילַי vid. sub rad. נָכַל.

כִּיס vide sub rad. נָכַס et sub nom. כּוֹס.

כִּיף v. sub voc. כֵּף.

כָּךְ *sic, ita,* apud Rabbinos frequens, contractum ex כְּהָךְ *secundum hoc* (הָךְ enim Chald. est pronom. *demonstrat. hic, haec, hoc*). In libris V. T. semper legitur cum ה paragog. כָּכָה Exod. 12, 11. Num. 8, 26. Deut. 29, 23. Jos. 10, 25. etc. Praefixo אֵי fit *interrogativum:* אֵיכָכָה *quomodo?* Vid. tamen suo loco אֵיךְ.

כִּכָּר v. sub rad. כּוּר.

כָּלָא 1) *clausit, conclusit* (Chald. Syr. Aethiop. *id.*, Arab. كلا *custodivit, servavit*), unde כָּלוּא *conclusus, inclusus* Jer. 32, 2. et כָּלֵא Ps. 88, 9.; intrans. *clausus est* Hagg. 1, 10. — 2) *continuit, cohibuit* Jes. 43, 6., sq. acc. person. Num. 11, 28.; sq. מִן pers. *aliquem aliqua re prohibere* Gen. 23, 6. vel *subtrahere alicui aliquid* Ps. 40, 12. Aliquoties formationem suam mutuatur a כָּלָה; unde praet. 2 pers. f. כָּלִית cum affixo כְּלִתְנִי 1 Sam. 25, 33., pers. 1. כָּלֵאתִי Ps. 119, 101., plur. כָּלוּ 1 Sam. 6, 10., fut. יִכְלֶה Gen. 23, 6. — Niph. *cohibitus est* Gen. 8, 2 (imber), it. *prohibitus est* Exod. 36, 6. [Sed infin. Piel כַּלֵּא Dan. 9, 24. vide sub rad. כָּלָה].

כֶּלֶא m. (constr. semper cum nomine בֵּית) *carcer,* a *concludendo* dict. 1 Reg. 22, 27. Jes. 42, 7. Jer. 37, 15. etc., cum affixo כִּלְאוֹ 2 Reg. 25, 29. Jer. 53, 23., plur. כְּלָאִים Jes. 42, 22.

כִּלְאַיִם *heterogenea, duo diversa genera* sibi invicem *inclusa* et *mixta* Levit. 19, 19. Deut. 22, 9. Convenit cum Arab. كِلَانِ *ambo,* Aethiop. ክልኤ: *duo,* et ኣልአ: *alius.*

כְּלוּא m. *carcer* sec. Kri Jer. 37, 4. 52, 31., sed Cthib habet כְּלִיא, alia forma.

מִכְלָה pro מִכְלָא vel מִכְלָאָה *caula, ovile,* in quo *concluduntur* oves Habac. 3, 16., plur. מִכְלָאוֹת Ps. 50, 9. 78, 70.

כָּלַב radix inusit., Arab. كلب *contexere, consuere.*

כְּלוּב m. *receptaculum* vel ex loris reticulari forma, vel e viminibus, scirpis, virgis contextum, hinc 1) *sporta reticularis, fiscina* s. *corbis* pomorum Am. 8, 1. 2. — 2) *cavea,* in qua aves continentur Jer. 5, 27., Graec. κλωβός, quod ipsum vocabulum ex Oriente in Graeciam invectum nonnullis videtur v. Michaelis *Suppl.* p. 1273. Bocharti *Hieroz.* P. 2. lib. 1. c. 13.

כֶּלֶב m. *canis* (Arab. كَلْبٌ, Syr. ܟܠܒܐ, Aeth ክልብ: videtur esse nom. primit.) Exod. 11, 6. Jud. 7, 5. etc. Oppida orientis referta sunt integris canum, dominis carentium, gregibus, qui per plateas et fora vagantes cadaveribus vescuntur 1 Reg. 14, 11. 16. 21, 19. 22, 19. 38. 2 Reg. 9, 25. Ps 68, 24. v. Winer. Lexic. bibl. I, p. 305. — Frequens est et varia hujus voc. *translatio;* nam a) *canes* passim appellantur *hostes* atroces et crudeles (κυνές ap. Homer. etc.) Ps. 22, 17. 21. (saevi enim et rapaces sunt nomadum canes, qui ad defendendos greges adhibentur

v. Oedmann. Samml. V, p. 31 sq.); — b) *canibus mutis* assimilantur prophetae qui a castiganda populi perversitate abstinent Jes. 56, 10. ubi v. Rosenmueller.; canum enim, tanquam gregis custodum, est latrare latrandoque pastores monere; — c) *canis* dicitur vilis quivis et abjectus homo 2 Reg 8, 13., it. *canis mortuus* 1 Sam. 24, 15. 2 Sam. 9, 8. 16, 9; it. *caput canis* 2 Sam. 3, 8 (coll. vern. *Eselskopf*, *Ochsenkopf*); — d) sign. *cynaedum*, *scortum masculum*, hinc מְחִיר כֶּלֶב *pretium canis* h. e. quod cynaedo datur pro nefario concubitu Deut. 23, 19. coll. Apoc. 22, 15. — Plur. כְּלָבִים 1 Reg. 14, 11., in regim. כַּלְבֵי Job. 30, 1.

כָּלֵב nom. propr. viri, Josuae comitis Num. 13, 7. 14, 6 sqq. Jos. 15, 14. Inde oritur patronym. כָּלְבִּי 1 Sam. 25, 3. in Kri (Chib habet כָּלְבָּהּ i. e. *sui tantum animi libidinem sequens*). Sed alii כלבי tanquam a כֶּלֶב declinatum explicant: *rabidus*, *furiosus* coll. Arab. كَلِبَ *rabie canina corripi* (كَلَبٌ *rabies canina*, كَلَابٌ *delirium ex rabie canina*), Sab. כלבא *id.* v. Michaelis in *Suppl.* p. 1272.

כָּלָה (ut gr. τελεῖσθαι) 1) *absolutus*, *perfectus est* (*zu Stande gebracht*, *vollführt sein*). Dic. de opere quovis Exod. 39, 32. 1 Reg. 6, 38. 2 Chron. 29, 34., spec. de vaticiniis, quae eventu comprobantur (sine eventu enim imperfecta sunt ac fine suo carent) 2 Chron. 36, 22. Esr. 1, 1. Dan. 12, 7. (simil. gr. τελεῖν ὑπόσχεσιν, μῦθον, ἔπος), — de eo, quod quis animo perfecit h. e. excogitavit, *decrevit* Prov. 22, 8. Esth. 7, 7. 1 Sam. 25, 17. — 2) *peractus*, *finitus est* (*vorbei sein*), de temporis aliquo spatio Gen. 41, 53. Ruth. 2, 23. Jes. 24, 13. coll. 10, 25. — 3) *consumtus est* (*alle sein*) Gen. 21, 15. 1 Reg. 17, 16 (de cibis), hinc *confectus est* Ps. 71, 9. 73, 26. Prov. 5, 11. Thren. 2, 11., max. de animo, qui desiderio vel spe conficitur, atteritur (*verschmachten*) Ps. 84, 3. 119, 81. Job. 19, 27. Ps. 143, 7. it. de oculis Job. 11, 20. Ps. 69, 4. Jer. 14, 6. (quibus in locis summus desiderii cruciatus pingitur); — *absumtus*, *confectus est*, *periit* (aliquis sive ferro sive fame) Ps. 39, 11. Prov. 22, 8. Jer. 16, 4. Ezech. 5, 13. Mal. 3, 6.; — *evanuit* Ps 37, 20 (fumus). — Fut. apoc. יְכַל Job. 33, 21., foem. תִּכְלֶה (petita punctatione a בָּלָא) 1 Reg. 17, 14., per apoc. וַתֶּכֶל Exod. 39, 32.

Pih. כִּלָּה 1) *absolvit*, *perfecit* (integrum fecit), *zu Stand bringen* Gen. 6, 16. Exod. 5, 13. Levit. 19, 9: לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לְקֻצֹּר *non perficies angulum agri tui demetendo* h. e. non exacte demetes agri tui extremos angulos; *perficere vaticinium* h. e. facere ut exitum habeat Esr. 1, 1. 1 Sam. 3, 12.; semel: mente aliquid perficere h. e. *decernere*, *moliri* Prov. 16, 30. — 2) *finivit*, sq. infin. c. praefixo לְ *desiit* Gen. 18, 33. 24, 45. Deut. 20, 9. 26, 12. Jud. 3, 18., it. sq. infin. c. praef. מִן Levit. 16, 20. Exod. 34, 33. — 3) *consumsit*, fecit ut aliquid esse desineret, a) vorando, comedendo: *depavit* (*abfressen*) Jes. 27, 10.; b) *delevit*, *perdidit* vel aliquid Zach. 5, 4. vel aliquem Gen. 41, 30. Num. 16, 21. Esr. 9, 14. Jer. 14, 2. Job. 9, 22. Hos. 11, 6. al.; c) *evanescere*, *interire fecit* Ps. 78, 33. 90, 9.; d) *confecit* Jes. 49, 4 (vires), Levit. 26, 16. Job. 31, 16 (oculos prae summo desiderio). Praet. 3. f. cum affixo וְכִלַּתְהוּ Zach. 5, 4., 1. p. כִּלִּיתִי Num. 25, 11. et כִּלִּיתִי Ezech. 6, 12. Fut. apoc. cum Vau convers. וְאֲכַל Ezech.

43, 8., 3. f. וַתִּכְלֶ 2 Sam. 13, 39. — Pyh. כָּלָה, fut. יִכְלֶה *absolutus est* Gen. 2, 1., *finitus est* Ps. 72, 20.

כָּלֶה m. inusit., f. כָּלָה *deficiens, tabescens* Deut. 28, 32.

כְּלָה f. 1) *perfectio, consummatio*, hinc לְכָלָה *usque ad consummationem* h. e. *prorsus, omnino* Ezech. 13, 15. 2 Chron. 12, 12. et omisso ל Gen. 18, 21. Exod. 11, 1. — 2) *consumtio* i. e. *excidium, interitus* 1 Sam. 20, 33., hinc עָשָׂה כָלָה *excidium facere, conficere* (de Jova) Jes. 10, 23. Jer. 4, 27., sq. אֵת pers. Ezech. 11, 13. 20, 17., sq. בְּ pers. Jer. 30, 11.

כְּלִי m. *quicquid factum* (perfectum), *confectum* est ad usus vitae (cf. vern. *Zeug* a *zeugen*), spec. 1) *supellex* quaevis Gen. 31, 37. Jer. 49, 29. Num. 4, 32. — 2) *vas* Exod. 35, 22. Levit. 11, 32. 33. 34. Num. 19, 17. Deut. 23, 25. Exod. 3, 22., כְּלֵי חֹרֶשׂ *vas figlinum* Jer. 19, 11. Ps. 2, 8. 2 Sam. 17, 28. Trop. Jer. 51, 34 (48, 38.). — 3) *navigium (Fahrzeug)* Jes. 18, 2: כְּלֵי גֹמֶא *navigia papyracea.* — 4) *vestis* Levit. 13, 49. 53. Deut. 22, 5., it. *mundus* muliebris Jes. 61, 10. — 5) *instrumentum*, tam *bellicum* sive *arma* Deut. 1, 41. Jud. 18, 11. 1 Sam. 8, 12. (addito voc. מִלְחָמָה), 1 Sam. 14, 1. 6. 7 sqq. (omisso hoc voc.), quam *musicum* 2 Chron. 5, 13. Am. 6, 5 (addito שִׁיר), Ps. 71, 22 (simpl.). Tropice *consilia, artes*, quibus quis alios circumvenit Gen. 49, 5. Jes. 32, 7.; *instrumenta irae Dei* Jes. 13, 5. Jer. 50, 25. sunt ii (populi), per quos poenas hominibus (Israelitis) infligit Jova. — In pausa כְּלִי Num. 19, 17. 2 Reg. 4, 6. Plur. כֵּלִים (tanquam a sing. כֵּל) Exod. 22, 6. Num. 7, 85. Ruth. 2, 9., in regim. כְּלֵי Gen. 24, 23. cum affixis כֵּלֶיךָ Gen. 27, 3. כֵּלֵיהֶם Gen. 42, 25.

כְּלַי v. s. rad. כָּלַל.

כְּלָיוֹת plur. foem. (a sing. כִּלְיָה?) *renes* (Chald. כְּלְיָא, Arab. كُلْيَةٌ) Exod. 29, 13. 22. Levit. 9, 19. Job. 16, 13. sec. Schultensium sic dicti, quod sunt *bipartiti*, coll. כִּלְאַיִם, sec. Aben Esram, Bochartum aliosque a *libidine* et *affectibus*, quorum sedes in *renibus* (vid. rad. 2. d. β) coll. Job. 19, 27. Possit denique videri esse plur. foem. a masc. כְּלִי, quod habeant *cavitatem* instar *vasis*, quam Anatomici *pelvim* vocant. Metaphor. a) pro *intimo animo*, commotionum ac cupiditatum sede Ps. 7, 10. 16, 7. 73, 21. Prov. 23, 16.; b) כִּלְיוֹת חִטָּה *renes tritici* Deut. 32, 14. sunt *grana tritici optimi*, quae ob magnitudinem cum renibus comparantur; Theophrastus plantt. VIII, 4. „grana, inquit, singula istarum regionum magnitudine aequiparant nucleos olivae."

כִּלָּיוֹן m. 1) *consumtio* i. e. *excidium* Jes. 10, 22. — 2) *confectio* כִּלְיוֹן עֵינַיִם *confectio, tabes oculorum* Deut. 28, 65. i. e. *anxium desiderium.*

מְכֻלּוֹת plur. *perfectiones* 2 Chron. 4, 21: מְכֻלּוֹת זָהָב *perfectiones auri* h. e. *aurum optimum.* Alii deducunt ab Arab. كلس *collegit, congessit*, ita ut sit: *collectum, compactum* h. e. *solidum.* Sed haec significatio non sine vi extorquetur e radice.

תִּכְלָה *consummatio, perfectio*, Lxx. συντέλεια Ps. 119, 96. Parum probabiliter Michaelis exposuit: *spes, fiducia*, a Syr. תְּכַל *confisus est*, sed v. Rosenmueller. ad h. l.

תַּכְלִית f. 1) *perfectio* (*Vollkommenheit*) Job. 11, 7: ת׳ שַׁדָּי *perfectio omnipotentis*, Ps. 139, 22: ת׳ שִׂנְאָה *perfectio odii* h. e. summum odium. — 2) *finis, terminus* Neh. 3, 21. Job. 26, 10. 28, 3.

כֶּלַח m. *senectus* Job. 5, 26. 30, 2. cf. rad. Arab. كلح *tetrico, austero et corrugato vultu fuit*, vel كَلِحَ *labiis ingestis et contractis fuit*, quo in summo senio dentibus excisis labia intus contrahuntur v. Michaelis *Suppl.* p. 1279.

כֶּלַח Gen. 10, 11. urbs, si suspicari licet, *Holvan* (حلوان), Chalifarum olim sedes aestiva, extrema Iracae Arabicae, vicina montibus, d'Aanvillio inter grad. long. 63 — 64. lat. 34 — 35, Syris dicta ܟܠܚ (v. Assemani *Bibl. orient.* T. III. P. II, p. 418. 419. 753.), a qua fortasse *Calachene* regio nomen accepit (v. Bocharti *Phaleg* lib. 4. c. 22. p. 290.), nisi duplex Assyriae Calach fuit, altera כלח, altera חלח (q. vide suo loco) v. Michaelis *Suppl.* p. 767. 1279. *Spicil. geogr. hebr. exterae* T. I, p. 244 sqq. Rosenmueller. *Alterth.* l. 2, p. 98 sq.

כָּלַל 1) *perfecit, absolvit* (Arab. كَلَّ in Conj. II. *consummavit*, Syr. ܦܰܟܠܶܠ et Chald. שַׁכְלֵל, quod statim sq.) Ezech. 27, 4., ubi plur. כָּלְלוּ. — 2) *ornavit, coronavit* (ad hanc notionem facilis est a *perficiendo* transitus) coll. Chald. et Syr. כְּלַל et Aethiop. ከለለ: Hinc oriuntur כַּלָּה et כְּלוּלוֹת.

כְּלַל Chald. *id.*, Schaphel (v. Winer. Grammat. chald. p. 38.) שַׁכְלֵל *perfecit* Esr. 6, 14., c. affixo שַׁכְלְלֵהּ Esr. 5, 11., infin. שַׁכְלָלָה Dan. 5, 3. 9. — Pass. אִשְׁתַּכְלֵל *perfectus est* Esr. 4, 13. 14. Sed Esr. 4, 12. אשכללו in Cthib est pro אשתכללו.

כָּלִיל m. 1) *perfectus, consummatus* Ezech. 16, 14. 27, 34. 28, 12. Thren. 2, 15. — 2) *totus* Exod. 28, 31. כְּלִיל תְּכֵלֶת (v. Gesen. L. p. 677. cf. Ezech. 28, 12.) vestis *tota purpurea, caerulea* Exod. 39, 22. Num. 4, 6.; deinde substantive: *totum, universitas* Jud. 20, 40: כְּלִיל הָעִיר *universitas urbis* i. e. *tota urbs*; Levit. 6, 15: כָּלִיל תָּקְטָר *totum* (*das Ganze*) *adolebitur* (hinc adv. *prorsus* Jes. 2, 18.), — spec. sacrificium, quod totum igne comburitur, *holocaustum* Deut. 33, 10. Ps. 51, 21.

כְּלוּלוֹת f. plur. Jer. 2, 2. *sponsalia*, q. d. *consummationes, perfectiones matrimonii*, nisi potius oritur a כָּלַל 2. v. infra כַּלָּה.

כֹּל (כּוֹל sec. Cthib Jer 33, 8.) et sq. Makkeph כָּל־ (cf. tamen Ps. 35, 10. Prov. 19, 7.) propr. (ut Syris et Arab.) *substantivum* est: totus *complexus, universitas*, unde passim cum verbo singul. numeri (Nah. 3, 7. Zach. 14, 15. Gen. 9, 29.) et, nomine feminino intercedente, adeo cum verbo masculini generis (Jes. 14, 31.) copulatur: כָּל־יְמֵי־אָדָם *universitas* (summa) *dierum Adami* h. e. *omnes dies Adami* Gen. 5, 5., כָּל־בְּנֵי־שֵׁת *omnes Sethitae* Num. 24, 17., כָּל־נִפְלְאוֹתֶיךָ *universitas facinorum tuorum* h. e. *omnia f. t.* Ps. 9, 2. Ita c. affixis plur. כֻּלָּם *omnes illi* Jes. 14, 10 (כֻּלָּהֶם 2 Sam. 23, 6.), כֻּלְּכֶם *omnes vos* Deut. 1, 22., כֻּלָּנָה Gen. 42, 36. et כֻּלָּהְנָה 1 Reg. 7, 37.

omnes illae; הַכֹּל est *omnes* Job. 24, 24., *omnia* Eccles. 9, 2. Jer. 13, 7. Ceterum כֹּל passim occurrit, ubi de *duobus* duntaxat agitur Prov. 22, 2. Eccles. 2, 14.

Sed longe frequentius additum est substantiv. *singul.* sive aliqua ratione definitum, sive minus: 1) ubi sequitur substant. *definitum,* כֹּל significat: a) singulorum generis cujusdam complexum *(Allheit der Individuen)* כָּל־הַחַיָּה *omnia animalia* Gen. 8, 1., כָּל־הָאָדָם (i. e. collect. *universitas τοῦ ἀνθρώπου*, generis humani cf. Gen. 17, 12.) *omnes homines* vel qui in his terris vivunt Gen. 7, 21., vel de quibus in certo aliquo loco agitur Exod. 9, 19. Num. 16, 32., כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה *omnia animalia terrae* Gen. 3, 1. etc. — b) partium cujusdam rei complexum *(Allheit der Theile)* כָּל־הָאָרֶץ *tota terra* Gen. 9, 19., כָּל־הָעָם *totus populus* Gen. 19, 4., כָּל־הַיּוֹם *totus dies* (toto die) Jes. 28, 24. add. Gen. 18, 28. 31, 8. Exod. 10, 15. Levit. 3, 9. Jos. 9, 24. Jud. 20, 37. Ps. 38, 7. 47, 3. Jes. 7, 24. Jer. 1, 18. Mich. 4, 13. *), כָּל־לְבָבְךָ *totus animus tuus* Deut. 10, 12. 2 Sam. 9, 9. 2 Reg. 5, 15. Ps. 78, 38., כָּל־שְׂדֵה הָעֲמָלֵקִי *totus ager Amalek.* Gen. 14, 7. Exod. 16, 1. Jer. 26, 17., כָּל־אֶרֶץ כּוּשׁ *tota terra Cuschitica* Gen. 2, 13. 17. 41, 19. 45, 20. Exod. 12, 3. al. — Simil. כֻּלּוֹ c. affix., ut כֻּלּוֹ *totus ille* Gen. 25, 25., כֻּלָּהּ *tota illa* Job. 14, 13 (semel כֻּלָּהּ est *omnes illi* populares Jer 20, 7.). — Rarius ipsi voci כֹּל artic. praefixus est Jes. 29, 11. חֲזוּת הַכֹּל *lex tota.*

2) ubi sequitur substant. nulla ratione definitum, כֹּל significat: a) distribut. *omnis, unusquisque, jedes,* כָּל־אָדָם *omnis homo* Job. 37, 7., כָּל־עָם *omnis populus* Esth 3, 8., בְּכָל־שָׁנָה *unoquoque, quovis anno* Esth. 9, 21. 27., כָּל־עִיר *unaquaeque civitas* Jer. 48, 8. add. Exod. 35, 22. Deut. 29, 10. 1 Sam. 17, 24. Gen. 17, 12. Eccles. 8, 6. — b) *quicunque* Ruth. 4, 7. לְקַיֵּם כָּל־דָּבָר *ad confirmandam quamcunque rem (jede vorkommende, mögliche Sache),* 2 Chron 32, 15. — c) *omnis generis (allerlei),* כָּל־עֵץ *arbores omnis generis* Levit. 19, 23. Neh. 13, 16. 1 Chron. 29, 2. 2 Reg. 8, 9. al. — Hinc כֹּל vel praemisso vel sq לֹא (quod cum notione verbi copulandum) sign. *nullus* v. sub לֹא. — d) i. q. *consummatus, merus* Ps. 39, 6: כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם *jeder Mensch ist ganz, lauter, (nichts als) Vergänglichkeit* cf. graec. πᾶσα ἀληθείη *lautere, volle Wahrheit* Iliad. 24, 407., πᾶσα φιλοτιμία Polyb. etc.

Raro admodum כֹּל cum adverbiis componitur, ut כָּל־עוֹד *omni adhuc* tempore h. e. omisso relat. *quamdiu* Job. 27, 3., — כָּל־עֵבֶר שֶׁ q. d. *omni paritate,* qua h. e. *eadem prorsus* ratione, qua Eccles. 5, 15.

כֹּל et sequente Makkeph כָּל־ Chald. *id.* 1) sq. nom. *plur.* Dan. 3, 2: כֹּל שַׁלִּטָנַי מְדִינְתָּא *omnes praefecti provinciarum,* Dan. 2, 30. 3, 5. 7. Esr. 7, 21. — 2) sq. nom. *singul.* Esr. 4, 20. 7, 16: בְּכָל־מְדִינַת בָּבֶל *in tota provincia Babyl.,* 6, 11. 12: כָּל־מַלְכוּתָא *totum regnum,* Dan. 6, 4.; כָּל־ — לָא *nemo, nullus* Dan. 2, 10. In statu emphat. כֻּלָּא pro

*) Huic legi contrarius videri possit locus Jes. 1, 5. כָּל־רֹאשׁ לָחֳלִי, ubi Gesenius vertit: *das ganze Haupt;* sed e verbis pluralibus חֳלִי, תּוֹסִיפוּ apparet, hoc certe versu poetam de Israelitis neutiquam collective canere; itaque vertas: *jedes Haupt, jedes Herz.*

adv, *prorsus, omnino* Dan. 2, 40. 4, 9. 25. Cum affixis כָּלְהוֹן *omnia illa* Dan. 2, 38. et sec. Cthib 7, 19., ubi Kri habet כָּלְהֵן cum affixo foem. Sed כָּל־קְבֵל דִּי vid. infra in קְבֵל.

כַּלָּה f. 1) *sponsa, a corona*, qua ornari solebat Cant. 4, 8. 9. 10. 11. 12. Jes. 61, 10. Jer. 2, 32. etc. — 2) *nurus* Gen. 11, 31. 38, 24. Levit. 18, 15. etc.

מִכְלָל m. *perfectio, perfectum* Ps. 50, 2.

מִכְלוֹל m. *perfectio* Ezech. 23, 12. 38, 4: לְבֻשֵׁי מִכְלוֹל *vestiti perfecte*, ut Chald. interpretatur h. e. perfecto habitu militari (πάνοπλοι); all. *ornate*. Lxx. et Vulg. *vestiti loricis*. v. Michael. Suppl. p. 1186.

מַכְלוּל m. *perfectio*, plur. מַכְלֻלִים (*exquisita*) *ornamenta* Ezech. 27, 24.

כָּלַם propr. ut Arab. كلم, *sauciare, vulnerare* (v. Schultens. ad Job. 19, 3.), in Kal inusit., Niph. נִכְלַם metaph. 1) *pudore affectus est* Ps. 74, 21. Jer. 3, 3., sq. מִן causae Jer. 22, 22. Ezech. 16, 54., sq. בְּ Ps. 69, 7. — (plus est et verbum fortius, quam בּוֹשׁ); — hinc *ausis excidit, pessum datus est* Jes. 41, 11. Ps. 35, 4. (vern. *zu Schanden werden*). — 2) *ignominia, contumelia affectus est* 2 Sam. 10, 5. — Hiph. הִכְלִים 1) *pudore affecit* Ps. 44, 10. Job. 11, 3., intrans. *pudore se affecit, affectus est* Jer. 6, 15. — 2) *ignominia affecit* 1 Sam. 20, 34. — 3) *injuria affecit* Jud. 18, 7. 1 Sam. 25, 7. — Hoph. 1) *pudore affectus, spe frustratus est* Jer. 14, 3. — 2) *ignominia, contumelia affectus est* 1 Sam. 25, 15.

כְּלִמָּה f. *ignominia, contumelia* Ps. 35, 26. 69, 20. Prov. 18, 13. Jer. 20, 11. Jes. 61, 7. Ezech. 34, 20. Hoc nomen plus dicere, quam בֹּשֶׁת, et *pudorem* per actus *ignominiosos externos* excitatum exprimere, contra vero בֹּשֶׁת magis *internum pudorem* ac *verecundiam*, ex Rabbinis observat Reimarus de *different. voc. Hebr.* Dissert. I, p. 67 sq. Plur. כְּלִמּוֹת Jes. 50, 6. Mich. 2, 6., ubi v. Hartmann.

כְּלִמּוּת f. *id.* Jer. 23, 40.

כִּלְמַד Ezech. 27, 23. nom. propr. loci, ut colligitur ex reliquorum nominum vicinia, in Arabia felici (Jemen), ex qua merces Tyrum devehebantur.

כַּלְנֵה Gen. 10, 10., כַּלְנֵה Am. 6, 2., כַּלְנוֹ Jes. 10, 9. urbs *Ctesiphon*, in orientali Tigridis ripa e regione Seleuciae sita, a qua solo flumine ita diremta erat, ut Seleucia illi esset ab occidente opposita; quae duae urbes postea in unam sub communi nomine *urbium* ܡܕܝܢܬܐ Arab. مداين *Madain, Modain* coaluerunt. Caput quondam fuit Chalonitidis v. Strabo lib. 16. Polyb. 5, 44. Plinius lib. 6. c. 26., atque ipsum Chalonitidis nomen factum est ex *Chalone* i. e. Chalne, quod mutabatur in *Ctesiphontem* a Pacoro rege Persarum Ammian. lib. 23. c. 6. cf. tamen Polyb. l. c. v. Bocharti *Phaleg* lib. 4. c. 18. p. 270. Michaelis *Spicil. geogr. Hebr. ext.* T. I, p. 230.

כַּלְנוֹ v. כַּלְנֵה, quod praecedit.

כָּמַךְ rad. inusitat. i. q. Chald. קָלַף *decorticavit, abrasit, percussit.* Inde est:

כֵּילַפּוּת f. plur. *mallei* Ps. 74, 6. a *continua repetitaque percussione.* Aliis sunt *secures utrinque acutae, bipennes,* coll. Syr. ܦܣܠܐ et Chald. כּוּלְבָּא *bipennis;* Lxx. λαξευτήρια, Vulg. *asciae.*

כָּמַהּ *anxie desideravit, desiderio* quasi *elanguit et contabuit* Ps. 63, 2., Arab. كمه *alteratus fuit colore, palluit, tabuit,* inde vel *deliquium animi passus est prae desiderio,* vel *desideravit vehementius ita ut intabesceret* et *luresceret* cf. supra כָּלָה.

כִּמְהָם n. propr. viri 2 Sam. 19, 38. 39. Jer. 41, 17., alibi כִּמְהָן 2 Sam. 19, 41.

כְּמוֹ partic. separab. poetis frequentata (Arab. كَمَا, Chald. כְּמָא i. e. כַּאֲשֶׁר) i. q. כְּ *ut, sicut* a) de *similitud.* Exod. 15, 5. כְּמוֹ־אֶבֶן *sicut lapis, lapidis instar,* Job. 6, 15. Hos. 7, 4.; cum affixis כְּמֹנִי *sicut ego* Neh. 6, 11. Thren. 1, 21., כָּמוֹךָ *sicut tu* Jud. 8, 18. cum He parag. כָּמֹכָה Exod. 15, 11., כְּמוֹהוּ *sicut ille* Exod. 9, 18. Job. 40, 9., כְּמוֹהָ *sicut illa* Zach. 5, 3., כְּמוֹנוּ *sicut nos* Deut. 5, 23. Jes. 14, 10., כְּמוֹכֶם *sicut vos* Job. 12, 3., כְּמוֹהֶם *sicut illi* Ps. 115, 8. etc.; כְּמוֹ — כְּמוֹ *ut — ita* (tam, quam) Ps. 58, 10. — כְּמוֹ־בֵן *eodem modo* Jes. 51, 6. Lxx. ὥσπερ ταῦτα. — b) de *tempore:* Gen. 19, 15: כְּמוֹ הַשַּׁחַר עָלָה *ut ascendit aurora* Jes. 26, 18.

כְּמוֹשׁ Deus Moabitarum et Ammonitarum Num. 21, 29. 1 Reg. 2, 7. Jer. 48, 7. 13. 16., de quo praeter nomen nihil constat. Hinc interpretum fluctuationes. Alii conferunt Arab. خموش *culex,* adeoque hunc Deum a Beel-Zebub, בַּעַל זְבוּב, *Domino muscarum* 2 Reg. 1, 2. 3. 16. non differre credunt, v. Hyde de *relig. Pers.* p. 129. Aliis est *bellorum praeses* s. Mars Moabitarum et Ammonitarum, a rad. كمش *accinxit se bello,* v. Dithm. Hagkmanni disput. *de Cemoscho,* Brem. 1730. repet. in Oelrichs Collect. opusc. histor. philol. theol. I, 1, p. 19 sqq. — Alii denique (v. Rosenmueller. ad Num. l. c.) numen quoddam *saevum* et terribile significari putant coll. Arab. كموس *tetricus, austerus.*

כָּמַז, unde כּוּמָז, quod vide supra.

כָּמַן radix Hebr. inusit. 1) Chald. et Syr. *abscondidit, recondidit,* Arab. كمن *id.* v. מְכֻמָּן. — 2) Syr. *salivit, sale condivit.* Inde sunt

כַּמּוֹן m. *cuminum,* Arab. كمون (*cuminum sativum* Linn.) Jes. 28, 25. 27. sic dictum, quod sale mixtum *condimenti* loco est (*condimentorum omnium stomachi fastidiis amicissimum* appellatur Plinio L. XIX. c. 8.), unde graec. κυμινσίειν *cumino condire.*

מְכֻמָּן m. *thesaurus* a *recondendo,* plur. מְכֻמָּנִים Dan. 11, 43.

כָּמַס *recondidit;* unde כָּמוּס *reconditum* Deut. 32, 34.

מִכְמָס Esr. 2, 27., מִכְמָשׁ 1 Sam. 13, 2. 5., מִכְמָשׁ Neh. 11, 31. nom. propr. oppidi in tribu Benjam., Μαχμάς 1 Macc. 9, 73.

כָּמַר *ferbuit, aestuavit, incaluit* Thren. 5, 10: *cutis mea, sicut fornax, incaluit aestu famis* i. e. tosta quasi induruit; all. *atrata est;* 1 Reg. 3, 26: *viscera mea* incalescunt (sq. עַל pers., Gen. 43, 30. sq. אֶל) i. e. *amore commoveor erga aliq.;* Hos. 11, 8: נִכְמְרוּ נִחוּמָי *misericordia mea incaluit* i. e. intimo misericordiae affectu commotus sum. (Syr. de alia animi commotione ܟܡܰܪ *contristatus, moestus fuit,* doluit, Sam. *id.* v. Carm. Samar. a GESENIO edit. p. 34.).

כְּמָרִים plur. 2 Reg. 23, 5. Zeph. 1, 4. Hos. 10, 5. *sacrificuli idololatrici* (a sing. כֹּמֶר, Syr. ܟܽܘܡܪܳܐ *sacerdos* cf. etiam NORBERG. Onomast. p. 80.). Varias nominis derivationes, partim longius petitas, partim formae vocis minus convenientes recenset IKENIUS in Dissert. de *Cemarim,* qui eos sic dictos putat a Pers. كُمَر *sacro magorum ignicolarum cingulo,* cujus frequens mentio fit in libro Persico *Sadder Zoroastris,* a THOM. HYDE edito. Convenit sic Chald. קְמוֹר et קַמְרָא *cingulum, balteus* a rad. קמר *accinxit, alligavit,* כ et ק permutatis. Sed possunt *sacerdotes* etiam a tristi vultu atroque et sordido corporis habitu dicti esse, quemadmodum Arab. أَبِيلٌ primum est *tristis,* deinde *monachus* austere vivens.

כַּמְרִיר vid. sub rad. מרר.

מִכְמָר m. *rete* Jes. 51, 20., a כבר (quod vide), ב et מ inter se permutatis. Alii deducunt a rad. Chald. כמר *conclusit;* conf. συγκλείω Luc. 5, 6. Sic Hebr. סגר *conclusit;* Aethiop. in Conjug. IV. notat *reti cepit,* unde nomen መሥገርት: *rete.* Sed ista tamen rad. chald. significatio non satis certa esse videtur.

מַכְמוֹר m. *id.,* plur. מַכְמֹרִים *retia* Ps. 141, 10.

מִכְמֶרֶת f. *id.,* cum affixo מִכְמַרְתּוֹ Habac. 1, 15. 16.

מִכְמֹרֶת f. *id.* Jes. 19, 8.

כָּמַשׁ v. supra כְּמוֹשׁ.

כֵּן vid. sub rad. כון et כנן.

כָּנָה in Kal inusit., Pih. כִּנָּה *blande appellavit, allocutus est* Jes. 44, 5. 45, 5., *hinc blanditus, adulatus est* Job. 32, 21. 22. sq. אֶל person. (Arab. كَنَى *circumlocutus est, figurato nomine affecit, blanditus est circumlocutione, cognominavit* ut saepe ap. ELMACINUM, vide post SCHULTENS. ad Job. l. c. SCHNURRER. Dissertatt. p. 272.; Syr. ܟܰܢܺܝ, Chald. כַּנִּי *cognominavit,* unde כנוי Talm. *cognomen*).

כְּנָוָה vel sec. alios כְּנָת (v. GESEN. L. p. 607.) *collega* (pr. is, qui eodem *cognomine* utitur), Syr. ܟܢܳܬܳܐ *socius, sodalis.* Plur. כְּנָוֹת *collegae* Esr. 4, 7.

כְּנָוָה vel כְּנָת f. Chald. *id.,* cum affixis כְּנָוָתֵהּ *collegae ejus* Esr. 5, 6., כְּנָוָתְהוֹן *collegae eorum* Esr. 4, 9. 17. 23. 5, 3. 6, 6. 13.

כַּנָּה vid. post rad. כנן.

כַּנֵּה nom. propr. urbis, quae cum Tyriis commercia exercebat Ezech. 27, 23. Bocharto est *Ctesiphon* (כַּנֵּה pro כַּלְנֵה) in *Phaleg* lib. 4. c. 18. p. 270.

כִּנּוֹר m. *cithara* Gen. 4, 21. 31, 27. Ps. 81, 3. Jes. 5, 12. 1 Sam. 10, 5. 16, 16. 1 Reg. 10, 12. Neh. 12, 27. Job. 21, 12. 2 Chron. 5, 12. etc. Nomen derivant a ܟܢܒܐ *cannabis*, quod cannabinis fortasse filis Asia ut plurimum usa sit. Id cum re ipsa in graecam linguam migravit: et κιννύρα pro כנור ponitur a Lxx. in libris Regum ac Nehemiae; in aliis tamen libris, veluti in Jobo, Psalmis, Jesaia, synonymon ejus κιθάρα substituitur; Arab. كِنَّارَةٌ est in genere *instrumentum musicum*, quod *manu pulsatur*, qualia cithara, chelys, tympanum. Josephus *Antiquitt. Jud.* L. VII. c. 10. instrumentum illud ita describit ἥ μεν κινύρα, δέκα χόρδαις ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ· additque: ἡ δὲ νάβλα (nablium et psalterium plerumque idem) δώδεκα φθόγγους ἔχουσα, τοῖς δακτύλοις κρούεται; antiquo tamen tempore alia citharарum ratio fuisse videtur. Nam non solum *manu* tractabatur 1 Sam. 16, 23. 18, 10. 19, 9. sed etiam plura earum genera memorantur, aliud *decem* chordarum (עשור *decachordum*) Ps. 92, 4., aliud *octo* (Ps. 6, 1. 12, 1.) 1 Chron. 15, 21., fortasse etiam *trium* (ex quorundam enim sententia שלישים 1 Sam. 18, 6. citharae sunt *tres* modo chordas habentes, qui minimus earum, ut ex Spanhemio disces, numerus erat). Imaginem citharae v. apud Spanhemium ad Callimach. p. 476., in *Museo Capitolino* T. III. fig. 13., *pictur. Herculan.* T. II. fig. 1. et 20., ubi etiam plectrum expressum. Relandus de *num. Samar.* tab. 9, ad p. 210. *quatuor* chordarum citharam exhibet ex num. Samar. Ex Josephi loco Job. Ludolfus in *Lex. Aethiop.* col. 300. concludit, fuisse *sambucam*, Germ. *Hackbret*: quo modo convenit Arab. transpos. كِرَانٌ *chelys*, *sambuca*. Sed verba תפש *manibus prehensum tractare* Gen. 4, 21. et תלה *suspendere* Ps. 137, 2. de illo usurpata, magis in *citharam* cadunt. Nec audiendus Harenbergius, qui in *Miscell. Lips. novis* Vol. IX, p. 235. de *gingra* exponit. — Cum affixo כִּנֹּרִי Job. 30, 31., plur. כִּנֹּרִים Ezech. 26, 13. et כִּנֹּרוֹת 1 Reg. 10, 12. 1 Chron. 15, 28.

כִּנֶּרֶת nom. urbis in tribu Naphthali Deut. 3, 17. Jos. 19, 36., a qua mare sive lacus vicinus nomen accepit Num. 34, 11. Jos. 13, 27. Dicitur etiam plur. כִּנְּרוֹת 1 Reg. 15, 21. et כִּנֲּרוֹת Jos. 11, 2. 12, 3.

כְּנֵמָא Chald. *sic, hunc in modum, hujus modi* Esr. 4, 8. 5, 4. 11. Compositum putatur ex כְּ praefixo et נֵימָא vel נֵמָא, Talmudicis usitatissimo, pro נֵאמַר *dicemus*: q. d. *sicut dicemus*.

כָּנַן I) *stabilivit, statuit*, i. q. כּוּן, v. כֵּן. — II) *texit, obtexit*, Arab. كَنَّ *id.*, Sab. ܟܢܢ *convolvit*. Imper. כַּנָּה (v. Gesen. L. p. 365.) Ps. 80, 16., ubi tamen plurimi interpretes vertunt: *propago, surculus, planta*, a *stabiliendo*, v. Rosenmueller. ad h. l. cf. נצב.

כְּנָנִי nom. propr. viri Neh. 9, 4.

כְּנַנְיָה (*Jova tegit, protegit*) nom. propr. Levitae cujusdam nobilis 2 Chron. 31, 12. 13. 35, 9.

כְּנַנְיָהוּ nom. propr. alius Levitae 1 Chron. 15, 22. 26, 29., qui 15, 27. כְּנַנְיָה appellatur.

כֵּן m. 1) *locus*, qui alicui demandatus est (*munus*) Gen. 40, 13. 41, 13. הֲשִׁיבְךָ עַל־כַּנֶּךָ *locum tibi tuum iterum demandabit* h. e. muneri tuo praeficiet; Dan. 11, 20. 21. עָמַד עַל־כַּנּוֹ *succedet in ejus locum* (vern. *wird an seine Stelle treten*), pro quo v. 7. legitur: עָמַד כַּנּוֹ v. Bertholdt. ad h. l. — 2) כֵּן־תָּרְנָם *loculamentum* sive *receptaculum mali nautici*, lat. *modius*, graec. μεσόδμη (q. d. *stabilimentum mali*), ἰσοδόκη (Polluc Onomast. I, 9.) Jes. 33, 23. — 3) *basis*, qua aliquid *stabilitur* Exod. 30, 18. 28. 31, 9. Levit. 8, 11.

כֵּן 1) Jes. 51, 6., plur. כִּנִּים Exod. 8, 17. 18. Ps. 105, 31., *culex reptans* sive *pulicaris* Linnei (nobis: *Muskitos*, Lxx. σκνίφες) v. Oedmann. Samml. l. c. 6. Dictum volunt a copia, qua terram *tegunt* (coll. rad. 2.). Aliis (parum probabiliter) est *pediculus*, *ricinus*, quem sic appellatum putant, tanquam animalculum *stabile* et δυσαφαίρετον ἀπὸ τοῦ σώματος; auctore Aristotele *Histor. animall.* L. V. c 31. — 2) *praesidium* (a rad. n. 2.) Jud. 5, 15. יִשָּׂשְׂכָר כֵּן בָּרָק *Issaschar praesidium* (agmen) *Baraci*. Ita post R. Tanchum Schnurrerus (Dissertatt. philol. p. 68.) et Hollmannus. Alii *ut Issaschar ita Baracus* (v. כֵּן sub rad. כּוּן); sed probabiliter monet Hollm., parum honorifice dici Baracum Issascharitarum exemplum *secutum* esse, cum ex v. 12. pateat, ejus *praecipuas* in hoc certamine partes fuisse.

כִּנָּם m. *culices* (nomen *collectivum* v. Gesen. L. p. 517.), *culicum* copia Exod. 8, 13. 14.

כָּנַס *collegit* Eccles. 3, 5. Ps. 33, 7. (sq. בְּ loci Neh. 12, 44.), *congregavit* Esth. 4, 16. 1 Chron. 22, 2. sq. אֶל loci Ezech. 39, 28. (Aeth. et Syr. ܟܢܫ *id.*, Arab. كنز *recondidit, congessit*, in Conjug. VIII. *congregata fuit res*; cet. cf. נכס et סכן). — Pih. כִּנֵּס *congregavit* Ezech. 22, 21. Ps. 147, 2. — Hithpah. הִתְכַּנֵּס *collegit se* i. e. *recepit, recondidit, involvit se* Jes. 28, 20. (Arab. كنس et كنز). Cf. de hoc v. Hartmann. in Winer. Zeitschr. I, p. 55.

מִכְנָסַיִם vel מִכְנְסַיִם m. dual., in regim. מִכְנְסֵי Exod. 28, 42. 39, 28. Levit. 6, 3. 16, 4. Ezech. 44, 18. *feminalia* (sacerdotum) vel a *recondendo* vel, si Josepho fides, a *colligendo* h. e. constringendo dicta. Ratio vestitus efficit dualem. Si enim Josephum Antt. lib. 3. c. 8. audias, erant subligar (διάζωμα) circa verenda commissum, factum ex bysso retorta, quod pedibus inscendebant tanquam cruralia, divisum usque ad mediam partem, sed circa illa constrictum. Ejusdem igitur erant formae, cujus sunt hodie virorum feminalia, nisi quod nullam habebant aperturam neque ad verenda neque ad posteriora v. Braun. de *vest. Hebr.* lib. 2. c. 1.

כָּנַע *depressus, demissus fuit*, in Kal inusit., Arab. كنع propr. *contractis contusisque digitis torpere*, hinc *demissum, lenem, placidum evadere*, in Conj. II. *contrahere*, in Conj. IV. اكنع *humilem, lenem* fieri. Samarit.

כני pro כניע in vers. Pentat. respondet hebraeo עָנִי *afflictus, demissus, humilis* Num. 12, 3., v. Scheidii *schediasm. philol.* p. 26 sqq. — Niph. נִכְנַע *depressus, fractus est* animo. Dic. de hostibus, quorum spiritus superbi reprimuntur Jud. 11, 33. 1 Sam. 7, 13. 1 Chron. 20, 4. — it. *animum demisit, submisit, submisse se gessit (coram Deo)* 1 Reg. 21, 29. 2 Reg. 22, 19. 2 Chron. 30, 11. Levit. 26, 41. — Hiph. הִכְנִיעַ *depressit, fregit* aliquem, *repressit* alic. *spiritus* (superbos) 2 Chron. 28, 19. Job 40, 7. Jud. 4, 23. Ps. 81, 15. 107, 12. Deut. 9, 3.

כְּנֻעָה f. *sarcinae* (Lxx. ὑπόστασις), a *contrahendo* et *constringendo* (v. radic.) dictae Jer. 10, 17. אִסְפִי כִנְעָתֵךְ *collige sarcinas tuas.* Vulgo: *merces,* quae et ipsa a *colligendo* dici poterat. All. *res pretiosae* a כָּנַע *concupivit, exoptavit.*

כְּנַעַן m. 1) *Canaan,* filius Chami Gen. 9, 18 sqq. 10, 6. — 2) gens (Jud. 3, 1. Ps. 106, 38.) et terra (Exod. 15, 15. Zeph. 2, 5., quae tamen posterior longe frequentius: אֶרֶץ כְּנַעַן Gen. 13, 12. 33, 18. Exod. 16, 35. Levit. 25, 38. etc.) *Canaanitarum* (Graeci *Phoenices* appellant), qui primum oram maris mediterranei ab Eleuthero fluvio usque ad Aegypti fines, deinde, ab Israelitis Palaestinâ expulsi, regionem quae a Libano (Carmelo) ad Eleutherum porrigitur, incoluerunt. Hinc fit, ut כְּנַעַן mox *Palaestinam* (cis Jordanem sitam) Num. 33, 51. Jos. 22, 19., mox *Phoenicen* Jes. 23, 11. denotet. Quin etiam *Philistaeorum* terra Zeph. 2, 5. appellatur כְּנַעַן פְּלִשְׁתִּים. Ceterum cf. Gesen. Comment. ad Jes. 1, p. 735. — 3) *mercator* Ezech. 17, 4. Hos. 12, 7. Zeph. 1, 11 (ad quem l. v. Cölln Spicileg. in Zeph. p. 32.), quia *Cananaei* erant *mercatores* celeberrimi. Plur. cum affixo כְּנַעֲנֶיהָ *mercatores ejus* Jes. 23, 8. Conf. Bochartı *Phaleg* c. 34. p. 339 sqq. Michaelis *Spicil.* T. I, p. 166. *Suppl.* p. 1311. Relandi *Palaest.* lib. 1. c. 1. Wineri Lexic. bibl. I, p. 129 sq. Inde est

כְּנַעֲנִי m. nomen *gentil.* 1) *Cananaeus* Gen. 10, 18. Num. 13, 29. Jos. 3, 10. 7, 9. 11, 3., fem. כְּנַעֲנִית 1 Chron. 2, 3. — 2) *mercator* Prov. 31, 24., plur. כְּנַעֲנִים Job. 40, 30.

כָּנַף *texit, operuit,* ut Arab. كنف, unde Niph. Jes. 30, 20: לֹא יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ *non occultabunt se amplius doctores tui* i. e. prophetae, quippe a populo male habiti; sed in publicum prodibunt.

כָּנָף f. 1) *ala* a) *animalium* (q. d. avis *operimentum* et *tutamen*) Gen. 1, 21. Deut. 4, 17. Ps. 78, 27. Exod. 37, 9. Prov. 23, 5. Ezech. 1, 6. 8. 9. etc. (quomodo differat ab אֶבְרָה et נוֹצָה v. sub אֶבְרָה); metaphorice (translatione facta ab aquilarum cura, pullos amplissimis alis complectentium et tegentium) pro *tutamine* et *protectione* sumitur Ps. 17, 3. 36, 8. 57, 2. 63, 8. 91, 4. etc. Simili modo Graec. πτέρυξ et πτερόν apud Euripidem pro *praesidio* venit vid. Grotius ad Matth. 23, 37. etc.; — b) trop. *venti* Ps. 18, 21. 104, 3., *aurorae* Ps. 139, 9.; translationis caussa in eo posita est, quod ventus et aurora summa celeritate feruntur et propagantur; — c) *aciei* (militum) Jes. 8, 8. ut ap. Lat. — Hinc 2) *extremitas, ora* (cf. graec. πτέρυξ) Num. 15, 38. et quidem a) *ora vestis* s. pallii; nam pallia erant vestes quadratae, non rotundae, atque adeo a parte adversa in medio apertae, ita ut duas ab utroque latere partes haberent, quae referrent speciem alarum avium, unde

Graecis etiam *πτέρυγες* et *πτερύγια* dictae sunt. Plene כְּנַף בֶּגֶד, כְּנַף מְעִיל 1 Sam. 15, 27. Hagg. 2, 12. Num. 15, 38. Deut. 22, 12., omisso *vestis* s. *pallii* nomine Ezech. 5, 3. Zach. 8, 23. Num. 15, 38. Hagg. 2, 12. Jam cum pallia orientalibus olim etiam pro *stragulis et lectis* essent, natae sunt hae formulae: *expandere oram* (vestis) *super femina* pro *matrimonio eam ducere* Ruth. 3, 9. Ezech. 16, 8. (Theocrit. Idyll. 18, 19.), *revelare oram* (vestis) *patris* pro *uxorem ejus ducere* Deut. 23, 1. 27, 20.; — b) *ora regionis, extrema terrarum* (Arab. أَكْنَاف et كَنَفٌ *regio*, ubi orae vestis, non alae ratio habetur) Jes. 11, 12. 24, 16. Job. 37, 3. 38, 13. Ezech. 7, 2. cf. Gesen. ad Jes. 11, 12. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 135.; — c) *ora* sive *extrema pars tecti* Dan. 9, 27. *πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ* Matth. 4, 5.

In regim. כְּנַף Deut. 23, 1. Dual. כְּנָפַיִם propr. *binae alae* Prov. 23, 5., deinde pro plur. *alae* Jes. 6, 2. Ezech. 1, 6. 10, 21., in regim. כַּנְפֵי Exod. 19, 4. Num. 15, 38., cum affixis כְּנָפֶיךָ Ps. 17, 8. כַּנְפֵיהֶם Ezech. 1, 8. 9. 23. 24. Plur. כְּנָפוֹת m. in regim. כַּנְפוֹת Deut. 22, 12.

כנה: כְּנוֹת, כְּנֶרֶת v. supra post כנה.

כָּנַשׁ Chald. *congregavit* i. q. hebr. כנס, Dan. 3, 2. — Ithpeh. part. plur. מִתְכַּנְּשִׁין *congregantes se* Dan. 3, 3. 27.

כֵּס, כֵּסָא et כִּסֵּא vid. statim post rad. כסה.

כַּסְדִּי v. sub כָּשַׂד.

כָּסָה *velavit, texit, operuit* (Syr. ܟܣܐ, Arab. كسى *id.*, Chald. *tectus, absconditus fuit*), in Kal non occurrit nisi partic. praes. כֹּסֶה *tegens* i. e. dissimulans (v. Pih. 1, b. *α*) Prov. 12, 16. 23., et Pahul כָּסוּי *tectus, tectum* (peccatum, i. e. condonatum v. Pih. 1, b. *β*) Ps. 32, 1. — Niph. נִכְסֶה *tectus, opertus est* Jer. 51, 42. Ezech. 24, 8.

Pihel כִּסָּה 1) transit. *velavit, texit, operuit*, a) *proprie* Gen. 38, 15. Ezech. 12, 6. Exod. 10, 5. etc., sq. acc. Exod. 29, 13. Num. 9, 15. Ezech. 1, 11. vel עַל pers. aut rei quae tegitur Num. 16, 33. Hab. 2, 14. Sed *tegere aliquem aliqua re* constr. vel cum acc. objecti et בְּ tegumenti Job. 15, 27. Num. 4, 5. 8. 11. Ezech. 32, 7. vel c. dupl. accus. Ezech. 18, 7. 16, 10. vel c. עַל pers. et בְּ tegum. (*eine Decke machen über jem. mit etw.*) Ps. 44, 20. vel denique cum עַל pers. et acc. tegum. Ezech. 24, 7 (*etwas decken üb. j.*). Adde has formulas: *tegit aliquem pudor, ignominia, terror* Mich. 7, 10. Jer. 51, 51. Ezech. 7, 18. Ps. 44, 16., *terra tegit* h. e. *haurit, devorat aliquem* Num. 10, 33. coll. Hos. 10, 8., *violentia tegit vestem alic.* h. e. violentiae notam aliquis sibi inussit, violentiae crimen ita prae se fert, ut omnibus pateat Mal. 2, 16., *tegit quis faciem suam adipe* h. e. luxuriosissime vixit Job. 15, 27., *operit Deus faciem judicum* h. e. reddit eos coecos ita ut se iniquos praebeant Job. 9, 24.; — b) *translate: α) celavit, dissimulavit* aliquid Job. 31, 33. Prov. 10, 18. 12, 6., sq מִן pers. *celavit aliquem aliquid* Gen. 18, 7. Sed paullo aliter Job. 23, 17. וּמִפָּנַי כִּסָּה אֹפֶל (לֹא) *et a conspectu meo non texit tenebras*, calamitates h. e. non immunem me praestitit a calamitatibus, ad quem loc. v. Umbreit.; *β) texit* peccata h. e. *condonavit*, sq. acc. Ps. 85, 3., sq. עַל Neh. 3, 37. Prov. 10, 12; *γ)* sq. אֶל Ps. 143, 9. אֵלֶיךָ כִּסִּיתִי *ad, apud*

te occultavi h. e. tibi soli credidi, aperui v. MICHAEL. Suppl. p. 1317. — 2) intrans. *se velavit, texit, operuit* sq. בְּ rei, qua quis tegitur Gen. 38, 14. Deut. 22, 12.; sq. acc. *tegumenti* Jon. 3, 6. וַיְכַס שָׂק *texit* h. e. vestivit *se sacco*. — Praet. cum affixo כִּסָּהוּ Num. 16, 42., foem. cum affixo in pausa כִּסָּתְנִי Ps. 44, 16. tanquam ex forma Chald. כְּסַת (sicut עָשַׂת pro עָשְׂתָה etc.). Fut. apoc. תְּכַס Neh. 3, 37., 3. m. cum affixo יְכַסֵּימוּ sec. Kri Ps. 140, 10. (mutata tertia radicali ה in Jod) sed Chib habet יְכַסּוּמוּ, plur. cum affixo יְכַסֵּימוּ (pro יְכַסֵּימוּ) Exod. 15, 5. — Pyh. כָּסֶה et כָּסֻה *tectus, opertus est* Ezech. 41, 16., sq. בְּ tegumenti 1 Chron. 21, 16., sq. acc. tegumenti Prov. 24, 31. Ps. 80, 11.; trop. Eccles. 6, 4. בְּחֹשֶׁךְ שְׁמוֹ יְכֻסֶּה *caligine* (oblivione) *tegetur nomen* (fama) *ejus*.

Hithpahel הִתְכַּסָּה *velavit, texit, operuit se*, sq. בְּ tegumenti 1 Reg. 11, 29. 2 Reg. 19, 2. Jes. 37, 2., sq. acc. teg. Jon. 3, 8. Fut. cum Vau convers. per apocopen וַיִּתְכַּס Jes. l. c., foem. תִּכַּסָּה (pro תִּתְכַּסָּה v. GESEN. L. p. 246.) Prov. 26, 26.

כֵּס m. *solium, thronus* i. q. כִּסֵּא Exod. 17, 16: כִּי יָד עַל־כֵּס יָהּ quae verba ita vulgo interpretantur: nam manus (Amalekitarum) fuit *contra solium Dei* h. e. contra gentem Israel., in qua sedem quasi habuit Jova. Certe SAM. CHALD. SYR. VULG. *solii* notionem expresserunt. Sed haud improbabilis est CLERICI conjectura, legi jubentis נֵס *vexillum* v. GESEN. Comment. de Pentat. Samar. p. 34.

כּוֹס v. supra suo loco.

כִּסֵּא m. (mutata tertia radicali ה in א) Prov. 7, 20. et כֶּסֶת Ps. 81, 4. (sec. plur. codd.) *plenilunium*, quod tum tota luna *tegitur* luce. Syris ܟܣܐ notat, teste FERRARIO, *decimum quartum diem lunae, plenilunium*, quanquam latius etiam patere videtur cf. vers. SYR. 1 Reg. 12, 32., ubi 15. diem octavi mensis significat, v. L. DE DIEU ad ll. cc. Jo. H. MICHAELIS ad Ps. 81, 4. Jo. D. MICHAELIS in *Suppl.* p. 1316.

כִּסֵּא et כֶּסֶא (1 Reg. 10, 19. Job. 26, 9.) m. *sedes, sella* 2 Reg. 4, 10., *cathedra* 1 Sam. 1, 9. 4, 13., *tribunal* Ps. 122, 5. Neh. 3, 7., *thronus, solium* regium Job. 36, 7. Deut. 17, 18. 2 Sam. 3, 10. 1 Reg. 1, 20. 1 Chron. 22, 10. (etiam Dei Jer. 3, 17. Ezech. 43, 7.) etc. (a rad. כסה *texit, operuit* est propr. *sedes tecta, cooperta, thronus;* Arab. كُرْسِيّ *solium*, Syr. ܟܘܣܝܐ, Chald. כָּרְסָא *thronus* immissa lit. ה v. GESEN. L. p. 134.). Cum affixo כִּסְאִי (pro כִּסֵּאִי) 1 Reg. 1, 13. Jes. 14, 13., plur. כִּסְאוֹת (pro כִּסֵּאוֹת) Ps. 122, 5., cum affixo כִּסְאוֹתָם Jes. 14, 9. Ezech. 26, 16.

כִּסּוּי m. *tegmen, tegumentum* Num. 4, 6. 14.

כְּסוּת f. 1) *tegumentum, operimentum* Job. 24, 7. 26, 6., spec. *amictus, vestis* Deut. 22, 12. (per aphaeres. סוּת Gen. 49, 11., quod v. sub lit. ס). In loco Gen. 20, 16. de sensu verborum הִוא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם לְכֹל אֲשֶׁר אִתָּךְ magnus est interpretum dissensus v. ROSENMUELLER. Sed facilitate sua se commendat haec N. G. SCHROEDERI et ROSENMUELLERI explicatio: *his mille siclis velamen tibi compara oculorum*, ut *omnibus, qui tecum versentur*, pateat, te esse marito nuptam. Scilicet tum virgines a velamine abstinuerunt (Gen. 24, 15. 17. 29, 9.),

et Sara quoque, Abrahami sororem se simulans, illud deposuisse videtur Gen. 12, 14.

כֶּסֶת f., plur. כְּסָתוֹת (v. Gesen. L. p. 474.) *pulvilli*, quibus lectus *tegitur* (vern. *Küssen*) Ezech. 13, 18., cum affixo et ה paragog. כְּסָתוֹתֶיכֶנָּה Ezech. 13, 20.

מִכְסֶה m. *tegmen, tectum, tegumentum, operimentum* Exod. 26, 14. 36, 19. Gen. 8, 13. Num. 4, 10., cum affixo מִכְסֵהוּ Exod. 35, 11. Num. 3, 25. Sed מִכְסֶה vid. sub rad. כסס.

מְכַסֶּה m. *operimentum, tegumentum* (tentorii navis) Ezech. 27, 7., *stragula* Jes. 14, 11., *amictus, vestis* Jes. 23, 18. — Spec. *tegumentum intestinorum* h. e. *adeps* Levit. 9, 19., *omentum*, quo ventriculum et intestina integi dicit Plinius lib. 11. c. 38. cf. Bochartı *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. p. 502 sqq.

כָּסַח duplex radix esse videtur I) *verrit, everrit*, Arab. كسح et كشح v. כַּסּוּחָה. — II) *amputavit, succîdit, excîdit* plantas, ramos (fortasse cum ח fortiore pronunciatum), Syr. ܟܫܚ *putavit* vites, Chald. כסח *amputavit*, conf. Schultens. *Opp. min.* p. 277. Michael. *Suppl.* p. 1318. Part. Pahul כָּסוּחַ *succisus* Jes. 33, 12. Ps. 80, 17.

כַּסּוּחָה Jes. 5, 25. *purgamentum*, Arab. كُسَاحَةٌ *purgamentum, quod everrendo ejicitur*. Potest tamen etiam ad כוח pertinere, cum כ praefixo.

כָּסַל Propria vocabuli vis quaerenda est in *spissa gravitate*. Hinc 1) כֶּסֶל et כִּסְלִים *regio lumborum* et *ilium* spissior et gravior, quae adipe est obsita; 2) a lumbo farto et firmo vis *fiduciae securioris* et *confidentiae* oritur; 3) accedit significatio, quae in Arab. كَسِلَ inest: *elumbis, languidus fuit, torpuit*, atque inde facilis transitus ad *stultitiae* notionem. Fut. plur. in pausa יִכְסְלוּ *stulti sunt, desipiunt* Jer. 10, 8.

כְּסִיל m. 1) *stupidus, stultus, animo iners* Prov. 14, 7. Ps. 49, 11. Eccles. 5, 2., *impius* Prov. 10, 1. 18. 14, 16. 19, 1. (in quo postremo loco noli cum quibusd. interpretari: *dives, opulentus, molliter educatus*, coll. Arab. كَسُولٌ *puella molliter educata, quae vix e consessu locoque se movet*, v. Alb. Schultens. ad Prov. p. 199). — 2) nom. *sideris*, probabiliter *Orionis* Job. 9, 9. 38, 31. Am. 5, 8., magno certe veterum interpretum consensu, ut Lxx. Job. 38. et in Jesaia; nec ab iis discedunt, qui *gigantem* (גִּבּוֹר, جَبَّار, גִּבֹּר) habent, Syrus et Chaldaeus et ex Syro Arabs. Est enim gigas in coelo *Orion*, magnus venator, Nimrodus ab orientalibus in coelum evectus; enim vero „propter duos canes et leporem, quae sunt in vicinia, poëtae fabulati „sunt, Oriona fuisse *φιλοκυνηγόν*, venationis studiosum, isque in coelo „existens fuerit sicut Nimrod *gigas*, seu *potens venatione coram Do-* „*mino*." v. Hyde ad *Ulugbeigi tabulas* p. 44. Michaelis *Suppl.* p. 1319. Lach in Eichhorn. *Biblioth. d. bibl. Liter.* Tom. VII, p. 455. Dictus Orion videtur כְּסִיל vel *stultus* h. e. *impius* (nam multa Orientales fabulantur de Nimrodo verae religionis implacabili hoste, unde

Arab. الضَّحَّاكُ *irrisor* appellatur), vel a *torpore* et *frigore*, quod ejus ortus in tempus *hiemale* incidit. Conf. Schultens. in *Commentar.* ad Job. 9, 9. Aliorum opiniones breviter perstringit Rosenmueller. ad Jes. 13, 10. Plur. cum affixo כְּסִילֵיהֶם *Oriones eorum* Jes. 13, 10.; adhibetur plurativus, quia plures in coelo sunt gigantes, veluti Cepheus, Bootes, Hercules, Perseus, Auriga, Serpentarius, ex quibus, nisi omnes, nonnulli tamen, ab Orientalibus potuerunt in numerum gigantum θεομάχων referri. — 3) nom. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 30.

כֶּסֶל m. 1) *hypochondrium, lumbus* Job. 15, 27., pars corporis *languidior* et *inertior*, ideoque cingulo adstringenda et confirmanda (conf. חָגַר) vel, ut Schultens. in *Commentar.* ad Prov. 26. observat, a *spissa gravitate* et *pinguedine*, quem sensum radix Arab. proprie habet (v. supra in rad.), Arab. كَسَلٌ etc. vid. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. p. 506 sqq. Plur. כְּסָלִים *hypochondria, lumbi, ilia* (ita Chald. כַּסְלִין) Levit. 3, 4. 10. 15. 4, 9. 7, 4.; Ps. 38, 8: כְּסָלַי מָלְאוּ נִקְלֶה *ilia mea* (viscera) *plena sunt adustione* i. e. interna quasi flamma torrentur (Ovid. Metam. VIII, 516.). — 2) *exspectatio, spes*, cum affixo כִּסְלִי Job. 31, 24. — 3) *stupiditas, stupor, stultitia* Ps. 49, 14. Eccles. 7, 25.

כִּסְלָה f. 1) *exspectatio, spes* Job. 4, 6. — 2) *stupiditas, stultitia* Ps. 85, 9.

כִּסְלֵו m. *mensis* nonus, incipiens a novilunio Novembris nostri, Zach. 7, 1. Neh. 1, 1 (cf. 1 Macc. 1, 57.). Dictum putant a *torpore* et *frigore*: tanquam compos. ex 2 synonymis כסל et לוּז Arab. *torpuit, obtorpuit* conf. Jer. 36, 22. et Joh. 10, 22. cum 2 Macc. 1, 18. Nomen hoc non nisi in libris post exsilium Babyl. scriptis occurrit.

כְּסִילוּת f. *stupiditas, stultitia* Prov. 9, 13.

כִּסְלוֹת nom. propr. oppidi Jissascharit. Jos. 19, 18., sec. Euseb. et Hieron. prope montem Thabor.

כַּסְלֻחִים nom. populi, qui Gen. 10, 14. colonia fuisse dicitur Aegyptiorum et originem dedisse Philistaeis; sunt *Colchii* ex probabili Bocharti conjectura (*Phaleg* lib. 4. c 31. p. 323 sqq.): hos enim ab Aegyptiis ortos esse tradunt Herod. II, 104. Diod. Sic. I, 28. 55. Dionys. Perieg. 689. Aliam conjecturam, quae se non multum commendat, proposuit Forsterus in epist. ad Michael. p. 17.

כָּסַם *totondit, detondit* Ezech. 44, 20.

כֻּסֶּמֶת f. *spelta*, ζέα Exod. 9, 32. Jes. 28, 25., sic dicta, quod habet aristas quasi *tonsas*, nec adeo crinitas, ut hordeum. Plur. כֻּסָּמִים Ezech. 4, 9., tanquam a sing. כֻּסָּם, Talm. כוסמין Mischna Surenhus. I, p. 289. II, 140. Conf. Celsii *Hierobot.* P. 2, p. 98 sqq. Arab. كُرْسُنَّةٌ.

כָּסַס *numeravit, supputavit* Exod. 12, 4.

מִכְסָה m. (de forma nominis v. Gesen. L. p. 502.) Num. 31, 28.

37. 41. *tributum, census*, a *numerando* vel *supputando* dict., Arab. مَكْسٌ, Syr. ܡܟܣܐ *id.* Cum affixo מִכְסָם Num. 31, 38 sqq.

מִכְסָה f. 1) *numerus, summa* (Onkel. מִנְיָן), vel *supputatio* (Jarch. חשבין) Exod. 12, 4. — 2) *pretium* Levit. 27, 23.

כָּסַף propr. *palluit*, ut Chald. et Arab. كسف, spec. prae desiderio, hinc: *cupidus fuit, desideravit, expetivit* Ps. 17, 12. (sq. Infin. c. praefixo לְ); Job. 14, 15. לְמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ תִּכְסֹף *opus manuum tuarum* (me) *desiderares* (sc. quando morti me tradidisses) v. Umbreit. Al. vertunt: *bene cupias* v. Rosenmueller. — Niph. נִכְסַף *cupidus factus est, desiderio affectus est* Ps. 84, 3. Gen. 31, 10. 30. Part. לֹא־נִכְסָף *nullo desiderio affectus, omnis desiderii expers* (populus) h. e. sec. Chaldaeum Lxx. Syr.: qui nullo legis, nullo pietatis desiderio tenetur Zeph. 2, 1. Sed magis placet Gesenii interpretatio: *non pallens* i. e. *nullo pudore affectus, inverecundus, impudens;* passim enim *pallere* dicitur facies eorum, quos *pudor* occupat v. Gesen. Commentar. in Jes. I, p. 860.

כֶּסֶף m. *argentum* Gen. 24, 53. Exod. 3, 22. 38, 10. Num. 3, 51. 1 Reg. 10, 22. Job. 28, 1. Prov. 8, 19. 16, 16. etc., sec. Waserum de *nummis Hebr.* L. I. c. 13. et Schultensium in *Clave dialect.* p. 260. a *pallore* sive *colore pallido*, opposite ad aurum; sicut graec. ἄργυρος et lat. *argentum* est ab ἀργὸς *albus*, unde argentum *livens* Sidonio dicitur. Metonymice sumitur pro *pecunia* Gen. 23, 9. 43, 15. 21. Exod. 21, 11. etc., quo modo si nominibus *numeralibus* jungitur, *siclum argenti* denotat, ut subintelligatur שֶׁקֶל, nisi expresse additum est, Gen. 20, 16. Deut. 22, 19. 29. Hos. 3, 2. coll. Gen. 23, 15. 1 Sam. 9, 8., in qua tamen constructione כֶּסֶף nunquam est pecunia signata, sed certum pondus argenti ut plurimum rudis. Hinc dicitur שָׁקַל הַכֶּסֶף *argentum appendit* pro *solvit* Jer. 32, 10. coll. Exod. 21, 32. 22, 16.; *pecunia* pro eo, quod pecunia comparatum est Exod. 21, 21: si *servus - - superstes fuerit, nulla sit ultio* כִּי כַסְפּוֹ הוּא *nam est ille ipsius pecunia* h. e. pecunia acquisitus (al. מִקְנַת כֶּסֶף Gen. 17, 27.). — Metaphorice Ps. 68, 14. *alae columbae argento obductae* i. e. splendentes tanquam argento obductae. — Cum affixo כַּסְפִּי Gen. 42, 28. Joël. 4, 5., plur. כְּסָפִים *pecuniae* Gen. 42, 25. 35.

כְּסַף m. Chald. *argentum* Dan. 2, 32. Esr. 7, 15. 16. 22, in statu emphat. כַּסְפָּא Dan. 2, 35. 45. 5, 2. 4. 23. Esr. 5, 15. 6, 5. 7, 17. 18.

כַּסְפְּיָא Esr. 8, 17. nom. propr. regionis, fortasse ad mare Caspium. Sunt, qui *pylas Caspias* in confinio Mediae et Armeniae significari putent.

כֶּסֶת f. vid. supra sub rad. כסה.

כְּעַן Chald. adverbium *temporis: jam, nunc* Dan. 2, 23. 3, 15. 4, 34. 5, 12. 15. 16. Esr. 4, 13. 14. 21. etc.; עַד כְּעַן *huc usque* Esr. 5, 16.

כְּעֶנֶת et כְּעֶת vid. sub rad. עתת.

כָּעַס *aegre tulit* Ps. 112, 10. Eccles. 5, 16. Neh. 3, 33., *indignatus est, succensuit* Ezech. 16, 42., sq אֶל pers. 2 Chron. 16, 10. (primitivam notionem *corrugationis* habere, eo quod frons *corrugata* index sit

irae et *indignationis*, notat Schultens. in *Commentar.* ad Prov. 17, 25. coll. rad. Arab. كعس; nec praetermittendum est verb. cognatum قعط *arctavit, constrinxit*, unde قعط *ira, indignatio, metus, animi arctati affectio*). Fut. יִכְעַס Neh. 3, 33. — Pih. כִּעֵס *irritavit, indignari fecit* 1 Sam. 1, 6. Deut. 32, 21. — Hiph. הִכְעִיס 1) *aegre fecit* alicui, *moerori affecit* aliquem 1 Sam. 1, 7. Ezech. 32, 9. — 2) *irritavit, indignari fecit* (spec. Deum cultu idolorum) 1 Reg. 14, 15. 21, 22. 16, 13. 26. 2 Reg. 17, 11. Jer. 25, 7. 2 Chron. 28, 25. Jes. 65, 3. Deut. 32, 21. Hos. 12, 15.

כַּעַס m. 1) *aegritudo, moeror* 1 Sam. 1, 6. Prov. 17, 25. 21, 19. — 2) *indignatio, ira* 1 Reg. 15, 30. Deut. 32, 19. 27. Prov. 27, 3. — Cum affixis כַּעֲסִי 1 Sam. 1, 16. כַּעַסְךָ Ps. 85, 5. Plur. כְּעָסִים *irae* 2 Reg. 23, 26.

כַּעַשׂ m. *indignatio, ira* Job. 5, 2. 6, 2. 17, 7., cum affixo כַּעֲשֶׂךָ 10, 17.

כָּעַשׂ, unde כַּעַשׂ, v. sub rad. כעס.

כֵּף m. *petra, rupes*; dictam putant ab Arab. كيف *amputavit*, ut proprie sit *praerupta* et *praeceps*, sicut graec. ἀπότομος de *praecipite* dicitur, ἀκρότομος de *rupe praerupta*, ῥάκτος *praecipitium* à ῥάσσω, alias ἀρύσσω *amputo, abscindo* etc. Chald. כֵּיף, כֵּיפָא et Syr. ܟܝܦܐ *id.* — Plur. כֵּפִים Jer. 4, 29. Job. 30, 6.

כָּפָה *suppressit, exstinxit* (cf. כבה) Prov. 21, 14. מַתָּן בַּסֵּתֶר יִכְפֶּה אַף *munus clam* datum *exstinguit iram*. Ita Chald. et Vulg. Sed alii conf. Arab. كفى *avertit* (Lxx. Syr.), alii, quibuscum facit Umbreitius, Chald. כְּפָא *curvavit, inflexit, subegit* v. Hartmann. Einl. p. 222.

כָּפַל *duplicavit* (Chald. Samar. Arab. *id.*, cf. etiam Syr. Chald. Arab. ܟܦܠ) Exod. 26, 9.; כָּפוּל *duplicatum, duplex* Exod. 28, 16. 39, 9. — Niph. נִכְפַּל *duplicatus est* Ezech. 21, 19.

כֶּפֶל m. *duplicatio, duplicatum, duplex* Job. 41, 5. Dual. כִּפְלַיִם *dupla* vel *duplo plura* Jes. 40, 2. Job. 11, 6. כִּפֶל *par, simile, tantundem*, propr. *duplum*.

מַכְפֵּלָה f. (*duplicatio*) nom. propr. regionis urbi Hebron vicinae Gen. 23, 9. (ad q. l. v. Rosenmueller.) 17. 19. 25, 9. 49, 30. 50, 13.

כָּפַן *inflexit, convolvit* (Arab. كفن *nevit* it. *convolvit* v. Hartmann. ling. Einl. p. 292.) Ezech. 17, 7: כַּפְנָה שָׂרְשֶׁיהָ (vitis) *complicuit* h. e. complicatas invicem et perplexas egit *radices*. Ita Michaelis in Suppl. p. 1330. Sed alii conf. Aram. כפן *esurire*, ut sensus hic sit: *radices vitis esuriverunt* h. e. esurientes quasi desiderarunt (illum); vid. Rosenmueller. ad. h. l.

כָּפָן m. *fames* (ab intestinorum contractione et *complicatione*) Job. 5, 22. 30, 3. poet. i. q. רָעָב. Chald. Syr. ܟܦܢܐ *id.*

כָּפַס rad. inusit, Syr. ܟܦܣ *connexuit, contraxit*.

כְּפִיס m. Hab. 2, 11. sec. HIERON. lignum, quod ad *continendos* parietes in *medio* structurae ponitur et vulgo ap. Graecos appellatur ἐμάντωσις (i. e., auctore SUIDA, δέσις ξύλων ἐμβαλλομένων ἐν τοῖς οἰκοδομήσασι); LXX. κάνθαρος; alii aliter v. ROSENMUELLER. ad h. l.

כָּפַף 1) *curvavit, incurvavit* (Arab. كَفَّ) Jes. 58, 5., hinc כְּפוּפִים *incurvati* Ps. 145, 14. 146, 8. — 2) intrans. Ps. 57, 7. כָּפְפָה נַפְשִׁי *incurvata est anima mea* h. e. afflicta, prostrata (nisi velis vertere: *incurvavit* h. e. incurvarunt *animam meam*). — Niph. *se incurvavit* h. e. trop. *se demisit, demisse se gessit* Mich. 6, 6.

כַּף f. gener. *curvatura, inflexum, incurvatum,* adeoque *concavum,* spec. a) *curvitas, cavitas* fundae, cui lapis inditur, 1 Sam. 25, 29. — b) *vola* manus (Arab. كَفٌّ) sive pars illa brachii inferior, quae a carpo incipiens se flecti et curvari patitur ope digitorum (plena igitur phrasis est כַּף יָד *palma, vola manus*); deinde per synecdochen tota *manus* Gen. 40, 11. 21. Levit. 14, 15. 18. 26. 29. etc. Adde has formulas: *α) animam* (vitam) *suam in manibus posuit* Jud. 12, 3. 1 Sam. 28, 21. Job. 13, 14. Ps. 119, 109. i. e. praesentissimo se periculo objecit, vitae periculum adiit cf. ATHEN. Dipnos. XIII, p. 569. ἐν τῇ χειρὶ τὴν ψυχὴν ἔχων. — *β) injuria, violentia non inest in manibus meis* Ps. 7, 4. Jes. 59, 6. Job. 16, 17. 31, 7. i. e. innocens ego sum, ab omni injuria alienus; hinc בֹּר כַּפַּיִךְ *mundities manuum tuarum* Job. 22, 30. — *γ) gestare aliquem manu* est *summae curae,* qua quem amplectimur et fovemus, indicium Ps. 91, 12. — *δ)* Jes. 62, 3: *tanquam corona et cidaris* eris בְּכַף אֱלֹהַיִךְ *in manu* h. e. tutela *Dei* v. GESEN. ad h. l. — De phrasibus עָפַק כַּף, תָּקַע כַּף, הָכָּה כַּף etc. vid. sub his ipsis verbis. — Cum affix. כַּפֵּךְ Ezech. 6, 11., in pausa כַּפָּךְ Job. 27, 40. et cum He parag. כַּפָּכָה Ps. 139, 5. Dual. כַּפַּיִם *utraque manus* Ps. 24, 4. Jes. 49, 16. Exod. 29, 24. Plur. כַּפּוֹת *manus* 1 Sam. 5, 4. 2 Reg. 9, 35., it. manus arte factae, *manubria* Cant. 5, 5. cf. יָד. — c) *planta* pedis, plenius כַּף רֶגֶל, illa inferior et interior pedis pars, quae flexuram recipit, Deut. 2, 5. Jes. 1, 3., plur. כַּפּוֹת Jos. 3, 13. 1 Reg. 5, 3. — d) vasculum concavum: *acerra, phiala* Exod. 25, 29. 1 Reg. 17, 12., plur. כַּפּוֹת Num. 7, 84. 2 Chron. 24, 14. — e) *acetabulum femoris, cavitas ischii* Gen. 32, 25. 33. — f) *spatha palmae* vel potius *fasciculus ramorum* palmae (v. HARTMANN. ling. Einl. p. 223.) Levit. 23, 40.

כַּפָּה f. 1) Jes. 9, 13. 19, 15. i. q. כַּף n. f. — 2) Job. 15, 32. *ramus.*

אֲכָפָה vid. sub rad. אכף.

כָּפַר gener. (coll. Arab. كَفَرَ et cognat. غَفَرَ) *texit, operuit, obduxit, oblevit,* in Kal spec. *oblevit, obduxit pice, picavit* Gen. 6, 14. — Pihel כִּפֶּר *texit* peccata (cf. BOHLEN. Symb. p. 38.) i. e. a) ubi de *Deo* usurpatur: (texit alicui peccata) *condonavit,* sq. vel accus. Ps. 65, 4. 78, 38. vel עַל Ps. 79, 7. Jer. 18, 23. vel לְ Deut. 21, 8. *culpae aut delicti,* et sq. לְ *pers.* Ezech. 16, 63. Deut. 21, 8. Singulare est 2 Chron. 30, 18. יְכַפֵּר בְּעַד *veniam concedet* (his) Deus. De loco Deut. 32, 43. vid. infra sub b.; — b) ubi de *hominibus: expiavit* Dan. 9, 24. Ezech. 45, 20. sq. acc. *culpae,* Levit. 5, 26. sq. עַל, Exod. 32, 30. sq. בְּעַד, Num. 6, 11. Levit. 4, 26. sq. מִן. Sed *expiandi* sensus latius etiam patet; *ex-*

piari enim dicuntur vel ipsi homines, qui scelere et culpa sese contaminarunt Exod. 30, 15. Levit. 1, 4. 5, 18. sq. עַל pers., Levit. 9, 7. 16, 11. 17. 24. sq. בְּעַד (Levit. 17, 11. sq. בְּ), vel res, quae profanae aut scelere contaminatae credebantur Exod. 29, 36. Ezech. 43, 30. sq. עַל, Levit. 16, 33. sq. acc. Hoc eodem sensu Deus legitur terram Israel., quippe sanguine contaminatam, expiare h. e. caedem suorum ulcisci Deut. 32, 43. — Denique transfertur hoc voc. ad eos, quibus peccando aegre factum, ita ut sit *placare* (ἱλάσκεσθαι), aliquem sq. acc. Gen. 32, 21. Prov. 16, 14. — Pyh. כֻּפַּר 1) *obliteratus (deletus) est* Jes. 28, 18. (Syr. ܟܦܶ *abstersit, purgavit, diluit, abolevit*, Chald. *abstersit* Targ. Prov. 30, 20.). — 2) *expiatus est:* a) de *homine* Num. 35, 33. Exod. 29, 33.; b) de *culpa* Jes. 6, 7. Prov. 16, 6. — Hithpah. הִתְכַּפֵּר *expiatus est* (de crimine) 1 Sam. 3, 14. — Nithpahel נִכַּפֵּר *expiatus est* (homo) Deut. 21, 8. v. Gesen. L. p. 249. not.

כְּפוֹר m. 1) *crater* operculo *tectus* 1 Chron. 28, 17. Esr. 1, 10. 8, 27. — 2) *pruina*, q. d. *tectio terrae* (ut טַל) Exod. 16, 14. Ps. 147, 16. Job. 38, 29.

כְּפָר m. *pagus*, sic dictus, quod *tecta* praebet incolis. Plur. כְּפָרִים Cant. 7, 12. 1 Chron. 27, 27. Frequens est in libris Talmud. v. Hartmann. ling. Einl. p. 224., hinc multa nomina oppidorum, ut *Καφαρναούμ* in N. T. etc.

כְּפִיר m. 1) *pagus*, plur. כְּפִירִים Neh. 6, 2. — 2) *leo juvenis*, a lacte depulsus solusque praedari incipiens Ezech. 19, 2. 3. Ps. 17, 12. 91, 13. 104, 21. Mich. 5, 7., quem Bochartus sic dictum putat pro כְּבִיר, a rad. Arab. كبر *adolevit, crevit* (nam *leo* Arab. etiam dicitur شِبْل ab *adolescendo*); fieri tamen potuit, ut sic vocaretur vel a *villis* (scil. pro hebr. כפר Arabes dicunt غفر, quod praeter *tegendi* significationem etiam notat *villosum esse*, q. d. *villis tegi*, unde descendit غُفْر et غُفَر *catulus leonis*, qui *lanugine tectus* dicitur ab Ovidio *Metamorph.* IX, 398. et XII, 291. add. *leo villosus* Virg. *Aeneid.* VIII, 177. *hirsutus* Ovid. *Epist.* IX, 111. λαχνήεις Oppian. *Cyneget.* II, 164.), vel denique a *tegendo*, quia *in latibulis se abscondens* praedae insidiatur. Trop. rex Aegypti Ezech. 32, 2. appellatur כְּפִיר גּוֹיִם *leo gentium* i. e. hostis grassans leonis instar inter gentes. Plur. כְּפִירִים *leones juvenes* Job. 4, 10., saepius *translate* de *hostibus* immanitate et atrocitate conspicuis Ps. 7, 3. 10, 9. 22, 22. 35, 17. 58, 7.; de *principibus potentibus* quippe ad vim et injuriam pronis Ezech. 38, 13.

כְּפִירָה nom. propr. oppidi Gibeonitarum, postea tribus Beniam. Jos. 9, 17. 18, 26.

כֹּפֶר m. 1) *pix*, qua aliquid *oblinitur* et *obducitur* Gen. 6, 14. (Syr. ܟܘܦܪܐ, Chald. כּוֹפְרָא, Arab. كُفْر *id.*). — 2) *vicus* 1 Sam. 6, 18. i. q. כְּפַר et כְּפִיר. — 3) *cyprus*, κύπρος, genus arbusculae *odoratae* (Arab. الحنا *Alhenna*) Cant. 1, 14., quam (si quidem vocab. domesticum est, ut esse videtur cf. Sonnini Itin. Aeg. l. c. 16.) ita dictam existimabis, quod pulvere ex ejus foliis confecto et in aqua subacto

mulieres in oriente ungues *oblinunt*, ad inducendum illis ornatus gratia colorem rufum; אֶשְׁכֹּל הַכֹּפֶר Cant. 1. c. *botrus Alhennae*: flores enim Alhennae paene in botri morem crescunt, v. delineat. in Prosp. Alpini lib. de *plantis Aegypti* tab. 13. ad c. 13. Conf. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 222 sq. Rauwolffius in *Itinerar.* P. I. c. 4. Salmasius in *Homonym. Hyles Iatr.* c. 69. Verportenius in *fasc. dissertt.* p. 337 sq. Oedmannus fasc. 1. c. 7. — Plur. כְּפָרִים Cant. 4, 13. — 4) *expiatio*, meton. *pretium* et λύτρον *ad expiandum*, satisfaciendum et redimendum Exod. 21, 30. Num. 35, 31. 32. Ps. 49, 8. Job. 33, 24. etc. Cum affixo כָּפְרֵךְ Jes. 43, 3.

כִּפֻּרִים plur. m. *expiationes* Exod. 29, 36. 30, 10. 16. Levit. 23, 26. 28. Num. 5, 8. etc.

כַּפֹּרֶת f. *operculum* arcae foederis, a *tegendo* (quo sensu rectius scriberetur כְּפֹרֶת, quod est ex Kal), vulgo *propitiatorium*, Lxx. ἱλαστήριον, Luth. *Gnadenstuhl* (quod etiam puncta vocalia ex Pihel ducta volunt v. Michaelis *Suppl.* p. 1332.) Exod. 25, 17. 18. Levit. 16, 2. 13. 14. 15. Num. 7, 89.; per synecdochen 1 Chron. 28, 11. בֵּית הַכַּפֹּרֶת *domus operculi sacri* h. e. arcae foederis i. e. adytum templi v. II. Michael. ad h. l.

כָּפַשׁ *depressit, obruit* (cf. כבשׁ), Arab. كَبَسَ, in Kal inusit., Hiph.

הִכְפִּישַׁנִי בָּאֵפֶר Thren. 3, 16. *obruit me cinere*, depressit me in cinerem h. e. in summam miseriam redegit v. Erdmann. Curar. exeg. crit. Spec. p. 22 sqq. Apud Talmudist. haud infrequens est hoc voc.

כָּפַת Chald. *vinxit, ligavit* (Arab. كَفَتَ et Sab. כפת *strinxit, constrinxit, ligavit*, Sam. *cohibuit, subjecit*). — Praet. plur. a particip. Pehil declinatum ideoque *passivae* significationis (v. Wineri Grammat. chald. p. 37.) כְּפִתוּ *vincti sunt* Dan. 3, 21. — Pahel *id.* Dan. 3, 20. 23. 24.

כַּפְתֹּר m. (voc. architecton.) *ornamentum* quoddam a) candelabri sacri Exod. 25, 31. 33. 34 sqq. 37, 17 sqq., quod vel *calicis* florum vel *pericarpii* figuram exhibebat (nam omnia istius candelabri ornamenta a floribus petita fuisse videntur cf. Rosenmueller. ad Exod. 25, 31.). Sed Josephus (Antt. 3, 6, 7.) *malogranata* intelligi jubet; — b) summarum columnarum, quod fortasse et ipsum in similitudinem *calicis* corollam floris continentis efformatum erat Am. 9, 1. Zeph. 2, 14. — Origo voc. non liquet. Vulgo deducunt a כפר *texit* et כתר *cinxit*.

כַּפְתּוֹר nom. propr. regionis Am. 9, 7., unde

כַּפְתֹּרִים nom. populi, ex Aegypto progressi, vicini Casluchis, quia ab his Gen. 10, 14., ab illis Jer. 47, 4. Am. 9, 7. Philistaei prodiisse leguntur. Sunt vel *Cappadoces* (ex vett. intptum paene omnium auctoritate) et quidem, ut Bochartus in Phal. c. 32. voluit, illi, qui circa Trapezuntem incolebant (v. כסלוחים), vel, cum Jer. 47, 4. *maritimas* terras (אי) habitasse leguntur, *Cyprii* (v. Michaelis *Spicil.* T. I, p. 292 sqq. *Suppl.* p. 1338.) aut *Cretenses*, in quam postremam sententiam animum inclinat Gesenius, propterea, quod Philistaei alibi vocantur כְּרֵתִי.

כֹּר vid. sub rad. כור, כַּר autem sub rad. כור et כרר.

כָּרָא vel כָּרַהּ Chald. *doluit, contristatus est* (Syr. ܟܪܐ *id.*). Ithpehel אִתְכְּרִי *dolore, tristitia affectus est* Dan. 7, 15.

כָּרֵב v. כרב infra.

כָּרְבַּל *constrinxit, adstrinxit, accinxit* vestem: radix quadrilitt. composita ex 2 synon. כרב Arab. كَرَبَ *arctius constrinxit*, et כבל Hebr. Chald. Syr. et Arab. كَبَلَ *constrinxit, ligavit:* nisi potius, quod interdum fit, lit. ר radici כבל immissa est v. Gesen. L. p. 864. Occurrit in solo Pyh. part. מְכֻרְבָּל veste constricta *indutus, amictus* 1 Chron. 15, 27.

כִּרְבֹּלָה f. Chald. Dan. 3, 21. vulgo *paludamentum;* rectius fortasse *tibiale* vel *calceamentum*, fibulis vel vinculis arcte *adstrictum*, ut Lxx. et Vulgatus interpretati sunt cf. Bertholdt. Commentar. in Dan. I, p. 279 sq.: quamvis pro *tiaris* pugnet Bynaeus de *calceis Hebr.* L. II. c. 10. §. 6., consent. Michaele in *Suppl.* p. 1349.

כָּרָה Tres radices in unam coaluisse videntur: I) *fodit, effodit, excavavit* Gen. 26, 25. Exod. 21, 33., Arab. كَرَى et كَرَا, alias כור, כוּר (nam verba med. et tertiae rad. quiesc. saepe significatus communes habent, ut בוז et בזה, שור et שרה). Trop. a) *foveam fo*dere Prov. 26, 27. Ps. 7, 16. vel simpl. *fodere* Job. 6, 27. pro: *insidias struere, mala moliri;* hinc paullo audacius כָּרָה רָעָה Prov. 16, 27.; — b) אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִי *aures mihi effodisti* Ps. 40, 7., patefecisti, aperuisti i. e. intelligentia, scientia me impertivisti v. de Wettius et Rosenmueller. ad h. l. — Niph. נִכְרָה *effossus est* Ps. 94, 13.

II) *emit* (Arab. كَرَى *conduxit*) Deut. 2, 6. Hos. 3, 2 (ad quem posteriorem locum cf. Gen. 34, 12. 29, 18. al.).

III) *epulas instituit* (Arab. قَرَى *hospitio excepit*, כ et ק inter se permutatis; nam וֶקֶר est denominat. a וֶקֶר *nidus*) 2 Reg. 6, 23 (ubi fut. c. Vau convers. וַיִּכְרֶה), Job. 40, 30: יִכְרוּ עָלָיו חַבָּרִים *an epulabuntur super eo socii* (piscatores). Ita Rosenmueller. de Wettius all.; sed Umbreitius ad rad. 2. revocat: *kaufen um ihn Handelsfreunde?* Nec hoc inepte.

כְּרָה Chald. vid. supra כרא.

כֵּרָה f. 1) *fossa, cisterna,* plur. in regim. כַּרוֹת Zeph. 2, 6 (v. rad. n. 1.), quod tamen alii, ut nuper Cöllnius, infin. Kal v. כָּרָה esse putant, non satis commode. — 2) *convivium* (v. rad. n. 3.) 2 Reg. 6, 23.

מִכְרֶה m. locus, ubi *foditur, fodina,* מִכְרֵה מֶלַח Zeph. 2, 9. *fodina salis.*

כָּרוּב m. plur. כְּרוּבִים et כְּרֻבִים, 1) animal fabulosum ex humana, bovina, leonina et aquilina forma compositum (Ezech. 1. et 10.), quod custodiendo paradiso Gen. 3, 25. et gestando throno Jovae in nubibus vecti 1 Sam. 4, 4. 2 Sam. 6, 2. 22, 11. Ps. 18, 11. coll. Jes. 19, 1. adhibitum legimus. Symbolum fuit naturae divinae; nam per *hominem*

significatur *humanitas* (lenitas), per *bovem robur* et *firmitas*, per *leonem generositas*, per *aquilam* denique *summa scientia*, egregium acumen. — 2) hujus animalis *imago, figura, forma* (sive *incisa* et *insculpta*, sive *exsculpta, fusa, picta, intexta*) Exod. 25, 19. 1 Reg. 6, 24. 25. Ezech. 9, 3. Ps. 99, 1. al. (in arcae foederis operculo), Exod. 26, 1 (in aulaeis sacris). — De origine voc. ambigitur. Vulgo deducunt a Syr. et Arab. כרב *aravit*, ut ista animalia nomen acceperint vel a similitudine, quae ipsis cum bobus *(aratoribus)* intercedebat, vel ab exarando i. e. *sculpendo*. Alii literis transpositis dictum putant pro רכבים (a רכב *vehi*) i. e. *jumenta* (divina): sed vide an oriatur ab Arab. كرب *anxit, anxietatem induxit*, ut propr. sign. *naturae terribiles*, quae ab aditu ad paradisum arcerent homines. Cf. Spencer. de legib. Hebr. rituall. III, 5, 3 sqq. Gabler *zu* Eichhorns *Urgesch.* II, I, p. 234 sqq. Wineri Lex. bibl. I, p. 140 sqq. adde W. F. Hufnagelii librum: *der Cherubim Anfang u. Ende im Paradies.* Frcf. a. M. 1821. 8.

כָּרַז *clamavit, proclamavit*, graec. *κηρύσσειν*, arab. كرز (quod ad graeci voc. similitudinem effictum est). — Aphel plur. הַכְרִזוּ *proclamarunt* Dan. 5, 29. (Syr. *id.*).

כָּרוֹז m. Chald. *praeco*, in statu emphat. כָּרוֹזָא Dan. 3, 4.

כָּרַךְ radix Hebr. inusit., Chald. et Syr. *involvit, operuit, munivit*, it. Syr. *circuivit, circumdedit*. Inde sunt

הַכְרִיךְ m. *pallium* amplum, quo quis *se involvit* vel *operit* Esth. 8, 15.

כֶּרֶכֶב m. *ambitus, margo* (altaris) Exod. 27, 5. (Onkel. סוּבְבָא), compos. e 2 synonymis כרך (v. rad. Syr.) et כרב, arab. كرب *arctius constrinxit*, nisi potius ad rad. כרך adjecta est lit. בְּ (v. Gesen. L. p. 865.), coll. Sab. כبب *circumivit*. Cum affixo כַּרְכֹּבוֹ Exod. 38, 4.

כַּרְכְּמִישׁ Jes. 10, 9. Jer. 46, 2. 2 Chron. 35, 20. *Cercusium, Circesium, Κιρχήσιον*, oppidum ad Euphratem situm, ubi Chaboras fluvius Euphrati miscetur, haud procul a Thapsaco (Ammian. Marc. 23, 5. cf. Cellar Notit. 3, 15. 10.), in delineat. d'Anvillii paullo post grad. lat. 35. Nomen videtur compositum esse ex כֹּפֶן *arx, castellum* et nomine quodam proprio מִישׁ. Arabibus dicitur قَرْقِيسِيَة *Kar Kisie*, abjecto נ; nam Orientales, brevitatis nominum studiosi, quinquelittera solent una truncare littera v. Michaelis *Suppl.* p. 1352. — Ceterum illud כָּרְכָא, כְּרַכָּא *arx* superest etiam in nom. urbis moabit. *Χαραχμῶβα*, quae hodie simpl. appellatur الكرك, כּוּא v. Gesen. Comment. in Jes. I, p. 516 sq.

כַּרְכֹּם m. i. q. arab. كُرْكُم *curcuma, crocus indicus*, radix quae croceo colore tingit Cant. 4, 14. Sed possit hoc voc. etiam *crocum* proprie dictum, Arab. زعفران, cujus frequeus fuit ap. vett. usus, complecti v. Celsii *Hierob.* T. II, p. 11 sqq. Wineri Lex. bibl. II, p. 591.

כַּרְכַּס m. nom. propr. eunuchi pers. Esth. 1, 10., coll. pers. کرکس *aquila*.

כַּרְכֹּם vid. infra כרר.

כָּרַם i. q. arab. كرم *generositate* indolis et *nobilitate superavit*, med. dhamma: *generosus, liberalis fuit*, unde كَرِيم *nobilis* (etiam de humo et agris).

כֶּרֶם m. *terra nobilior*, quae in horti modum colitur (arab. كَرْم *terra bona, foecunda*) sec. nonnull. Job. 24, 18., spec. a) *vinea* (arab. كَرْم) Cant. 1, 14. Exod. 22, 4. Deut. 6, 11. 20, 6. Jud. 9, 27. 1 Reg. 21, 1. etc., quo referre licet etiam Job. 24, 18. v. Umbreit. ad h. l.; b) כֶּרֶם זַיִת *olivetum* Jud. 15, 5. — Metaphor. passim popul. Israel. assimilitur *vineae* a Jova plantatae et cultae Jes. 5, 1 sqq. 3, 14. 27, 2 sqq. (cf. Mth. 20, 1 sqq. 21, 28.). — Cum affixo כַּרְמִי 1 Reg. 21, 6. Jes. 5, 4. 5., plur. כְּרָמִים Deut. 6, 11. Jos. 24, 13., in regim. כַּרְמֵי Jud. 14, 5.

כָּרַם *vinitor*. Plur. כֹּרְמִים 2 Reg. 25, 12. Jer. 52, 16. Joël. 1, 11. Jes. 61, 5.

כַּרְמִי m. nom. propr. viror. Gen. 46, 9. Exod. 6, 14. — Jos. 7, 1. 1 Chron. 2, 7.

כַּרְמֶל m. 1) gener. *terra succosa* in horti modum *culta* i. q. כֶּרֶם adjecta lit. לְ (v. Gesen. L. p. 865.), *arvum cultum, campus ferax*, opp. modo montibus, modo silvis aut desertis 2 Chron. 26, 10. Jes. 10, 8. 32, 15. 16. 29, 17. Mich. 7, 14. Cum affixo כַּרְמְלוֹ 2 Reg. 19, 23. Jes. 10, 18. 37, 24. — 2) spec. nom. propr. a) *montis* et *promontorii* fertilissimi ad aquilonem prope Ptolemaidem in confinio Asser et Sabulon siti Jos. 12, 22. 19, 26. 2 Reg. 2, 25. 4, 25. Cant. 7, 6., in quo postremo loco non est, quod כַּרְמֶל cum Hartmanno (*Hebräerin* III, p. 137.) pro כַּרְמִיל accipias, quanquam in altero hemistich. legitur אַרְגָּמָן; b) *urbis* in montano tractu tribus Judae ad meridiem, cujus pascua passim celebrantur, Jos. 15, 55. 1 Sam. 15, 12. 25, 2., hod. *El. Kirmel* v. Michaelis *Suppl.* p. 1354. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 48. p. 532. Inde oritur nom. gentil. כַּרְמְלִי 1 Sam. 30, 5. 2 Sam. 23, 35., foem. כַּרְמְלִית 1 Sam. 27, 3. — 3) Levit. 2, 14. גֶּרֶשׂ כַּרְמֶל, pro quo Levit. 23, 14. 2 Reg. 4, 42. simpl. כַּרְמֶל legitur, vulgo vertunt: *comminutio spicarum, aristarum viridium* (auctore Kimchio); sed recte monuit Michaelis in Suppl. p. 1357. non *recentia* grana h. e. tenera, qualia in viridibus aristis esse solent, sed *siccata* contundi. Vett. interpretes mirifice inter se dissident, ita, ut nullo modo hujus voc. sensum assequi possimus. Sed Gesenius tamen suspicatur, genus *polentae* (ἄλφιτα Graeci dicunt), quae ex frumentorum *medulla, nobilissima* spicarum parte conficitur, significari.

כַּרְמִיל m. *coccinum, coccineum* (*Karmesin*) 2 Chron. 2, 6. 13. 3, 14., pro quo antiquiores scriptores תוֹלַעַת ponere solent, adeoque vocabulum recens, ante Persarum imperium Hebraeis non frequentatum et

procul dubio exoticum, fortasse persicum; et alii quidem conferunt תּוֹלַעַת h. e. *vermiculus, cujus sanguine tincta fiunt coccinea* (conf. תּוֹלַעַת), alii rectius conflatum esse putant ex كرم *vermis* (CASTELL. Lex. pers. col. 449.) et آل (CASTELL. col. 45.) *color rutilus, micans,* v. LORSBACH *Archiv f. morgenl. Lit.* II, p. 305. De vermiculo *Kermes* v. Jo. BECKMANNI *symbolas ad hist. rerum inventarum spectt.* T. III. part. 1, p. 1.

כָּרְסָא m. Chald. *thronus, solium* Dan. 5, 20. pro hebr. כִּסֵּא, mutato dagesch forti in ר (cujus mutationis plurima exempla dedit BOCHARTUS in *Geographia S.* p. 269. 632. et in *Hieroz.* P. I. coll. 669. add. GESEN. L. p. 134.). Cum affixo כָּרְסְוָתֵהּ Dan. 7, 9. Plur. כָּרְסָוָן Dan. 7, 9.

כָּרְסֵם (radix quadrilitt.) *excidit, devastavit* Ps. 80, 14.; vulgo compos. putant ex כרם Chald. et Syr. *amputavit, abscidit,* et כסם *detondit:* alii magis apposite conferunt arab. كرسم *toto ore valide momordit,* unde esset *dentibus discerpendo vastavit* (Chald. קרסם *absumsit, excidit*), quod a כסם oritur, immissa, ut passim fit, lit. ר.

כָּרַע (Arab. كرع) *flexit se, incurvavit se* (pronus) toto corpore, ut is, qui mulierem *comprimit* Job. 31, 10 (sq. עַל), vel qui compedibus vincitur (*krumm geschlossen werden*) Jes. 10, 4.; longe vero frequentius dicitur de his, qui a) *genua flectunt* vel ut in humum se abjiciant Gen. 49, 9. Num. 24, 9. vel quod viribus destituti *labant* ac prope corruunt Jud. 5, 27. 2 Reg. 9, 24. Ps. 20, 9. (in quibus locis כָּרַע et נָפַל copulata sunt), adde Jes. 46, 1. 2. ibiq. GESEN.; — b) qui *in genua se demittunt,* in genua provolvuntur, max. ad Deum vel regem et principem adorandum 1 Reg. 19, 18. Esth. 3, 5. Jes. 45, 23. sq. לְ pers., Ps. 22, 30. 72, 9. sq. לִפְנֵי. Hoc autem sensu legitur vel כרע absol. Esth. 3, 2. 2 Chron. 29, 29., vel כ עַל בִּרְכָיו 1 Reg. 8, 54. Esr. 9, 5., vel כָּרַע בִּרְכֵי פ Jes. 45, 23. Plus est 2 Chron. 7, 3. כָּרַע אַפַּיִם אַרְצָה עַל הָרִצְפָה *prolapsus est facie in pavimentum* (ita ut facie illud tangeret). Praeterea in genua prolabi dicuntur mulieres parturientes 1 Sam. 4, 19. Job. 39, 4. (quemadmodum etiam Aethiopissae in genua subsidentes pariunt v. LUDOLFI Hist. Aeth. l. 1. c. 15.); item ii, qui canum instar aquas hausturi sunt Jud. 7, 5. 6. Simil. Arabes: كرع فى الما v. SCHULTENS. ad Job. 4, 14. — Hiph. הִכְרִיעַ *procumbere fecit, prostravit* (hostes) Ps. 17, 13. 18, 40. 78, 31. 2 Sam. 22, 40.; trop. Jud. 11, 35: בִּתִּי הַכְרַע הִכְרַעְתִּנִי *o filia mea, tu me vehementer affligis* (animum deprimis).

כֶּרַע f., dual. כְּרָעַיִם *utrumque crus,* cujus ope homines et animalia *sese demittunt* Exod. 12, 9. Levit. 1, 13. 8, 21. 9, 14. Am. 3, 12., spec. (ex sententia MICHAELIS in *Suppl.* p. 1363.) *pedes saltatorii majores* locustae Levit. 11, 21. Arab. كراع *artus extremi corporis, ejusque partes quae procumbendo curvari flectique solent;* addit GOLIUS *pes locustae.*

כַּרְפַּס m. *carbasus, velum, aulaeum* ex tenui lino vel gossypio confectum

(arab. et pers. كرباس, it. arab. كرفس, pers. كرفاس) Esth. 1, 6. v. Virg. Aen. XI, 775 sq. Propert. IV, 3. 64. Lucan. III, 239. *Κάρπασον* in India nasci auctor est Arrianus in Peripl. erythr. p. 165. add. Curt. VIII, 9. Strabo XIV, p. 719. Conf. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 157. Schroeder. *de ornatu mul.* p. 108 sqq.

כָּרַר in Kal inusit., Pilp. כִּרְכֵּר *subsiliit, saltavit* 2 Sam. 6, 14. 16. Arab. كر *vehementer cucurrit saliitque*, et وكر *subsultim incessit*, nec non كز *saliit, insiliit.*

כַּר m. 1) *agnus* (max. saginatus) Ps. 37, 20. 65, 14. Jes. 16, 1. Jer. 51, 40. Am. 6, 4. al., a *saltatione;* est enim animal *saltatorium*, coll. Ps. 114, 4. 6. Sapient. 19, 9. Plur. כָּרִים Deut. 32, 14. 2 Reg. 3, 4. Jes. 33, 6. — 2) *machina bellica* Ezech. 4, 2. 21, 22., a similitudine *arietis*, unde etiam Lat. *aries*, Graec. *κριός* appellatur; nisi potius nomen habet a כָּרָה *fodit, perfodit;* plur. כָּרִים. — 3) *pascuum* Ps. 65, 14: לָבְשׁוּ כָרִים הַצֹּאן *vestita* quasi h. e. referta *sunt pascua gregibus*, Jes. 30, 23: כַּר נִרְחָב *pascuum amplum, spatiosum.* Displicet Bochartus, qui (in Hieroz. T. I, p. 466.) כַּר ex כַּבַּר contractum putat, nec magis miraberis istas significationes *agni* et *pascui* in uno voc. copulatas, quam duplicem germanici *Frauenzimmer* potestatem, quod vocabulum cum proprie *gynaeceum* notaverit, patrum memoria non solum ad *sexum muliebrem* sed ad *singulas* adeo feminas translatum est. [Sed כַּר *sella cameli* v. sub rad. כור].

כַּרְכָּרוֹת f. plur. *dromades* Jes. 66, 20., a *celeri* et *saltabundo incessu*, quem Galli dicunt *galop*, de quo vid. pluribus Schultens. in *Animadverss.* ad l. c. et Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. II. c. 4. Tom. I, p. 24 sqq. ed. Lips.

כֹּרֶשׁ m. nom. propr. *Cyri*, regis Persarum 2 Chron. 36, 22. 23. Esr. 1, 1. 3, 7. 4, 3. 5, 13. 14. 17. 6, 3. Jes. 44, 28. 45, 1. Dan. 1, 21. 6, 28. 10, 1., decurtat. e pers. خورشيد *sol* (quemadmodum hoc nomen explicant etiam Ctesias et Plutarch. in Artaxerxe c. 1.) v. Reland. de vet. ling. Pers. p. 166 sqq.

כֶּרֶשׁ m. *venter (rugosior corporis pars*, a rad. arab. كرش *contracta et corrugata fuit pellis)* كرش *ingluvies, venter* v. Bocharti *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. Cum affixo כַּרְשׁוֹ Jer. 51, 34.

כָּרַת *secuit, cecidit, abscidit*, ut *ligna* 1 Reg. 5, 20. 21. Deut. 19, 5. Jes. 14, 8. 2 Chron. 2, 7. Jer. 10, 30. (hinc כֹּרְתִים sunt *lignicidae* 2 Chron. 2, 10.), *praeputium* Exod. 4, 25., *ramum* Jud. 9, 48., *caput* 1 Sam. 31, 9. etc.; *excidit*, ut *arborem* Jes. 11, 19., *simulacra* Deorum Exod. 34, 13. Jud. 6, 30.; כָּרוּת *excisus* h. e. cui testiculi excisi sunt Levit. 22, 24., plene כָּרוּת שָׁפְכָה Deut. 23, 2. — Cum voce בְּרִית (Exod. 34, 10. Ps. 50, 5.) significat *foedus pepigit*, graec. *ὅρκια τέμνειν*, lat. *icere foedus*, chald. גזר קיום, sumta locutione a ritu *dissectionis animalium* in feriendis *foederibus* consueto Jer. 34, 18. coll. Gen. 15, 10. 17. 18. Liv. 40, 6. Semel eodem sensu sq. אֲמָנָה Neh. 10, 1. Constr. sic cum אֶת et עִם pers. Exod. 34, 8. 2 Reg. 17, 38. Ps. 50, 5. Neh.

9, 8. Jer. 34, 8. Job. 40, 28. Zach. 11, 10., nec non c. ל pers. Job. 31, 11., atque id max. ubi potentior et dignitate superior paciscitur cum eo, qui et viribus et honore inferior est, ita ut כרת fere sit *spopondit, promisit* Jos. 9, 6: כִּרְתוּ לָנוּ בְּרִית *pangite nobiscum foedus* h. e. *concedite nobis pacem,* 1 Sam. 1, 1. Exod. 34, 12. Ps. 89, 4. 2 Chron. 21, 7. Jes. 55, 3. 61, 8. Jer. 32, 40. Esr. 10, 3. Hinc dicitur כָּרַת דָּבָר *rem aliquam promisit* Ps. 105, 9. Hagg. 2, 5. Ceterum בְּרִית utroque isto sensu passim omittitur 1 Sam. 20, 16. 1 Reg. 8, 9. 2 Chron. 5, 10. 7, 18. Praet. 2 pers. כָּרַתָּ (pro כָּרַתְתָּ) Deut. 20, 20., pers. 1. כָּרַתִּי pro כָּרַתְתִּי Exod. 34, 27. Imper. sequente Makkeph כְּרָת־ 1 Sam. 11, 1., cum ה paragog. כִּרְתָה 2 Sam. 3, 12., fut. יִכְרֹת Job. 40, 28. etc.

Niph. נִכְרַת 1) *excisus est* Job. 14, 7 (de arboribus). Sed longe frequentius translate: a) sq. מִן־הָעִיר *ex urbe,* patria *ejectus, in exilium actus est* Zach. 14, 2.; b) *consumtus, absumtus est* (cibus) Num. 11, 33.; hinc: *deletus est, periit* et de hominibus et de rebus Gen. 9, 11. Zach. 13, 8. Obad. 10. Prov. 24, 14. Ps. 37, 22., sq. מִן־הָאָרֶץ Prov. 2, 22. Huc pertinet etiam solennis ista formula in Pentat. obvia: *haec anima exscindatur e populo suo* מֵעַמֶּיהָ vel מִקֶּרֶב עַמּוֹ Exod. 30, 33. 31, 14. Levit. 7, 20. 21. 17, 4. Num. 9, 13. vel ex *Israele* Exod. 12, 15. Num. 19, 13. vel e *concione,* מֵהַקָּהָל, Num. 19, 20. vel e *coetu Israel.,* מֵעֲדַת יִשְׂרָאֵל Exod. 12, 19. vel a *conspectu Jovae* Levit. 22, 3. vel simpl. *haec anima exscindatur* Levit. 17, 14. 20, 17.: qua partim *supplicium,* partim *exilium* denotari existimarunt J. Clericus, J. D. Michaelis (in nott. ad vers. germ. V. T.), all. Sed ipse Michaelis abjecta hac opinione (*Mos. Recht* V, p. 40.) recte intellexit, ubique locorum *supplicii* poenam significari atque in eandem sententiam concesserunt nuper Vaterus Comment. in Pentat. I, p. 211 sq. et Gesenius. Nam *exilii* poena ut postrema demum aetate apud Judaeos invaluit Esr. 7, 26. 10, 8., ita legum mosaicarum ingenio adversari videtur; *supplicii* vero significationem, quae nonnullis in locis Exod. 31, 14. coll. 35, 12. Num. 15, 32. extra omnem dubitationem posita est, deserendi non alia fuit interpretibus caussa, nisi quae ab ipsorum lenitate animi proficiscebatur. Accedit, scriptorem quoque ep. ad Hebr. 10, 28. istam formulam de *supplicio* interpretatum esse. — Passim *non exscindi* dicuntur ea, quorum *continua series* manet, ut 2 Sam. 3, 29: *non exscindetur e domo Joabi* זָב וּמְצֹרָע *laborans fluxu et leprosus* h. e. nullo non tempore erunt in gente Joabi, qui fluxu aut lepra laborent; Jos. 9, 23: לֹא יִכָּרֵת מִכֶּם עֶבֶד *nullo non tempore inter vos erunt servi (vos eritis servi);* Jer. 33, 17: *non exscindetur Davidi* אִישׁ יֹשֵׁב עַל־כִּסֵּא בֵּית־יִשְׂרָאֵל *sedens in throno gentis israel.* h. e. nullo non tempore habebit, qui sibi succedant in regno isr. add. Jes. 48, 19. 1 Reg. 2, 4. al. — 2) *discissus* h. e. *divisus est* Jos. 3, 13. 4, 7 (de aquis).

Pyh. כֹּרַת et כָּרַת *abscissus est* Ezech. 16, 4. Jud. 6, 28.

Hiph. הִכְרִית 1) *exctdit* i. e. *delevit* 1 Sam. 28, 9. 1 Reg. 11, 16. 14, 14. Ezech. 21, 9. Jer. 44, 8. Deut. 12, 29. Mal. 2, 12. 2) semel ad efficiendam paronomasiam: *subtraxit* (benevolentiam) 1 Sam. 20, 15. — Praet. 1. p. הִכְרַתִּי (pro הִכְרַתְתִּי) Jos. 23, 4. — Hoph. הָכְרַת *excisus est* Joël. 1, 9.

כְּרֵתוֹת f. plur. *sectiones*, unde *sectiones cedrorum* i. e. *cedri sectae* et *dedolatae* 1 Reg. 6, 36. 7, 2. 12.

כְּרִית nom. propr. rivi, qui haud procul ab urbe Samariae in Jordanem fluvium influit 1 Reg. 17, 3. 5. Dictus fortasse est inde, quod aestivo tempore exaruit: כְּרִית enim *excisionem, consumtionem* significat, v. ROSENMUELLER. *Alterthumsk.* II, 1, p. 205. 212.

כְּרִיתוּת, כְּרִיתֻת f. *repudium* q. d. *discissio* sive *rescissio conjugii* Jes. 50, 1. Deut. 24, 1. 3., plur. כְּרִיתֻתִים Jer. 3, 8.

כְּרֵתִי m. 1) nomen propr. gentil.: *Crethaeus* h. e. *Philistaeus* (*australem* potissimum terrae tractum tenens) 1 Sam. 30, 14. Ezech. 25, 16. Zeph. 2, 5. de quo vid. *Nov. Miscellan. Lipsiens.* Vol. II. T. I. n. 4. *Biblioth. Brem. Nova* Cl. I, p. 464 sq. IKENII *Dissert. philol. theol.* IX. MICHAELIS *Spicileg.* T. I, p. 281 sqq. Alii dictum putant a כָּרַת, ut significetur *populus a patria recisus, extorris*, ἀλλοφύλοι LXX. (quae fuit MICHAELIS opinio), alii a *Creta* insula, unde deducta fuerit Philistaeorum colonia. Ita censuit post CALMETUM LAKEMACHERUS (Observatt. philoll. II, p. 12 sqq.), vestigia istius Philistaeorum originis et ap. TACIT. Hist. V, 2. et apud STEPHAN. BYZ. sub v. *Gaza* deprehendere sibi visus. LXX. Ezech. l. c. *Κρῆτες*, Zeph. l. c. *πάροικοι Κρητῶν*. — 2) nom. appellat. *carnifices* 2 Sam. 8, 18. 15, 18. 20, 7. 23., certum satellitum genus, custodes corporis Davidis, qui in historiis regum posterioris aetatis כָּרִי dicuntur 2 Reg. 11, 4. 19. Militum enim praetorianorum fuit, supplicia capitalia a sontibus sumere, ipseque Crethaeorum et Plethaeorum praefectus Benajah hoc officio functus est 1 Reg. 2, 25. 34. 46.

כֶּשֶׂב m. id. q. כֶּבֶשׂ *agnus* (per metathesin) Levit. 3, 7. 4, 35. Num. 18, 17. etc., plur. כְּשָׂבִים Gen. 30, 32. 33. 35. 40. Levit. 1, 10.

כִּשְׂבָּה f. *agna* Levit. 5, 6.

כֶּשֶׂד filius Nahoris (conditor gentis Chaldaicae) Gen. 22, 22. v. VATER. ad h. l.

כַּשְׂדִּים m. *Chaldaei* i. e. 1) Babyloniae incolae (בְּנֵי בָבֶל Ezech. 23, 23.), si Graecis fides, non indigenae illi, sed advenae e montibus Armeniis, qui primum Assyriis paruerunt (Jes. 23, 23.), postea vero, caesis duce *Nabopolassare* Assyriis (620. a Chr.), magnum imperium condiderunt et Judaeis quoque sub Nebucadnezari auspiciis (605. ant. Chr.) bellum intulerunt 2 Reg. 25, 4. Jer. 21, 9. 32, 4. 24. 25. etc. Esr. 5, 12. Eorum terra appellatur vel אֶרֶץ כַּשְׂדִּים Jer. 24, 5. Jes. 23, 13. Ezech. 12, 13., vel כַּשְׂדִּים ut Jer. 50, 10: הָיְתָה כַשְׂדִּים לְשָׁלָל *Chaldaea erit praedae*, Ezech. 11, 24; כַּשְׂדִּימָה *(in Chaldaeos) in Chaldaeam*, Jer. 51, 35: יֹשְׁבֵי כַשְׂדִּים *incolae Chaldaeae*; adde בַּת כַּשְׂדִּים Jes. 47, 1. cui respondet in altero hemistichio בַּת בָּבֶל. Quod vero Ezech. 1, 3. Chaboras fluvius terrae *Chaldaeorum* assignatur, id neminem morabitur, qui Mesopotamiam utpote Chaldaeorum ditioni subjectam nomine אֶרֶץ כַּשְׂדִּים recte comprehendi potuisse reputaverit. In Genes. autem loco 11, 28. *prolepsin* historicam inesse vix dubitabis. Ceterum de rebus gentis Chaldaicae accurate exposuit GESENIUS in Comment. ad Jes. I, p. 744., ubi vanae etiam J. D. MICHAELIS,

Reinh. Forsteri et Ditmari conjecturae examinatae sunt. Quod Olshausenius nuper (*Emendationen zum A. T.* p. 41 sqq.) contendit, Chaldaeos S. S. fuisse semiticae originis, id unice proficiscitur a Gen. 22, 22., cui loco verendum ne plus justo tribuerit vir doctus; reliqua argumenta, si quae sunt, ex *negativorum* genere esse deprehendes. — 2) *magi, astrologi* Dan. 2, 2. 4.; magorum enim babyloniorum ordo a chaldaica gente originem duxisse videtur (cf. Gesen. l. c. II, p. 349 sq.). Idem nomen gerunt apud scriptores graecos (Strab. XVI, 1, 6. Diod Sic. 2, 24. Arrian. Syr. 58.) et latinos (Ammian. Marcell. 23, 6. Juvén. Sat. VI, 553.) add. Berthold. Dan. II, 838 sqq.

כַּשְׂדִּי m. Chald. *Chaldaeus* i. e. a) *Babylonius;* emphat. כַּשְׂדָּאָה sec. Kri Dan. 5, 30. et per ס, כַּסְדָּאָה Esr. 5, 12., sed Cthib habet כַּשְׁדָּיָא et כַּסְדָּיָא; plur. כַּשְׂדָּאִין Dan. 3, 8. 5, 11., in statu emphat. כַּשְׂדָּיֵא sec. Cthib Dan. 2, 5. 10. 5, 7. more Syrorum; sed Kri habet כַּשְׂדָּאֵי in statu *regiminis,* pro absoluto כַּשְׂדָּאִין; — b) *Astrologus* Dan. 2, 10. 4, 4.

כָּשָׂה *opertus est* (i. q. כסה), spec. *pinguedine* (ut arab. كَسَا in Conj. VIII.), unde כְּשִׂיתָ *opertus es adipe* Deut. 32, 15. coll. Job. 15, 27: כִּסָּה פָנָיו בְּחֶלְבּוֹ.

כָּשַׁל 1) *labare* Ps. 109, 24 (de genibus), hinc *labefactatus, debilitatus est,* unde partic. כָּשֵׁל *debilis, infirmus* Ps. 105, 37. 2 Chron. 28, 15. Jes. 5, 27. (Lxx. ἀσθενής); Neh. 4, 4: כֹּשֵׁל כֹּחַ הַסַּבָּל *vires bajulatorum labefactatae, debilitatae sunt,* Ps. 31, 11. Arab. كَسِلَ *segnis fuit, torpuit.* — 2) *impegit, offendit* (Syr. ܟܫܠ *id.*) Ps. 27, 2. Jes. 31, 3. Jer. 46, 6. 16. 50, 32. Job. 4, 4., constr. c. ב objecti Levit. 26, 37. — 3) *lapsus est, corruit* Jes. 3, 8. Hos. 4, 5. — Niph. נִכְשַׁל ut Kal 1) *debilis factus, debilitatus est,* unde partic. נִכְשָׁל *debilis, imbecillis* Zach. 12, 8. 1 Sam. 2, 4. Lxx. ἀσθενῶν, Chald. דְּחֵלַשׁ. — 2) *impegit* Prov. 4, 12., *lapsus est, corruit,* max. *translato* sensu Dan. 11, 14. 33. 34. Prov. 24, 17. Ezech. 33, 12. Ps. 9, 4. Jer. 6, 15. 8, 12. Jes. 40, 30. — Pih. כִּשֵּׁל *ad impingendum et labandum impulit, labefecit* Ezech. 36, 14. sec. Cthib. — Hiph. הִכְשִׁיל 1) i. q. Pih. 2 Chron. 25, 8. Ps. 64, 9., trop. Mal. 2, 8: תִּכְשַׁלְתֶּם רַבִּים בַּתּוֹרָה *labi fecistis multos in lege* h. e. *auctores iis fuistis peccandi,* Prov. 4, 16 (ubi tamen pro יַכְשִׁילוּ in Cthib est: יִכָּשְׁלוּ fut. Kal), Jer. 18, 15.; cf. graec. σκανδαλίζειν in N. T. 2) *debilitavit* Thren. 1, 14.

כַּשִּׁיל m. *securis,* qua arbores *prosternuntur* Ps. 74, 6.

כִּשָּׁלוֹן m. *lapsus, ruina* Prov. 16, 18.

מִכְשׁוֹל m. *offendiculum,* ad quod *impingitur* (Syr. ܟܘܫܠܐ), σκάνδαλον, vel proprie Levit. 19, 14., vel tropice a) *incitamentum, illecebra ad impietatem, ad peccatum* Ezech. 3, 20. 7, 19. 44, 12., plene מִכְשׁוֹל עָוֹן Ezech. 14, 3. 4. 18, 30. coll. Jes. 8, 14.; b) id, quod aliquem in *perniciem* adducit, eum de statu felicitatis dejicit Jer. 6, 21. coll. Ps. 119, 165.; c) מִכְשׁוֹל לֵב *scrupulus in animo, malae conscientiae morsus* 1 Sam. 25, 31. — Plur. מִכְשֹׁלִים Ezech. 21, 20.

מַכְשֵׁלָה f. 1) *offendiculum* (σκάνδαλον) trop. Zeph. 1, 3. — 2) *ruina* Jes. 3, 6.

כָּשַׁף in Kal inusit., Pih. כִּשֵּׁף *praestigiis usus est, praestigiatus est* 2 Chron. 33, 6. Part. מְכַשֵּׁף subst. *praestigiator* Deut. 18, 10., plur. מְכַשְּׁפִים Exod. 7, 11. Dan. 2, 2. Malach. 3, 5., foem. מְכַשֵּׁפָה *praestigiatrix* Exod. 22, 17. Sunt, qui conferant arab. كشف *detexit, denudavit* (futura) v. HARTMANN. ling. Einl. p. 292.: sed rectius ROSENMUELLER. ad Exod. 7, 11. in subsidium vocat Syr. ܟܫܦ Ethpa. *supplicavit, sacra peregit;* praestigiae enim cum gentium religionibus conjunctae erant.

כֶּשֶׁף m., plur. כְּשָׁפִים *praestigiae* Mich. 5, 11. Nah. 3, 4. 2 Reg. 9, 22.

כַּשָּׁף m. *praestigiator,* plur. cum affixo כַּשָּׁפַיִךְ Jer. 27, 9.

אַכְשָׁף nom. propr. oppidi in tribu Ascheritica Jos. 11, 1. 19, 25. 12, 20.

כָּשַׁר *rectus fuit* (Chald. et Samar. *id.*), unde adject. כָּשֵׁר, quod vide; it. *utilis fuit, profuit* Eccles. 11, 6: *nescis* אֵי זֶה יִכְשַׁר הֲזֶה אוֹ זֶה *utrum profuturum sit* (expediat) *hoc an illud* (sc. mane an vespere seminasse), ubi tamen alii coll. Syr. ܟܫܪ *prosper, prosperatus fuit* vertunt: *utrum* (semen) *illud,* quod mane, *an hoc,* quod vespere seminasti, *laetius proventurum sit.* — Hiph. Eccles. 10, 10. *prosperavit, fortunavit.*

כָּשֵׁר m. *rectus* Esth. 8, 5.

כִּישׁוֹר m. *colus,* suadente parallelismo, Prov. 31, 19. Origo significationis non liquet; SCHULTENS. conferri jubet arab. كتر et كثر *necti in orbem, circumnecti in globum.* Sed haec vis vocab. demonstrari non potest. Aliis *verticillum* significat q. d. *directio fusi.*

כּוֹשָׁרָה f., plur. כּוֹשָׁרוֹת *prosperitates,* omnis generis prosperitas (Syr. ܟܫܪܐ *felicitas*) Ps. 68, 7. Alii, in his etiam ROSENMUELLER., vertunt *loca omnibus rebus affluentia;* at neque *loca* significari necessario consequitur inde, quod in alt. hemist. צֲחִיחָה legitur, neque est, quod arab. كثر *abundavit* in auxilium advoces.

כֶּשְׁרוֹן m. *successus prosper* Eccles. 2, 21. 4, 4. it. *commodum, emolumentum* 5, 10. Syr. ܟܫܪܐ *id.* v. HARTMANN. in WINER. Zeitschr. I, p. 41.

כָּתַב *scripsit* (Ar. كتب, Syr. ܟܬܒ) Esth. 8, 8. (sq. עַל in alic. commodum, salutem) Neh. 8, 14. 13, 1., sq. acc. ejus, quod scribitur, ut: verba, sermones Deut. 10, 2. 31, 24. 6, 9. Jer. 45, 1. 36, 8., praecepta, leges 2 Reg. 17, 37. (hinc *praescribere* 2 Reg. 22, 13. sq. עַל pers., Esth. 9, 23. sq אֶל, Hos. 8, 12. Prov. 22, 20. sq. לְ), epistolam 2 Sam. 11, 24. (sq. עַל pers. 2 Chron. 30, 1.), *accusationem, dicam* Esr. 4, 6. (cf. γράφειν δίκην): spec. a) res gestas *perscribere, literis consignare* Num. 8, 14.; b) homines *scribere, conscribere* i. e. in indicem referre Jes. 4, 3. Num. 11, 26. Jud. 8, 14. 1 Chron. 9, 1. Ps. 69, 29.; c) *describere* terram Jos. 18, 4. 6. 8.; d) de judice simpl. *sententiam scribere* (coll. Dan. 7, 10.), *decernere, statuere* Job. 13, 26: תִּכְתֹּב עָלַי מְרֹרוֹת

acerbissima quaevis in me decrevisti, Jes. 65, 6: בִּתּוּבָה לְפָנַי *decretum est a me* (sic Arab. كِتَاب pro حُكْم *sententia judicis* frequentatur); e) *scribere aliquem* בָּאָרֶץ h. e. *in pulvere* i. e. oblivioni, exitio tradere Jer. 17, 13. — Ceterum *materia*, cui inscribitur, praemisso vel עַל Exod. 39, 30. Deut. 27, 8. Jes. 8, 1. 30, 8. Jer. 36, 18. vel אֶל Jer. 36, 2. vel בְּ Exod. 17, 14. significari solet, aliquanto rarius sq. accus. *(etwas beschreiben)* Exod. 32, 15.; unde explicant Jes. 44, 5: יִכְתֹּב יָדוֹ לַיהוָה *inscribet manum suam Jovae* (in honorem Jovae) coll. Apoc. 13, 16. et Spencer. legg. ritt. 2, 20. 1. Alii: *scribet manu sua* (יָדוֹ): *Jovae* sc. ego sum, v. Gesen. ad h. l.

Niph. נִכְתַּב *scriptus, perscriptus est* Esth. 1, 19. 3, 9. 12. 8, 8. Ps. 69, 29. Jer. 17, 13. Job. 19, 23. — Pih. כִּתֵּב *scripsit* h. e. *decrevit* Jes. 10, 1.

כְּתַב Chald. *scripsit* Dan. 5, 5. 6, 26. 7, 1. Esr. 4, 8. 5, 7. 10. 6, 2.

כְּתָב m. *scriptura, scriptum* (arab. كِتَاب, syr. ܟܬܒܐ) Esth. 3, 14. 8, 8. Esr. 4, 7. 2 Chron. 2, 10. etc., *liber* Dan. 10, 21., *catalogus, index* Ezech. 13, 9. 2 Chron. 35, 4. Esr. 2, 62., *descriptio* 1 Chron. 28, 19. *exemplum* alicujus scripti *(Abschrift)* Esth. 4, 8.; cum affixo כְּתָבָם Esth. 8, 9.

כְּתָב m. Chald. *scriptura, scriptum* Dan. 5, 8. 15. 16. 24., *praeceptum* Esr. 6, 18., *edictum, decretum* Dan. 6, 9. 10.; in statu emphat. כְּתָבָא Dan. 5, 25. 6, 11. et כְּתָבָה Dan. 5, 15.

כְּתֹבֶת f. *scriptura* Levit. 19, 28. v. sub קַעֲקַע.

מִכְתָּב m. *scriptura, scriptum,* مَكْتُوب, Exod. 32, 16. 39, 30. 2 Chron. 35, 4., *epistola* 2 Chron. 21, 12., *edictum* 2 Chron. 36, 22., *carmen* Jes. 38, 9.

כִּתִּים et כִּתִּיִּים *Chittaei,* nom. gentis, quae vel insulam vel certe oram maritimam incolebat (passim enim legitur de אִיֵּי כִתִּים Ezech. 27, 6. Jer. 2, 10. ac de *navibus* Chittaeorum Dan. 11, 30.) et cum Tyriis commercium exercebat Jes. 23, 1. Videtur itaque vel in mari *occidentali* (mediterraneo) vel in terris *occidentalibus* huic mari adiacentibus sedes habuisse. Ac multi quidem viri docti 1) *Macedones* esse statuerunt propterea, quod a) 1 Macc. 1, 1. Alexander M. ἐκ τῆς γῆς Χεττιείμ venisse dicitur, b) Perseus 1 Macc. 8, 5. Κιττιέων βασιλεύς (cf. Lxx. in Num. 24, 24.) appellatur, c) Dan. 11, 30. naves *Chitt.* Antiochum Epiphanem impugnasse perhibentur coll. Liv. 14, 29. Accedit, Chittaeorum origines Gen. 10, 4. a *Javan* (Graecis) repeti. — Alii 2) *Italiam* insulasque Italiae finitimas (max. Sardiniam et Corsicam) dici existimarunt (v. Bocharti Phal. p. 157.); nam a *Κίτιοις* originem traxisse Romanos, auctores sunt Eusebius et Suidas. Quam opinionem satis levem si amplecteris, non poteris non statuere, Maccabaeorum aetate *aliam* invaluisse nominis significationem vel certe scriptorem primi Macc. libri alio sensu voc. vetustum cepisse; is enim a Romanis diserte distinguit Chittaeos (Macedones) 8, 5. — Denique 3) fuerunt, qui, praeeuntibus Josepho (Antt. 1, 7. 1.) et Saadia (aliquot in Io-

cis), Chittaeos *Cypri* incolas esse arbitrarentur (v. Hieron. ad Jer. 2, 10.), nuncupatos illos ab urbe *Citii*, colonia Phoenicum. Epiphan. haer. 30, 25. *παντὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι Κίτιον ἡ Κυπρίων νῆσος καλεῖται· Κίτιοι γὰρ Κύπριοι καὶ Ῥόδιοι.* Sed hanc quoque sententiam, cui nuper accesserunt Rosenmueller. et Gesenius, cum locis 1 Macc. vix conciliabis, nisi idem, quod diximus, statuas, nominis כִּתִּים Maccab. aetate aliam fuisse potestatem vel certe interpretationem. Etenim *latiore* sensu 1 Macc. 1, 1. 8, 5. dictum esse, nemo sibi cum Gesenio persuadebit, qui istorum indolem locorum consideraverit. Itaque nos sic existimamus: כִּתִּים, quod propr. fuerat *Cypriorum* nomen (Gen. 10, 4.), passim in generalem earum gentium, quae septentrionales maris mediterranei oras (et ultra) incolerent (Jer. 2, 2. Num. 24, 24. Dan. 11, 30.), appellationem versum (cf. Epiphan. haer. l. c.), sed a scriptore 1 Macc. libri, ex historica quadam oraculi Num. 24, 24. interpretatione, ad *Macedones* potissimum translatum esse; certe vix nobis persuadebitur, כִּתִּים Macc. tempestate fuisse *geographicum* (Macedonum) nomen. — Multi sunt de hoc nom. Bochart. l. c. Michaelis in Spicil. 1. p. 103 sqq. in Suppl. p. 1377 sqq. et ad 1 Macc. 1, 1. Gesen. in Commentar. ad Jes. I, p. 721 sqq.

כֹּתֶל m. *paries* (Talm. *id.*) Cant. 2, 9. Arab. كَتَلَ est *coëgit in unum*, it. *cohibuit, prohibuit.*

כְּתַל m. Chald. *id.* Dan. 5, 5. Plur. כְּתָלִין tanq. a sing. כֹּתֶל, in statu emphat. כְּתָלַיָּא Esr. 5, 8.

כָּתַם I) *abscondidit, recondidit,* ut Arab. كَتَمَ, v. כֶּתֶם. — II) *maculatus, inquinatus est,* ut Syr. ܟܬܡ Pa. *foedavit, maculavit,* Chald. כְּתָם *macula.* In Kal non occurrit. Niph. נִכְתַּם Jer. 2, 22, ad quem locum alii, Bochartо praeeunte, minus recte *abscondendi* potestatem accommodarunt. — III) i. q. כָּהַב v. מִכְתָּם.

כֶּתֶם m. poet. *aurum*, sic dictum, quod *recondi* solet (conf. סְגוֹר 1 Reg. 6, 20.) Prov. 25, 12. Cant. 5, 11. Thren. 4, 1., metonym. de *re ex auro facta*, ut de *ornatu aureo* Ps. 45, 10., de *cingulo aureo* Dan. 10, 5. Graecae esse originis idemque quod *κάθεμα* Hesychii, et *κάθημα* Pollucis, h. e. *monile auro gemmisque variatum*, contendit Salmasius in *Exercitatt. Plin.* p. 763., praeter veri speciem.

מִכְתָּם m. in titulis Psalmorum 16. et 56 — 60. certum carminum genus, quod, unde nomen duxerit, incertum est. Vulgo *κειμήλιον* interpretantur, quod tanquam pretiosum studiose *recondi* solet (v. rad.) vel *carmen* q. *aureum* (v. כֶּתֶם). Ita Abenesra et Kimchius. Sed si huic sententiae calculum adjicis, non poteris non statuere, istis carminibus tanquam e vetere aliquo volumine depromtis pristinam inscriptionem mansisse; nam inter Psalmos, quibus nunc interposita sunt, virtutibus suis non multum eminent. Alii (v. Harmer Observatt. II, p. 175.) censent, istius inscriptionis eandem esse, quae arabicae *Moallakat* معلقات, rationem. Scilicet מִכְתָּם carmen dici, quod *aureis* literis scriptum in templo Hieros. suspensum fuerit. Sed ejus moris nullum apud vett. Hebraeos vestigium. Itaque praestat, quae nunc plurimorum est interpretum sententia, מִכְתָּם dictum existimare pro מִכְתָּב *scriptum* i. e. *carmen* coll. Jes. 38, 9. (nam literarum ב et מ magna

est similitudo cf. דִּיבוֹן et דִּימוֹן, בָּרִיא et מָרִיא etc.) v. ROSENMUELLER. Scholl. in Psalm. I, p. XLVIII.

כְּתֹנֶת et כֻּתֹּנֶת f. *tunica*, et quidem *interior*, *χιτών*, Gen. 37, 3. 23. 31. 32. 33. Levit. 8, 7. etc., quae ab utroque sexu (Cant. 5, 3. 2 Sam. 13, 18.) gestata, corpori proxima erat (Levit. 6, 3. 16, 4.) et cingulo continebatur (Exod. 28, 4. Jes. 22, 21.), dicta illa haud dubie a *lino*, ex quo conficiebatur ut plurimum; Chald. כְּתָן, Syr. ܟܬܢܐ, Sam. כתנה, Arab. كَتَّان et كَتَّان, Aethiop. ልብስ: *linum*, nostrum *Cattun* v. MICHAELIS *Suppl.* p. 1382. Add. SCHROEDER. de vestitu mul. p. 237 sqq. HARTMANN. Hebraeerin III, p. 192 sqq. ling. Einl. p. 224. — Cum affixo כָּתְנִתִּי Job. 30, 18. Cant. 5, 3., plur. כֻּתֳּנוֹת Gen. 28, 40. 29, 8. Levit. 8, 13., in regim. כָּתְנוֹת Gen. 3, 21. Neh. 7, 70. 72., c. affixo כָּתְנֹתָם Levit. 10, 5.

כָּתֵף (Arab. كَتِف et كَتِفَة) f. 1) *scapula, humerus*, dum homo spectatur ab anteriore parte Job. 31, 22. (v. tam. Jes. 30, 6.) Exod. 39, 7. (differt igitur a שֶׁכֶם, quod v.); hinc שׂוּם עַל כ Jud. 16, 3., שָׂא עַל כ Jes. 46, 7. Ezech. 12, 6., נָשָׂא אֶל־כ Ezech. 12, 12., נָשָׂא בְכ Num. 7, 9. de *portantibus, bajulantibus* (etiam trop.) cf. Neh. 9, 29. Zach. 7, 11.; Jes. 11, 14: עָפוּ בְכֶתֶף פְּלִשְׁתִּים *involant in humeros Philistaeorum*, quemadmodum aves rapaces solent (Hab. 1, 8.), h. e. adoriuntur eos, bellum iis inferunt, v. GESEN. ad h. l. — 2) de rebus inanimatis *latus*, ut *latus aedificii* Exod. 27, 14. 15. 38, 14. 15., *labri* 1 Reg. 7, 34., *maris* Num. 34, 11., *regionis, oppidi* Jos. 15, 10. 11. 18, 12. 13. (simil. Arab. منكب, quod propr. *humerum* significat). Huc referunt etiam Deut. 32, 12: *habitat* Jova *inter humeros* Beniaminis h. e. in finibus, agris Beniam. (coll. Jos. 15, 8. אֶל־כֶּתֶף הַיְבוּסִי), ut jam ONKEL. explicuit; sc. agitur de templo Hierosol. — In regim. כֶּתֶף Jos. 15, 8., cum affixo כִּתְפִי Job. 31, 22. Plur. a) כְּתֵפִים *humeri, scapulae* Exod. 28, 12.; b) כִּתְפוֹת *latera*, ut *vestimenti* h. e. *humeralia*, sive partes Ephodi superiores ab axillis sursum protractae usque ad humeros (v. BRAUN. de *vestitu sacerd.* p. 467 sq.) Exod. 28, 7. 39, 4., vestibuli Ezech. 41, 26., ianuae Ezech. 41, 2., in regim. כִּתְפוֹת.

כָּתַר in Kal inusit, Pih. כִּתֵּר 1) *cinxit, circumdedit, circumvenit* sensu bellico Jud. 20, 43. Ps. 22, 13. 2) *exspectavit* (ex usu rad. Chald. et Syr.) Job. 36, 2. sq. לְ pers. v. HARTMANN. ling. Einl. p 293. add. NORBERG. Lexid. p. 109. — Hiph. הִכְתִּיר 1) *cinxit, circumdedit* Ps. 142, 8: בִּי יַכְתִּירוּ צַדִּיקִים *cingent, circumsistent me probi* sc. in laetitiae meae societatem venientes; it. *circumvenit* hostili modo Hab. 1, 4. — 2) *coronavit* Prov. 14, 18: עָרוּמִים יַכְתִּירוּ דָעַת *prudentes tanquam coronam induunt sapientiam*, vel intrans. *coronantur sapientia.*

כֶּתֶר m. *corona* (q. d. *cinctura capitis*) Esth. 1, 11. 2, 17. 6, 8.

כּוֹתֶרֶת f. *coronamentum*, quo columna *undique cingitur* 1 Reg. 7, 16. 17. 18. 20. 31. 2 Reg. 25, 17. Jer. 52, 22., plur. כֹּתָרוֹת 1 Reg. 7, 8. 16. 17. 19. 20. 2 Chron. 4, 12. 13.

כָּתַשׁ *contudit* in pila (Arab. كدش *tundere, scindere, trudere*, Syr. ܟܬܫ *contendit, percussit*) Prov. 27, 22.

מַכְתֵּשׁ m. 1) *pila, mortarium,* in quo *contunditur,* Prov. 27, 22. (Talm. כּוֹתֵשׁ *id.*). — 2) *cavum, alveolus dentium (Zahnhöhle),* graec. ὀλμίσκος Jud. 15, 19. — 3) Zeph. 1, 11. videtur esse nom. propr. vallis prope Hierosol., sive, ut Hieron. voluit, Siloae, sive, quae Chaldaei sententia est, Kidronis cf. Cölln Spicil. p. 23 sq.; sed de *loco, ubi malleis tunditur,* scil. ab aurifabris vel aromatariis, explicat Zornius in *Nov. Miscell. Lips.* Vol. I, p. 567 sq. Eichhornius vero in tert. h. l. edit. מַכְתֵּשׁ h. l. idem esse putat q. Chald. מַכְתְּשׁ *percussio, plaga,* vel *locus plagae,* per paronomasian quandam ad מִקְדָּשׁ *sanctuarium, locus sanctus* i. e. Hierosolyma. Certe Mohammedani hodienum urbem illam vocant *Bait'olmakdes* h. e. *locum sanctuarii,* quod Samaritani ex odio in Judaeos per paronomasian convertunt in *Machtesch* (conf. Cellarius in *Notis* ad *Epistolas Sichemitarum* p. 25.) et Jesu Bar Ali in *Lexico Syro-Arab.* Hierosolymam diserte vocare perhibetur *Machtesch.*

כָּתַת *cudit* vomeres Joel. 4, 10., *contudit, contrivit* Jes. 30, 14. Deut. 9, 21., metaph. *profligavit, cecidit* hostem Ps. 89, 24. Part. Pahul כָּתוּת *contusus* i. e. cui testiculi contusi sunt, θλαδίας sive θλασίας Levit. 22, 24. Fut. cum Vau convers. וַאֲכַת (media radicali deficiente per Chaldaismum in prima compensata) Deut. l. c. — Pih. כִּתַּת *cudit* Jes. 2, 4., *contudit* 2 Reg. 18, 4. 2 Chron. 34, 7., trop. contudit terram i. e. *vastavit* Zach. 11, 6.—Pyh. כֻּתַּת *contudit se, illisit se,* trop. 2 Chron. 15, 6: כֻּתַּתּוּ גּוֹי בְּגוֹי *illidet se gens genti* i. e. bellum omnium contra omnes existet, gens gentem impugnabit. — Hiph. *contudit, profligavit* Num. 14, 45. Deut. 1, 44. Fut. וַיַּכֵּת more Chald. — Hoph. הֻכַּת *contusus, contritus est* Mich. 1, 7. Jes. 24, 12., trop. Job. 4, 20. Jer. 46, 5. Fut. plur. יֻכַּתּוּ Job. l. c.

כָּתִית m. *tusus, tusum* oleum (h. e. quod ex olivis in mortario contusis exprimitur i. e. purum, faecum expers) Exod. 27, 20. Levit. 24, 20. Num. 28, 5. 1 Reg. 8, 11.

מְכֻתָּה f. *contusio* Jes. 30, 14.

כְּתִתִים vid. supra post כתב.

ל

ל, si ex lat. linguae ingenio aestimatur, est vel index casuum vel praeverbium. Itaque A) notat 1) *dativum,* non solum in his talibus sententiis, quae satis tritae sunt, נְאֻם לַאדֹנִי *dictum est domino meo* Ps. 110, 1., תְּנוּ שֵׁכָר לְאֹבֵד *date siceram pereunti* Prov. 31, 6., לֹא תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל *non committes animam meam orco* Ps. 16, 10., וַיַּעַשׂ יְהוָה לְאָדָם כָּתְנוֹת עוֹר *fecit Jova Adamo tunicas pelliceas* Gen. 3, 21., ellipt. כָּל־רֹאשׁ לַחֳלִי *omne caput morbo* traditum est, 1 Sam. 17, 46. etc. sed etiam a) dativum *commodi* et *incommodi* (quem dicunt) Esth. 10, 3. 1 Sam. 22, 15. Ps. 132, 1. Ezech. 18, 22. Deut. 3, 22. Exod. 12, 24., hinc לְ הָיָה *adesse alicui* Ps. 124, 1.; — b) post passiva (ut in graecis ac passim in lat scriptoribus) Prov. 14, 20. גַּם לְרֵעֵהוּ יִשְׂנָא *etiam* (ab) *amico odio habebitur,* Gen. 14, 19. Exod. 12, 16. Jes. 19, 22. Esth.

5, 12. 1 Sam. 1, 28. Jes. 65, 1., quanquam in his locutionibus, si accuratius consideras, res paullo aliter cogitatur (etiam a Graecis et Lat.), quam si voc. *a* ponatur, *die Handlung wird auf den Urheber bezogen, nicht von ihm hergeleitet.* Simil. post נִחַם *fieri* Jes. 19, 15., nec non post verba neutra, quae passivum sensum habent, ut הָרָה לְ *concipere (gravidam fieri) ex aliquo* Gen. 38, 15. De pronom. pers. dativo pleonast. v. Gesen. L. p. 736. — 2) *genitivum*, qui quidem usus hos potissimum modos habet: a) ubi nom. indefinitum copulatur cum nom. propr., צֹפִים לְשָׁאוּל *Kundschafter des Saul* 1 Sam. 14, 6. (צֹפֵי שָׁאוּל est *die K. d. S.*, ut צֹפֵי הַמְּלָכָה, nam nom. propr. semper sunt per se definita), בֵּן לְיִשַׁי *ein Sohn des Isai* 1 Sam. 16, 18. Esr. 5, 11. 2 Chron. 26, 17. Huc pertinet etiam istud מִזְמוֹר לְדָוִד *ein Gesang D.* in Psalmor. inscriptt.; b) ubi inter duo subst. interpositum est adjectivum vel numer. 1 Sam. 22, 20. בֶּן אֶחָד לַאֲחִימֶלֶךְ *filius unus Ahimelechi*, Hag. 1, 1. בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לַמֶּלֶךְ *anno secundo regis*, 1 Reg. 3, 18. Dan. 2, 8. (in his enim ne poterat quidem aliter dici); c) ubi duo priora nom. unam quasi notionem efficiunt: דִּבְרֵי הַיָּמִים לַמֶּלֶךְ דָּוִד *Tagesnachrichten des König Dav.* 1 Chron. 27, 24. Ruth. 2, 3.; d) ubi omissum est substantivum, unde genitivus pendet 2 Sam. 3, 2. אַמְנוֹן לַאֲחִינֹעַם *Amnon Ahinoamae* filius, Deut. 1, 3. בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo* die *mensis* Ezech. 1, 2. Aliis in locis, quos huc retulerunt, לְ vim dativi habet Jes. 2, 7. Prov. 15, 23. Job. 12, 6. rel. Ceterum passim לְ אֲשֶׁר pro *genitivo* dici (Gen. 41, 43. 1 Sam. 17, 40. 21, 8. 1 Chron. 11, 10. Neu. 2, 8. etc.), nemo mirabitur: factum vero hoc est iisdem fere de causis, quas modo attigimus v. Ewald krit. Grammat. p. 583. Ceterum ad genitivi notionem revocant quoque formul. לְ מִקֶּדֶם, לְ מֵחוּץ, לְ מֵעַל etc., quanquam utrum ad hanc an ad dativi naturam propius accedant, ambigi potest. Adde infra B. 3. f. — 3) *accusativum* in libris recentioribus ad Chaldaismum inclinantibus Job. 5, 2. דָּרַג לְ (Ps. 135, 11.), לָקַח לְ Jer. 40, 2. Verum an Thren. 4, 5. אָכַל לְ מַעֲדַנִּים huc pertineat, dubitari potest (v. sub אכל); nec in hunc censum venire existimaverim eos locos, in quibus Pihel vel Hiph. junctum habet nomen c. praef. לְ; quanquam enim apud accuratos scriptores plerumque accusativus additus legitur, tamen etiam *dativi* aliqua ratio fingi potest, ut Exod. 33, 14. הֵנִיחַ לְ *quietem alicui concedere*, Gen. 45, 7. הֶחֱיָה לְ *vitam conservare alicui*, 1 Chron. 29, 22. הִמְלִיךְ לְ *regnum alicui deferre*, 2 Reg. 4, 27. הִרְפָּה לְ *libertatem alicui concedere*, Job. 21, 22. לִמֵּד דַּעַת לְ *alicui scientiam impertire:* quemadmodum in antiquioribus etiam libris complura verba utrique casui junguntur (cf. אהב, בוז etc.). Cave quoque huc referas formulam הָלַךְ לְדַרְכּוֹ (*seinen Weg gehen*) Gen. 32, 2. 33, 16. Num. 24, 25. Jud. 19, 27. etc.; est enim *ivit secundum viam suam* h. e. *persecuturus viam suam, seinem Wege nachgehen.* — 4) adjiciunt, *nominativo* etiam praefigi לְ (Gesen. L. p. 681.) in libris certe Chronic. (nam Eccles. 9, 4. לְכֶלֶב חַי הוּא טוֹב מִן וגו׳ est subita structurae immutatio). At, ut parum accuratus sit ille scriptor, nemo tamen sanus potuit isto לְ uti, nisi ubi sibi *aliquam* particulae vim ac rationem informasset (*er musste sich eine Wendung des Ausdrucks denken, bei der das* לְ *wenigstens erträglich war*); *absoluti* enim pleonasmi monstra in sermone humano frustra quaeres: nec Arabum ل initiale (quod noli cum ل praeverbio confundere) hebraicae linguae temere tribuendum. Itaque 1 Chron. 24, 10. vide, an לִבְנֵי עַמְרָם, לִבְנֵי לֵוִי in vern. sermonem ita convertere liceat: *an (von) Kindern Levi's, Amram's;* sed v. 21. לְיִצְהָרִי nom. gentil. sing. pro plur. ponitur: *an*

Jizhariten; 2 Chron. 7, 21. הַבַּיִת הַזֶּה לְכֹל־עֹבֵר עָלָיו יִשֹּׁם fortasse transit. sensu capienda sunt: *haec domus omnibus - - stupori erit.* Denique 1 Chron. 3, 2. לְ ante אַבְשָׁלוֹם librariis, quippe quibus לְ in praegressis sententiis (cf. v. 1.) fraudi esset, deberi puto, cum quod statim sequitur אֲדֹנִיָּה ista litera careat atque eadem in 20 codd. Kennic. desit, nec secus existimandum de loco 1 Chron. 7, 1. cf. 6, 46. 47. 48. 56. 62. Jure autem miramur, DE WETTIUM istud monstrum etiam Ps. 89, 19. quaesivisse; verba enim plana sunt et ab aliis jam recte explicata; multo etiam minus assentimur HARTMANNO (Einleit. p. 353.), qui Jes. 32, 1. Job. 16, 21. in eundem censum venire opinatur, v. intptt. ad h. ll.

B) est praeverbium, quod ex אֶל declinatum videtur ac in univ. significat *tendere, dirigi, accommodari* aliquid aliquo, ad aliquid *(Richtung, Annäherung zu etwas)*, in qua re dativi etiam notio continetur. Sed raro 1) de *loco* dicitur, ut post verba ducendi, veniendi, mittendi cet.: *ad, in (contra)* Jer. 12, 15. Jes. 53, 7. Job. 10, 19. Ruth. 1, 8. Ezech. 5, 10. Deut. 5, 27. 1 Sam. 2, 20. Gen. 24, 54. Cant. 4, 16. Ps. 7, 14. 68, 19. (quanquam hi loci ad dativi quoque notionem revocari possunt v. FRITZSCHE Conjectan. in N. T. I, p. 42. cf. nostr. *zuführen, zusenden, zukommen* sq. dat., quae verba paullulum differunt a *führen, senden zu* etc.), ut in talibus sententiis: הִשְׁתַּחֲוֹת לַהֲדֹם רַגְלָיו *adorate* conversi *ad scabellum (versus* sc.) *pedum ejus* Ps. 99, 5. 2 Sam. 18, 28., שְׂאוּ לַשָּׁמַיִם עֵינֵיכֶם *tollite versus coelum oculos vestros* Jes. 51, 6. Ezech. 5, 6. Ad eandem *dirigendi* vim redeunt haec: Ps. 45, 10. *stare* לִימִין מ *ad dextram alicujus (in der Richtung gegen d. rechte Hand) zur Rechten* (ἐπὶ, εἰς δεξιά), 1 Chron. 18, 7. לְיַד מ *ad latus al.*, Prov. 9, 4. יָשַׁב לְפֶתַח *sedere ad ianuam,* 1 Reg. 20, 38. עָמַד לַמֶּלֶךְ *stare apud regem, coram rege* (pr. conversum ad regem). Paullulum differt formula לְרַגְלֵי מ יָצָא *exire ad pedes al.* h. e. ita, ut ad pedes al. te quasi adjungas, pedes al. sequaris, hinc est *vestigia al. premere.*

2) de *tempore* ita legitur, ut vel perpetuitatem aliquam notet: לָנֶצַח *in sempiternum* Jes. 25, 8., לְיוֹם אֶחָד *in unum diem* (in singulos dies) 1 Reg. 4, 22 (5, 2.), לְשָׁלֹשֶׁת הַיָּמִים *in* h. e. intra *tres dies* Esra 10, 8. Am. 4, 14. 1 Reg. 10, 32. (sim. εἰς Odyss. 4, 86. 14, 196. et ἐπὶ HEROD. 6, 101. 7, 20.) — vel terminum *ad quem usque* aliquid durat, שְׁלֹשָׁה חֳדָשִׁים לַקָּצִיר *tres menses ad messem (bis auf)* Am. 4, 7. Deut. 16, 4. — vel temporis momentum *circa quod, sub quo* (quod) aliquid fit: לְעֵת עֶרֶב *circa tempus vespertinum, gegen die Abendzeit* Gen. 8, 11., לָאוֹר *sub luce* Job. 24, 14., לְעֵת בּוֹא הַשֶּׁמֶשׁ *circa tempus occasus solis* Jos. 10, 27. Gen. 49, 27. cf. gr. εἰς τὴν ἑσπέραν XENOPH. Anab. 3, 1, 3. it. πρὸς ἡέρην. Sed Ps. 73, 14. huc non pertinet, vide ROSENMUELLER. — Rarius de exacto temporis spatio dicitur, sed ita tamen ut tempus, quod *proxime* excipit aliud *(Anschliessung an die Vergangenheit)* indicet, fere ut מִן: Gen. 7, 4. לְיָמִים עוֹד שִׁבְעָה *statim post septem dies (am Ende von 7 Tagen, zusammentreffend mit dem Ende v. 7 Tagen),* 2 Sam. 13, 23. Sed Jer. 22, 4. מְלָכִים יֹשְׁבִים לְדָוִד עַל־כִּסְאוֹ propr. ita enarrabis: *Davidi in solio suo sedentes* h. e. quos Davides in solio suo sedentes (h. e. successores) habuit, ita ut hic dativi notio maneat. — Pro בְּ non videtur poni: certe Ps. 9, 10. וַיְהִי יְהוָה מִשְׂגָּב לְעִתּוֹת בַּצָּרָה vertas: *J. ist eine Zuflucht für böse Zeiten* (perfugium

temporibus calamitosis quasi repositum), Jes. 10, 3. מַה־תַּעֲשׂוּ לְיוֹם פְּקֻדָּה *quid facietis, parabitis in diem poenae, was wollt ihr unternehmen für (auf) den Tag d. Strafe (um euch ihm zu entziehen)?* cf. Hos. 9, 5., Prov. 7, 20. לְיוֹם כִּסֶּא יָבֹא בֵיתוֹ *er kehrt nach Hause zum Tage der Laubhütten* h. e. ita, ut die tabern. jam domi sit, celebraturus istum diem (fere ut nos: *zum Osterfeste zurückkehren*, quod non est: *am Ost. zurückk.*), Job. 21, 30. לְיוֹם אֵיד יֻחְשַׂךְ רָע *quod ad diem exitii attinet, cohibetur impius* sc. ne hunc diem attingat, *dem Unglückstage wird er vorenthalten, entzogen* (cf. Ps. 40, 11.), Prov. 16, 4. *omnia parat Deus ad sua consilia* (h. e. suis cons. convenienter) *et impium quoque* לְיוֹם רָעָה parat h. e. *destinat ad diem malum* (diei malo). — Denique in iis etiam locis, ubi לְ substantivo vel sing. vel plurativo junctum *distributive* ponitur, Ps. 73, 14. לַבְּקָרִים *quovis mane* (Jes. 27, 3. Job. 7, 18. Ps. 101, 8.), לַבֹּקֶר לַבֹּקֶר 1 Chron. 9, 27., לַבֹּקֶר Am. 4, 4 (Jes. 37, 21.), commode verti potest: *in, auf, für* (*für jeden Morgen, Tag* etc.).

3) Varia est hujus vocis translatio; dicitur enim a) de *conditione, in quam* quid abit Jes. 25, 2. *urbem in tumulum, oppidum in ruinam convertisti* Job. 17, 12. Thren. 5, 15. Gen. 2, 22. Joel. 3, 4. Jer. 2, 15. Ps. 7, 4. Mich. 4, 3., hinc etiam post verba *dividendi* Levit. 8, 20., hinc לְ הָיָה *zu etwas werden, zu etwas dienen* Ps. 69, 23. יְהִי שֻׁלְחָנָם לְפָנֵיהֶם לְפָח *abeat eorum mensa in laqueum*, sit ipsis laqueo (Jos. 7, 5. 1 Sam. 25, 37. Jes. 35, 7. 38, 17. Jer. 24, 9. Gen. 2, 24.); Gen. 11, 3. וַתְּהִי לָהֶם הַלְּבֵנָה לְאָבֶן *erant iis lateres pro lapidibus, sie dienten ihnen zu Steinen* (Jer. 28, 2.). — b) de *numero, ad quem* multitudo aliqua proxime accedit: *ad*, 2 Chron. 5, 12. לְמֵאָה וְעֶשְׂרִים *ad centum et viginti* i. e. circiter 120, 2 Chron. 3, 8. 1 Sam. 29, 2. Simil. πρός (v. Lobeck ad Phryn. p. 410.), κατά et εἰς. Eodem redit, ubi de *gradu* dicitur Exod. 12, 13. נֶגֶף לְמַשְׁחִית *plaga ad internecionem* usque, Jud. 16, 16. 2 Chron. 24, 11. — c) longe frequentius de *animi* vel mentis *ad aliquid conversione*, ut in his formulis: *attendere, animum adjicere ad al.* Ps. 5, 3. Exod. 7, 23. Prov. 22, 17. Deut 32, 46., כָּלָה לְ *schmachten nach etwas* Ps. 84, 3., *benevolum esse erga al.* Exod. 20, 6., mala *moliri contra al.* Ps. 37, 12. 2 Sam. 21, 5., *peccare in al.* Deut. 1, 41. Gen. 20, 9. Exod. 10, 16. etc.; — deinde vero spec. α) de consilio et fine Neh. 8, 4. מִגְדַּל עֵץ אֲשֶׁר־עָשׂוּ לַדָּבָר *suggestus ligneus, quem ad id,* in hunc finem, *fecerunt.* Cet. v. infra de infinit. — β) de norma, ad quam aliquid accommodatur, exigitur: *secundum* 2 Chron. 25, 5. לְבֵית אֲבוֹת *secundum domum patrum* Jer. 30, 11. Deut. 32, 8., שָׁפַט לְמַרְאֵה עֵינָיו *judicare sec. oculorum adspectum* (oculorum indicium sequi Jes. 11, 3.; hinc passim est *instar, tanquam* Job. 39, 16 (19): חָקְשִׁיחַ בָּנֶיהָ לְלֹא לָהּ *duriter tractat pullos tanquam non-suos,* in modum eorum, qui non sunt sui; Job. 41, 19. De loco Mich. 2, 8. v. infra. — γ) de causa et ratione, propter quam aliquid fit (*Veranlassung, Antrieb*): *ad* Ps. 18, 45. *obtemperant mihi* לִשְׁמַע *ad rumorem* (famam), *auf das Gerücht,* Num. 16, 34., *ob, propter* Levit. 19, 28. Esr. 3, 13. Jes. 14, 9. Ps. 91, 11. Job. 37, 1., לָכֵן *propterea, ideo* Ruth. 1, 13., לָמָּה *cur?;* hinc post verba mirandi et laetandi: *de* Gen. 24, 21. 21, 6. Obad. 12.; alibi עַל. — δ) de eo, ad quod oratio al. spectat (*Ziel, Gegenstand der Rede*): Gen. 20, 13. אִמְרִי לִי אָחוֹת הוּא *dic de me (in Beziehung auf mich) hic* est *frater meus,* Eccles. 10, 3. Ps.

22, 31. Jes. 27, 2. 5, 1.; adde לְ צִוָּה *praecipere de aliquo* Esth. 3, 2. Ps. 91, 11., שָׁאַל לְשָׁלוֹם *de al. salute quaerere* 1 Sam. 17, 22. — ε) sensu restrictivo h. e. ubi id significatur, cujus respectu habito aliquid affirmatur, 1 Reg. 10, 23. וַיִּגְדַּל לְעֹשֶׁר וּלְחָכְמָה *magnus fuit, quod quidem ad divitias et sapientiam attinet* (divitiis et sapientiâ), *rücksichtlich des R.*, Job. 32, 4. זְקֵנִים הֵמָּה מִמֶּנּוּ לְיָמִים *aetate provectiores erant illo*, Gen. 17, 20. לְיִשְׁמָעֵאל שְׁמַעְתִּיךָ *quod ad Ismaelem attinet audivi te, in Hinsicht auf Ism.*, Ps. 12, 7. Jos. 22, 10. 2 Chron. 32, 27. Job. 11, 6. Deut. 34, 11. Num. 35, 33. Jes. 32, 1. Sim. graec. εἰς. Huc revocabis etiam hos tales locos: Levit. 7, 26. כָּל־דָּם לֹא תֹאכְלוּ בָּעוֹף וּבַבְּהֵמָה *nullum sanguinem comedes, quod attinet ad aves et ad pecudes* (nec avis nec pecudum), 2 Chron. 32, 27.

4) Passim cum verbis quietis copulatum significat *penes, apud* Exod. 13, 7. *non conspicietur fermentum* לְךָ *apud te* h. e. tanquam tuum, *dir angehörig*, 1 Sam. 13, 22., Jon. 2, 10. יְשׁוּעָתָה לַיהוָה *salus penes Deum est.* Conferre licet graecas formulas εἶναι ὑπὸ χεῖρα, ὑπὸ νόμον.

Falluntur, qui has significationes adjiciunt: a) *cum;* nam Deut. 7, 2. כָּרַת בְּרִית לְ est *concedere alicui foedus* (pacem) coll. Jes. 27, 5. 55, 3. Exod. 23, 32. 1 Sam. 11, 1. Ps. 89, 4.; Gen. 46, 26. כָּל־הַנֶּפֶשׁ הַבָּאָה לְיַעֲקֹב נִצְּאֵי יְרֵכוֹ hunc sensum habet: *omnes qui Jacobo* (i. e. tanquam familiae Jac. adscripti) *venerant in Aeg.*, 2 Chron. 16, 8. חָיִל לָרֹב לָרֶכֶב וְלַפָּרָשִׁים ita interpretaberis: *sie waren zu einem Heere geworden* (*angewachsen*) *an Menge*, (*nämlich*) *an Wagen und Reitern*, Jer. 10, 13. בְּרָקִים לַמָּטָר עָשָׂה hoc sibi vult: *fulmina parat ad pluviam, zum Regen bereitet er Blitze.* — b) *in* c. abl.; Hos. 7, 2. אָמַר לִלְבָבוֹ noli vertere: *in animo suo dicere;* duae enim locutiones sunt בִּלְבָבוֹ et עַל־לִבּוֹ (לְ) אָמַר, et *haec* quidem ejus est, qui se ipsum hortatur ad aliquid vel in animum aliquid inducit; Job. 2, 13. יָשַׁב לָאָרֶץ non est *humi sedere* sed quod nostrates dicunt: *auf die Erde sich setzen* cf. 36, 7. Ps. 9, 5. Locum Jes. 51, 14. bene expedivit Rosenmueller. — c) *per* in jurisjur. formulis; sc. Zeph. 1, 5. נִשְׁבָּעִים לַיהוָה sunt *Jovae jurantes* h. e. jurejur. se obstringentes. Sed dici ita *posse* לְ, non negamus; certe Arab. ل hoc sensu passim legitur. — d) *a, ab* Neh. 3, 15. לְגַן הַמְּלֶךְ וְעַד הַמַּעֲלוֹת (חוֹמַת) *murus* (*ad*) *apud hortum regis* (exorsus) *usque ad scalas* (porrectus). Loci 2 Chron. 1, 13. וַיָּבֹא שְׁלֹמֹה לַבָּמָה אֲשֶׁר־בְּגִבְעוֹן יְרוּשָׁלַיִם מִלִּפְנֵי אֹהֶל מוֹעֵד, quem ita convertunt Lxx. ἦλθε Σ. ἐκ Βαμὰ τῆς ἐν Γυβαὼν εἰς Ἰερουσαλήμ etc., nisi corruptus est, hunc sensum esse cum Chaldaeo existimabis: *profectus erat S. in excelsum* etc., *Hierosolyma* (profectus, reversus est) *a tabernaculo sacro.* Certe, quod jam Kimchius intellexit, nullo modo contraria significatio tribui potest praeverbio לְ.

Ubi לְ substantivis vel adjectivis junctum in adverbium abit, commode explicari poterit ex iis, quae supra dicta sunt: לְצֶדֶק *juste* h. e. secundum justitiam Jes. 32, 1., לַשֶּׁקֶר *false* (jurare) Levit. 5, 24. Jer. 5, 2. i. e. ad falsum (comprobandum), לָרֹב *multum,* propr. usque ad multitudinem 2 Chron. 20, 25. לָבֶטַח *secure* rell. Ceterum cf. graec. πρὸς ἐπί et κατὰ c. nominibus.

Infinitivo praefixum varie exponitur: a) עֵת לָטַעַת *tempus plantandi* Eccles. 3, 2. Ezech. 1, 12. Neh. 2, 14., בַּשָּׁנָה הַשֵּׁנִית לְצֵאתָם

anno secundo egressionis eorum h. e. postquam egressi sunt Num. 1, 1. (ut בַּשָּׁנָה הַשֵּׁנִית לְמַלְכוּתוֹ anno sec. regni h. e. postquam regnum capessivit) 1 Reg. 3, 18. Jer. 41, 4. — b) *ad* (de consilio) Cant. 5, 5: *surrexi* לִפְתֹּחַ *ad aperiendum*, Ezech. 40, 39. al., hinc *ut* Jes. 10, 2. Deut. 6, 24. Gen. 2, 23., *ita ut* Num. 11, 11: *cur gratiâ tuâ destituor* לָשׂוּם אֶת־הַמַּשָּׂא *ita ut imponas* (mihi) *onus*. — c) *usque dum, donec* Levit. 24, 12. Jes. 7, 15. al. — d) *quum* Exod. 14, 27. לִפְנוֹת בֹּקֶר *cum appropinquaret mane*, circa tempus matutinum, Gen. 24, 63. Exod. 14, 27. — e) Gen. 2, 3. לַעֲשׂוֹת *faciendo*, Gen. 1, 22. לֵאמֹר *dicendo* etc.; Jes. 5, 4. מַה־לַּעֲשׂוֹת *quid faciendum?* propr. quid est (reliquum) ad fac. i. e. quod fieri debeat, 2 Reg. 14, 3. — f) de formula הָיָה לְ sq. inf. v. sub hoc v. Ceterum etiam post multa alia verba (ut: quaerendi, incipiendi, desinendi) sequitur infin. c. לְ, quemadmodum nostrates dicunt: *aufhören zu, suchen zu* etc. Latini solo infin. utuntur.

Cum affixis לִי, לְךָ (c. he parag. לָכָה Gen. 27, 37.), f. לָךְ, more chald. לָכִי 2 Reg. 4, 2., לָנוּ, לָכֶם, לוֹ etc.

לְמִן non videtur idem esse quod מִן; nam Deut. 4, 32. לְ in לְמִקְצֵה componendum cum illo quod legitur ab initio vocis יָמִים, ut sensus hic sit: *inquire in tempora prisca - - in* ea loca quae *ab extremo coelo ad extremum usque coelum*, εἰς τὰ ἀπ' ἄκρου οὐρανοῦ etc.; Hagg. 2, 18. לְמִן הַיּוֹם nexum est a verbis שִׂימוּ לְבַבְכֶם in extremo versu: *ad* tempus *ab hoc inde die* elapsum *advertite animum*; Jer. 7, 7. ita enarres: quam *dedi majoribus vestris in* tempus *ab aeterno usque ad aeternum* h. e. in perpetuum; 2 Sam. 7, 11. *non amplius affligetur populus meus, sicut olim et in* h. e. per illud tempus *a constitutis* inde *judicibus* elapsum. Adde Exod. 9, 18. Deut. 9, 7.; de loco dicitur Zach. 14, 20., de numero Esth. 1, 20., ubi לְ ante מִגָּדוֹל est dativi nota, quemadmodum in לְבַעֲלֵיהֶן.

לְמוֹ in Jobi libro passim est pro לְ (v. sub מוֹ) Job. 27, 14. 40, 4. 38, 40. 29, 21.

מַמְלָכָה f. *regnum, imperium* h. e. vel dignitas regia 2 Sam. 3, 10. 1 Reg. 11, 11. 14, 8. vel, quod paulo frequentius, ipsa terra, quae regi paret, Deut. 3, 4. 1 Reg. 4, 21. 18, 10. 1 Chron. 11, 10. Jer. 1, 15.; כִּסֵּא מַמְלָכָה *thronus regius* 2 Chron. 23, 20., זֶרַע מ׳ *stirps regia* 2 Reg. 11, 1., בֵּית מ׳ *sedes regia* Am. 7, 13., עִיר מ׳ *caput regni* 1 Sam. 27, 5. — In regim. מַמְלֶכֶת Exod. 19, 6. Num. 32, 33. Deut. 3, 10. 13., cum

affixo מַמְלַכְתּוֹ Gen. 10, 10. Deut. 17, 18. 20.; plur. מַמְלָכוֹת 1 Reg. 10, 20. Ps. 46, 7., in regim. מַמְלְכוֹת Deut. 28, 25. Abstractum pro concr. 1 Sam. 10, 18: מַמְלָכוֹת הַלֹּחֲצִים אֶתְכֶם regna i. e. *reges vos opprimentes.*

מַמְלָכוּת f. *id.* (utroque sensu), in regim. מַמְלְכוּת Jos. 13, 12. 21. 27. 30. 31. 1 Sam. 15, 28. etc.

מָלַל voc. fere poetic. *locutus est* Prov. 6, 13. syr. et chald. *id.* — Pih. מִלֵּל *dixit* Gen. 21, 7., it. *elocutus est* sq. acc. Job. 8, 2. 33, 8. Ps. 106, 2. Ceter. v. sub מְלִילָה.

מְלַל chald., Pahel מַלֵּל *locutus est,* sq. עִם pers. (*cum* al.) Dan. 6, 22., sq. acc. Dan. 7, 8. 11.

מְלִילָה f. plur. מְלִילוֹת Deut. 23, 26. *spicae, aristae.* Consentt. Lxx. Syr. Vulg. Origo voc. latet. Fortasse מלל idem fuit q. מול *abscindere.*

מִלָּה f. *verbum, sermo, oratio* (poetis i. q. דָּבָר) Ps. 139, 4. Job. 13, 17. 21, 2.; 32, 11: *usque dum scrutati essetis sermones* sc ad me refellendum aptos, 30, 9: וָאֱהִי לָהֶם לְמִלָּה *factus sum illis* dicterium, *fabula.* Plur. מִלִּים Job. 6, 26. 8, 10. et chald. מִלִּין Job. 4, 2. 12, 11. 15, 13. 18, 2. 26, 4. etc., cum affixo מִלֶּיךָ Prov. 23, 9. Job. 4, 4.

מִלָּה f. chald. 1) *verbum* Dan. 2, 9. 10 4, 38., spec. *decretum, mandatum* Dan. 3, 28. coll. 2, 5. 2) *res,* ut hebr. דָּבָר Dan. 2, 8. 15. 17. (7, 28?). — In statu emphat. מִלְּתָא Dan. 2, 11. 5, 15. et מִלְּתָה Dan. 2, 5., plur. מִלִּין Dan. 7, 1. 25., in statu emphat. מִלַּיָּא Dan. 7, 11. 16., in regim. מִלֵּי Dan. 5, 10.

מָלַץ (arab. ملص) *lubricus, laevis fuit* (cf. מלט): Niph. נִמְלְצוּ לְחִכִּי אִמְרָתֶךָ *laevia palato meo sunt verba tua,* ita ut facile quasi glutiantur, h. e. dulcia, suavia sunt (v. חלק) Ps. 119, 103.

מֶלְצַר Dan. 1, 11. 16. nom. muneris in aula Nebucadnez. sec. Lorsbachium pers. مَالْسَرْ *praefectus palatii* s. *thesauri,* sec. Bohlen. ملسر *vini princeps.*

מָלַק *ungue secuit, abkneipen* Levit. 1, 15. 5, 8. Ita veteres interpretantur. Sed Schultensio (ad Harir. I, p. 64.) est: *compressit inter digitos (einknicken),* coll. arab. ملق in Conj. II. *complanavit.*

מָמוֹת v. sub rad. מות.

מַמְזֵר m. 1) Deut. 23, 2. *ex scorto, prostibulo vel uxore illegitima natus,* sec. Lxx. Vulg. Syr. Ar.; hinc fortasse Zach. 9, 6. *extraneus,* Lxx. ἀλλογενής. — Talmudistae Cod. Jevammoth fol. 76. per מום זר explicant; ridicule. Plurimi derivant a זור; alii conferunt syr. ܡܣܪ Aph. *contemsit,* arab. مرز; alii denique مذر *corruptus fuit, computruit.* Omnia incerta.

מָן *manna* v. sub מנן.

מַן pronom. chald. utriusque numeri *quis?* (syr. ܡܢ, arab. مَنْ,

aethiop. ምን) Dan. 3, 15. Esr. 5, 3. 9., rel. ad nom. rei Esr. 5, 4: מַן אִנּוּן שְׁמָהָת *quae sunt ista nomina* (ubi tamen homines potius quam nomina cogitantur); מַן־דִּי est: *quisquis, quicunque* (ὅς ἄν) Dan. 3, 6. 4, 14. 22. 29. 5, 21.

מִן, praefix.: מִ seq. dagesch, ante guttur. מֵ (v. tam. infra), syr. ܡܢ, arab. مِنْ, poet. מִנֵּי (Jud. 5, 14. Jes. 46, 3.): praeverbium, quod *egressionis* et *amotionis* notionem exprimit: ex, ἐκ Gen 12, 1. Deut. 16, 3. Jer. 36, 9. etc. vel *a, ab, ἀπό* Exod. 15, 22. Num. 10, 33. 1 Sam. 20, 1. Jos. 9, 22. etc. Propr. 1) *loci* est, copulaturque non solum cum iis verbis, quae ad egrediendi amovendive significationem redeunt (hinc praegn. etiam c. verbis *dehortandi* Ezech. 3, 18. 33, 8.. *ulciscendi* 1 Sam. 24, 13., *celandi* Gen. 47, 18. Ps. 38, 10. Levit. 4, 13. 2 Sam. 18, 13. 1 Reg. 10, 3., *κρύπτειν ἀπό*), sed passim cum his, in quibus *quietis* notio inest, ita ut nonnisi *directionem (Richtung woher)* notet: *pendere ab* (de) *al.* Jes. 40, 15. Cant. 4, 1 (gr. προσφυὲς ἐκ τινος, *religatum esse ab al.* Cic. Inv. 2, 51. Flor. 3, 3. 17. etc.), *prospicere a fenestris (von den Fenstern her* v. Aeschin. Dial. 3, 13.) Cant. 2, 9. 5, 4., *timere ab al. (von jem. her)* Jes. 51, 12. Job. 7, 14., *tutum esse ab al.* Dan. 11, 8., max. *stare, sedere ab al. dextra, sinistra, a latere* al. (Ruth. 2, 14. 1 Sam. 23, 16. Gen. 3, 24.), *in der Richtung von*, gr. ἐκ δεξιᾶς et simil. (v. יָמִין, שְׂמֹאל al.). Paullo aliter מִקֶּדֶם *orientem versus* Gen. 2, 8., מִצָּפוֹן *septentrionem versus* Jud. 7, 1. cf. *ab occidente* Cic. ad Brut. 10. Plin. H. N. 33, 8. cf. graec. πρὸς Νότου, πρὸς τοῦ πόντου v. Herm. ad Vig. p. 863. Sed in his etiam manet praeverbii vis; sc. Hebraei in determinando situ alicujus oppidi etc. non, ut nos, ab hoc opp. ad orientem, austrum etc., sed ab extremo oriente, austro ad oppidum progrediuntur, *in der Richtung von Osten her.* Atque ita judicandum etiam est מֵרָחוֹק *in longinquum* v. sub h. v. — 2) ubi de *tempore* dic., significat vel *ex, inde a (seit)* 1 Reg. 18, 12. Levit. 27, 17. 1 Sam. 30, 25. 1 Chron. 6, 16. Jes. 43, 13. Ps. 93, 2. (simil. ἀπό, ἐκ), vel *a* h. e. *statim post* 2 Sam. 23, 4. נֹגַהּ מִמָּטָר *lux post pluviam* i. e. quae excipit pluviam, ut ex ea prodire videatur, Hos. 6, 2. מִקֵּץ *post finem (gleich nach, am Ende)* Deut. 14, 28. Jer. 34, 14. cf. Jos. 23, 2. (Sim. gr. ἐκ τοῦ ἀρίστου Xenoph. Anab. 4, 6. 21., ἐκ μεσημβρίας Aesch. Dial. 3, 22., ἀπὸ δείπνου Iliad. 8, 54., lat. *ex consulatu* Cic. clar. Oratt. 318., *ab itinere* Suet. Caes. 60. al.), vel *ultra* 2 Sam. 20, 5.

3) varia est hujus vocis translatio, sive significet aliquid *ab* aliquo quacunque ratione *repeti* vel *proficisci*, sive *separationis* et *privationis* notionem exprimat: itaque legitur a) sensu *partitivo*: 2 Reg. 2, 7. *quinquaginta ex discipulis prophetarum*, Exod. 18, 25. Neh. 1, 2. Jos. 23, 10. Dan. 1, 19. 2 Reg. 10, 3. 1 Chron. 11, 25. Concise haec dicta putabis: Exod. 17, 5. *adjunge tibi* מִזִּקְנֵי יִשְׂרָאֵל aliquot *e senioribus Isr.* Jes. 57, 8. Esr. 7, 7.; Levit. 5, 9. *sparge* מִן־הַדָּם aliquid *de sanguine* (sanguinis), *sprenge vom Blute;* Exod. 16, 27. וַיֵּצְאוּ מִן־הָעָם *egressi sunt* aliquot *e populo*, Job. 11, 6. Cant. 1, 2. coll. Deut. 33, 3. Ps. 137, 3. cf. Winer. Grammat. N. T. p. 199. Huc spectat etiam, quod מִן componitur cum verbis *dandi, accipiendi, narrandi* etc. Mich. 4, 2. Ps. 59, 13. cf. gr. λαμβάνειν τινος (v. Hoffmann. ad Deut. 33. p. 39.). — b) de *materia*, unde aliquid factum Cant. 3, 9 *fecit sibi thronum* מֵעֲצֵי הַלְּבָנוֹן *e lignis Libani* (cedrinis), Hos. 13, 2. Gen. 2, 19. 23. Ps. 45, 9. Job. 33, 6. —

c) de *causa* et *auctore*, *unde* aliquid, aliquis proficiscitur Gen. 35, 11. Levit. 21, 17. Neh. 7, 61. (de procreatore); Jud. 14, 4. מֵיהוָֹה הִיא *a Jova hoc* accidit, Prov. 16, 1. 1 Reg. 2, 15. Jes. 6, 4. Ps. 9, 14. Job. 4, 13. Neh. 6, 8.; Prov. 20, 24. עֲנִיִּי מִשֹּׂנְאַי *miseria mea ab inimicis meis* profecta; Job. 6, 25. הוֹכַחַ מִכֶּם *castigatio a vobis*, vestra; Hos. 8, 4. *reges constituerunt* וְלֹא מֵאִתִּי *sed non a me* lectos, jussos constitui (v. Gesenii Carm. Samar. p. 66.), (sed 1 Reg. 8, 8. 2 Chron. 5, 9. מִן־הַקֹּדֶשׁ et מִן־הָאָרוֹן copulanda sunt cum verbo נִרְאוּ et de loco Ps. 68, 24. v. sub בֵּן); ellipt. Jes. 58, 12. בָּנוּ מִמְּךָ חָרְבוֹת *aedificant a te* (orti) *ruinas* (cf. gr. οἱ ἐκ τούτων *ex his orti*). Huc revocabis etiam Obad. 9. *exscindentur homines* מִקָּטֶל *per caedem* h. e. ita ut eorum interitus *a caede proficiscatur* (*in Folge eines Mordens*, cf. ἀπὸ βιοῦ πέφυεν Iliad. 24, 605.), Ezech. 8, 18. 2 Sam. 7, 29. Ps. 28, 7. (ubi v. Rosenmueller.) Prov. 3, 9. Adde denique, מִן passim post verba *gaudendi, querendi, pudendi* id significare, unde alicui gaudendi etc. *causa* contingit (lat. gaudere *de*) Prov. 5, 18. 2 Chron. 20, 27. Exod. 2, 23. Jud. 2, 18. Ezech. 16, 27. (cf. tamen עַל). Passivis nusquam jungitur; nam Cant. 3, 10. מֵאַהֲבָה nexum est ab אַהֲבָה. — d) de *causa* et *ratione*, qua quis movetur (*Beweggrund, Veranlassung, Antrieb*): *ob, propter* Deut. 7, 7. *non dilexit vos Jova* מֵרֻבְּכֶם *propter multitudinem vestram*, Jes. 35, 5. Prov. 20, 4. Ps. 68, 36. Esth. 5, 9., *prae:* מִפַּחַד *prae metu, aus Furcht* Cant. 3, 8. Exod. 6, 9. Ps. 62, 10. 76, 7. — e) de *norma* et *lege, ex qua* (secundum quam) aliquid fit Ezech. 7, 27. מִדַּרְכָּם אֶעֱשֶׂה אֹתָם *e factis*, ex merito *eorum faciam iis* (*den Maafsstab hernehmend von*), Job. 39, 26. הֲמִבִּינָתְךָ יַאֲבַר־נֵץ *fliegt nach deiner Einsicht* etc., cf. lat. *ex sententia, ex foedere* Flor. 1, 3. 6. Nep. Hannib. 7., ἐκ τῶν δυνατῶν *pro viribus* Xen. Anab. 4, 2. 23, πρὸς θυμοῦ Soph. El. 1211. Non multum differt, ubi — f) de eo dicitur, *unde* judicium vel aestimatio fit Num. 32, 22. נְקִיִּם מֵיהוָֹה *insontes a Jova* h. e. si res ex sententia Jovae aestimatur (*von Jehova aus, von dieser Seite her, unschuldig*) coll. Job. 4, 17. et ἄδικον πρὸς θεῶν Thuc. 1, 70., Deut. 33, 24. בָּרוּךְ מִבָּנִים *benedictus a prole, gesegnet an K.* (si res judicatur ab hac parte) cf. lat. *ab omni parte beatus:* al. *bened. prae filiis* (reliquis), quasi scriptum esset מִן־הַבָּנִים. — g) sensu exceptivo: *praeter* 1 Chron. 29, 4. (sim. *absque* ap. Solin. 46.), et privativo: *absque, sine* Job. 21, 9. מִפַּחַד *absque, sine metu* (alienus *a* metu), Job. 11, 15. Prov. 20, 3. Mich. 3, 6 (ubi v. Rosenmueller.). — h) sensu comparativo 1 Sam. 15, 33. *orba fiet mater tua* מִנָּשִׁים *prae mulieribus*, pr. ita ut hac ratione ex reliquarum mul. numero eximatur, Jer. 5, 3. Gen. 3, 14., Jud. 2, 19. הִשְׁחִיתוּ מֵאֲבוֹתָם *depravati sunt prae patribus* h. e. peiores patribus (coll. Ezech. 23, 11.); hinc fit, ut מִן in nominib. et verbis, quae virtutes aut vitia notant (*Eigenschaftswörter*), comparativum exprimat Jud. 14, 18. מַה־מָּתוֹק מִדְּבַשׁ *quid dulcius melle* (pr. tam dulce, ut hac ratione mel superet, a melle tamquam re dissimili *sejungi* debeat, *dass es den Honig hinter sich lasse*), Ezech. 28, 3. Prov. 3, 19., Gen. 42, 40. אֶגְדַּל מִמְּךָ *major ero te*, Jer. 15, 8. Thren. 4, 7. Ps. 18, 18. etc. adde בָּחַר מִן *praeferre* 1 Sam. 2, 28. Passim aliquid aliquem superare, excedere dicitur, quod ejus *vires* excedit Gen. 18, 14. הֲיִפָּלֵא מֵיהוָֹה דָּבָר *num est quidquam Jovae difficilius, nimis arduum* (pr. tam difficile, ut a Jova alienum sit illud perficere), Deut. 14, 24. Presse dicta haec sunt: Mich. 7, 4. *bonus* est *spinae instar*, יָשָׁר מִמְּשׂוּכָה *justus superat vepretum* h. e. peior est

vepreto; Job. 11, 17. מִצָּהֳרַיִם יָקוּם חֶלֶד *vita surget* tibi *magis* (laeta) *quam meridies.* Adde Esth. 3, 8. (cf. Jacobs ad Achill. Tat. p. 747.). Vide infra de infin.

Reliquae, quas huic praeverbio tribuunt potestates, sponte concidunt, si locos accuratius consideras. Nam Gen. 4, 11. אָרוּר מִן־הָאֲדָמָה praegnant. dic. *diris devotus* et ejectus *ex hac terra* (in hac enim ejectione posita fuit illa devotio); Levit 14, 16. טָבַל אֶת־אֶצְבָּעוֹ מִן־הַשֶּׁמֶן concise dicitur: *digitum intingere* et retrahere *ex oleo;* חָטָא מִמִּצְוָה Levit. 4, 2. etc. *aberrare a praecepto* i. e. migrare praeceptum, חָטָא מִן־הַקֹּדֶשׁ Levit. 5, 16. *peccare* surripiendo *de rebus consecratis;* praegnanter etiam dictum est Ps. 43, 1. רִיב רִיב פ׳ מִן cf. Prov. 21, 13. Deut. 33, 7. Zeph. 3, 18. Locum Deut. 33, 2., ubi *cum* vertunt, recte explicuit Rosenmueller., ad Jes. 21, 11., ubi *de* interpretantur, verum jam vidit Saadias, et qui a Gesenio afferuntur loci nihil probant; significationem *ante* (Jes. 43, 13. Prov. 8, 22. Ps. 93, 3.) frustra sunt, qui tribuant, nec Umbreitius (ad Job. p. 24.) debebat Noldii errorem repetere. — Pro mera *nota genitivi* (Hartmann. Einl. p. 354. Gesen. L. p. 674.) nusquam legitur (quanquam Arabes ita usurpare feruntur v. Schultens. Opp. min. p. 233. 328. nec non Samarit. v. Gesen. Carm. Sam. p. 86.); nam Job. 4, 13. שְׂעִפִּים מֵחֶזְיוֹנוֹת לָיְלָה sunt meditationes, quae *a visionibus nocturnis* proficiscuntur, ex iis oriuntur, Prov. 26, 7. מִן nexum est a verbo דָּלְיוּ, Jes. 24, 18. אֲרֻבּוֹת מִמָּרוֹם נִפְתָּחוּ verte: *es öffnen sich die Fenster von oben, aus der Höhe:* quae verba non solum hoc indicant, apertas esse coelorum fenestras (א׳ בְּמָרוֹם vel א׳ מָרוֹם), sed simul hoc, effusos inde in terram esse imbres, *das* מִן *von oben bezieht das Oeffnen auf die unten liegende Erde.* — Nec *redundare* hanc vocem dixerim (מִן *expletivum* vocant!!); certe Jes. 40, 17. מֵאֶפֶס וָתֹהוּ נֶחְשְׁבוּ לוֹ verti possunt: *censentur esse ex nihilo* h. e. ex his rebus, quae nihili sunt (cf. Tac. Annall. 3, 54. *in levi* habendum h. e. in levibus) coll. 41, 24; Gen. 7, 22. כָּל־אֲשֶׁר נִשְׁמַת חַיִּים בְּאַפָּיו מִכֹּל אֲשֶׁר בֶּחָרָבָה מֵתוּ hunc sensum habent: ex his, quae in terra continenti erant, nihil, quod spiritum vitalem habebat, non mortuum est; denique Deut. 15, 7. אֶבְיוֹן מֵאַחַד אַחֶיךָ videtur, id quod in graecis et lat. scriptoribus passim fit, praeverbium trajectum esse pro א׳ אֶחָד מֵאַחֶיךָ (cf. Joa. 12, 1. πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα et Ewald. Gr. p. 600 sq.), nisi velis ita interpretari: *egenus ex uno fratrum tuorum* (ut gr. οἱ ἐκ τούτων) prognatus, egenus Israelita.

מִן - - עַד vel מִן - - וְעַד indicat, res alicujus generis omnes (sine discrimine) comprehendi: Jon. 3, 5. מִגְּדֹלָם וְעַד קְטַנָּם *a summis ad infimos* h. e. sine discrimine omnes; hinc passim verti potest: *tamquam, sive-sive* Exod. 22, 3. 1 Sam. 30, 19. et, ubi praecedit *negandi* vocab., *neque-neque* Gen. 31, 24. *ne loquaris cum Jacobo* מִטּוֹב עַד־רָע *nec bonum nec malum,* ne unum quidem verbum coll. Gen. 19, 11. Esth. 3, 13. Deut. 29, 10. al.

Cum Suffixis: מִנִּי (poet.) Jes. 22, 4. Job. 16, 6., מֶנִּי Ps. 18. 23. Job. 21, 16., מִנֵּהוּ (poet.) Ps. 68, 24.; מֶנְהוּ Job. 4, 12., מִכֶּם, מֵהֶם, poet. מִנְּהֶם Job. 11, 20. al. Ceterum v. מֵן, unde reliquae formae declinantur.

Infinitivo praefixum varie dicitur: 1) Zach. 6, 5. יֹצְאוֹת מֵהִתְיַצֵּב *sie kamen vom Stehen,* prodierunt ab eo loco, quo steterant, stiterant

se. — 2) de tempore: a) *ex, inde a* (ex quo) 1 Chron. 8, 8. מִן־שִׁלְחוֹ *ab eo inde temp. quo* illos *dimiserat, ex quo* i. dim., 2 Chron. 31, 10., Num. 24, 23. מִי יִחְיֶה מִשֻּׂמוֹ אֵל *quis vivet ab eo temp., quo Deus* haec *fecerit* i. e. postq. h. fec., Hagg. 2, 16. ubi v. Rosenmueller.; b) statim *post*, postquam, simulac Ps. 73, 20. כַּהֲלוֹם מֵהָקִיץ *wie ein Traum nach dem Erwachen*, Job. 41, 17. — 3) *propter*, propterea quod Deut. 7, 8. מֵאַהֲבַת יְהוָה אֶתְכֶם *propterea quod Jova vos amat*, quanquam אַהֲבָה potest etiam substant. esse, copulatum, ut fit, cum casu verbi. — 4) saepius *translate* sejunctionem vel separationem aliquam notat, unde *privativus* vel *negativus* particulae sensus exoritur. Hic usus, si ad lat. linguae ingenium existimas, multos modos habet: a) Num. 32, 7. *cur absterretis Israelitas* מֵעֲבֹר *a transeundo*, cur eos vetatis transire, Gen. 31, 29. הִשָּׁמֶר לְךָ מִדַּבֵּר *cave tibi a loquendo* h. e. ne loquaris; b) Ps. 102, 5. שָׁכַחְתִּי מֵאֲכֹל לַחְמִי *oblitus sum edere panem meum* (pr. oblitus atque ita retentus sum ab edendo pane). ubi cum verbo ipsi insit negativa vis, scribi etiam potuisse videtur שׁ לַאֲכֹל; c) Zach. 7, 12. *aures obstruxerunt* מִשְּׁמוֹעַ *ab audiendo* h. e. *ut non, ne audirent*, Ps. 39, 2. 69, 24. Exod. 14, 5.; Jes. 49, 15. *an obliviscitur mulier infantis sui* מֵרַחֵם בֶּן־בִּטְנָהּ *ita ut non misereatur* etc., Jer. 48, 2. *exscindamus eam* מִגּוֹי h. e. ita ut non amplius sit gens; d) Jes. 54, 9. נִשְׁבַּעְתִּי מִקְּצֹף עָלַיִךְ *juravi* me *ab irascendo* (ira abstinere velle, me non esse tibi iraturum; e) Gen. 4, 13. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשׂוֹא *grave est peccatum meum a ferendo* h. e. gravius quam ut ferri possit, 1 Reg. 8, 64.; Gen. 29, 19. טוֹב תִּתִּי אֹתָהּ לָךְ מִתִּתִּי אֹתָהּ לְאִישׁ אַחֵר *melius est me tibi illam dare, quam eam dare alii*, Prov. 16, 19. — Passim pro infin. est nomen, ita ut intelligere debeas מִהְיוֹת: 1 Sam. 15, 23. *repudiavit te* מִמֶּלֶךְ h. e. *ut non sis rex*, privavit te imperio, Jer. 48, 2. נַכְרִתֶנָּה מִגּוֹי *delebimus eam ut non sit amplius gens*, 1 Reg. 15, 13. Jer. 2, 25. Jes. 17, 1. al. — Semel verbum finit. offendimus Deut. 33, 11. וּמְשֹׂנְאָיו מִן־יְקוּמוּן *hostes ipsius ne surgant*, resurgant: ita arab. et syr. saepius v. Hoffmann. ad h. l.

Quod ad formam huj. voc. attinet, a) vocabulis, quae articulum habent, integrum praefigitur, מִן־הָעִיר cf. tamen Joel. 1, 12. 1 Chron. 8, 8. Ps. 104, 6. etc.; b) ante guttur. pronunciatur per zere; interdum tamen ante ח et ר vocalem chirek retinet Gen. 14, 23. 2 Sam. 18, 16.

De praeverbiis compositis מֵאַחֲרֵי, מֵאֵת, מִבֵּין, מִבַּעַד, מִחוּץ, מִנֶּגֶד, מֵעַל, מֵעִם, מִתַּחַת vide sub his vv.

Oriri volunt hanc praepos. a verbo מָנַן *dividere*, unde etiam מֵן *pars*; sed vix credibile, vocem tam simplicem, qua ne rudes quidem homines carere poterant, a verbo aliquo declinatam esse. Itaque sic statuimus, vocab. primit. מִן fingendo verbo מנן caussam attulisse potius, quam vicissim.

מִן chald. (quod semper integrum manet): *ex, a* Dan. 7, 17. 4, 10. 2, 5., *timere ab* al. 5, 19. De tempore: *inde a, ex* Dan. 11, 23. Translate dic. a) sensu partitivo Dan. 2, 33. *pedes ejus* מִנְהֵן דִּי פַרְזֶל מִנְהֵן דִּי חֲסַף *ex iis* (eorum) *aliquid ferreum, aliquid fictile* fuit h. e. hi partim ferrei partim fictiles erant; b) de auctore, *a* quo quid proficiscitur, hinc etiam post pass. Esr. 4, 21.; c) de caussa, qua quis movetur: *ob, propter* Dan. 5, 19.; d) de norma, *ex* qua (secundum quam) aliquid fit Esr. 6, 14.; e) sensu privativo vel negativo Dan. 4, 13. לִבְבֵהּ מִן־אֲנָשָׁא

יָשִׁנּוֹן *cor ejus ab homine mutabitur* h. e. ita ut hac ratione ex hominum numero eximatur, homo esse desinat: alii ut Bertholdtus, minus commode מִן pro nota genit. accipiunt; f) sensu comparativo Dan. 2, 30 coll. 6, 2 (3). — מִן קְשֹׁט *ex veritate* (veritati convenienter) Dan. 2, 47., מִן יַצִּיב *certo* 2, 8. Ita sexcenties *ex* cum adjectivo copulatum adverbii notionem exprimit. — מִן דִּי *ex quo* (tempore) Dan. 4, 23. Esr. 5, 12. De מִן קֳדָם, מִן הֲחָת et מִן כְּוָת vide sub his vv. — Cum affixis מִנִּי, מִנְּךָ Dan. 4, 28., מִנֵּהּ 5, 20., מִנְּהוֹן 6, 3. etc.

מְנַדַּת f. chald. vid. supra in מָדָה sub rad. מדד.

מַנְדָּע vid. sub rad. יָדַע.

מָנָה gener. *determinavit, definivit* (v. sub Pihel), spec. 1) *numeravit* (syr. ܡܢܐ) Gen. 13, 16. Ps. 147, 4. Jer. 33, 13. 2 Sam. 24, 1.; 1 Reg. 20, 25. *numerabis tibi exercitum similem exercitui caeso* h. e. comparabis tibi exercitum numero parem ei, qui caesus est. 2) sq. לְ *destinavit* Jes. 65, 12. (arab. منى *id*). — Niph. נִמְנָה *numeratus est* Gen. 13, 16. Eccles. 1, 15., sq. אֵת *(cum) adnumeratus est* Jes. 53, 12. — Pih. מְנַּה gener. *determinavit, definivit,* spec. a) *praecepit* Ps. 61, 8. מַן יִנְצְרֵהוּ (i. e. מַנֵּה) *praecipe ut custodiant eum;* b) *assignavit,* sq. לְ pers. Dan. 1, 5. Job. 7, 3. (ubi plur. מְנוּ impers.); c) *constituit, paravit* Jon. 2, 1. 4, 6. 8., sq. עַל *praefecit* Dan. 1, 11. Pyh. part. plur. מְמֻנִּים *praefecti* 1 Chron. 9, 29.

מְנָא et מְנָה chald. *numeravit, definivit* Dan. 5, 26: *numeravit Deus regnum tuum* h. e. certum dierum et annorum numerum regno tuo constituit. — Pahel מַנִּי *constituit, praefecit* Dan. 2, 24. 49. 3, 12. Imper. מַנִּי (pro מַנֵּי) Esr. 7, 25.

מָנֶה m. *mina,* pondus *definitae magnitudinis* (syr. ܡܢܐ, arab. مَنٌ, gr. μνᾶ) Ezech. 45, 12., quo loco triplex mina definitur, minima 15, media 20, maxima 25 siclorum mosaicorum, sed v. Rosenmueller. ad h. l. E locis 1 Reg. 10, 17. Esr. 2, 69. (ubi plur. מָנִים occurrit) efficitur, minam hebr. 100 siclorum fuisse v. Jahn. Archaeol. I, 2, p. 48.

מָנִים plur. (a sing. מָנֶה) m. *vices,* quae *numerari* solent Gen. 31, 7. 41.

מְנִי m. nom. *idoli* Jes. 65, 11., quod cum גַּד copulatur. Plerisque est *Luna* Dea (μήνη), quae priscis gentibus, inpr. Aegyptiis religiose colebatur tanquam salutare et faustum sidus (v. Macrob. Saturn. 1, 19. Plutarch. Js. et Osir. p. 367.) cf. Millii Dissertatt. 81 sqq. Lakemacher. Observatt. IV, 18 sqq. Bynaeus de calc. vett. Hebr. 1, 9. 8 sqq. Zorn Opusc. sacr. II, p. 609 sqq. Rosenmueller. ad l. c. Sed praestat haud dubie cum Gesenio *Veneris* sidus, quod Astrologi Jovis stellae adjungere solent, ut felix et salutare mortalibus, intelligere; nam arab. منية est *fatum, fortuna,* nec discrepare videtur مناة, sub quo nomine Arabes olim tertiam e tribus filiabus Dei venerati sunt v. Coran. 53, 19. 20. cf. Pococke Spec. hist. Arab. p. 92.

מָנָה f. *pars, portio* Exod. 29, 26. Levit. 7, 20. 1 Sam. 1, 5. etc. it. *sors* Jer. 13, 25. מְנַת מַדֶּיךָ *sors mensurarum tuarum* h. e. a me tibi ad-

metienda, assignanda. Plur. מְנוֹת 1 Sam. 1, 4. 2 Chron. 31, 19., cum affixo מְנוֹתֶיהָ Esth. 2, 9., manente kamez.

מָנָה f. *pars, portio* Ps. 11, 6. 16, 5; 63, 11. מְנָת שְׁעָלִים יִהְיוּ *portio erunt vulpium* h. e. a vulpibus (canibus aureis) devorabuntur mortui. Plur. מָנָאוֹת Neh. 12, 44. et מָנִיוֹת Neh. 12, 47. 13, 10. (v. GESEN. L. p. 509).

מְנָן m. chald. *numerus* Esr. 6, 17.

תִּמְנָה nom. propr. oppidi in tribu Jud. Gen. 38, 12. Jos. 15, 10. 57. 2 Chron. 28, 18.

תִּמְנָתָה nom. propr. oppidi Philistaeor. Jud. 14, 1., quod Danitis assignatum fuerat Jos. 19, 43.; *Θαμναθά* 1 Macc. 9, 50. — Gentil. הַתִּמְנִי Jud. 15, 6.

תִּמְנַת חֶרֶס Jud. 2, 9. s. תִּמְנַת סֶרַח Jos. 19, 50. 24, 30. nom. oppidi in montanis Ephraim.

מָנָה rad. Hebr. inusit., arab. منح *donavit.*

מִנְחָה foem. *donum, oblatio* (מנחה) Gen. 32, 13. 18. 43, 11. Jud. 3, 15. 1 Sam. 10, 28. etiam ea, quae a victis *doni* nomine *exigebatur.* 2 Sam. 8, 2. 6. 1 Reg. 4, 21. 2 Reg. 17, 4. al. cf. gr. *δῶρον* Iliad 17, 225. — Spec. de *oblatione* Deo facta legitur Gen. 4, 3. 4. 5. Mal 3, 3., max. de sacrificio incruento, de *ferto*, quod una cum victimis offerri solebat Levit. 2, 1 sqq. 6, 7 — 16. Num. 15, 4. 6. 9. Ps. 40, 7. Jos. 22, 23. Jud. 13, 19. 1 Reg. 8, 64. etc. v. קָרְבָּן. Plur. מְנָחוֹת cum affixo מִנְחֹתֵיכֶם Num. 29, 39. Am. 5, 22.

מִנְחָה f. chald. *donum* Dan. 2, 46., plur. מִנְחָן Esr. 7, 17.

מִנִּי *Armenia* vel *pars Armeniae* Jer. 51, 27. BOCHART. *Phaleg* lib. 1. c. 3. p. 19. 20. conferri jubet *Μινυάς*, quod est ap. JOSEPH. Antt. I, 1, 6. regionis Armeniae nomen; atque ipsum *Armeniae* voc. sunt, qui conflatum putent ex הַר־מִנִּי *mons* (montes) *Minnaeorum*; מִנִּי vero confert WAHLIUS (*Asien* p. 807.) cum zend. *mino* et pars. *myny: coelum.* — Ceterum huc revocant nonnulli etiam locum Ps. 45, 9., de quo v. infra sub מָנַן rad. מנן.

מִנִּית f. Jud. 11, 33. nom. propr. loci in Ammonitide, de quo EUSEBIUS de *locis hebr.*: *καὶ νῦν ἐστι κώμη Μαανίθ, ἀπὸ δ' σημείου Ἐσβοὺς ἀπιόντων εἰς Φιλαδελφίαν.* v. HIERON. *Opp.* T. II, p. 466. ed. Bened.; חִטֵּי מִנִּית Ezech. 27, 17. *triticum Minnith* recensetur inter merces ex Judaea Tyrum devehi solitas, quae res non debebat MICHAELEM movere ut חִטִּים נִית *triticum pingue* scribere juberet; Ammonitas enim tum Hebraeis paruisse, non est, quod dubites v. WINER. Lex. bibl. I, p. 36.

מָנַן radix. Hebr. non usit., arab. منّ *praecidit, abrupit*, hinc *partitus est, distribuit, benefecit.* Inde sunt

מָן m. *manna*, cibus Israëlitis in deserto divinitus datus, Exod. 16, 31. 33. 35. Num. 11, 6. 9. Deut. 8, 3. etc., sec. Exod. 16, 14. 31. ita dictus, quod Israëlitae, eo primum viso, quaerebant: מָן הוּא *quid illud est?* Sed magis placent, qui mannae nomen deducunt a rad. منّ *largi-*

ter dedit, donavit, ut proprie sit *donum, munus* (coeleste), coll. مَنَّ *donum.* Est autem *manna* orientalis succus ad sacchari et mellis dulcedinem accedens, qui ex foliis arborum et plantarum complurium, maxime *Hedigsari Alhagi* Lin. exsudatus, in grana coriandri seminibus similia concrescit v. J. E. Faber. in Histor. mannae Hebr. Kilon. 1770 (repet. in Reiskii et Fabri Opuscc. medic. Hal. 1776. 8.). Rosenmueller. ad Exod. 16, 15. et in *altem u. n. Morgenl.* II, p. 34 sqq. Winer. Lex. bibl. II, p. 430 sq. — Cum affixo מַנְּךָ vel, ut alii codices habent, sine dagesch, מַנְךָ Neh. 9, 20.

מֵן m. 1) *pars, portio* Ps. 68, 24. *lingua canum tuorum* מֵאֹיְבִים מִנֵּהוּ *ab hostibus portio ejus* sc. dum bibet eorum sanguinem cf. de Wette ad h. l. Alibi non occurrit, nisi cum affixis et praepos. מִן: מִמֶּנִּי *a parte mea* h. e. *a me*, מִמֶּנּוּ *ab eo*, מִמֶּנָּה *ab ea*, מִמְּךָ, in pausa מִמֶּךָ, f. מִמֵּךְ cf. מִן. — 2) *chorda, fides* (syr. ܡܢܐ, arab. مَنِينٌ, *funiculus tenuis, filum*). Plur. מִנִּים Ps. 150, 4. Huc referas etiam c. S. Schmidio, cui de Wettius, Gesenius, Rosenmuellerus adstipulantur, Ps. 45, 9: מִן הֵיכְלֵי שֵׁן מִנִּי שִׂמְּחוּךָ *e palatio eburneo chordae* (concentus musici) *te exhilarant*, ut מִנִּי dictum sit pro מִנִּים v. Gesen. L. p. 526. Alii praeeunte Chaldaeo: *e palatiis eburneis Armeniae exhilarant te* donis coll. Herod. III, 93. v. supra מִנִּי; denique nuper Ewald. (Grammat. p. 296.) verti jussit: *prae me, magis quam ego,* quod vix tolerari potest.

מִן, מִנִּי praepos. v. supra suo loco.

מָנוֹן m. Prov. 29, 21. vel *filius* (ut plerique vertunt) aut *filii modo habitus* (coll. נוּן Ps. 72, 17., quod v. infra), vel *beneficiorum exprobrator,* a مَنَّ *exprobravit beneficia.* Illud elegantiorem sensum praebet. Ceter. cf. Schnurrer. in Dissertatt. philoll. p. 110 sqq.

מָנַע *inhibuit, cohibuit* (arab. منع et chald. מנע *id.*) Ezech. 31, 15., sq. acc. et מִן *prohibuit* aliquem aliqua re, *arcuit* ab al. re Num. 24, 11. Jer. 2, 25. Prov. 1, 15. 1 Sam. 25, 26., sq. acc. rei et מִן pers. *negavit, denegavit* alicui aliquid Gen. 30, 2. מָנַע מִמְּךָ פְּרִי בֶטֶן *negavit tibi fructum ventris* (sobolem), Prov. 4, 27. 2 Sam. 13, 13. add. Job. 31, 16. Eodem sensu dic. sq. לְ pers. Ps. 84, 12. Noli huc trahere Num. 24, 11. Eccles. 2, 10.; nam *ab honore aliquem arcere, animum a voluptate arcere* (revocare) recte dicitur, quanquam, quae est utriusque formulae necessitudo, dicere etiam potes: *denegare alicui honorem* etc. Praet. cum affixo מְנָעֲךָ 1 Sam. 25, 26., imp. מְנַע Prov. 1, 15., fut. יִמְנַע Ps. 84, 12., cum affixo et nun epenthet. יִמְנָעֶנָּה Job. 20, 13. — Niph. נִמְנַע *cohibitus, retentus est* Jer. 3, 3.; sq. מִן *prohibitus est* Joel. 1, 13., it. *ablatus, ereptus est* Job. 38, 15.; reflex. *se ipsum prohibuit,* adeoque *detrectavit, recusavit*, sq. infin. Num. 22, 16.

תִּמְנַע nom. propr. pellicis Eliphasi Gen. 36, 12. 22. 1 Chron. 1, 39. et filii Eliphasi 1 Chron. 1, 36. atque inde tribus edomiticae Gen. 36, 40. 1 Chron. 1, 51.

מָסָה *liquefactus, dissolutus est* (coll. מסס; aram. מסא *id.*, hinc *tabuit,*

computruit; arab. مشى huc non videtur pertinere): in Kal inusit., Hiph. הִמְסָה *liquefecit, dissolvit* Ps. 147, 18. 6, 7., hinc *consumsit, evanescere fecit* Ps. 39, 12; trop. ה׳ לֵב פ׳ *animum alicujus liquefecit* h. e. terrorem, pavorem injecit Jos. 14, 8., ubi הִמְסִיו ex Chaldaismo pro הִמְסוּ (ut שַׁנִּיו Dan. 3, 28.).

תֶּמֶס v. sub rad. מסס.

מָסַךְ *miscuit* Ps. 102, 10. שִׁקֻּוִי בִּבְכִי מָסַכְתִּי *potum meum lacrimis misceo* (lacrimas potui immisceo), Jes. 19, 14. *Jova miscuit in iis spiritum vertiginis* h. e. fecit, ut nihil in commune consulerent sed invicem dimicarent, ut bene Grotius; spec. *miscuit vinum* variis aromatum generibus facile inebriantibus Jes. 5, 22. Prov. 9, 2. 5. (Scribitur arab. مزج et مشج, syr. ܡܙܓ, chald. מזג et מזך; soni similitudinem habent μίσγειν, *miscere, mischen,* pers. أميزم *amixem:* sunt enim voces onomatopoëticae).

מֶסֶךְ m. vinum aromatibus *mixtum* Ps. 75, 9. coll. מֶזֶג.

מִמְסָךְ m. *id.* Prov. 23, 30. Jes. 65, 11.

מָסָךְ et מְסֻכָּה v. sub rad. סכך.

מָסַס (i. q מָסָה, coll. מוּג) *liquefactus, dissolutus est, tabuit* Jes. 10, 17. הָיָה כִמְסֹס נֹסֵס *erit ut aegrotus tabescens* v. Rosenmueller. ad h. l. Sed יִמְאַס Job. 36, 5. v. sub מאס. — Niph. נָמַס *liquefactus est* Exod. 16, 21 (de manna), Ps. 68, 3 (de cera), Jes. 34, 3. hyperbol. נָמַסּוּ הָרִים מִדָּמָם *montes liquescunt* (fluunt) *sanguine eorum,* add. Mich. 1, 4. Translate Jud. 15, 14. וַיִּמַּסּוּ אֲסוּרָיו מֵעַל יָדָיו *liquefacta* i. e. soluta, dissipata *vincula ejus de manibus* decidunt; 1 Sam. 15, 9 כָּל־הַמְּלָאכָה נְמֹבְזָה וְנָמֵס *omnis res vilis et dissoluta* h. e. *corrupta* (alii *pecudes tabe affectas* dici putant). Ceter. v. Gesen. L. p. 367. 705. Longe frequentius *animus* vel homo *liquescere* dicitur duplici sensu: a) *pavore, terrore correptus est* Nah. 2, 11. Ezech. 21, 12. Deut. 20, 8. Jes. 13, 7. 19, 1. Jos. 2, 11. 5, 1. 7, 5. 2 Sam. 17, 10. Simil. dicuntur ap. poetas etiam montes *liquefieri* h. e. terrore corripi prodeunte Jova Ps. 97, 5. Mich. 1, 4.; b) *contabuit, exesus, confectus est moerore, aegritudine* Ps. 112, 10. 22, 15., ad quem locum conferunt interpretes Ovid. Epp. e Ponto I, 2, 57. ubi: *liquescunt pectora curis.* — Hiph. *liquefecit* i. e. *pavidum reddidit* Deut. 1, 28.

מָס m. Job. 6, 14. *dissolutus* i. e. malis et calamitatibus *confectus,* afflictus coll. 30, 22.

מַס m. 1) *liquefactio* animi h. e. *consternatio prae metu, pavor* Jes. 31, 8. Ita recte Rosenmueller. — 2) *tributum* (q. virium *dissolutio,* confectio) Gen. 49, 15. Deut. 20, 11. Jos. 16, 10.; hinc הָיָה לְמַס est *tributarium fieri* Jos. 17, 13., נָתַן לָמַס *tributarium facere* Jud. 1, 28., שׂוּם לָמַס *id.* Esth. 10, 1., שׂוּם מַס עַל פ׳ *id.:* maxime illud tributum quod corpore pendi solet h. e. servitium, opus, quod quis praestare cogitur *(Frohndienst)* Exod. 1, 11., alibi מַס עֹבֵר Gen. 49, 15. 1 Reg. 9, 21. 2 Chron. 8, 8. Hinc אֲשֶׁר עַל הַמַּס 2 Sam. 20, 24. 1 Reg. 4, 6 est *summus operarum, operariorum praefectus.* Semel ipsi *operae,* qui talia servitia praestant, collect. appellantur מַס 1 Reg. 5, 13 (27). — Plur. מִסִּים Exod. 1, 11.

מָסָּה f. Deut. 16, 10. auctore Michaeli vertitur *sufficientia* coll. syr. ܡܣܬ et chald. מִסַּת (Levit. 5, 7. Esth. 1, 7.). Hinc l. c. מִסַּת נִדְבַת־יָדְךָ *quantum manus tua sponte dare potest*, Lxx. καθὼς ἡ χείρ σου ἰσχύει. Quomodo hoc voc. a מסס declinatum sit, non liquet.

מַסָּה f. pro מַנְסָה v. sub rad. נסה.

תֶּמֶס m. *liquefactio, dissolutio* Ps. 58, 9.

מָסַר duplex radix esse videtur: I) i. q. syr. ܡܣܪ *opus agressus est, ausus est* Num. 31, 16: לִמְסַר־מַעַל בַּיהוָה *ut auderent defectionem a Jova*. Ita Rosenmueller, qui aliorum interpretationes docte refutavit. — II) Num. 31, 5. וַיִּמָּסְרוּ - - אֶלֶף לַמַּטֶּה *delecti sunt milleni e singulis tribubus*. Ita Onk. Syr. Saad. Conferri potest arab. مسر *extrahere*, nisi velis in chald. מְסַר, quod *tradendi* notionem haud dubie habet, acquiescere.

מָסֹרֶת vid. sub rad. אסר.

מָעַד *vacillavit, nutavit* 2 Sam. 22, 37. Ps. 18, 37. 26, 1. 37, 31. Job. 12, 5. — Hiph. *vacillare fecit* Ps. 69, 24.

מוּעֶדֶת f. *vacillatio*, unde רֶגֶל מוּעֶדֶת Prov. 25, 19. *pes vacillationis* i. e. *vacillans, titubans*. Sed potest etiam pro participii praes. forma singulari haberi v. Gesen. L. p. 309.

מָעָה radix Hebr. non usitata, cf. arab. مغى et معا, in qua utraque voce *mollitiei* laxitatisque notio inesse videtur (مَغًى *mollities, laxitas* corii, مَاعٍ *mollis et tener cibus*) v. Kuypers ad *carmen Ali* p. 42 sqq.

מֵעִים plur. m. (a sing. מֵעֶה, arab. مَعْىٌ): 1) *viscera*, σπλάγχνα i. e. a) *intestina (Gedärme)* 2 Sam. 20, 10. 2 Chron. 21, 15. 18. 19.; b) *venter* Jon. 2, 1. Ezech. 7, 19. Cant. 5, 14., spec. de *partibus genitalibus maris*, hinc formula יָצָא מִמְּעֵי פ *nasci ex aliquo* Gen. 15, 4. 2 Sam. 16, 11., et de *utero* Gen. 25, 23. Ruth. 1, 11.; ita σπλάγχνα ap. Pindar.; c) trop. *animus* Job. 38, 36., Ps. 40, 9. *lex tua in mediis visceribus* (in intimo animo) inest (fere ut lat. *haeret mihi in visceribus* Cic. Attic. 6, 1.), Jer. 31, 33. Ezech. 11, 19.; spec. (ut σπλάγχνα in N. T.) tanquam *doloris, misericordiae, caritatis sedes* Job. 33, 27., Jes. 16, 11. *viscera mea tanquam cithara strepunt* (hyperbolice dict. cf. Jer. 4, 19.; ita auctore Forstero insularum australium incolae misericordiam vocant *latratum viscerum*), 63, 15. Jer. 31, 20. cf. רַחֲמִים. — In regim. מְעֵי Jes. 49, 1. Ps. 71, 6., cum affixis מֵעֶיךָ 2 Sam. 7, 12., מֵעֵיהֶם (servato zere in antepenultima a tono) Ezech. 7, 19.

מְעִין plur. m. chald. *venter*, unde cum affixo מְעוֹהִי Dan. 2, 32.

מְעִי v. sub rad. עוה.

מָעָה f. *scrupus, scrupulus* i. e. *lapillus tenuis et minutus*, arab. ماعية; Chald. pro *obolo* sive *nummulo* sumitur, sicut et Lat. *scrupulum, scripulum*, unde *scripulum argenti* apud Cicer. Att. 4, 16. etc. Plur. Jes. 48, 19.

מָעוֹן v. sub rad. עוּן.

מעט Duplex radix est: I) *paucus fuit* Levit. 25, 16. Neh. 9, 32. Exod. 12, 4., it. *minutus, deminutus est* (h. e. paucior factus est) Prov. 13, 11. Jes. 21, 17. Ps. 107, 39. — Pih. מִעֵט *deminutus est* Eccles. 12, 3. — Hiph. הִמְעִיט 1) *paucum, paulum fecit* (instituit) aliquid, *etwas wenig (in geringer Menge) thun*, ut Num. 11, 32: הַמְעִיט sc. לֶאֱסֹף i. e. *paulum collegit*, Exod. 16, 17., 2 Reg. 4, 3: אַל תַּמְעִיט sc. לְשַׁאֵל *ne paucum* (pauca vasa) *petas;* spec. ex orationis contextu est: *paucum, pauca dedit, concessit* Exod. 30, 15., Num. 35, 8. מֵאֵת הַמַּמְעִט *a pauco* (ab eo, qui pauca oppida tenet) *paucum* (pauca) *dabitis* (dari jubebitis). 2) *paucum reddidit*, quod multum et copiosum fuit, *minuit, deminuit* Levit. 26, 22. 25, 16. Ps. 107, 38. Jer. 20, 24. Ezech. 29, 15.

II) i. q. arab. مَعَطَ *glaber fuit*, hinc *acutus fuit* (cf. מָרַט). Oritur ab hac radice מַעַט, q. v. infra.

מַעַט, semel מְעַט 2 Chron. 12, 7., *paucus, paulus* Num. 13, 18. 25, 54. 35, 8. הַמַּעַט *paucus* (qui pauca habet); plur. מְעַטִּים *pauci, pauca* Ps. 109, 8. Eccles. 5, 1.; longe frequentius a) substantive: *paulum* Eccles. 5, 11. Ezech. 5, 3. Levit. 25, 52., sq. genit. מְעַט מַיִם *paulum, aliquantulum aquae* Jud. 4, 19. 1 Reg. 17, 10. Gen. 18, 4. 43, 11.; passim postponitur, ut Deut. 26, 5. 28, 62. מְתֵי מְעַט homines paucitatis, *paulum hominum* h. e. pauci homines, Dan. 11, 34. adde Jes. 10, 7. גּוֹיִם לֹא מְעַט *gentes non paulum* (gentium) h. e. non paucas; sq. מִן *parum* Num. 16, 9. Ezech. 16, 20.; — b) adverb. *paulum, paullulum, parumper, aliquantulum*, sive de gradu Ps. 8, 6., מְעַט מְזְעָר *perquam exiguus* Jes. 16, 14., sive de tempore: *paulisper, aliquantisper* Ruth. 2, 7. Job. 10, 20., *brevi* Hagg. 2, 6., עוֹד מְעַט *id.* Ps. 37, 10., sive denique de loco 2 Sam. 16, 1. עָבַר מְעַט *aliquantulum progredi.* — מְעַט מְעַט est: *paulatim* Exod. 23, 30. Deut. 7, 22.

Cum praefixo כְּ: כִּמְעַט 1) *sicut exiguum* (pretio), *pro nihilo* Prov. 10, 20.; *sicut paucum* (numero) 1 Chron. 16, 19. 2 Chron. 12, 7. Jes. 1, 9. Ps. 105, 12.; כִּמְעַט רֶגַע *sicut paulum momenti* h. e. paullulum, paulisper Jes. 26, 20. — 2) adverb. a) *paullulum, aliquantulum;* de loco 2 Sam. 19, 37. Cant. 3, 4.; b) *brevi* Ps. 81, 15. 94, 17., *cito, subito* Job. 32, 22. 2 Chron. 12, 7. Ps. 2, 12.; c) *prope, haud multum abfuit quin* Gen. 26, 10. Ps. 73, 2. Prov. 5, 14. al.

מַעֲטָה, f. מִטָּה; Ezech. 21, 20: מַעֲטֵה לַטֶּבַח gladius *glaber, acutus ad occidendum.* Ita primus explicuit DOEDERLIN., v. supra rad. n. II. cf. ROSENMUELLER. ad h. l.

מָעַךְ, ut ܡܥܟ, 1) *fricuit* v. Pih. 2) *compressit, depressit,* Levit. 22, 24. מָעוּךְ *animal compressum* h. e. cui testiculi compressi sunt (*gr.* θλιβίας), 1 Sam. 26, 7. hasta *depressa* h. e. *infixa terrae.* — Pih. מִעֵךְ *frictus, titillatus est* Ezech. 23, 3 (de mammis).

מַעֲכָה 2 Sam. 10, 6. 10. et מַעֲכָת Jos. 13, 13. nom. propr. urbis vel regionis trans Jordanem sub Antilibano, inhabitatae fortasse a populo cananiticae originis; unde nomen gentil. מַעֲכָתִי Deut. 3, 14. Jos. 12, 5.

Aramaeae accensetur 1 Chron. 19, 6. v. Rosenmueller. *Alterthumsb.* I, 2, p. 308.

מָעַל *praevaricatus est*, spec. *tecte, fraudulenter, perfide egit* (مغل per gain, *susurravit, obtrectavit*, unde مُغْل *fraudator, dolosus*, مَغَالَة *perfidia, fraus*) Prov. 16, 10. 2 Chron. 26, 18. Neh. 1, 8., sq. בְּ pers. (*an jem.*) Deut. 32, 51.; inprimis frequens et formula: מָעַל מַעַל sq. בְּ vel pers. Num. 5, 27., ut בַּיהוָה *peccare in Deum* Num. 5, 6. Jos. 22, 26. 2 Chron. 28, 19., max. desciscendo, defectione facienda a causa Jovae 1 Chron. 5, 25. 2 Chron. 12, 2. Ezech. 20, 27. Neh. 13, 7. — vel rei Levit. 5, 15. Jos. 7, 1. וַיִּמְעֲלוּ מַעַל בַּחֵרֶם *peccarunt in id, quod Jovae devotum fuit* sc. avertendo, surripiendo aliquid 1 Chron. 2, 7. Inf. מְעֹל Num. 5, 6., fut. יִמְעַל Prov. 16, 10. et יִמְעֹל Levit. 5, 15.

מַעַל m. *praevaricatio, perfidia* (v. sub rad.) Levit. 5, 15. 21. Num. 5, 7. 12. 27. Jos. 7, 1. etc., cum affixo מַעֲלוֹ 1 Chron. 10, 13. Ezech. 17, 20. (aliud v. sub עלה).

מְעִיל m. *pallium, vestis extima* (ad pedes defluens) (etymol. ignoratur; verum, ut sub מָעַל occurrit מְעִיל, ita בֶּגֶד sub rad. בָּגַד) Levit. 8, 7. 1 Sam. 24, 5. Jes. 59, 17. Job. 29, 14. Esr. 9, 3. 5. Plur. מְעִילִים 2 Sam. 13, 18. Ezech. 26, 16. Quod formam attinet, antiquo tempore fuit vestimentum quadratum; nam Deut. 22, 12. quatuor ei tribuuntur anguli, כְּנָפוֹת, πτέρυγες. Gestabatur a foeminis, a regibus et principibus 1 Sam. 15, 27. 18, 4. Job. 1, 20., a sacerdotibus 1 Sam. 28, 14. Exod. 28, 31. Cf. Braun. de *vest. Hebr.* lib. 2, c. 5. Schroeder. de *vest. mul.* p. 267. Hartmann. Hebr. III, p. 312 sq.

מַעַן vid. sub rad. ענה.

מַעֲרָה, מְעָרָה, מַעַר vid. sub rad. ערה.

מֹף Hos. 9, 5., alibi נֹף Jes. 19, 13. Jer. 2, 16. *Memphis*, urbs olim celeberrima Aegypti, ad ipsum Nilum sita, cujus hodieque ruinae manent (v. Abdollatif. Memorabill. Aeg. p. 116 sqq., vers. germ. p. 194 sqq. Niebuhr. Itiner. I, p. 101.), arab. مِنْف, copt. ⲘⲈⲪⲒ et ⲘⲈⲘⲪⲒ (Ezech. 30, 13. 16. Vers. copt.). Plutarchus (Is. et Osir. p. 472. ed. Wyttenb.) nomen significare dicit ὅρμον ἀγαθῶν (*portum bonorum* h. e. sepultorum; nam *pii* duntaxat homines sepeliebantur), quae quidem explicatio urbis conditioni (erat enim Aegyptiorum necropolis) admodum conveniens est nec vocis origini repugnat; etenim ⲘⲀ significat *locum* et ⲪⲒ *conservare*, ex Champollionis sententia (l'Egypte sous le Pharaons I, p. 363.) etiam *bonum*. Cet. cf. Jablonskii Opusc. II, p. 131., qui nomen contractum esse vult ex ⲘⲈⲌ *plenus* et ⲚⲞⲨⲪⲒ *bonus*, add. Forster. Epistol. ad Michael. p. 34. Gesen. Comment. in Jes. I, p. 622 sq.

מְפִיבֹשֶׁת, מְפִיבֹשֶׁת v. sub פָּאָה.

מָצָא propr. *pertigit (reichen bis), pervenit (gelangen)* ad aliq. cf. Job. 11, 7. sq. עַד (syr. et chald. מטא *id.*, arab. مضى *pervadere, pergere*,

ulterius penetrare, aethiop. *venire*): hinc ap. Hebr. 1) *attigit* h. e. obvenit, accidit (*treffen*), de calamitatibus Gen. 44, 34. Neh. 9, 32. 2 Reg. 7, 9. Exod. 18, 8. Num. 20, 14. Huc spectat form. *manus Jovae attigit aliquem* i. e. inflixit ei mala (poenas) 1 Sam. 25, 17. — 2) invenit (venit in), *reperit* aliquid, sive quaesiverit Gen. 18, 26. 19, 11. 31, 35. 44, 10. etc., sive minus Gen. 11, 2. 26, 32. 37, 15. Num. 15, 32. etc., וַיִּמְצָאֵהוּ יֹשֵׁב *invenit eum sedentem* 1 Reg. 13, 14. 1 Sam. 31, 8. 2 Reg. 19, 8. Neh. 8, 14.; etiam *mente* (meditando) *invenit* (Cic. Brut. 9.), *intellexit* Eccles. 3, 11. 7, 27. 8, 27. Adde has formulas: a) לֹא מָצָאתִי בוֹ מְאוּמָה *non inveni in eo quidquam* sc. criminis 1 Sam. 29, 3. Ps. 17, 3. coll. 1 Reg. 1, 52.; aliter 2 Reg. 9, 35. לֹא מָצְאוּ בָהּ *non* (nihil) *ejus* (Isabelis) *invenerunt* (*nichts von ihr*); b) מָצָא מַעֲנֶה, דָּבָר *invenire responsum*, invenire quod respondeas Neh. 5, 8. Job. 32, 3.; c) מָצָא יְהוָֹה Deut. 4, 29. 1 Chron. 29, 9. v. sub בקש et דרש; d) *animum suum invenire* 2 Sam. 7, 27. h. e. animum sibi sumere; e) כַּאֲשֶׁר תִּמְצָא יָדֶךָ Jud. 9, 33. *prouti lubet, nach Befinden*; f) de Job. 19, 28. שֹׁרֶשׁ דָּבָר נִמְצָא בוֹ v. sub voc. שֹׁרֶשׁ; g) *invenire dolorem, calamitates* h. e. experiri, perpeti Ps. 116, 3. Prov. 6, 33. coll. εὑρίσκειν κακόν Odyss. 24, 462. Semel consequens pro antecedenti dictum est 1 Sam. 20, 21. *i et inveni* h. e. quaere, invenire stude *sagittas*. — 3) *assecutus, consecutus est* (*comparavit sibi*), ut sapientiam Prov. 2, 5. 3, 13. Job. 32, 13., visionem div. (oraculum) Thren. 2, 9., quietem Ruth. 1, 9., divitias Hos. 12, 9., gratiam in alic. oculis Gen 6, 8. 32, 5. etc. (v. sub חֵן) Cant. 8, 10., mortem Job. 3, 22. Hinc: *manus mea invenit aliquid* Levit. 12, 8. 25, 28. i. e. acquiro, paro aliquid. — 4) sq. לְ *suffecit, sufficiens fuit* (vern. *hinreichen, hinlangen*, gr. ἱκανὸς ab ἵκειν) Num. 11, 12. Jud. 21, 14. — Praet. cum affixis מְצָאַתְנוּ Jud. 6, 13. מְצָאָתֵם Exod. 18, 8. pers. 1. מָצָאתִי et מָצָתִי Num. 11, 11. part. praes. מוֹצֵא Ps. 119, 162. et, petito terminali puncto a מצה, מוֹצֵא Eccles. 7, 26. f. מֹצֵאת (pro מֹצֶאת) 2 Sam. 18, 22. et מֹצֵאת (quod Chaldaismo tribuendum, ubi ֶ abit in ֵ, ut צֶלֶם pro צֵלֶם) Cant. 8, 10., infin. cum affixo מֹצְאָכֶם Gen. 32, 19. Imp. מְצָא 1 Sam. 20, 21. 36., plur. f. מְצָאן Ruth. 1, 9., fut. יִמְצָא, cum affixo יִמְצָאֵךְ 1 Reg. 18, 12. et interveniente nun epenthet. et paragog. יִמְצָאֵכָה 1 Reg. 18, 10., plur. cum affixis יִמְצָאֻנְנִי Prov. 1, 28. 8, 17. יִמְצָאוּנָה Jer. 2, 24. (more Syrorum cum nun ante affixa).

Niph. נִמְצָא 1) *inventus* (deprehensus) *est* Gen. 18, 31. 32. 44, 10. Deut. 17, 2. 2 Chron. 31, 21. 34, 30. etc. Passim non est nisi *fuit, adfuit* (coll. vern. *befindlich*) Gen. 19, 15. 1 Sam. 13, 15. Esr. 8, 25.; sed in aliis, qui ex hoc genere esse creduntur, locis propria vis vocabuli obtinet, ut 2 Chron. 36, 8. *crimina, quae in eo sunt inventa*, deprehensa, cognita ab hominibus, 1 Sam. 13, 22. *nullus gladius inventus est* h. e. non poterat animadverti, qui a Sauli partibus staret, Mal. 2, 6. *improbitas non inventa est* (cognita, animadversa ab hominibus) *in ejus labiis*. Ceterum frequenter Jova dicitur *inveniri* ab hominibus (v. Kal), quando precibus eorum faciles aures praebet iisque auxilium fert Jes. 12, 15. 65, 1. 2 Chron. 15, 2. 19, 13. 1 Chron. 28, 9. — 2) *comparatus, acquisitus est* Prov. 16, 31. Job. 28, 12. Jos. 17, 16. sq. לְ (ubi all. vertunt: *sufficit nobis*), it. *acceptus est* Jer. 15, 16. *accepta a me* (perlata ad me) *sunt verba tua* (Rosenmueller. minus recte: *intellecta*). Praet. pers. 2 foem. נִמְצָאת Jer. 50, 24., pers. 1.

נִמְצֵאתִי Jes. 65, 1. Part. נִמְצָא, plur. נִמְצָאִים Esr. 8, 25., alibi semper נִמְצָאִים (tanq. a מצה) 1 Sam. 13, 15. 2 Reg. 14, 14. etc. Fut. יִמָּצֵא, plur. f. תִּמָּצֶאינָה Jer. 50, 20. (tanq. a מצה).

Hiph. הִמְצִיא 1) *pervenire fecit* (v. Kal) h. e. *attulit, obtulit*, sq. אֶל Levit. 9, 12. 2) *invenire fecit* Job. 34, 11. כְּאֹרַח אִישׁ יַמְצִאֶנּוּ *pro vitae* (agendi) *ratione invenire facit quemque* i. e. facit ut cuique contingat sive bonum sive malum; 37, 13. *invenire* (inveniri) *facit* nubes h. e. praesto esse jubet. Sq. בְּיַד פ׳ *in alicujus potestate inveniri* (esse) *jussit* aliquem, in al. potestatem tradidit 2 Sam. 3, 8. Zach. 11, 6.

מָצָד v. sub rad. צוד.

מְצוּדָה, מְצוּדָה, מָצוֹד, מָצוֹד vid. sub rad. צוד.

מָצָה *suxit* i. e. a) sugendo expressit humorem, sq. מִן Jud. 6, 38.; b) sugendo exhausit, sorbuit (poculum) Ezech. 23, 34. Jes. 51, 17. Ps. 75, 9. (Sic arab. مَصَّ, syr. ܡܨܳܐ *expressit*, chald. et samar. *expressit, exsuxit*). Convenit cum מוץ et מצץ. — Niph. נִמְצָה *suctus, exsuctus est* h. e. vel expressus est (sanguis) Levit. 1, 15. 5, 9. vel exhaustus est Ps. 73, 10. ubi v. Rosenmueller.

מַצָּה vid. sub rad. מצץ et נצה.

מֵצַח m. *frons (Stirn)* Jer. 3, 3. Ezech. 3, 8., מֵצַח חָזָק *frons obfirmata*, praefracta Ezech. 3. 7. coll. Jes. 48, 4. Dictum volunt a *serenitate* sive *splendore* (coll. arab. مصح *dispersit radios suos*), non satis probabiliter. Cum affixo מִצְחוֹ Exod. 28, 39. 1 Sam. 17, 49., plur. in regim. מִצְחוֹת Ezech. 9, 4.

מִצְחָה f. 1 Sam. 17, 6. id. q. خصمة (trajectis invicem literis) *ocrea, tibiale; frontem tibiae* dixerunt Hebraei, quoniam, ut os frontis cerebrum, ita tibiale tibiam tegit et defendit.

מְצִלָּה et מְצֻלָּה v. sub rad. צלל.

מָצַץ i. q. מָצָה *suxit, exsuxit, sugendo exhausit, sorbuit* Jes. 66, 11., arab. مَصَّ *tenui sorbitione bibit, suxit*, in Conj. V. تَمَصَّصَ *lente paulatimque suxit, et sugendo bibit, masticavit dulcia, gustu delectatus*; sab. ܡܨܨ *suxit, expressit*, syr. ܡܨܳܨܳܐ *suctio lenis* v. Castelli *Lex.* s. h. v.

מֵץ et מִיץ v. sub rad. מוץ.

מַצָּה f. *azymum, infermentatum* Levit. 8, 26. Num. 6, 19. 1 Chron. 23, 39. q. d. *pressum, compactum*, opposit. *fermentato*, quod, *fermento* inflatum, laxius est. Sed dubitatio superest. Nam מצץ significat *exprimere*, non *comprimere*. Melius fortasse deducitur a مَصَاص *purum, sincerum*, unde מַצָּה *panis purus, a fermento repurgatus*. — Plur. מַצּוֹת *panes non-fermentati* Exod. 12, 15. 18. 20. 39. Num. 6, 15. Deut. 16, 3. Jos. 5, 11. etc. [Aliud v. sub rad. נצה].

מָצוֹר *Aegyptus* v. sub מִצְרַיִם; aliud v. sub rad. צור.

מֵצַר v. sub rad. צרר.

מִצְרַיִם *Aegyptus* (in duali, quod bipartita fuit, quippe Nilo per mediam terram defluente) Gen. 12, 10. 15, 18. 39, 1. etc. (אֶרֶץ מִצְרַיִם Gen. 47, 13. 50, 7.), arab. مِصْر, syr. ܡܨܪܝܡ. Ubi terra ipsa significatur, sexus muliebris est hoc voc. Hos. 9, 6. Joel. 3, 24., ubi pro *incolis* dicitur, virilis Jes. 19, 16. Jer. 46, 8.; verbum additur ubivis numero singulari. Si Josepho (Antt. I, 6, 2.) fides, est voc. aegyptium, sive, ut Wahlius (ad Abdollatif. p. 20.) voluit, i. q. *meturo* i. e. *regnum*, seu sec. Forster: *mes-su-re* i. e. regum circuli stellarum, aut *mesch-sche-re* i. e. ager solis. Sed, cum domesticum terrae nomen *Χημι* (חָם) fuisse constet, probabilius conferre licet arab. مِصْر *limes, regio, plaga*, sab. מְצַר *terminus, finis*, a מָצַר *terminavit*. — Gentil. מִצְרִי Gen. 39, 2. Exod. 2, 14. al., plur. מִצְרִים Gen. 12, 12. 41, 55. etc., foem. מִצְרִית Gen. 16, 1. 21, 9. al.

מָצוֹר *id.*, sed sublimiori dicendi generi proprium Jes. 19, 6. 37, 25. 2 Reg. 19, 24. Sunt, qui putent (Bochart. Phal. IV, 24) Aegyptum tanquam terram *firmam* et *munitam* (Diod. Sic. I, 31. ἡ Αἴγυπτος πανταχόθεν φυσικῶς ὠχύρωται) hoc vocabulo significari coll. מָצוֹר a צוּר.

מַק vid. sub rad. מקק.

מַקֵּהָ cf. rad. נָקַד.

מַקֵּל m. *baculus* Num. 22, 27. Ezech. 39, 9. In regim. מַקַּל Jer. 1, 11. et מְקַל Gen. 30, 37., c. affixis מַקָּלִי (sine dag. f.) Gen. 32, 10. Zach. 11, 10. 14., מַקֶּלְכֶם Exod. 12, 11., plur. מַקְלוֹת (pro מַקָּלוֹת) Gen. 30, 37. 38. 39. 1 Sam. 17, 43. Vulgo derivant a נָקַל, arab. نَقَلَ *portavit, transtulit e loco in locum*; sed magis placet Gesenius, qui conferri jubet aethiop. בקל (pro מקל) *floruit, germinavit*, unde oritur ⵏⵇⵍ: *germen, surculus*.

מָקַק in Kal inusit., Niph. *tabere* i. e. a) *liquefieri, diffluere* Ps. 38, 6. נָמַקּוּ חַבּוּרֹתַי *diffluunt vulnera mea* sc. pure; b) *tabescere* Zach. 14, 12. Levit. 26, 39. Ezech. 24, 23. 33, 10. Jes. 34, 4. — Hiph. *tabescere fecit* Zach. 14, 12.

מַק m. *macies, tabes* Jes. 3, 24. 5, 24.

מָקַץ v. sub rad. קצץ.

מָרָא duplex radix in unam coiisse videtur: I) مَرَأَ *cibum concoxit* et *digessit* (v. מְרִיאָה coll. مَرِئَ *facilis concoctu* cibus), it. *bene* alicui *profuit cibus*, adeoque *pinguefactus est*, chald. transit. *saginavit*, pabulum *ingessit* (v. מָרִיא); it. med. Dham. مَرْءٌ *masculus, fortis fuit* v. מָרָא. — II) مَرَى *ad currendum impulit*, v. c. ad vehementiorem cursum scutica incussa adegit equum v. Schultens. ad Job. 39, 18 (21),

ubi est Hiph. fut. תַּמְרִיא *impellit se ad currendum* (struthio). All. *tollit se*, quasi sit trajectis literis a רָאַם i. e. רוּם *altum esse*. Sed illud praestat, quamvis contradicat Rosenmueller. Quidni enim dici possit struthio, apud poetam certe, *stringere se* h. e. *incitare?* [מוֹרָאָה Zeph. 3, 1. v. sub מרה].

מָרִיא m. *pinguis* (ut בָּרִיא), *saginatus*, de pecude Ezech. 39, 16., spec. *vitulus saginatus* 2 Sam. 6, 13. 1 Reg. 1, 9. Plur. מְרִיאִים Jes. 1, 11. Am. 5, 22.

מָרָא m. Chald. *dominus* Dan. 2, 47. 5, 23. v. rad. l. c. Cum affixo מָרְאִי sec. Cthib Dan. 4, 16. 21., sed Kri habet מָרִי, א per syriasmum excluso (ܡܪܝ), vel potius ab absoluto מָר, etiam alias apud Chaldaeos, Talmud. et Syros usitato.

מְרָאָה f. *oesophagus* vel potius *ingluvies* (avium) Levit. 1, 16., arab. مَرِيْئ *id.* v. Schroederi *Observv.* p. 179.

מַמְרֵא nom. propr. Amoritae cujusdam, qui fuit Abrahami socius Gen. 14, 13. 24., hinc אֵלוֹנֵי מַמְרֵא *(terebinthi Mamrei)* Gen. 13, 18. 18, 1. et simpl. מַמְרֵא 23, 17. 35, 27. regio Hebroni urbi vicina.

מָרַאֲשָׁה et מָרַשָׁה v. sub ראשׁ.

מָרַד *rebellavit, rebellis fuit* (atque adeo *defecit* ab aliquo), syr. et sab. *id.* (arab. مَرَدَ *pervicax fuit, obsequium denegavit*) Gen. 14, 4. Neh. 6, 6. Constr. cum עַל Neh. 2, 19. 2 Chron. 13, 6. et בְּ 2 Reg. 18, 7.; מָרַד בַּיהוָה Ezech. 2, 3. Jos. 22, 16. 29. *deficere, desciscere a Jova* (idola colendo); Job. 24, 13. מֹרְדֵי־אוֹר *a luce deficientes* h. e. lucem horrentes (Joa. 3, 20. *μισεῖν τὸ φῶς*) v. Rosenmueller. ad h. l.

מֶרֶד m. *rebellio, defectio* Jos. 22, 22.

מְרַד m. Chald. *id.* Esr. 4, 19.

מָרֵד m. (formae dagessandae) Chald. *rebellator*, unde foem. מָרְדָּא *rebellatrix* Esr. 4, 15., in statu emphat. מָרַדְתָּא Esr. 4, 12.

מָרוּד v. sub rad. רוּד.

מַרְדוּת f. *rebellio* 1 Sam. 20, 30.

נִמְרֹד nom. conditoris regni babylonici Gen. 10, 9. 1 Chron. 1, 10.; אֶרֶץ נִמְרֹד *Babylonia* Mich. 5, 5. — Dictum volunt regem a *contumacia;* arab. enim مَرِيْد est *contumax, superbus*, syr. ܡܪܝܕܐ *crudelis*, cf. Josephi. Antt. 1, 4, 2. ἐξῆρεν αὐτοὺς πρὸς τὴν ὕβριν τοῦ θεοῦ καὶ καταφρόνησιν Νεβρώδης - - - ὃς ἔπειθεν αὐτοὺς, μὴ τῷ θεῷ διδόναι τὸ δι' ἐκεῖνον εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. Sed hae nugae sunt, ex ipso nomine exsculptae scilicet.

מְרֹדַךְ nom. idoli Babylon. Jer. 50, 2., fortasse Martis (v. Gesen. Comment. in Jes. II, p. 345.). — אֱוִיל מְרֹדַךְ v. sub א lit. — מְרֹאדַךְ בַּלְאֲדָן Jes. 39, 1. nom. regis Babyl. (ejusdem, qui Ptolemaeo *Maraccempadus* appellatur) coll. pers. مردک بلادن *vir laudatus.*

מְרֹדְכַי nom. propr. *Judaei in Persia viventis* Esth. 2 — 10.; coll. pers. مردك *homunculus* a مرد *vir.*

מָרָה 1) propr., ut arab. مرى, *mulsit, strinxit* (v. מוֹרָה). Huc spectare videtur formula: מָרָה אֶת־פִּי יְהוָה *Jovae* (os stringere, percutere i. e.) *dictis non audire* 1 Sam 12, 15. Num. 20, 24. 27, 14. — 2) *rebellis fuit, rebellavit, contumax, pervicax fuit* (ut arab. مرى in Conj. III. v. Schultens. de *Defect. ling. hebr.* p. 117 sq. et ad Harir. p. 24.) Deut 21, 18. Ps. 78, 8. Construitur cum accusat. Num. 20, 24. Jer. 4, 17. vel בְּ pers. Hos. 14, 1. Ps. 5, 11. — Huc revocant etiam nonnulli מוֹרָאָה Zeph. 3, 1. pro מוֹרָה *rebellis* v. Cölln. Spicil. p. 45 sq.; sed alii explicant: *infamiae exposita, παραδειγματιζομένη*, a רָאָה, v. Rosenmueller. ad h. l. — Hiph. הִמְרָה *pervicax, contumax, refractarius fuit, reluctatus est* Job. 17, 2 (ubi infin. הַמְרוֹת cum dag. euphon.), sq. acc. pers. Ps. 78, 17. 106, 33. vel rei (praecepti, legis) Ps. 107, 11. Ezech. 5, 6., sq. בְּ pers. Ezech. 20, 3., sq. עִם pers. (propr. *disceptare, contendere cum*) Deut. 9, 7. 24. 31, 27. Singularis est haec formula: הֵעִירִי כְּבוֹד יְהוָה *reluctari oculis majestatis div.* i. e. patrare id, cujus adspectum Deus aversatur Jes. 3, 8. De הִמְרָה אֶת־פִּי יְהוָה Deut. 1, 16. Jes. 1, 18. v. sub Kal.

Quod legitur 2 Reg. 14, 26. עֳנִי מְרָה, plerique vertendum existimant: *afflictio amara* (gravis), ita ut מרה significationem mutuetur a מרר. Sed ex propria voc. vi cum Schultensio potest *acris* vehementisque doloris notio probabiliter elici, nisi cum Coccejo velis afflictionem quasi *refractariam* h. e. pertinacem intelligere. Certe, quod veteres *amaram* interpretantur, id in tali verborum similitudine nullius est momenti.

מַר v. sub מרר.

מְרִי m. *pervicacia, rebellio* Prov. 17, 11. Jes. 30, 9. etc., in pausa מָרִי Num. 17, 25. 1 Sam. 15, 23. Legitur etiam pro concr. *contumax, rebellis* vel *rebelles* Ezech. 2, 7. 8. 44, 6. — Cum affixis מָרְיָךְ Deut. 31, 27., מָרְיָם Neh. 9, 17. — Ceterum retenta hac significatione locum etiam Jobi 23, 2. גַּם הַיּוֹם מָרִי שִׂחִי commode vertes: *etiamnum pervicacia* s. *rebellio* (in Deum a vobis existimatur) *querela mea!* Nec opus est, ut cum plerisque interpretibus מָרִי *amaritudinem* transferas v. Umbreit. ad h. l.

מִרְיָם *Maria*, soror Mosis Exod. 15, 20. Num. 12, 1. Mich. 6, 4. Syr. ܡܪܝܡ, Arab. مريم. Alii declinatum putant a מרר n. 2.

מָרָה f. *rebellio*; dual. מָרָתַיִם *gemina rebellio*, nom. propheticum Babylonis Jer. 50, 21.

מוֹרָה m. *novacula* (q. d. *stringens* i. e. *radens*) Jud. 13, 5. 16, 7. 1 Sam. 1, 11.

מָרַח i. q. arab. مرخ, propr. *fricare* (hinc مَرْخ nomen arboris, cujus confrictu ignis elicitur), *terere, conterere* (v. מָרוֹחַ), deinde oleo *inungere* corpus, in Conj. IV. *emollire, extenuare* massam; Jes. 38, 21. וְיִמְרְחוּ עַל הַשְּׁחִין ut *fricarent* vel *mollirent* (ficus) easque imponerent *ulceri.*

מָרוֹחַ m. *contritus*, מְרוֹחַ אָשָׁךְ *contritus testiculo* Levit. 21, 30., qui Graecis θλασίας et θλαδίας a θλάω *contundo, contero* dicitur.

מָרַט gener. *laevigavit (glatt machen)*, spec. a) de *metallis*, aere et ferro: *polivit, expolivit* Ezech. 21, 14. 15. 16. 33.; b) de *corpore* ejusque *cute: glabravit, pilos evellit, depilavit* (arab. مَرَطَ *id.*) Jes. 50, 6. Ezech. 29, 18., sq. acc. Neh. 13, 25., sq. בְּ Esr. 9, 3. — Niph. *depilatus est, calvus factus est* Levit. 13, 40. 41. — Pyh. מֹרָט *politus est* 1 Reg. 7, 45., unde foem. praet. in pausa מֹרָטָה vel, ut plurimi codices habent, מֹרָטָה (c. dag. euphon. v. Gesen. L. p. 85.) Ezech. 21, 15. 16. Huc revocant nonnulli etiam Jes. 18, 2. 7. מוֹרָט (i. e. מָמוֹרָט v. Gesen. L. p. 316.) עַם *populus depilis* (Herod. 2, 47.), *glaber* vel sec. all. *acer* (gladius enim politus acie valet). Sed v. sub rad. ירט.

מְרַט chald., unde praet. plur. ex Pehil formatum מְרִיטוּ *depilatae sunt* Dan. 7, 4.

מֹרָט v. sub ipsa rad.

מָרַךְ, rad. Hebr. inusit., syr. ܡܪܟ *attenuavit* rabb. נתמרך *mollescere*. Inde oritur

מֹרֶךְ m. *mollities*, hinc *pavor* (v. מסה et מסס) Levit. 26, 36.

מֶרֶס nom. propr. principis pers. Esth. 1, 14. sec. Bohlen. i. q. בֶּרֶז (מ et ב inter se permutatis) *excelsus*, sec. all. מרז i. q. מרח *terminus, finis (Mark)*.

מָרַץ *aeger fuit, aegrotavit*, arab. مَرِضَ *id.*, unde مَرَضٌ *morbus*. In Kal non occurrit, Niph. Job. 6, 25. מַה־נִּמְרְצוּ אִמְרֵי יֹשֶׁר *quam aegrota* i. e. *debilia sunt verba veritatis* (quae vos jactatis)! ironice. Eundem in sensum dicitur 1 Reg. 2, 8. *exsecratio debilis*, sed Mich. 2, 10. חֶבֶל נִמְרָץ est *corruptio morbosa, perniciosa, pestifera*. — Hiph. *aegre alicui fecit* Job. 16, 3. [Aliter de hoc voc. statuit Kimchius, qui pro חזק ותקף *validum, vehementem esse* interpretatur: non inepte, quod locorum istorum indolem attinet, sed fortasse ex mera conjectura.]

מָרַק *mundavit, depuravit, tersit, polivit* (syr. ܡܪܩ *abstersit*, arab. مَرَقَ *colavit*) 2 Chron. 4, 16. Jer. 46, 4. — Pyh. מֹרָק *tersus est* Levit. 6, 21.

מִרּוּק m., plur. מְרוּקִים *mundationes* Esth. 2, 12.

מָרָק m. *jus*, a partibus carneis et spuma *percolatum* et *defaecatum* (مَرَقٌ *id.* foem. مَرَقَةٌ *colatum*, it. *jus* vel *portio jusculi*) Jud. 6, 19. 20; in regim. מָרַק sec. Kri Jes. 65, 4. sed Cthib habet פֶּרֶק *frustum*.

תַּמְרוּק vel sec. Cthib תַּמְרִיק *mundatio, tersio* Esth. 2, 12. per metonym. *id quo quis mundatus et nitidus redditur, tersorium* i. e. *unguentum* Esth. 2, 3. 9. (ita Targ. et R. Sal.); trop. *castigatio, correctio* Prov. 20, 30. ad quem l. v. Umbreit.

מָרַר, arab. مَرَّ i. e. I) *transivit, praeteriit*, hinc *fluxit* (Coran. 27, 90.) v. מַר et מֹר. [Niph. נָמַר Jer. 48, 11. *mutatus est* v. sub rad. מור.] — II) Fut. A. 1) *amarus fuit* (syr. ܡܪ *id.*), quam tamen notionem alii repetunt a voce מֹר *myrrha*. Jes. 24, 9. וּמַר שֵׁכָר לַשֹּׁתִים (v. Gesen. L.

p. 366.) *amarum est temetum potatoribus.* Intrans. מַר לִי *amarum mihi est* i. e. afflictus, tristis sum Ruth. 1, 13. Thren. 1, 4. — 2) metaph. *exacerbatus est* (πικραίνεσθαι) 1 Sam. 30, 6. — Pih. מֵרֵר 1) *amarum, acerbum fecit* aliquid Exod. 1, 14. Jes. 22, 4. אֲמָרֵר בַּבֶּכִי (*ich werde es bitter machen im Weinen*) *acerbe, graviter flebo;* 2) *exacerbavit* aliquem, *irritavit, ad iram provocavit* Gen. 49, 23. — Hiph. הֵמַר 1) *amarum fecit*, hinc infin. הָמֵר *amarum faciendo* i. e. amare, *graviter flendo* (v. Pih.) Zach. 12, 10. coll. Jes. 22, 4. 23, 7. Jer. 31, 15.; — alibi sq. acc. pers. *amarum aliquem reddere* i. e. moerore afficere Job. 27, 2., it. sq. לְ (*moerorem alicui afferre*) Ruth. 1, 20. 2) i. q. מָרָה sq. בְּ pers. *rebellavit, repugnavit* Exod. 23, 21. (ubi fut. יַמֵּר ex Chald. pro יָמֵר (all. vertunt: *exacerbavit*, sed ita sequi debebat accus.). — Hithpalp. הִתְמַרְמַר *exacerbatus est* (مَرْمَرَ et ܡܪܡܪ *id.*) Dan. 8, 7. 11, 11.

מַר m. 1) *gutta* a fluendo (conf. rad. n. 1.) Jes. 40, 15. — 2) *amaritudo* מַר הַמָּוֶת *amaritudo mortis* 1 Sam. 15, 32., מַר נֶפֶשׁ *amaritudo animae* i. e. *moeror* Jes. 38, 15. 17. Ezech. 27, 31. Job. 7, 11. 10, 1. etc. Plur. מֵי מָרִים *aquae amarae* (h. e. amaros, acerbos dolores excitantes) Num. 5, 18. 19. 23. 24., it. simpl. מָרִים Num. 5, 24. 27. — 3) adject. a) *amarus* (opp. dulci) Prov. 5, 3. 27, 7. Jes. 5, 20.; trop. i. q. *moestus, tristis* Ezech. 3, 14., spec. מַר נֶפֶשׁ *tristi animo* 1 Sam. 22, 2. Prov. 31, 6. Job. 3, 19.; b) *acerbus* Exod. 15, 23 (de aqua marina, cf. Lucret. 2, 471.), trop. Eccles. 7, 26. *mors acerba*, Am. 8, 10. *dies ac.*, Hab. 1, 16. *hostis acerbus* (i. e. ferox, crudelis), gr. πικρός, מַר נֶפֶשׁ *acerbo, feroci animo* Jud. 18, 25. 2 Sam. 17, 18., hinc i. q. perniciosus, exitialis Ps. 64, 4. Jer. 2, 19. — *Vox acerba* est *flebilis, gravis* Gen. 27, 34. Esth. 4, 1. Ezech. 27, 31.; adv. *acerbe* i. e. graviter, flebiliter Jes. 33, 7. Zeph. 1, 14., ut nos: *bitterlich*, πικρῶς Aristenaet. epp. 1, 22. Alio sensu Seneca *vocem acerbam* dixit epp. 56.

מֹר et plene מוֹר (Cant. 4, 6. 14. 5, 6. 13.), sq. makkeph מָר־ (Exod. 30, 23.) m. *myrrha* (arab. مُرّة), quod *guttatim* ex arbore (in Arabia nascente) effluit (v. rad. n. 1.) Ps. 45, 9. Prov. 7, 17. Cant. 1, 13. 5, 1. etc.; מָר־דְּרוֹר Exod. 30, 23. *myrrha libera, sponte fluens* h. e. myrrha nativa, quae sponte sudat ex arboribus, priusquam incidantur, quod est praestantissimum myrrhae genus v. Plinius H. N. lib. 12. c. 15., מָר־עֹבֵר Cant. 5, 5. eadem, quam modo descripsimus, *myrrha sponte sudans* et *fluens*. Caet. cf. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 520 sqq. et Wineri Lexic. bibl. II, p. 468.

מָרָה f. 1) *amaritudo*, metaphor. *exacerbatio* 2 Sam. 2, 26. — 2) nom. *stationis Israëlitarum primae* a transitu per mare rubrum, aquis *amaris* (salsis) nobilitatae Exod. 15, 23. v. Pococke *Beschreib. d. Morgenl.* I, p. 234. — 3) nom. propr., quod Noëmi sibi imponi jussit (*amara* h. e. moesta) Ruth. 1, 20. — Plur. מָרוֹת nom. propr. oppidi Mich. 1, 12. v. Rosenmueller. ad h. l.

מָרָה f. (cum kamezchatuph et dagesch forti insolito) *amaritudo*, metaphor. *moeror* Prov. 14, 10.

מְרָרִי filius Levi Gen. 46, 11. Exod. 6, 16. cf. Judith. 8, 1. 16, 7. Patron. מְרָרִי Num. 26, 57.

מָרוֹר m. *amarus*, plur. מְרֹרִים *amara*, spec. *herbae amarae*, nulla speciei cujusdam ratione habita Exod. 12, 8. Num. 9, 11. Thren. 3, 15. Lxx. πικρίδες; conf. de illis Buxtorfii *Lex. Talm.* ad voc. עלש, Bocharti *Hieroz.* P. I, p. 602 sq. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 227 sq. Carpzov. Appar. p. 402 sqq.

מְרֹרָה f. 1) *amaritudo*, plur. מְרֹרוֹת *amaritudines* Deut. 32, 32., trop. *acerbitates* (ut Cic. dixit), *acerba* (supplicia) Job. 13, 26. — 2) *venenum* (de veneno *aspidum*) Job. 20, 14. — 3) *fel*, ab *amaritudine* Job. 20, 25., arab. مَرَارَةٌ *folliculus bilis*, qui hepati adhaeret.

מְרֵרָה f. *fel*. Cum affixo מְרֵרָתִי Job. 16, 13.

מְרִיר Job. 3, 5. כִּמְרִירֵי יוֹם vel (*sicut*) *amaritudines*, *infortunia*, *mala diei* (arab. مرّ *infelix fuit*) vel *incantationes diei* (arab. مَرِيرٌ *incantamentum* a مرّ *amara locutus est*) coll. v. 8. Ita nuper Umbreitius. Alii: *calores*, *aestus diei* (v. כמר).

מְרִירִי m. *amarus*, *venenatus* Deut. 32, 24.

מְרִירוּת f. *amaritudo*, metaphor. *moeror* Ezech. 21, 11.

מֶמֶר m. *moeror* vel potius *res ob quam quis moeret* Prov. 17, 25.

מַמְּרֹר (cum dagesch euphon.) m. *amaritudo*, *acerbitas* (i. e. fortuna adversa cf. Cic. Famil. 2, 16.) Job. 9, 18.

תַּמְרוּרִים m. plur. *amaritudines*, *acerbitates*, מִסְפַּד תַּמְרוּרִים *planctus acerbus* i. e. miserabilis, gravis Jer. 6, 26., בְּכִי ת׳ *id.* 31, 15.; Hos. 12, 15. *irritarunt Deum* תַּמְרוּרִים h. e. acerbe, graviter. — Aliud est תַּמְרוּרִים Jer. 31, 21., quod v. sub rad. תמר.

מַשׁ Gen. 10, 23. *mons Masius*, qui Nesibi urbi a septentrione imminet. Nam fluvium ex illo monte prorumpentem Syri nominant ܢܗܪ ܡܫܐ vel ܢܗܪ ܡܫ, Arabes contracte هِرْمَاس v. Michaelis *Spicileg. geogr. Hebr.* T. II, p. 140. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 2, p. 143.

מֵשָׁא Gen. 10, 30. regio Arabiae Joctanitarum, fortasse *Mesene* ad Tigridis ostia, Syris ܡܝܫܢ, Arab. مَيْسَان v. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 205. Eichhorn. *monum. antiquiss. hist. Arab.* p. 158.

מָשָׁה *traxit*, *extraxit* (syr. ܡܫܐ *id.*) Exod. 2, 10. — Hiph. *id.* 2 Sam. 22, 17. Ps. 18, 17.

מֹשֶׁה nom. propr. *Mosis* Exod. 3, 1. 4. 6. 4, 1. 10. 13. etc. Jud. 1, 16. 3, 4. 1 Sam. 12, 6. 1 Reg. 2, 3. 2 Reg. 14, 6. etc.; sec. Exod. 2, 10. a rad. מָשָׁה: *extractus*, sed מֹשֶׁה potius est *extrahens*. Itaque videtur vox aegypt. esse, conflata ex ⲘⲰ (Mo) *aqua* et ⲞⲨⲆⲈ (Oûdsche) *servare*, ut significet *ex aqua servatum* (Joseph. Antiqq. lib. 2. c. 9. §. 6. cf. Jablonskii Opusc. I, p. 152 sqq.). Hebraei peregrinum voc. in vernaculae linguae similitudinem corruperunt cf. אַבְרֵךְ, בְּהֵמוֹת al.

מְשִׁי m., in pausa מֶשִׁי Ezech. 16, 10. 13. vulgo *sericum*, ut post Fullerum Miscell. 2, 11. demonstrare conatus est Schroeder. de vestitu mulier. hebr. p. 325 sqq. Si oritur a verbo מָשָׁה, sericum inde dici potuit, quod telas sericas olim *redordiri* rursusque texere consueverunt (v. Plin. H. N. VI, 20. XI, 26) v. Jahn. Archaeol. I, 2, p. 63. Lxx. verterunt τοίχαπτον h. e. interprete Hieronymo, tantae subtilitatis vestimentum, ut pilorum et capillorum tenuitatem habere credatur.

מָשָׁה propr., ut ܡܫܐ, *manum duxit super re*, hinc 1) *illevit* Jer. 22, 14. (sq. בְּ coloris); deinde *unxit* vel absolute Gen. 31, 13. *unxisti* (sc. oleo) *lapidem* (coll. Gen. 28, 18.), de qua antiquissimarum gentium religione v. Euseb. Praepar. evang. I, 10. Clem. Alex. Strom. VII, p. 713. — vel sq. בְּ olei Exod. 29, 2. 2 Sam. 1, 21. (coll. Jes. 21, 5.), ubi *clypeus* h. e. corium clypeo inductum *oleo ungi* dicitur (scil. ne rigidius siccitate fatiscat ictuque gladii dissiliat), aut sq. acc. unguenti Am. 6, 5. Ps. 45, 8. *unxit te Deus oleo laetitiae* h. e. summa laetitia te, tanquam unguento, perfudit. Sed praecipue legitur hoc voc. de iis, qui ungendo *inaugurantur* sacroque ritu muneri praeficiuntur (סוּךְ contra est de *unctione privata*), ut de sacerdotibus Exod. 30, 30. 40, 13. 15. Levit. 8, 12., de prophetis 1 Reg. 19, 16., de regibus 1 Sam. 10, 1. 15, 1. 2 Sam. 2, 4. 12, 7. 1 Reg. 19, 15. al. Plene dicitur מָשַׁח אִישׁ לְמֶלֶךְ *aliquem regem ungere, inaugurare (zum König salben)* 1 Sam. 15, 1. 17. 2 Sam. 2, 7. al. Eadem religione ungi solebant res Deo consecrandae, ut supellex sacra Exod. 40, 9. 11, tentorium sacrum Num. 7, 1., altare Levit. 8, 11. etc. — 2) *mensuravit, mensus est* (arab. مسح *id.* مَسَاحَة *dimensio*, syr. ܡܫܚ *metiri*, ܡܫܝܚܐ *mensura*, sab. מסחת *spatium* demensum), quod manu super aliqua re ducta fit. Conf. מִשְׁחָה, מִמְשָׁח et מִמְשָׁה. — Praet. cum affixo מְשָׁחָךְ 1 Sam. 10, 1. Infin. מְשֹׁחַ Dan. 9, 24., cum ה paragog. מָשְׁחָה Exod. 29, 29., cum affixo מָשְׁחוֹ Levit. 7, 36. et מְשָׁחֲךָ 1 Sam. 15, 1. (a מָשַׁח), ubi tamen alii legunt מְשָׁחָךְ, imp. מְשַׁח, cum affixo מְשָׁחֵהוּ 1 Sam. 16, 12., fut. יִמְשַׁח Levit. 16, 32. — Niph. נִמְשַׁח *unctus est* (ungendo inauguratus est) 1 Chron. 14, 8. Levit. 6, 13. Num. 7, 10. 84. 88.

מָשִׁיחַ m. *unctus;* dicitur tam de *re* 2 Sam. 1, 21. quam de *persona* Levit. 4, 3. 5. 16., et κατ' ἐξοχήν de *rege* Dan. 9, 25. 26., max. מְשִׁיחַ יְהוָה Ps. 2, 2. 1 Sam. 24, 6. 10. Thren. 4, 20. coll. Ps. 132, 17. Latius patet Ps. 105, 15. 1 Chron. 16, 22., ubi *uncti Jovae* dicuntur *patriarchae*. Sed de *Messia* nusquam legitur in V. T.

מְשַׁח m. chald. *oleum*, quo *ungitur* Esr. 6, 9. 7, 22.

מִשְׁחָה f. 1) *unctio* Exod. 25, 6. 30, 25. Levit. 8, 2. 10. 12. 30. Num. 4, 16. — 2) Levit. 7, 35. *demensum, portio demensa*, i. q. chald. מִשְׁחָא et syr. ܡܫܚܐ *portio*, *demensum*, ex significatione radicis chald. et syr. n. 2.

מִשְׁחָה f. 1) *unctio* Exod. 40, 15. sed v. sub rad. — 2) *demensum* Num. 18, 8.

מִמְשָׁח m. *extentio, expansio* (a *dimetiendi* notione) Ezech. 28, 14. כְּרוּב מִמְשָׁח *Cherub extentus, expansus*, ut Hier. quoque interpretatur.

מָשַׁךְ 1) *prehendit*, cepit Exod. 12, 21., prehensum *tenuit* sq. בְּ Jud. 5, 14. Job. 24, 22., ubi v. Umbreit. (مسك *id.*). — 2) traxit a) Hos. 11, 6. Cant. 1, 4. Job. 40, 25. Ps. 10, 9. Gen. 37, 28. Jer. 38, 13. Adde inprimis has formulas: α) *arcum trahere* i. e. tendere 1 Reg. 22, 34. 2 Chron. 18, 33. Jes. 66, 19.; τόξον ἕλκεσθαι dixit Homer. et aethiop. ሰሐበ est *tetendit arcum*. Alio sensu *arcum trahere* dixit Cic. Arat. 78.; β) *semen trahere* i. e. tractim spargere Am. 9, 13.; γ) *buccinam trahere* מָשַׁךְ הַיּוֹבֵל vel מָשַׁךְ בְּקֶרֶן הַיּוֹבֵל i. e. sonum tractum edere (*den Ton aushalten*) Exod. 19, 13. Jos. 6, 5. coll. arab. جلب *traxit*, in Conj. II. *vocem extulit et clamorem, cecinit tuba*; δ) Hos. 7, 5. *trahit rex manum suam cum irrisoribus* h. e. extendit manum ad porrigenda et propinanda pocula, nisi est in univ. *socium se alicui adjungere*; — b) i. q. *rapuit*, *abripuit* Ps. 28, 3. coll. Ezech. 32, 20 (in orcum); c) i. q. *attraxit* Jes. 5, 18 (malum, ut Brut. in Epp. Cic.); d) i. q. *protraxit*, hinc *continuavit*, *servavit* (v. Pyh.), ut benignitatem Jer. 31, 3. Ps. 36, 11. 109, 12. iram Ps. 85, 6.; elliptice Neh. 9, 30. *traxisti super eos per multos annos* sc. benignitatem h. e. diu tolerasti eos. Huc pertinet fortasse etiam loc. Job. 24, 22: אַבִּירִים מָשַׁךְ בְּכֹחוֹ, si cum Umbreitio vertere licet: *robustus trahit* (vitam) i. e. durat, manet *in robore suo*, ut Flor. 4, 2. *trahere tot annos* pro durare. — 3) sustentavit, confirmavit (quae signif. a *tenendo* dicta esse videtur, nisi potius a *durationis* notione, quae in n. 2. inest, proficiscitur) Eccles. 2, 3. לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת־בְּשָׂרִי *ad sustentandum, firmandum corpus meum vino* (syr. ܡܫܟ *induruit*, arab. مسك in Conj. X. *id.*), ubi tamen all. *ad trahendum in vinum* coll. Liv. 40, 7. Alias conjecturas de hoc loco v. ap. Hartmann. ling. Einl. p. 226.

Multum vexati sunt loci duo Jud. 4, 6. 20, 37. Et illic quidem quae leguntur מְשֹׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר, ita vertere solent: *occupa, tene montem Thabor* v. supra n. 1.; syr. ܬܬܢܓܕ ܒܛܘܪܐ ܕܬܒܘܪ; all. *duc exercitum in montem Th.* (Vulg.). Sed 20, 37. וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב plurimi interpretantur: *ceperunt* (urbem) Vulg., all. *progressi sunt* (Syr.), all. *effuderunt* (Lxx. ἐξεχύθη). Praestat fortasse Chaldaei auctoritatem sequi. Is utroque loco voc. אתנגיד posuit, quod cum 1 Sam. 23, 27. pro hebr. פשט dictum sit, significare videtur *effundere se*, *effundi* (de militum agmine). מָשַׁךְ igitur reflexivo sensu accipiendum: *se trahere, extrahere (explicare aciem, ordines* dicunt Lat.). Ceterum, quidquid existimaveris, priori illi loco ὕστερον πρότερον inesse statues.

Niph. *tractus* h. e. *protractus, prolongatus est* Ezech. 12, 25. 28. Jes. 13, 22. — Pyh. 1) *tractus, protractus, dilatus est* (de spe) Prov. 13, 12. 2) Jes. 18, 2. 7. גּוֹי מְמֻשָּׁךְ (Aegyptii) *gens valida, fortis* cf. rad. n. 3. Ita Schultensius in Opp. min. p. 63. et Gesenius ad h. l. Cf. *stricti artus* Tac. Germ. 30.

מֶשֶׁךְ m. 1) *possessio*, a *tenendo* dicta (v. rad. n. 1.) Job. 28, 18. Bochartus in *Hieroz.* Tom. III, p. 601 sqq. alludi h. l. putat ad *extractionem* et *expiscationem* margaritarum (v. rad. n. 2.) ex fundo maris, eique assensum praebuerunt Rosenmueller. et Hartmann. (Hebraeer. I, p. 265. III, p. 82.). Sed illa interpretatio facilitatis nota commendatur. — 2) מֶשֶׁךְ זֶרַע Ps. 126, 6. *tractio* h. e. sparsio *seminis*

v. rad. II. 2. a. β. Aliorum vanas conjecturas explosit Rosenmueller. ad h. l.

מוֹשְׁכוֹת f. plur. *vincula* Job. 38, 31. (arab. مسكة *id.*) a *tenendo, cohibendo* dicta.

מֶשֶׁךְ *Moschi* (a quibus montes Moschici) inter Cappadociam, Colchos, Iberiam et Armeniam, ad Phasin fluvium aut certe in ejus vicinia habitantes Gen. 10, 2. Ps. 120, 5. Copulantur cum תּוּבַל i. e. *Tibarenis* ut Gen. l. c. Ezech. 27, 13. 32, 26. 38, 2. 3. 39, 1., ita ap. Herod. 3, 94. 7, 78. Conf. Bocharti *Phaleg* lib. 3. c. 12. Michaelis *Spicil. geogr. Hebr.* P. I, p. 50 sqq. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 1, p. 248 sqq.

מָשַׁךְ 1) *dominatus est, potestatem habuit* Zach. 6, 13. Prov. 12, 24. Jos. 12, 2., *in aliq.* sq. בְּ Gen. 37, 8. Ps. 103, 19. Jud. 8, 23. 9, 2. Prov. 16, 32 (ubi מֹשֵׁל בְּרוּחוֹ est: *animo suo imperans, continens*), sq. לְ Jes. 40, 10 (ubi v. Gesen.), sq. עַל Prov. 28, 15., sq. infin. Exod. 21, 8. לְעַם נָכְרִי לֹא יִמְשֹׁל לִמְכָרָהּ *genti peregrinae eam vendendi non habet potestatem.* Semel מָשַׁל בְּ est: *praeesse alicui rei* Gen. 24, 2. — Part. מֹשֵׁל *dominus* Gen. 45, 8. Jer. 30, 21., plur. מֹשְׁלִים *domini, tyranni* Jes. 14, 5. 28, 14. al. — 2) *assimilavit* (v. nom. מָשָׁל) i. e. *similitudinem, parabolam proposuit* Ezech. 24, 3.; deinde *adagio, proverbio usus est* Ezech. 12, 23. 16, 44. 18, 2. 3., et in malam partem: *dicterio usus est* in aliquem Joel. 2, 17., denique gener. *carmen cecinit*, hinc מֹשְׁלִים Num. 21, 27. *poetae* v. Rosenmueller.

Niph. נִמְשַׁל *similis fuit* alicui rei, sq. בְּ Ps. 49, 13. 21., sq. עִם Ps. 28, 1. 143, 7., sq. אֶל Jes. 14, 10. — Pih. part. מְמַשֵּׁל *parabolis utens* Ezech. 20, 49. — Hiph. הִמְשִׁיל 1) *dominari fecit, dominum fecit* Dan. 11, 39. Ps. 8, 7.; intrans. *dominatus est* Job. 25, 2. הַמְשִׁיל *dominari* i. e. dominatio, *imperium.* 2) *assimilavit, comparavit* Jes 46, 5. — Hithpah. *similis factus est* Job. 30, 19.

Ad conciliandas inter se hujus verbi significationes, quae mirum quantum distare videntur, non unam viam ingressi sunt viri docti cf. inpr. Schultens. ad Prov. 1, 1. In dialectis respondent מְחַל aram. et مثل arab., quae *assimilandi* sensu crebro dicuntur, *dominandi* autem potestate carent. Sed haec ipsa tamen habet in arab., unde proficisci videatur. Nam مثل med. dhamm. est: *stitit se* coram aliquo (obsequii caussa) et in Conj. VIII. *obsecutus est, morem gessit, imperata fecit;* itaque si sumas, hebr. מָשַׁל proprie significasse: *statuere, sistere, ponere,* utramque istam vim sponte oriri videbis. Nam *statuere, sistere aliquem* est facere, ut quis sese sistat (tibi) h. e. morem gerat, adeoque: *dominari, imperare;* sed statuere, *ponere aliquid juxta aliquid* facile ducit ad *componendi*, conferendi, comparandi notionem. Haec certe ratio, quam Gesenius monstravit, reliquis praeferenda omnibus est. Nam quod مثل med. dhamm. *praestantem esse* significat et مثيل *praestantem, excellentem,* id nullius momenti est, cum haec voc. vis oriatur ab *assimilandi, exemplum statuendi* notione, ut مثيل pr. sit *conspicuus, insignis.*

מֶשֶׁל m. 1) *dominatus, dominatio* Zach. 9, 10. (Dan. 11, 4., ubi tamen videtur infin. esse). 2) *simile* Job. 41, 25., ubi tamen Rosenmueller, *dominationis* significationem retinendam putavit.

מְשֹׁל m. *carmen*, spec. *carmen ludicrum* (v. sq. מָשָׁל) Job. 17, 6. Ezech. 18, 3.

מָשָׁל m. (arab. مَثَلٌ, syr. ܡܬܠܐ): 1) *similitudo, parabola* Ezech. 17, 2. 24, 3.; hinc 2) *sententia, graviter, sententiose dictum*, γνώμη, (quae a *similitudine* quadam rerumque comparatione proficisci solet coll. Prov. 11, 22. 17, 12. 14. al.) 1 Reg. 4, 32. Eccles. 12, 9. Job. 13, 12. Ejusmodi sententias complectitur liber מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה inscriptus coll. Prov. 10, 1. 25, 1. 26, 7. etc. Jam vero, cum tales sententiae frequentes in ore hominum ferantur, מָשָׁל passim significat *proverbium*, proprie dictum, ut 1 Sam. 10, 12. Ezech. 18, 2. 12, 22. — 3) *dicterium, probrose dictum*, sententia ad aliquem deridendum excogitata: חָרָה לְמָשָׁל (fere ut lat. *fabulam fieri*) Deut. 28, 37. 1 Reg. 9, 7. et שִׂים מָשָׁל Ps. 44, 15. — 4) *carmen* in univ. Num. 23, 7. 18. Ps. 49, 5. 78, 2. Mich. 2, 4., max. carmen *triumphale* Jes. 14, 4. Hab. 2, 6. Vid. de hoc v. Schelb. selecta quaed. proverbb. arab. (Harderov. 1775. 4.) et Rohde de vett. poet. sapientia gnom. p. 6 sqq.

מִמְשָׁל m. *dominatus, dominatio* Dan. 11, 3. 5.; plur. מִמְשָׁלִים *dominatus*, metonym. *dominatores* 1 Chron. 26, 6., sicut graec. ἀρχή, ἐξουσία, lat. *potestas, magistratus, dominatio* etc.

מֶמְשָׁלָה f. *id.* Mich. 4, 8.

מַמְשָׁכָה f. *id.*, metonym. plur. cum affixo מַמְשְׁלוֹתָיו *dominatus, regna ejus* i. e. *regiones* sive *populi, quibus ille dominatur* Ps. 114, 2.

מַמְשָׁלָה f. *id.* Gen. 1, 16. Jer. 34, 1. Ps. 136, 8. metonym. a) *ditio, regio*, cui *imperatur* 2 Reg. 20, 13. Jes. 39, 2.; b) collect. ut lat. *imperia* i. e. *summi duces* 2 Chron. 32, 9. — Cum affixo מֶמְשַׁלְתּוֹ 1 Reg. 9, 19. Ps. 103, 22., plur. מֶמְשְׁלוֹת Ps. 136, 9.

מָשַׁע, arab. مشع, gener. *purgavit, tersit* (v. Jos. Kimchius ad Ezech. 16, 4. et Schultens. Defect. p. 22 sqq.).

מִשְׁעִי (pro מִשְׁעִית?) *purgatio*, Ezech. 16, 4. *non aqua abluta es* לְמִשְׁעִי *in purgationem* h. e. *ut munda esses* coll. rad. arab. in Conj. V. sese *probe tersit vir, a se omnem noxam legalem, omne inquinamentum removit.* Aliorum conjecturas v. ap. Rosenmueller.

מָשַׁק radix Hebr. inusit. sensum *possidendi* habuisse videtur, coll. מָשַׂךְ et مسك *possedit*, mutato ק in כ, ut alibi saepissime (cujus rei exempla dedit Schultens. in *Clave dialect.* p. 295. 296. quibus addi possunt בכר arab. *diluculo fuit* vel *fecit*, ab hebr. בֹּקֶר, דכך et דקק *comminutus, contritus est*, كرب *propinquus fuit*, hebr. קרב, عكس *invertit, pervertit*, hebr. עקש, רכך et רקק etc.). Hinc sunt

מָשָׁק m. *possessio*; unde בֶּן־מָשָׁק בֵּיתִי *filius possessionis domus meae* i. e. *possessor et haeres meus* Gen. 15, 2. in quo loco paronomasia inest. Vulgo cum Onkel. Jon. Saad. Sam. exponitur *filius cursitationis* (h. e. procurator) a שָׁקַק, quod tamen vim orationis aliquantum debilitat, quanquam nuper Rosenmueller. hanc ipsam interpreta-

tionem ingressus est. Magis etiam displicet SCHULTENSII *filius carminationis* i. e. *politurae* (v. ejus Opusc. de *defectibus linguae hebr.* §. 33 sq. et in *vindic. orig. hebr.* p. 142.) cf. WINERI diss. de vers. Sam. p. 32.

מַשָּׁק v. sub rad. שקק.

מִמְשָׁק m. *possessio* vel potius *locus*, quem quis *possidet, tenet;* מִמְשַׁק חָרוּל *possessio urticae, locus ab urtica possessus* et *occupatus* Zeph. 2, 9. (conf. מוֹרָשׁ Jes. 14, 23.) v. CÖLLN. ad h. l.

מָשַׁר Hebr. inusit., arab. مَشَرَ *divisit;* unde

מְשׂוּרָה f. *mensura* (cava) Levit. 19, 35. 1 Chron. 23, 29. Ezech. 4, 11. 16.

מַשּׂוֹר *serra* vid. sub rad. נשר.

מָשַׁשׁ i. q. מוּשׁ *contrectavit* (sab. ܡܫܫ *id.*, arab. مَسَّ *fricuit, frictione palpavit*) Gen. 27, 12. — Pih. מִשֵּׁשׁ *id.* Gen. 31, 37.; מִשֵּׁשׁ חֹשֶׁךְ *contrectare tenebras* i. e. errare in tenebris Job. 12, 25. Eodem sensu מְשַׁשֵּׁשׁ בָּאֲפֵלָה Deut. 28, 29. coll. Job. 5, 14. — Hiph. *id.* Exod. 10, 21.

מַת m., plur. מְתִים et defective מְתִם *viri* (aethiop. ምት፡ *maritus*) Deut. 2, 34. 3, 6. Ps. 17, 14. Job. 11, 3. 24, 12., in regim. מְתֵי Gen. 34, 30. Deut. 4, 27.; מְתֵי אָהֳלִי *viri tentorii* i. e. *domestici* Job. 31, 31., מְתֵי סוֹד *viri concilii* h. e. *familiares, amici intimi* Job. 19, 19. Cum affixis מְתֶיךָ Jes. 3, 25., מְתָיו Deut. 33, 6. — Inde declinatur:

מְתוּשָׁאֵל Gen. 4, 18. et מְתוּשֶׁלַח (*vir teli*) Gen. 5, 21. 1 Chron. 1, 3., in quibus sing. מְתוּ consimilis illi אֲבוּ, unde multa nomina ordiuntur. Aliam derivationem suadet SIMONIS (Onom. p. 504. 442.): sed illa praestat, cum in Phoen. etiam lingua talia nomina, quae a מת haud dubie tracta sunt, occurrant, ut *Methuastartus*.

מֶתֶג m. *frenum* Ps. 32, 9. Prov. 26, 3. Origo voc. non liquet. Plerique derivant a مَثَغَ *edendum praebuit* (?), quia *frenum* ori equi inditum, ei quasi *mandendum* et *mordendum* traditur; sic *mandere frena equum* dixit VIRGILIUS, *mordere frenum* CICERO, STATIUS, MARTIALIS, TIBULLUS all. (v. VALCKEN. ad HIPPOL. p. 295. JACOBS ad ACHILL. TAT. p. 459.) et χαλινοφάγος i. e *freni comestor* epitheton *equi* est apud CALLIMACHUM. לָקַח מֶתֶג מִיַּד פ׳ *sumsit frenum* h. e. *in deditionem recepit* 2 Sam. 8, 1. coll. SCHULTENS. ad Job. 30, 11. De jejuna emendatione, quae in loco parall. 1 Chron. 18, 1. legitur, v. GESEN. *Gesch. d. hebr. Spr.* p. 41. Cum affixo מִתְגִּי 2 Reg. 19, 28. Jes. 37, 29.

מָתַח *extendit* (syr. ܡܬܚ et chald. *id.*, sab. transpos. ܡܚܬ) Jes. 40, 22.

אַמְתַּחַת f. *saccus* Gen. 44, 2. 12. Auctor *Michlal Jophi* ad Gen. 42, 27. sic dictum putat, quod *continuo* et *semper extensus* sit, cum eum implent, ut contra vacuus colligitur et complicatur. Cum affixo אַמְתַּחְתּוֹ Gen. 42, 27. 43, 21., plur. in regim. אַמְתְּחוֹת Gen. 43, 1., cum affixo אַמְתְּחֹתֵינוּ Gen. 43, 18. 22.

מָתַי Particula interrogandi: *quando?* Gen. 30, 30. Ps. 41, 6. 101, 2. Prov. 23, 32. Job. 7, 4. Am. 8, 5. etc. (arab. مَتَى, chald. מְתַי, syr. ܐܡܬܝ).

אַחֲרֵי מָתַי *post quantum temporis?* Jer. 13, 27., עַד מָתַי *quamdiu, quousque?* Ps. 6, 4., לְמָתַי *id.* Exod. 8, 5. 9.

מְתֹם v. sub rad. תמם.

מָתַן radix Hebr. inusit., arab. متن et sab. ܡܬܢ *firmus, validus fuit.*

מָתְנַיִם m. dual. (arab. متنان, syr. ܡܬܢܬܐ) *uterque lumbus, lumbi* (a *firmitate* et *robore*) Exod. 28, 42. Prov. 31, 17. etc. Intelligitur non *mollior* illa et *laxior* corporis *pars*, quae הֲלָצַיִם, sed potius *dorsi pars*, totius spinae partium crassissimis maximisque vertebris *compacta*, graec. ὀσφύς, in qua magnum viri robur consistit Deut. 33, 11. Nah. 2, 11. Jes. 45, 1. coll. Job. 40, 16., quae cingulo firmari Gen. 37, 34. Exod. 12, 11. 2 Reg. 1, 8. Job. 40, 2. et in qua onera portari solent Ps. 66, 11. Apud Jes. 21, 3. pro sede dolorum parturientium ponitur. — In regim. מָתְנֵי 1 Reg. 12, 10. Jes. 45, 1.

אֶמְתָּן m., unde foem. אֶמְתָּנִי (pro אֶמְתָּנִית) *firma, valida, robusta* Dan. 7, 7.

מָתַק Duplex radix esse videtur: I) *dulcis fuit* vel *factus est* Ps. 19, 11. Prov. 9, 17. Exod. 15, 25. Eccles. 5, 11., metaphor. Job. 21, 33. *dulces ei sunt glebae vallis* (in qua sepultus jacet) i. e. terra ei levis est. Hiph. הִמְתִּיק *dulcem, suavem reddidit* Ps. 55, 15. et intransit. *dulcis fuit* Job. 20, 12. — II) i. q. syr. ܡܬܩ *suxit* Job. 24, 20. מְתָקוֹ רִמָּה *exsugit eum* (mortuum) *vermis*. Ita Bochartus (Hieroz. III, p. 522.), cui assentitur Umbreitius; satis graviter. Alii: *dulcis* (suavis) *ei est vermis* (מְתָקוֹ pro מָתַק לוֹ cf. Job. 15, 21. Eccles. 8, 15.).

מָתוֹק m. מְתוּקָה f. (Eccles. 5, 11.) *dulcis* Jud. 14, 14. 18. Jes. 5, 20. Cant. 2, 3., trop. Eccles. 5, 11. 11, 7. etc. לְמָתוֹק *in dulce, ad dulcedinem* Ezech. 3, 3. plur. מְתוּקִים Ps. 19, 11.

מֶתֶק m. *dulcedo* Prov. 27, 9., trop. *suavitas* Prov. 16, 21.

מֹתֶק m. *id.* Jud. 9, 11.

מַמְתָּק m., plur. מַמְתַּקִּים *dulcedines, res dulcissimae* Cant. 5, 16. Neh. 8, 10.

מִתְרְדָת nom. propr. virorum e Persia oriundorum Esr. 1, 8. 4, 7., Μιθριδάτης, pers. مهرداده i. e. *a Mithra* (v. Zend Avesta v. Kleuker. III, p. 322. Rhode *heil. Sage* p. 360.) *datus* (cf. Θεοδῶρος, Θεόδοτος). Simil. *Mithrobarzanes* est مهربرز (*altus Mithra*), *Mithrenes* مهرين (*Mithrae similis*) etc. v. Bohlen. Symbb. p. 23.

מַתַּת v. sub rad. נתן.

נ

נ, quoties *servile* est: 1) *ab initio* a) in nominibus *heemanticum* est, formans verbalia ex Niph. ut נַפְתּוּלִים *luctationes*, נֶחֱרָצָה *interitus* etc.; b) in verbis *praeformantem* constituit tum personae primae fut. plur., tum totius Conjugationis Niphal. — 2) *in media* voce frequenter per *epenthesin* interponitur: ut יִצְרֶנְהוּ *custodiebat eum* Deut. 32, 10., יְכַבְּדֶנְנִי

honorabit me Ps. 50, 23. v. Gesen. L. p. 206. Sic vero ut plurimum per dagesch forte sequenti litterae inseritur v. Gesen. l. c. p. 207. — 3) *in fine* a) *affixum* foem. 3 pers. plur. constituit; b) in nominibus *heemanticum* est, praecedente kamez aut cholem v. Gesen. l. c. p. 495.; c) apud Chaldaeos inservit exprimendo numero plur. nominum masc. in ין et foem. in ן; d) in verbis per *paragogen* additur afformantibus י et ו.

נָא (syr. ܢܳܐ) particula (primitiva), qua blandientes et submisse rogantes utuntur fere, ut nostr. *doch*. Additur 1) imperativis, ut lat. *quaeso, amabo, age dum*, gr. δή Gen. 16, 2. בֹּא־נָא *ingredere quaeso, intra dum*, 1 Sam. 15, 25. Num. 20, 10. Jud. 13, 4. Jer. 7, 12. Jes. 1, 18. Gen. 24, 2.; aliquanto submissius rogatur, ubi his imperativis praecedit אָנָּה 2 Reg. 20, 3. אָנָּה יְהוָֹה זְכָר־נָא, Gen. 50, 17. Jes. 38, 3. Ps. 118, 25.; — 2) futurorum a) primae personae (max. c. he parag.), vel ubi venia rogatur Exod. 4, 18. אֵלְכָה נָא *eamus quaeso* i. e. si licet, permitte ut eamus 1 Reg. 1, 12. Num. 20, 17. Jes. 5, 1. Exod. 3, 3. Ps. 116, 14., vel, quod longe rarius, ubi quis semet ipsum excitat Cant. 3, 2. *age surgam*; b) secundae et tertiae pers. Gen. 18, 3. אַל־נָא תַּעֲבֹר *ne transeas quaeso*; 2 Reg. 2, 9. יְהִי נָא *sit quaeso*, Ps. 124, 1. יֹאמַר נָא *dicat, obsecro*, Gen. 18, 32. אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי *ne irascatur quaeso dominus*, 1 Sam. 25, 25. Num. 10, 31. Hinc אַל־נָא *ne, quaeso* (hoc facias, fiat) Gen. 19, 18. 33, 10. al.; — 3) particulis: a) אִם *si quidem* Gen. 18, 3. אִם נָא מָצָאתִי חֵן si quidem (quod sperare liceat) *gratiam consecutus sum*, 33, 9. 47, 29. al.; b) הִנֵּה *en quaeso* Gen. 12, 11. 16, 2.; c) אוֹי Jer. 4, 31. 45, 3. Thren. 5, 16. [Sunt, qui hanc vocem a rad. נָאָה *pulchrum esse* repetant, coll. gr. εὖγε; sed alius est graeci vocabuli usus, alia ratio; nec putem omnino, ejusmodi voculam a verbo oriri; certe aethiop. ܢܰܐ (נע) *age, heus* particula potius primitiva, quam verbi imperativus esse nemini non videbitur].

נָא *crudus* v. sub rad. נוא.

נֹא, plene נֹא אָמוֹן *Diospolis, Thebae Aegypti* Ezech. 30, 14. 15. 16. Jer. 46, 25. Nah. 3, 8. Ita ex auctoritate Lxx. et ex etymologia. Significat enim propr. μερίδα Ἀμμών (ut Lxx. habent in Nah.) h. e. *portionem, possessionem* Jovis *Ammonis*, qui ibi colebatur (v. Herodot. IV, 181. Diodor. Sic. 1. §. 52. et 62.): nam copt. NOH est *funis* (mensorius). Cf. Jablonskii Opusc. I, p. 163 sqq.

נֹאד (ex Syriasmo pro נְאֹד vel נְאוֹד), semel נֹאוד (sec. Cthib Jud. 4, 19.) m. *uter (Schlauch)*, pr. aquae (coll. rad. arab. نَأَدَ *aqua scatuit, aquam ex se emisit*), deinde aliorum etiam humorum, ut lactis Jud. 4, 19., vini 1 Sam. 16, 20. Ps. 119, 83. Plur. נֹאדוֹת Jos. 9, 4. 13.

נָאָה Duplex radix: I) *pulcher, decorus fuit* i. q. יאה et נָוָה. Inde oritur verb. plurilitt. נָאֲוָה *pulcher* vel *decorus fuit*; plur. נָאוּ (per crasin pro נָאֲוּוּ) Jes. 52, 7. Cant. 1, 10. — II) i. q. נָוָה *habitavit* v. statim.

נָאָה, plur. נְאוֹת 1) *mansiones (gregum)* h. e. *pascua* Ps. 23, 2. Joël. 1, 19. 2, 22. Ps. 65, 13. Jer. 9, 10. (coll. arab. نَوًى *tractus, quem*

quis peragrat, migratio e loco in locum). 2) *habitacula, habitaculum* Ps. 74, 20. 83, 13. Thren. 2, 2.

נָאוֶה m. (pro נָאֲוֶה), נָאוָה f. 1) *pulcher* Cant. 2, 14. 4, 3. 6, 3. 2) *decorus, decens* Prov. 17, 7. 19, 10. 26, 1., sq. לְ Ps. 93, 5. *sanctitas decet domum tuam,* Ps. 33, 1.

נָאַם *dixit,* cujus verbi non occurrit nisi fut. plur. וַיִּנְאֲמוּ Jer. 23, 31. (ubi tamen consulto positum videtur hoc voc., quasi dicas: *sie orakeln,* de iis, qui voc. *Orakel* semper in ore gerunt). Proprie (v. SCHULTENS. in *Clav.* p. 190.) significat *dixit voce submissiore* coll. נָאַם *mussitavit,* unde נְאִים *vox submissa et occulta.*

נְאֻם m. (part. Pahul) *dictum, effatum* vel a) Jovae — sexcenties enim formula נְאֻם יְהוָה utuntur vel angeli vel prophetae, ubi Jovae decreta exposituri sunt Gen. 22, 16. Num. 14, 28. 1 Sam. 2, 30. Jes. 1, 24. 52, 5. Jer. 1, 8. al — vel b) quod divina auctoritate pronunciatur, ut *effatum, vox* prophetae Num. 24, 3. 4. 15. 16., poetae 2 Sam. 23, 1. Prov. 30, 1. Singulare est Ps. 36, 2. נְאֻם פִּשְׁעוֹ i. e. *oraculum, dictum improbitatis* h. e. quod improbi jactare, in ore gerere solent v. ROSENMUELLER. ad h. l.

נָאַף, fut. יִנְאַף, *moechatus est, adulterium commisit* Exod. 20, 13. Deut. 5, 18. Hos. 4, 2., sq. acc. pers. (mulieris) Levit. 20, 10. Prov. 6, 32., trop. de idolorum cultu (cf. זנה) Jer. 3, 9. *moechata fuit cum lapide et ligno* h. e. diis e lapidibus et lignis excisis. Part. praes. נֹאֵף subst. *moechus, adulter* Levit. 20, 10. Prov. 6, 32., f. נֹאֶפֶת *adultera* Levit. 20, 10., plur. נֹאֲפוֹת Ezech. 16, 38. etc. — Pih. נִאֵף *id.* Ps. 50, 18. Hos. 4, 13. Jer. 23, 14., trop. Jer. 3, 8. Ezech. 23, 37.

נְאָפִים plur. m. *adulteria* Ezech. 23, 43. Jer. 13, 27.

נַאֲפוּפִים plur. m. *id.* (tertia radicali geminata) Hos. 2, 4.

נָאַץ *sprevit, contemsit,* cum contemtu *rejecit* (נָתַשׁ med. Vau *retrocessit, declinavit,* in Conj. III. *contra nixus est,* coll. מאס) Jer. 33, 24 (aliquem), Prov. 1, 30. 15, 5 (disciplinam), Ps. 107, 11 (voluntatem Dei) etc. Passim Deus dicitur homines repudiare (v. sub מאס) Thren. 2, 6. Deut. 32, 19. Jer. 14, 21. — Pih. נִאֵץ 1) *sprevit* Ps. 10, 3. 13. 74, 10. Num. 14, 11. 23. Jer. 23, 17. 2) *fecit, ut quis sperneretur, spernendi, calumniandi occasionem dedit* 2 Sam. 12, 14. — Hiph. Eccles. 12, 5. יָנִאַץ הַשְׁקֵד (ex Syriasmo pro יִנָּאֵץ, nisi cum GABIO legend. יִנְאָץ) *spernit* (h. e. impers. *spernitur*) *amygdalus.* Ita jubente orationis contextu; vulgo: *floret am.* tanq. a נוּץ. — Hithpoh. Jes. 52, 5. מְנֹאָץ (pro מִתְנֹאָץ, ut recte jam vidit JARCHIUS, cf. GESEN. L. p. 246.) *contemtus.*

נְאָצָה f. *contemtus, contumelia* 2 Reg. 19, 3. Jes. 37, 3.

נְאָצָה f. (formae dagessandae) *id.* Plur. נְאָצוֹת Neh. 9, 18. 26., sed cum affixo נְאָצוֹתֶיךָ Ezech. 35, 12.

נָאַק i. q. אָנַק *clamavit cum gemitu, gemuit* (in reliquis dialectt. non

occurrit, nisi velis נָהַק conferre, quod de *ruditu* asinorum frequentatur) Ezech. 30, 24. Job. 24, 12.

נְאָקָה f. *clamor, gemitus;* in regim. נַאֲקַת Exod. 6, 5., cum affixo נַאֲקָתָם Exod. 2, 24. Jud. 2, 18., plur. נַאֲקוֹת, in regim. נַאֲקוֹת Ezech. 30, 24.

נָאַר in Kal inusit., Pih. נִאֵר *detestatus, exsecratus est* (i. q. ארר) Thren. 2, 7. Praet. 2. p. נֵאַרְתָּה (cum ה paragog.) Ps. 89, 39. Cf. arab. نَأَرَ med. Vau *abhorruit, aufugit.* [נֵאָרִים Mal. 3, 9. v. sub rad. ארר].

נֶאְשָׁאַר vid. sub rad. שׁאר.

נֹב *urbs* sacerdotalis in tribu Beniaminit., quae componitur cum Anathoth et Ananja Jes. 10, 32. Neh. 11, 32., c. he paragog. loc. נֹבָה 1 Sam. 21, 2. 22, 9. v. RELANDI *Pal.* p. 910. Cf. infra rad. נוב.

נָבָא in Kal inusit., arab. نَبَأَ *protulit* veluti terra plantas (v. ROSENMUELLER. ad Psalm. I, p. IV. not.), hinc *protulit verba, nunciavit, indicavit* (i. q. أَخْبَرَ Scholiasta ad HARIRII Consess. VI. ab in.). Sic נָבִיא dictum censebis a *fando, nunciando,* quemadmodum lat. *vates,* gr. φάτης. Sed cum *prophetandi vaticinandique* sensus in passivis tantummodo declinatibus insit (v. Niph. et Hithpah.), conjicere possis, נבא *(proferre)* ad Deum potius referendum esse ex sententia vett. Hebr., quippe qui *nunciet* vatibus, quae palam exponenda sunt; ita ut נָבָא propr. sit *a Deo agi, divinitus moneri.*

Niph. נִבָּא (pro נִנְבָּא) 1) **vaticinatus est** i. e. *divini numinis decreta nunciavit, effatus est, divina vi locutus est,* sive castigans impios, sive, quod longe frequentius, futura praedicens: a) absolute 1 Reg. 22, 12. Jer. 19, 14. Ezech. 11, 13. Am. 3, 8. Joel. 3, 1. Zach. 13, 3. al., addito בְּשֵׁם יְהוָה Jer. 11, 21. 14, 15. 26, 9. 20.; de falsis prophetis Jer. 2, 8. נִבְּאוּ בַבַּעַל *vaticinantur per Baalem* h. e. nomine et auctoritate Baalis; b) adjecto nomine ejus vel terrae, vel populi etc., cui decreta divina denuntiantur, sq. לְ Jer. 14, 16. 23, 16. 27, 16., aut *si poenas* divinas minantur vates, sq. עַל Jer. 25, 13. 26, 20. Ezech. 4, 7. 11, 4. 29, 2., sq. אֶל Jer. 26, 11. 12. 28, 8. Ezech. 6, 2. 13, 16. 21, 2. etc. (paullo aliter Ezech. 37, 9.); c) addito accusativo ejus, quod denunciatur Jer. 20, 1.; de falsis proph. נִבְּאוּ שֶׁקֶר *vaticinari mendacia* Jer. 23, 25. 26. 27, 10., חֲלֹמוֹת שֶׁקֶר *falsa somnia* i. e. quae non contigerant divinitus *vaticinari* Jer. 23, 32.; semel sq. לְ Jer. 28, 9. נִבָּא לְשָׁלוֹם *vaticinari de pace* h. e. fausta nuntiare; paullo aliter Ezech. 12, 27. נִבָּא לְעִתִּים רְחוֹקוֹת *vaticinari in tempora remota* h. e. fari ea, quae remota tempora spectant. — 2) *cecinit* laudes Dei (nam poetae etiam divino spiritu agitari credebantur) 1 Sam. 10, 11. 19, 19. 1 Reg. 18, 29. 1 Chron. 25, 2. 3. coll. Luc. 1, 67. PHILO de vita Mos. II, p. 173. Ita CIC. *vaticinari carminibus* dixit. — Praet. 2. p. נִבֵּאתָ et נִבֵּיתָ (petita forma a Verbis quiesc. tertia ה) Jer. 26, 9., part. נִבָּא, plur. נִבְּאִים (tanquam a נִבָּא) 1 Sam. 19, 21. 1 Reg. 22, 12. Jer. 14, 14. 16. etc. sic sec. Kri 1 Chron. 25, 1. (ubi Cthib habet נִבְיְאִים), alibi regulariter נִבְּאִים Ezech. 13, 2. Inf. c. affixo (forma mixta ex quiescentibus tertia א et ה) הִנָּבְּאתוֹ Zach. 13, 4.

Hithpah. הִתְנַבֵּא, passim הִנָּבֵא (Ezech. 37, 10. Jer. 23, 13.) 1) *pro-*

phetam egit vel *se gessit, vaticinatus est* Num. 11, 25. וַיְהִי כְנוֹחַ עֲלֵיהֶם הָרוּחַ וַיִּתְנַבְּאוּ *et spiritus (divini) participes facti vaticinati sunt* 1 Sam. 10, 6. Ezech. 37, 10., sq. לְ pers. *in aliq.* Jer. 29, 27., sq. עַל 1 Reg. 22, 8. 2 Chron. 18, 17.; ה׳ בַּבַּעַל *nomine Baalis vaticinari* Jer. 23, 13., הַמִּתְנַבְּאוֹת מִלִּבְּהֶן *e sua* (non Jovae) *mente vaticinantes* h. e. falsa vaticinantes. — 2) *furuit, insanivit* 1 Sam. 18, 10. וַתִּצְלַח רוּחַ אֱלֹהִים רָעָה אֶל־שָׁאוּל וַיִּתְנַבֵּא *malo spiritu correptus furuit Saulus.* Ita Jonath. וְאִשְׁתַּטִּי. Scilicet vates spiritu correpti membra corporis mirum in modum agitare solebant, ut similes viderentur delirantibus (v. Eurip. Iphig. Aul. 757 sqq. Hecub. 123. Aeschyl. Agam. 1080 sqq. 1267 sqq.). Hinc Jer. 29, 26. copulantur: מְשֻׁגַּע וּמִתְנַבֵּא (ut ap. Cicer. Sext. 10. *vaticinari* et *insanire*), hinc graec. μάντις originem duxit, ut Plato docet, a μαίνεσθαι, hinc *furere, furor* Latinis in utramque partem dicitur. — Praet. 2. p. הִתְנַבֵּיתָ 1 Sam. 10, 6., infin. הִתְנַבּוֹת (forma petita a quiescentibus tertia radicali ה) 1 Sam. 10, 13.

נְבָא chald., unde Ithpahal הִתְנַבִּי *vaticinatus est* Esr. 5, 1.

נָבִיא m. *vates* h. e. *nuncius, interpres* numinis divini, *propheta* (προφήτης Dion. Hal. 2, 73. Aristoph. Av. 973.) Num. 12, 6. Jud. 6, 8. 1 Sam. 3, 20. 9, 9. 2 Sam. 7, 2. 1 Reg. 13, 14. al. (arab. نَبِيٌّ, syr. ܢܒܝܐ); etiam *de pseudoprophetis* Ezech. 22, 28. Jer. 2, 8. 6, 13., hinc נְבִיא הַבַּעַל 1 Reg. 18, 25. 40., נ׳ הָאֲשֵׁרָה 1 Reg. 18, 19., נְבִיאִים נְבָלִים Ezech. 13, 3. De prophetarum hebr. originibus et munere v. Wineri Lexic. bibl. II, p. 548 sqq. *Filii prophetarum* vocantur alumni scholarum propheticarum a Samuele institutarum 2 Reg. 2, 3. 5. 4, 1. 5, 22. 6, 1. etc.; passim etiam נְבִיאִים 1 Sam. 10, 10. 19, 20. Singularis est locus Exod. 7, 1. *constitui te* (Mosen) *Deum Pharaoni, sed Aaron erit propheta tuus* h. e. tu eris Dei instar, cujus effata Aaron, tanquam propheta, ad Pharaonem deferat. Ceterum passim נָבִיא latius dictum significat eum, *qui numine divino familiariter utitur*, quem Deus dignum existimavit, cui decreta sua et consilia aperiret Gen. 20, 7. Ps. 105, 15. Cf. J. C. Kallii Dissert. I. et II. de *voce* נביא Havn. 1741. 4. J. F. Rehkopf progr. *de vate scripturae* Helm t. 1772. 4. F. W. Dresde de notione prophetae in Cod. S. Viteb. 1788. 2 Ptes 4. Hartmann. Exc. 3. ad Mich. proph. p. 219 sqq. — Cum affixo נְבִיאֲכֶם Num. 12, 6.

נָבִיא m. chald. *id.*, stat. emphat. נְבִיאָה Esr. 5, 1. 6, 14. Plur. stat. emphat. נְבִיאַיָּא Esr. 5, 1. 2., ubi tamen plurimi codices habent נְבִיַּאיָּא, cum א otioso, tanquam ab absoluto נְבִיִּין.

נְבִיאָה f. *prophetissa*, h. e. a) *mulier fatidica* Jud. 4, 4. 2 Reg. 22, 14. Neh. 6, 14.; b) *uxor prophetae* Jes. 8, 3.; c) *poetria* Exod. 15, 20.

נְבוּאָה f. *prophetia, vaticinium* 2 Chron. 9, 29. 15, 8.

נְבוּאָה f. chald. *id.* Esr. 6, 14.

נֹבֶה v. sub נֹב.

נְבוֹ (syr. ܢܒܘ) 1) Deus Babyloniorum Jes. 46, 1. i. e. *Mercurius*, Saturni scriba hominumque censor (pr. *nuncius* coll. נבא) v. Norberg. Onomast. Cod. Nasar. p. 95 sqq. add. Gesen. in Jes. II, p. 344. 366. Ab hoc vocabulo incipiunt multa virorum nomina, de quibus statim. 2) mons trans Jordanem altissimus Deut. 32, 49. 34, 1. 3) urbs vicina Rubenitarum Num. 32, 3. 38. Jes. 15, 2. (v. Gesen. ad h. l.) Jer. 48, 1. 22.

4) urbs in tribu Juda Esr. 2, 29. 10, 43., quae, ut a priore distinguatur, dicitur נְבוֹ אַחֵר *Nebo altera* Neh. 7, 33. v. Relandi *Palaest.* p. 908. 342.

Huc pertinent triа virorum assyr. nomina:

נְבוּזַרְאֲדָן 2 Reg. 25, 8. Jer. 39, 9. 40, 1. 52, 12. etc. i. e. vel *Nebo* (est) *dominus* (אדן i. q. אָדוֹן) coll. hebr. אֲדֹנִיָּה, vel *Nebo* (est) *sapiens* coll. pers. دان.

נְבוּכַדְנֶאצַּר et contr. נְבוּכַדְרֶאצַּר, ap. Jerem. (21, 2. 32, 1. 52, 28. etc.) נְבוּכַדְרֶאצַּר rex Assyriorum 2 Reg. 24, 1. 11. 2 Chron. 36, 7. Esr. 2, 7. Dan. 1, 18. 3, 1. al., Lxx. *Ναβουχοδονόσορ, Ναβουχοδονόσορος.* Significat auctore Lorsbachio (*Archiv f. morgenl. Liter.* II, p. 247.): *Nebo* (est) *Deorum princeps,* pers. نبو خدان سر.

נְבוּשַׁזְבָּן Jer. 39, 13. i. e. *assecla Nebonis* coll. pers. چَشْبَانْ *assecla.*

נָבוּב v. sub rad. בוּב.

נְבָזְבָּה f. chald. Dan. 2, 6. *donum, praemium.* Derivant a rad. chald. בָּזַבּ *expendit, erogavit,* ut sit pro נְבָזְבָּה, sed unde sic נ? hoc enim apud Hebraeos verbalia ex sola conjugatione Niph. format. Videtur potius esse vox peregrina et quidem persica coll. نوازان et نوازا *donatio* (v. Bohlen. Symbol. p. 26.). Alii corruptam putant ex graeco *νόμισμα, numisma, pecunia,* permutatis *b* et *m* literis; sed hoc alienum ab isto loco. — Plur. נְבָזְבָּן (tanquam a נְבָזְבָּה), unde cum affixo נְבָזְבָנֵיהּ Dan. 5, 17.

נָבַח *latravit* (verbum ὀνοματοπεποιημένον, arab. نبح et syr. ܢܒܚ *id.*) Jes. 56, 10.

נֹבַח nom. propr. 1) viri Manassitae Num. 32, 42. 2) oppidi in Gileaditide ab illo nominati Jud. 8, 11.

נְבַחַז nom. *idoli Avvaeorum,* figurâ caninâ, a נָבַח *latravit* (adjecta lit. ז, v. Norberg. Onomast. p. 99.), quod certis temporibus gravi latratu aures implere credebatur, et fortasse implevit, siquidem figura ejus cava, eaque columnae cavae imposita fuit, ut fraudi sacerdotum locus esset. Supersunt adhuc in ipsa Syria et Phoenice, in qua regione Avvaei habitabant, certa hujus idoli vestigia. Scilicet trium circiter horarum spatio ab urbe Beryti in via Tripolim ducente mons erigitur, in quo ingentis magnitudinis canis, columnae insistens, collocatus olim fuit, qui, cum periculum aliquot immineret, immani illud latratu annunciaret. Hodie quidem in mare projectus est, sed ejus adhuc reliquiae visuntur. Ab hoc cane, regionis custode, fluvius propter hunc montem defluens nomen نهر الكلب, נהר כלב *fluvii canis* accepit, et in hunc usque diem servat, Graecis et Latinis *Lycus* dictus, fortasse quod ob formae similitudinem canis iste a multis praeternavigantibus habebatur pro *lupo.* — In libris Sabaeorum *Nibchas* appellatur *dominus caliginis,* rex infernalis v. Norberg. Onomast. p. 100. Add. Conr. Iken in *Dissert. de Nibchas idolo Avvaeorum,* in *ej.* dissertatt. p. 143 sqq.

נָבַט in Kal inusit., Pih. נִבֵּט (semel Jes. 5, 30.) et Hiph. הִבִּיט 1) *spectavit, intuitus est* Jes. 18, 4. Job. 36, 25. Prov. 4, 25., sq. vel acc. Job. 35, 5.

1 Reg. 18, 43. vel אֶל *(nach, auf etw.)* Jes. 51, 6. Zach. 12, 10. Exod. 3, 6. vel לְ Jes. 5, 30. Ps. 104, 32. Ubi אַחֲרֵי sequitur, est *abeuntem prospectare, jem. nachsehen* Exod. 33, 8. (sed reflex. הִבִּיט אַחֲרָיו *respexit, retro spectavit* Gen. 19, 17. 1 Sam. 24, 9), sq. בְּאַחֲרֵי פ *a tergo alicujus*, quem sequeris, *respicere* Gen. 19, 26 (non male Kimchius: uxor ejus, quae pone eum erat, respexit); sq. בְּ oculis quasi haesit in, h. e. *cum voluptate aliquid intuitus est*, aspectu rei delectatus est Ps. (22, 18.) 92, 12. (v. חזה et ראה); eod. sensu sq. עַל Hab. 2, 15. Translate dic. triplici modo: a) ut sit i. q. *respexit, curavit* aliquid, aliquem, *rationem habuit* alicujus, sq. acc. Thren. 4, 16. Am. 5, 22. Ps. 84, 10. הַבֵּט פְּנֵי מְשִׁיחֶךָ *respice unctum tuum*, sq. אֶל Jes. 22, 11. 2 Reg. 3, 14. 1 Sam. 16, 7. Ps. 119, 6., sq. לְ Ps. 74, 20.; b) i. q. *spem posuit* in aliquo, sq. אֶל Ps. 34, 6. (lat. etiam *respicere* aliquem); c) i. q. *patienter tulit*, sq. vel acc. vel אֶל Hab. 2, 3. 13. Ps. 5, 5. *(geduldig ansehn).* — 2) *conspexit, vidit* 1 Sam. 2, 32. Jes. 38, 11. Num. 12, 8. Ps. 10, 14., הִבִּיט אָוֶן בְּ *videre, animadvertere peccatum in al.* Num. 23, 21.

מַבָּט (pro מַנְבָּט) m. *respectus* i. e. objective *id in quo spes collocatur, praesidium, spes* Jes. 20, 5. 6.

מִבָּט (pro מִנְבָּט) m. *exspectatio* Zach. 9, 5.

נְבָיוֹת *Nabathaei*, gens Ismaelitica, quae sedes habuit in Arabia petraea Gen. 25, 13. 28, 9. Jes. 60, 7. 1 Chron. 1, 29. arab. نَبَطٌ, نَبِيطٌ, gr. Ναβαταῖοι (1 Macc. 9, 35. 12, 31. Diod. Sic. 3, 42. Strabo 16, 4. Plin. H. N. 12, 17.); eorum terra appellatur *Ναβατινή, Ναβάτις*, cf. Reland. Palaest. p. 90 sqq.

נֵבֶךְ m. Job. 38, 16. vel (ut Schultensius voluit) i. q. נَبْكٌ *collis, tumulus acuto vertice* (a نبك *altus fuit*, in Conj. VIII. اِنْتَبَكَ *eminuit, editus fuit*) vel (ex auctoritate Lxx.) *fons*, coll. نبع et נבג chald. *scaturivit, erupit* (v. infra נבע).

נָבַל gener. *flaccidum, marcidum, debilem esse* vel *fieri*, hinc spec. 1) *marcescere, prae flacciditate et marcore decidere* Jes. 40, 7. 8. Jer. 8, 13. (de foliis, floribus etc.), translate de *hominibus*, qui defatigati concidunt Exod. 18, 18., vel pereunt Ps. 18, 46., it. poet. de rebus, quae pereunt Job. 14, 18. (ubi v. Umbreit.) coll. Jes. 34, 4. — 2) *stultus (debilis consilio et mente) fuit* Prov. 30, 32. — Pih. נִבֵּל 1) *vilipendit, despexit* Deut. 32, 15. (cf. حمق *stultus fuit*, in Conj. VII. *vilipendit, abjectus evasit*, مَاق *vecors, fatuus fuit*, it. *levis pretii fuit* etc.). 2) *deturpavit, foedavit, contumelia affecit* Jer. 14, 21. Nah. 3, 6. Mich. 7, 6.

נָבָל m., נְבָלָה f. (Job. 2, 10.) propr. *emarcidus, imbecillis, debilis*, hinc 1) *stultus* (conf. لَغَبٌ *vir debilis* et *fatuus*, et لَغْبَةٌ *debilitas* et *stultitia*, لَوْجٌ *flaccus, debilis*, it. *fatuus*, نَعِيجٌ *fatuus*) Jer. 17, 11.

Prov. 30, 22. — 2) frequentius *impius, sceleratus* (opp. חָכָם Deut. 32, 6.; Hebraei enim veram sapientiam non tam in intellectu quam in animo sanctitatis exemplar sectante positam putabant) Job. 2, 10. 2 Sam. 13, 13. Deut. 32, 6. 1 Sam. 25, 25. Ps. 14, 1. 74, 18. Ezech. 13, 3. Jes. 32, 5. 6. Prov. 17, 7. etc.

נְבָלָה f. 1) *stultitia* Job. 42, 8., quem locum bene explicuit Umbreitius. — 2) *nequitia, improbitas* 1 Sam. 25, 25., object. *scelus, crimen* (v. supra נָבָל) Jud. 20, 6. 10 2 Sam. 13, 12. Jes. 9, 17., max. *flagitium, incestus,* quo pertinet formula עָשָׂה נְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל *flagitium commisit in Israele* Gen. 34, 7. Deut. 22, 21. Jos. 7, 15. Jer. 29, 23.

נְבֵלָה f. *cadaver* (v. sub rad. I.) et hominum et animalium (G נְבֵלָה) Levit. 7, 24. Deut. 14, 21. 1 Reg. 13, 24. 25. 28. etc. Passim collect. *cadavera* Levit. 12, 11. Jes. 26, 19.; trop. Jer. 16, 18. *cadaver idolorum* h. e. idola vita carentia, quae non sunt nisi trunci. — In regim. נִבְלַת Levit. 5, 2. 1 Reg. 13, 29., cum Jod paragog. נִבְלָתִי Jes. 26, 19. manente Zere; sed cum affixis נִבְלָתוֹ Deut. 21, 22., נִבְלָתָם Levit. 11, 8. 11. etc.

נִבְלוּת f. *turpitudo, ignominia* Hos. 2, 12. (Lxx. ἀκαθαρσία); all. praeeunte Michaele: *membrum pudendum sed emarcidum.*

מַבּוּל v. sub rad. יבל.

נָזָה pr. (ut arab. نزو) *saliit* v. Hiph., hinc *adspersus est* (q. d. *adsiluit*) Jes. 63, 3. sq. עַל, *conspersus est* aliqua re sq. מִן 2 Reg. 9, 33. Fut. apoc. וַיִּז, וַיֵּז. — Hiphil הִזָּה 1) *sparsit* Exod. 29, 21. Levit. 5, 9. 14, 7. Num. 8, 7. sq. עַל; Levit. 4, 17. sq. לִפְנֵי *(versus)*. 2) *salire* h. e. *exsultare fecit* Jes. 52, 15. ubi v. Gesen. — Fut. apoc. יַז Levit. 8, 11. 30.

נָזִיר v. sub rad. נזר.

נָזַל 1) *fluxit, manavit* (נָזַל *descendit, defluxit*, unde נֶזֶל *pluvia*), propr. de aquis Ps. 147, 18. Num. 24, 7. Jer. 18, 14., metaphor. de *sermone* Deut. 32, 2. Conf. נגב. Part. praes. plur. נוֹזְלִים subst. *fluenta* h. e.

rivi (epithet. poët.) Exod. 15, 8. Ps. 78, 16. Jes. 44, 3. Passim dicitur aliquid *aliqua re fluere, manare*, ut oculi lacrimis Jer. 9, 17., nubes rore Job. 36, 28.; trop. Jes. 45, 8. שְׁחָקִים יִזְּלוּ צֶדֶק *nubes fluent salute.* Cf. supra הלך et ירד. 2) *descendit, deverit, hospitatus fuit, habitatum venit* (arab. نَزَلَ *id.*) v. מִזְלוֹת. — Hiph. הַזִּיל *fluere fecit, fudit* Jes. 48, 21. [נַזְלוּ Jud. 5, 5. v. sub rad. זלל et הַזִּילוּהָ Thren. 1, 8. sub rad. זול].

נַזָּלוֹת f. plur. 2Reg. 23, 5. *deversoria, habitacula* h. e. duodecim signa zodiaci, in quibus sol deinceps commoratur et habitat (arab. مَنْزِلٌ *hospitium, deversorium*). Ita cum Vulg. Clericus. Hinc Judaei Zodiacum appellant גלגל המזלות *orbem habitaculorum* v. Eichhorn. *Biblioth. d. bibl. Lit.* VII, p. 449.

נַזְרוֹת plur. f. Job. 38, 32. *id.* (permutatis inter se ה et ל literis). Ita Judaei. Sed alii vertunt *corona borealis* (coll. נֵזֶר) v. Michael. Suppl. p. 1497., alii contractum putant ex מַאֲזְרוֹת *cingula*, ut intelligendae sint eae stellae, quas Arabes مِنْطَقَةُ الجَوْزَا *cingulum Orionis* appellant.

נֶזֶם m. *annulus* vel *aurium* vel *nasi (Ohren-Nasenring)* Gen. 24, 47. 35, 4. Exod. 32, 2. Prov. 11, 22. Jes. 3, 21. Ezech. 16, 12. Origo voc. non liquet. (Sunt tamen, qui conferant, sed invita forma vocabuli, chald. זמם *capistravit*, formis imperfectis sic alternantibus, unde syr. ܐܶܙܡܳܐ *annulus, qui ornatus causa appenditur naribus*, quales gestare solent Aethiopes, ግዘም Aethiop. *circulus naribus alligatus*). Istum vero morem, in naribus gestandi annulum, nunc quoque in oriente obtinere, testantur Angelus a S. Joseepho in *Gazophyl. Pers.* p. 308. Thevenot. in *Itinerar.* P. II. L. 2. c. 11. Petrus della Valle in *Itinerar.* P. I. epist. 17. Niebuhr. in Descr. Arab. p. 66. all.; et sic quoque apud Americanos. Cet. v. Hartmann. Hebräerin II, p. 166. III, p. 205 sqq. Cum affixo נִזְמָהּ Hos. 2, 15., plur. נִזְמִים Gen. 35, 4., in regim. נִזְמֵי Gen. 32, 2. 3.

נָזַק chald. *damno affectus, laesus est* Dan. 6, 3. — Aphel *damno affecit* Esr. 4, 13. 22.; infin. nominasc. הַנְזָקָה *illatio damni* Esr. 4, 22.

נֶזֶק m. hebr. *damnum* Esth. 7, 4. (Mischna IV. 1.).

נָזַר in Kal non occurrit. Niph. נִזַּר 1) *separavit se* (chald. *id.*) Ezech. 14, 7., praegn. Hos. 9, 10. וַיִּנָּזְרוּ לַבֹּשֶׁת *separarunt se* (et consecrarunt) *ignominiae* h. e. Baali. 2) *abstinuit* Zach. 7, 3., sq. מִן Levit. 22, 2. (Syr. Ethpe. *id.*). — Hiph. הִזִּיר 1) transit. a) *fecit, curavit, ut quis se separaret* Levit. 15, 31., quem loc. recte jam cepit Onkel.; b) *separavit* a communi usu atque adeo *consecravit, vovit* Deo sq. ל Num. 6, 12. (cf. arab. نَذَرَ *vovit, devovit*). 2) intrans. a) *abstinuit* Num. 6, 3.; b) *consecravit se* Jovae Num. 6, 2. 5. 6.

נָזִיר m. 1) *Nasiraeus*, qui a certis rebus (ut a vino, a tonsura, a contaminatione) *abstinet* sive *se separavit* et *Deo sacravit* Num. 6, 2. 13. 18. 21., plene נְזִיר אֱלֹהִים Jud. 13, 5. 7. 17.; plur. נְזִירִים Am. 2,

11. 12. cf. Carpzovii Appar. p. 151 sqq. Metaph. נָזִיר appellatur *vitis non culta, non putata,* a cujus cultu possessor per annum jubilaeum *abstinuit* Levit. 25, 5. 11. — 2) *eximius, excellens,* hinc *princeps* (nisi est denomin. a נֵזֶר) Gen. 49, 26. Deut. 33, 16., ad quem poster. loc. v. Hoffmann.

נֵזֶר et נָזֶר m. 1) *corona, diadema* (quo quis *separatur* a plebe vel a civibus), vel regis 2 Sam. 1, 10. 2 Reg. 11, 12. 2 Chron. 23, 11. vel summi pontificis Exod. 29, 6. 39, 30. Levit. 8, 9. 21, 12. (de quo l. v. Rosenmueller.) etc. 2) *separatio,* conditio ejus, qui Jovae se consecravit, *nasiraeatus* Num. 6, 4. 5. 9. 12. 13. 18. 19. Spec. *coma* Nasiraei Jovae sacrata Num. 6, 19. Semel de *coma promissa mulieris* Jer. 7, 29., ubi tamen נֵזֶר simul ad regiam mulieris dignitatem respicere videtur. — Cum affixis נִזְרֵךְ, נִזְרוֹ Ps. 89, 40.

מְנֻזָּר m., plur. מְנֻזָּרִים (c. dag. euphon.) *optimates* Nah. 3, 17.

מַזָּרוֹת f. plur. Job. 38, 32. sunt qui huc trahant, sed v. sub rad. נזל.

נָחָה *duxit* Gen. 24, 27. Exod. 15, 13. 32, 34. Ps. 77, 21. Ps. 5, 9. נְחֵנִי בְצִדְקָתֶךָ *duc me in probitate tua* h. e. fac, ut probitati, quae tibi placet, studeam. In Kal non occurrit nisi praet. et imper. — Hiph. הִנְחָה 1) *duxit:* legitur de Deo Exod. 13, 21. Neh. 9, 19. Gen. 24, 48. הִנְחַנִי בְּדֶרֶךְ אֱמֶת, Jes. 57, 18. Ps. 31, 4. 61, 3. coll. Ps. 43, 3., vel de sapientia div. Prov. 6, 22. — 2) *reduxit* Job. 12, 23. שִׁטָּה לַגּוֹיִם וַיְנַחֵם *diffundit gentes et reducit eas* (in pristinos fines, unde excursiones fecerant); it. *deduxit, deportavit* 2 Reg. 18, 11., sed 1 Reg. 10, 26. וַיְנַחֵם בְּעָרֵי הָרֶכֶב *et deducendos curavit* (currus et equites) *in oppida curruum* h. e. disposuit in oppidis curr. (*wies ihnen ihr Standquartier an*).

מְנֻחָה v. sub rad. מנח.

נָחַל I) i. q. חָלַל v. נְחִילוֹת. — II) *hereditate accepit, possedit* (originem quaerit Schultens. in *cribrando,* coll. arab. نخل *cribravit, selegit meliorem partem;* simil. lat. *cernere hereditatem*) Jud. 11, 2. Jer. 16, 19. שֶׁקֶר נָחֲלוּ אֲבוֹתֵינוּ *mendacium* h. e. falsas religiones *hereditate acceperant,* possederant *patres nostri* ubi v. Rosenmueller., trop. Ps. 119, 111. נָחַלְתִּי עֵדְוֹתֶיךָ *hereditate possideo leges tuas* h. e. carae mihi sunt, ut res a patribus jure hereditario accepta. Frequentius, missa *hereditatis* notione, est: *accepit, possedit* aliquid tanquam sibi *proprium:* a) de hominibus Num. 18, 20. Ps. 82, 8., sq. acc. Num. 18, 23. Deut. 19, 14. Zeph. 2, 9. Prov. 3, 35. 23, 30. Crebro inprimis Israelitae dicuntur נָחַל אֶת־הָאָרֶץ i. e. pactam et stabilem terrae canan. possessionem tenere Exod. 23, 30. 32, 13. Num. 18, 20. Jes. 57, 13., sim. singulae tribus נָחַל אֶת־נַחֲלָתוֹ Jos. 19, 9., add. Num. 32, 19. לֹא נִנְחַל אִתָּם מֵעֵבֶר *nolumus cum iis accipere* (portionem, fundos) *trans Jordanem;* b) de Jova, qui dicitur Israelitas possidere tanquam sibi proprios atque adeo tueri et defendere Zach. 2, 16. coll. Exod. 34, 9. 2) *possidendum dedit, partitus est* (terram) Num. 34, 17. Jos. 19, 49. — Infin. נָחֹל Num. 19, 49., fut. יִנְחַל Prov. 11, 29. etc.

Pih. נִחֵל *possidendum dedit, partitus est possessionem* Jos. 13, 32., sq. acc. pers. Num. 34, 29. Jos. 14, 1., sq. dat. pers. Jos. 19, 51.

Hiph. הִנְחִיל 1) *heredem fecit, reliquit* aliquem Prov. 13, 22., *heredem scripsit, constituit* aliq. alicujus rei sq. dupl acc. Deut. 21, 16., it. *hereditate transmisit* aliquid alicui sq. acc. rei et לְ pers. 1 Chron. 28, 8. — 2) *possidere fecit* sq. acc. pers. Deut 32, 8., *possidendum dedit* sq. acc. rei Jes. 49, 8., sq. acc. pers. et rei Prov. 8, 21. Crebro Jova dic. Israelitis אֶת־הָאָרֶץ הִנְחִיל Deut. 12, 10. 31, 7. Jer. 3, 18. 12, 14. Sed Jos. 1, 6. הַנְחֵל אֶת־הָעָם הַזֶּה אֶת־הָאָרֶץ est: *immittere populum in possessionem (in Besitz setzen).* — Hoph. הָנְחַל *possidere* sive *possidens factus est* Job. 7, 3.

Hithpah. הִתְנַחֵל se ipsum possidere fecit h. e. *possessionem occupavit, invasit* Num. 32, 18., hinc *possedit, tenuit* Jes. 14, 2. Eadem verbi significatio obtinere videtur Num. 33, 54. 34, 13. Ezech. 47, 13. *hi sunt fines* אֲשֶׁר תִּתְנַחֲלוּ אֶת־הָאָרֶץ לִשְׁנֵי עָשֶׂר שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *intra quos occupabitis terram duodecim tribubus (für die 12 Stämme).* Nec Levit. 25, 46. opus est *transitive* interpretari ex veterum auctoritate: hi enim sensum, non singula verba expressisse videntur, v. Rosenmueller.

נַחֲלָה f. 1) *hereditas* h. e. id quod quis hereditate accepit 1 Reg. 21, 3. 4. Prov. 19, 14. נַחֲלַת אָבוֹת *hereditas a patribus transmissa* filiis. Trop. Ps. 127, 3. נַחֲלַת יְהוָה i. e. *beneficium, donum a Jova datum.* — 2) *possessio* i. e. id quod quis possidet, *dominium* Num. 18, 23. 36, 8. Gen. 31, 14. Mich. 7, 14. Spec. נַחֲלָה dic. terra Palaest. quae Israelitis in possessionem cessit Deut. 19, 10. 24, 4. Jos. 13, 7. Jud. 20, 6. Ps. 79, 1. vel *ager* quem quaeque tribus sortita est Deut. 10, 9. 14, 29. 18, 2. Num. 32, 18.; נַחֲלַת יְהוָה est *populus israel.* ipse Deut. 4, 20. 9, 26. 1 Sam. 26, 19. Jes. 19, 25. Ps. 28, 9. 33, 12. — 3) *sors* Job. 20, 29. נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors a Deo ipsi assignata,* 27, 13. 31, 2. i. q. חֵלֶק, גּוֹרָל.

נַחֲלָת f. *hereditas* Ps. 16, 6. v. Gesen. L. p. 467.

נְחִילָה f., plur. נְחִילוֹת Ps. 5, 1., sec. plurimos: instrumentum musicum, *tibia,* a *perforando* v. rad. n. 1., nisi est pro נְחִלוֹת a חלל. Alii conferunt chald. et talm. נְחִיל *examen apum* (arab. نَحْل), ut נְחִילָה sit instrumentum bombum, ut apes, edens. Illud probabilius.

נַחַל m. 1) *locus depressus, per quem aquae fluunt, vallis* (כלא v. Niebuhr. *Beschreib. Arab.* p. 2.) Gen. 26, 17. 19. — נַחַל־אֶשְׁכּוֹל *vallis botri* Num. 12, 23 sqq. (vicina urbi Hebron v. Rosenmueller. *Alterthumsk.* II, 1, p. 157.), נַחַל קִדְרוֹן v. sub lit. ק, נ שָׁטִים Joel. 3, 23 (4, 15). — 2) *rivus,* max. *torrens* Gen. 32, 23. Deut. 2, 36. Am. 5, 24. Ps. 74, 15. 2 Chron. 20, 16. (Sim. veterum Germanorum *Au* et *aquam* et *pratum aquis irriguum* denotat). Memorantur inprimis נַחַל הַבְּשׂוֹר, נ כְּרִית, נ הָעֲרָבִים, נ קָנָה, נ קִדּוּמִים, נ קִדְרוֹן (de quibus omnibus v. suis locis), denique נַחַל מִצְרַיִם Num. 34, 5. Jos. 15, 4. 1 Reg. 8, 65. 2 Reg. 24, 7. al. i. e. sec. Lxx. torrens prope *Rhinocolura* (Ῥινοκορούρα), nunc *Elarisch* العريش, in confiniis Aegypti et Palaestinae v. Rosenmueller. l. c. p. 78. 88 sq. Ceterum cum *torrentes,* quippe fontibus destituti, facile evanescant, aestivo inprimis tempore, verba Job. 6, 15. *perfidi sunt amici mei sicut torrens,* quid sibi velint, sponte

patet. Uno in loco Job. 28, 4., ubi de metallicis agitur, plurimi interpretes non *rivum* sed *alveum, canalem, venam metallicam (Gang)* intelligi volunt, praeter necessitatem; נַחַל videtur *torrentem subterraneum (aufgehende Wasser)* significare v. REIMARUS ad HOFFMANNI Version. germ. libri Jobi p. 771. et UMBREIT. ad h. l. — Cum ה *locali* נַחֲלָה *ad rivum* Num. 34, 5. Dual. נַחֲלַיִם Ezech. 47, 9., plur. נְחָלִים Num. 24, 6. Levit. 11, 9. 10., in regim. נַחֲלֵי Deut. 8, 7. Jes. 7, 19., cum affixo נְחָלֶיהָ Jes. 34, 9.

נַחֲלָה i. q. נַחַל c. he paragog. (quod accentu caret) Ps. 124, 14.

נָחַם propr. (coll. נָשַׁם *spiritum duxit cum nisu, suspiravit*) significare videtur: *ingemuit*. Hinc Niph. נִחַם (nam Kal non est in usu) 1) *misertus est* alicujus (q. d. ingemuit de aliquo) sq. עַל Ps. 90, 13., sq. אֶל Jud. 21, 6., sq. לְ Jud. 21, 15., sq. מִן Jud. 2, 18. — 2) *poenituit eum* Ps. 110, 14. 1 Sam. 15, 29. Exod. 13, 17., sq. עַל rei, cujus aliquem poenitet Exod. 32, 14. Jer. 18, 8. 10. Joel. 2, 13. Jon. 3, 10. 4, 2. al., sq. אֶל Jer. 26, 3. 42, 10., sq. integra sententia, cui praemissum est כִּי Gen. 6, 6. 7. 1 Sam. 15, 11. (vern. etiam utraque ista notio in uno verbo *sichs leid sein lassen, es thut mir leid* copulata est). — 3) reflex. ex Pih. a) *se consolatus est* Ps. 77, 3., sq. עַל 2 Sam. 13, 39. Jer. 31, 15., sq. אַחֲרֵי Gen. 24, 67. (*de* morte alicujus); b) *ultus est, ultionem sumsit* Jes. 1, 24. אִנָּחֵם מִצָּרָי *ultionem sumam ab hostibus meis*, ubi vid. GESEN. Ultio enim ab adversario sumta videbatur egregiam *consolationem* injuriae illatae afferre.

Pih. נִחֵם *consolatus est* (q. d. misericordiam suam declaravit) sq. acc. pers. Gen. 37, 35. 50, 21. Ruth. 2, 13., de aliqua re sq. עַל Job. 42, 11. Jes. 22, 4. Ezech. 14, 22., sq. מִן Gen. 5, 29. Crebro dicitur *Jova populum* vel *aliquem consolari* Ps. 71, 21. 86, 17. 119, 82. Jes. 12, 1. 49, 13. Jer. 31, 13. Zach. 1, 17. quando eum denuo favore amplectitur, ei opem fert. Ceterum adde Ps. 23, 4. *baculus tuus et scipio tuus consolantur me* i. e. cura, quam in me defendendo ponis, animum mihi addit; Job. 7, 13. *consolabitur me lectus meus* i. e. somnus sollicitudinem meam levabit. — Pyh. נֹחַם *solatio affectus, mulsus est, consolationem invenit* Jes. 66, 13, לֹא נֻחָמָה *solatio destituta, solatii inops* Jes. 54, 11. — Hithpah. הִתְנַחֵם (semel Ezech. 5, 13. הִנָּחֵם, unde 1. p. תִּנָּחֲמֹתִי): 1) *misertus est* alicujus Deut. 32, 36. Ps. 135, 14. 2) *poenituit* eum Num. 23, 19. 3) *se consolatus est* Gen. 27, 25. Ps. 119, 52. 4) *ultionem sumsit* Ezech. 5, 13., sq. לְ pers. Gen. 27, 42.

נֹחַם m. *poenitentia* Hos. 13, 14.

נְחוּם m. (formae dagessandae), plur. נְחֻמִים 1) *misericordia (σπλάγχνα)* Hos. 11, 8. — 2) *consolationes* Jes. 57, 18. Zach. 1, 13., in quo posteriore tamen loco vulgo legitur נִחֻמִים; sed sine dagesch in plerisque codicibus se reperisse testatur idque emendatius putat MERCERUS ad PAGNINI *Thesaurum* sub h. n.

נַחוּם (form. dagess.) nom. propr. prophetae Nah. 1, 1.

נְחֶמְיָה (*misertus est Jova*) nom. propr. *Nehemiae* Esr. 2, 2. Neh. 1, 1. al.

נֶחָמָה f. *consolatio, solatium* Ps. 119, 50. Job. 6, 10.

מְנַחֵם (*consolans*) nom. propr. regis Israel. 2 Reg. 15, 17 sqq.

תַּנְחוּמִים m., plur. 1) *misericordia* Ps. 94, 19. 2) *consolationes* Jer. 16, 7. Jes. 66, 11.

תַּנְחוּמָה f., plur. תַּנְחוּמוֹת *consolationes* Job. 15, 11. 21, 2.

נַחְנוּ v. sub אֲנִי.

נָחַץ *ursit, institit,* ut arab. نحص v. SCHULTENS. in *Clav.* p. 279., cogn. כחץ. Part. Pahul נָחוּץ *ursus, ad festinandum impulsus, festinus* 1 Sam. 21, 8. conf. דָּחוּף Esth. 3, 15. 8, 14. et מְבֹהָל Esth. 8, 14.

נָחַר radix Hebr. inusit., chald. syr. ܢܚܪ et arab. نخر *ronchum edidit, ronchissavit, fremuit, flavit cum strepitu.*

נְחִיר m., dual. נְחִירַיִם *nares* (נֻחְרָא et נֻחְרָה *foramen nasi*) Job. 41, 12.

נָחוֹר nom. propr. fratris Abrahami Gen. 11, 26. 27. et alius cujusdam Gen. 11, 22. Lxx. *Ναχώρ.*

נַחַר m. *ronchus, fremitus* (ܢܚܪܐ *id.*), cum affixo נַחֲרוֹ Job. 39, 20. Alii aliter exponunt vid. BOCHART. *Hieroz.* P. I, p. 123 sq.

נְחָרָה vel נַחֲרָה f. *id.*, unde in regim. נַחֲרַת Jer. 8, 16.

נָחָשׁ m. 1) *serpens* (chald. et samar. *id.*; origo voc. non liquet) Gen. 3, 1. 2. 4. 13. 14. Exod. 4, 3. Deut. 8, 15. Num. 21, 10. 2 Reg. 18, 4. Mich. 7, 17. De *serpente* בָּרִיחַ Job. 26, 13. Jes. 27, 1. vid. supra sub rad. ברח. Plur. נְחָשִׁים Num. 21, 7. — 2) nom. propr. virorum 1 Sam. 11, 1. 2 Sam. 10, 2.; 2 Sam. 17, 25. 27.

נָחַשׁ in Kal inusit., Pih. נִחֵשׁ (denomin. a נָחָשׁ) propr. ex serpentibus *omina captavit, auguratus est* (multa ὀφιομαντείας exempla ap. vett. occurrunt v. BOCHART. Hieroz. Tom. I, p. 21. et SELDEN de diis Syr. 2, 17.) Levit. 19, 26. Deut. 18, 10. 2 Reg. 17, 17. 21, 6. 2 Chron. 33, 6. (syr. *id.*, arab. تَنَحَّشَ *praestigiis, veneficiis usus est*); — deinde transfertur etiam ad alia divinandi genera, ut Gen. 44, 5. coll. 15. *nonne est is (calix), ex quo dominus meus bibit? et ipse augurando auguratur eo* sc. calice. Cyathis enim in divinando varie usi sunt cf. ROSENMUELLER. *Morgenl.* I, p. 211 sq. — denique gener. est *divinavit, auguratus est, praesagivit* Gen. 30, 27., quem locum conjecturis vexarunt MICHAELIS et AURIVILLIUS. Eandem *augurandi* significationem accommodant nonnulli loco 1 Reg. 20, 33. vertentes: *hi autem viri augurabantur* (sentiebant, quae esset illius, Ahabi, mens) *et festinabant.* Sed praestat VULGATUM sequi: *acceperunt viri* (Achabi verba) *pro omine.*

נַחַשׁ m. *augurium* Num. 23, 23., plur. Num. 24, 1. לֹא הָלַךְ לִקְרַאת נְחָשִׁים *non ivit* (Bileamus) *obviam auguriis* h. e. non discessit ad auguria captanda.

נחשׁ rad. inusitat.

נְחָשׁ m. chald. *aes* Dan. 2, 32. 4, 20. 7, 19., emphat. נְחָשָׁא Dan. 2, 45. 5, 4. 23.

נְחֹשֶׁת com. hebr. *aes* i. e. *cuprum, aes cyprium* Gen. 4, 22. Exod. 25, 3. 35, 5. 38, 2. Num. 31, 22. Jos. 22, 8. 2 Sam. 21, 16. al. Meton. a) *compedes, vincula* Thren. 3, 7., dual. נְחֹשְׁתַּיִם *compes gemina* in utraque manu vel utroque pede Jud. 26, 21. 2 Sam. 3, 34.; b) *pecunia* Ezech. 16, 36. c. affixo נְחֻשְׁתֵּךְ.

נְחֹשְׁתָן m. *serpens aeneus*, quo nomine quasi proprio serpens aeneus, a Mose in deserto erectus, jussu autem Hiskiae fractus, vocabatur 2 Reg. 18, 4.

נְחוּשׁ *aeneus* Job. 6, 12., ubi caro vocatur *aenea* h. e. durissima coll. σὰρξ σιδαρείη ap. Theocrit. 21, 47.

נְחֻשָּׁה et נְחֹשֶׁת f. *aes* Levit. 26, 19. 2 Sam. 22, 35. Ps. 18, 35. Job. 28, 2. 40, 18. 41, 19. Jes. 45, 2. 48, 4. Mich. 4, 13.

נָחַת *descendit* i. q. ירד, sed poetis tantum usitat. (chald. samar. syr. *id.*); fut. יִחַת Jer. 21, 13., plur. יַחְתּוּ (c. dag. euphon.) Job. 21, 13., sed Prov. 17, 10. tert. foem. תֵּחַת *penacut.* (propter seq. Schwa mob. v. Gesen. L. p. 176.) in his verbis: תֵּחַת גְּעָרָה בְּמֵבִין *descendit* altius in animum *sapientis castigatio* (Vulg. *plus proficit ap. prudentem*), et regul. Ps. 38, 3. תְּנַחַת, ubi *manus Jovae descendisse* h. e. plaga a Jova inflicta esse dicitur. — Niph. נָחַת *descendere factus, demissus est* Ps. 38, 3. חִצֶּיךָ נָחֲתוּ בִי *demissae in me, infixae mihi sunt sagittae tuae.* — Pih. נִחַת *depressit* Ps. 65, 11 (sulcos sc. copiosis pluviis), 18, 35 (arcum, v. דַּרְכָּה), in quo loco est enallage numeri, de qua v. Gesen. L. p. 714. 720. — Hiph. imper. הַנְחֵת *descendere fac, dejice, deturba* Joël. 4, 11.

נְחַת chald. *id.* Dan. 4, 10. 20. — Aphel *detulit* Esr. 5, 15 (אַחֵת imper.), it. *deposuit* Esr. 6, 1 (part. מְהַחֲתִין) et v. 5 (fut. תֶּחֱתֵי). Hoph. (ex hebr.) הָנְחַת *demissus, dejectus est* Dan. 5, 20.

נַחַת m. *descensus, demissio* Jes. 30, 30., metonym. *id quod descendit* sive *demittitur* Job. 36, 16. נַחַת שֻׁלְחָן *cibi in mensam demissi.* [Aliud vid. sub rad. נוּחַ].

נָחֵת m. part. praes. aram. (ut Dan. 4, 10. 20.) *descendens*, unde plur. נְחָתִים (c. dag. euphon.) 2 Reg. 6, 9., ubi sermo est de *Aramaeis* sive *Syris.*

נָטָה 1) a) tetendit *(ausstrecken, ausspannen)*, ut manum Exod. 8, 13. 14, 26. Jos. 8, 19. (quod passim hostili sensu dicitur Job. 15, 25. max. de Jova plagas hominibus inflicturo Exod. 7, 5. Jer. 6, 12. Ezech. 6, 14. 14, 9. 25, 7. Zeph. 2, 13.) al., hastam Jos. 8, 18. 26., decempedam Jes. 44, 13. Thren. 2, 8. Job. 38, 5., tentorium *(figere)* Gen. 12, 8. 33, 19. (trop. de coelo, quod tentorio assimilatur Jes. 44, 24. 45, 12. Ps. 104, 2. Job. 9, 8.), insidias Ps. 21, 12.; b) *extendit, protendit (ausdehnen,* tendendo longius vel latius reddidit) Ps. 102, 12. צֵל נָטוּי *umbra protensa* h. e. longior facta, quod fit inclinante vespera: talis umbra in eo est, ut prorsus evanescat, unde vitae brevitas apte cum ea comparatur l. c. cf. Ps. 109, 23.; Jes. 3, 16. foeminae superbientes dicuntur incedere נְטוּיוֹת גָּרוֹן *extensae* h. e. *erectae gutture* (collo); intrans. *se extendit* Job. 15, 29. non *extendetur*, latius diffundetur *ejus possessio*; c) *exposuit, proposuit (ausbreiten)* 1 Chron. 21, 10. שָׁלֹשׁ אֲנִי נֹטֶה עָלֶיךָ *tria* (mala) *ego tibi proponam*, elige tibi unum.—

2) a) inclinavit, flexit Ps. 62, 4., *inclinat* Deus *coelos* h. e. demittit nubes Ps. 18, 10., trop. נָטָה לִבּוֹ לְ *inclinavit animum ad* aliquid Ps. 119, 112., נָ חֶסֶד אֶל פְּ *gratiam in al. flexit* h. e. alicui conciliavit Gen. 39, 21., נוֹטֶה אֵלֶיהָ כְּנָהָר שָׁלוֹם *inclinabo* h. e. derivabo *in eam sicut flumen pacem* h. e. largam ei prosperitatem oblingere faciam Jes. 66, 12., *humeros suos inclinavit, demisit ad ferendum* onus i. e. bajulus factus est Gen. 49, 15., *oculos intendunt ad inclinandos* h. e. dejiciendos, perdendos *nos* Ps. 17, 11.; b) *inclinavit se* Jud. 16, 30., de die Jud. 19, 8., de umbra 2 Reg. 20, 10.; c) *declinavit, deflexit* (se) Jer. 14, 8. 2 Sam. 2, 19. 21. Num. 20, 17. 22. 33., trop. Ps. 119, 51. *a lege tua non deflexi*, 1 Reg. 11, 9. *animus ejus deflexit a Jova*, Prov. 4, 27. Job. 31, 7.; praegn. sq. אֶל Gen. 38, 16. *se applicuit ad eam* (mulierem), sq. אַחֲרֵי Exod. 23, 2. Jud. 9, 3. 1 Sam. 8, 3. 1 Reg. 2, 28. *declinavit ad al.* h. e. *sectatus est* al., *addixit se alicui* (vel pers. vel rei); hinc *abiit* 1 Sam. 14, 7. — Infin. constr. נְטוֹת, cum affixis נָטְתִּי Exod. 7, 5. נְטוֹתוֹ Ps. 109, 23. Fut. יִטֶּה Job. 15, 29., per apocop. יֵט Zeph. 2, 13. Ps. 44, 19. etc.

Niph. נִטָּה *tensus, extensus est* Zach. 1, 16 (funis mensorius), *protensus est* Jer. 6, 4., it. *extendit, diffundit se* (rivus) Num. 24, 16., ubi praet. plur. נָטֻיוּ, mutata tertia rad. ה in Jod.

Hiph. הִטָּה 1) tetendit manum Jes. 31, 3. Jer. 6, 12 (de Jova, v. supra), tentorium 2 Sam. 16, 22., aulaeum Jes. 54, 2. etc. — 2) a) inclinavit, flexit Gen. 24, 10. הַטֵּי כַדֵּךְ *inclina* h. e. demitte *cadum tuum*. Crebro occurrunt hae formulae: *α) aures suas inclinare* i. e. attendere Ps. 17, 6. 31, 3. 45, 11. 49, 5. 86, 1. Prov. 4, 20., obtemperare Ps. 116, 2. Jer. 25, 4. 35, 15.; *β) animum suum inclinare*, convertere sive ad Deum Jos. 24, 23 sive ad sapientiam Prov. 2, 2.; *γ) animum alic. inclinare, flectere* 2 Sam. 19, 15., ad pietatem Ps. 119, 36., ad pravitatem Ps. 141, 4. 1 Reg. 11, 2., hinc simpl. corrumpere, in nequitiam inducere Prov. 7, 21. 1 Reg. 11, 3. Jes. 44, 20., sq. אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים *ad idolorum cultum* 1 Reg. 11, 4.; *δ) gratiam, favorem inclinare* in aliq. h. e. conciliare alicui Esr. 7, 28. 9, 9.; *ε) jus flectere* (Cic. Caecin 26.) 1 Sam. 8, 3., *jus alicujus flectere*, pervertere Deut. 27, 19. Thren. 3, 35.; alibi eodem sensu: *flectere, pervertere aliquem*, sed v. sub b. — Intransit. *inclinavit, reclinavit se* Am. 2, 8. — b) *declinavit*, transit., h. e. deflectere fecit Jer. 5, 25. *scelera vestra declinarunt haec bona* h. e. effecerunt, ut vobis non contingerent: hinc *abduxit, seduxit* (*beiseits führen*) 2 Sam. 3, 27., *detrusit* Job. 24, 4., *reduxit, retraxit* Num. 22, 23 (in viam), *repulit, repudiavit* Ps. 27, 9.; הִ מִּדִּין פְּ *depellere aliquem de jure suo* i. e. caussam ej. corrumpere Jes. 10, 2., sic etiam simpl. פְּ הִטָּה Am. 5, 12. Jes. 29, 21. Mal. 3, 5. Intransit. *declinavit (se), deflexit* de via Jes. 30, 11. Job. 23, 11., praegn. Ps. 125, 5. Praet. cum affixo הִטָּהוּ Jes. 44, 20., foem. cum affixo הִטָּתוּ Prov. 7, 21. Inf. cum affixo הַטֹּתִי Num. 22, 23., imp. הַטֵּה, per apocop. הַט Ps. 17, 6. Fut. יַטֶּה, cum Vau convers. וַיַּט 2 Sam. 19, 15. etc. — Hoph. part. מֻטֶּה 1) Jes. 8, 8. מְטוֹת כְּנָפָיו מְלֹא רֹחַב אַרְצְךָ *extensa* h. e. *expansiones alarum ejus* (exercitus) implent terram tuam, quam late patet. 2) Ezech. 9, 9. עִיר מְלֵאָה מֻטֶּה *urbs repleta est inclinatione*, perversione juris.

מַטֶּה com. (foem. Mich. 6, 9.) 1) *ramus, virga* (*extensa*, protensa) Ezech. 19, 11. 12. 14. — 2) *baculus*, qui ex *ramo* sive *virga* ar-

boris fieri solet (coll. Ezech. 19, 11.) Gen. 38, 25. Exod. 4, 2. 17. Num. 17, 17. 18. 21., spec. *baculus regius, sceptrum* Ps. 110, 2., *hasta* militis (Arabibus etiam *baculi* nomen pro *hasta* frequentatur) 1 Sam. 14, 27. (Hab. 3, 14.). Metaphorice pro *sustentaculo* sumitur, ubi de *pane* sermo est, qui quasi *fulcit* artus (conf. rad. סעד Ps. 104, 15.), hinc *frangere baculum panis* Levit. 26, 26. Ps. 105, 16. Ezech. 5, 16. 14, 13. — 3) *tribus* (q. d. *ramus gentis*) Num. 1, 4. 2, 5. 7. Jos. 20, 9. etc. — 4) *inclinatio, depressio* v. מַטָּה. — In regim. מַטֵּה Num. 1, 49. Ezech. 19, 12., cum affixo מַטֵּהוּ Exod. 7, 10., plur. מַטּוֹת Num. 1, 16. Jos. 14, 1. 2. 4. etc., semel c. affixo מַטָּיו Habac. 3, 14.

מַטָּה (penacut. i. e. מַטָּה c. he loc.) propr. *in locum depressum* quasi *inclinatum* h. e. *deorsum* Deut. 28, 43. Prov. 15, 24. — Cum praefixo: לְמַטָּה *deorsum* Deut. 28, 13. 2 Reg. 19, 30. Ezech. 1, 27. Eccles. 3, 21.; it. *infra* 1 Chron. 27, 23. לְבֶן עֶשְׂרִים שָׁנָה וּלְמַטָּה *a nato viginti annos et infra*, sq. מִן Esr. 9, 13. חָשַׂכְתָּ מֵעֲוֹנֵנוּ *cohibuisti* (iram tuam) *infra peccata nostra* h. e. minus, quam peccata nostra merebantur, punivisti nos; מִלְּמַטָּה *deorsum* Exod. 27, 5. 28, 27. 36, 29. 39, 20.

מִטָּה f. 1) *lectus* (cf. rad. Am. 2, 8.), (ita graec. κλίνη est a κλίνω) a) in quo dormientes vel aegrotantes cubant Gen. 47, 31. 48, 2. Exod. 8, 3. 1 Sam. 19, 13 sqq. 2 Reg. 4, 10. 21. 2 Chron. 24, 25.; b) in quo ad mensam accumbunt Esth. 1, 6. Ezech. 23, 41. vel quietem capiunt (*Sopha, Divan*) Am. 3, 12. 6, 4.; c) in quo mortui efferuntur, *feretrum* 2 Sam. 3, 31. 2) *lectica, sella gestatoria* Cant. 3, 7. Plur. מִטּוֹת 2 Reg. 11, 2.

נָטַל 1) *sustulit* Jes. 40, 15. 2) *imposuit* (portandum) sq. עַל Thren. 3, 26. 2 Sam. 24, 12. (syr. ܢܛܰܠ *gravis fuit*). — Pih. *sustulit, levavit* Jes. 63, 9. (sq. נשׂא *portare*).

נְטַל chald. *sustulit* Dan. 4, 31.; praet. ex Pehil formatum נְטִילַת *sublata est* Dan. 7, 4.

נֶטֶל m. *gravitas*, βάρος Prov. 27, 3.

נְטוּל m. *oneratus, onustus* Zeph. 1, 11. נְטוּלֵי כֶסֶף *onusti argento* hyperbol. pro *divitibus*.

נָטַע 1) gener. *fixit, infixit,* ut clavum (paxillum) Eccles. 12, 11., tentorium Dan. 11, 45., hinc coelos (*fundavit*), qui tentorio assimilantur Jes. 51, 16.; נָטַע אֲשֵׁרָה *figere* h. e. statuere *idoli simulacrum* Deut. 16, 21. 2) spec. *plantavit* plantas, arbores (q. d terrae infixit) Gen. 21, 33. Levit. 19, 23. Eccles. 2, 5.; it. *consevit* hortum, vineam (*anpflanzen*) Gen. 2, 8. 2 Reg. 19, 29. Prov. 31, 16., sq. dupl. acc. (*conserere vineam vitibus*) Jes. 5, 2. — Trop. a) Ps. 94, 9. *aurem plantare* h. e. creare, fingere; b) *populum plantare* h. e. fixas, stabiles ei sedes assignare Jer. 24, 6. 32, 41. 42, 10. 45, 4. 2 Sam. 7, 10. Am. 9, 15. Exod. 15, 17. תִּטָּעֵמוֹ בְּהַר נַחֲלָתְךָ *plantabis eos in monte hereditario tuo*, Ps. 80, 9. *vitem ex Aegypto transtulisti et plantasti eam.* — Part. praes. נוֹטֵעַ et נֹטֵעַ (retracto accentu v. Gesen. L. p. 175.) Ps. 94, 9., infin. נָטוֹעַ Jer. 1, 10. et נְטַעַת Eccles. 3, 12. — Niph. נִטַּע *plantatus est* (trop.) Jes. 40, 24.

נָטִיעַ m. *planta*, plur. נְטִיעִים Ps. 144, 12.

נָטָע m. *plantarium* Jes. 5, 7.

נֶטַע m. 1) *planta, recens plantatum* aliquid, in pausa נֶטַע Job, 14, 9. 2) *plantatio*, unde cum affixo נִטָּעֲךָ Jes. 17, 11. 3) plur. נְטָעִים *plantaria* 1 Chron. 4, 23., in regim. נִטְעֵי Jes. 17, 10.

מַטָּע m. *locus plantarum* vel *ubi plantatur, plantarium* Ezech. 17, 7. 31, 4. 34, 29. Jes. 61, 3.; plur. in regim. מִטְּעֵי Mich. 1, 6.; נֵצֶר מַטָּעַי *surculus plantariorum meorum* i. e. a me plantatus sec. Kri Jes. 60, 21., sed Cthib habet מַטָּעוֹ vel מַטָּעִי (pro מַטָּעָיו).

נָטַף *stillavit* (نطف) Ps. 68, 9., sq. acc. rei *stillare aliquid* Jud. 5, 4. Cant. 5, 5. Frequentius tropice: Job. 29, 22. עֲלֵימוֹ תִטֹּף מִלָּתִי *in eos stillabat*, defluebat *oratio mea* (grata iis erat tanquam pluvia cf. Deut. 32, 2.); Joel. 3, 23 (4, 18) *montes stillabunt mustum* (hyperb. de summa vini abundantia), Prov. 5, 3. *labia meretricis mel destillant* (verborum dulcedine alliciunt), Cant. 4, 11. — Hiph. הִטִּיף *stillare fecit, stillavit* aliquid Am. 9, 13. *montes stillabunt mustum*; metaph. (sc. מִלִּין) *verba stillare* i. e. loqui, vaticinari Mich. 2, 6. 11. Am. 7, 16. Ezech. 21, 2. 7.

נֹטֶף m. 1) *gutta* (نُطْفَة *id.*) Job. 36, 27. 2) *stacte* Exod. 30, 34. (graec. στακτὴ a στάζω *stillo*) h. e. *myrrha praestantior*, sua sponte ex arbuscula *stillans* v. Celsius in *Hierobot.* T. I, p. 529. Scheuchzeri *Physica sacra* ad l. c. Est enim *myrrha*, teste Theophrasto in *Histor. plant.* L. IX. c. 4., alia στακτὴ, alia πλαστὴ coll. Dioscor. I, 74. Sed Judaei, quos Luth. secutus est, *balsamum* intelligunt, contra quos disputantem v. Hillerum in *Hierophyt.* P. I, p. 422 sq. Denique Hartmannus (Hebräerin III, p. 110.) *styracem* (qui Graecis passim στακτὸς στύραξ appellatur) significari contendit, argumentis usus haud ineptis.

נֹפַח oppidum inter Bethlehem et Anathot situm Esr. 2, 22. Neh. 7, 26. Nom. gentil. נְטֹפָתִי *Netophanus* 2 Sam. 23, 28. 29. 2 Reg. 25, 23.

נְטִיפָה f., plur. נְטִיפוֹת Jud. 8, 26. Jes. 3, 19. *inaures* scil. ex *margaritis, stillarum* instar puris et pellucidis; ut graec. στιλάγμιον (Salmas. Exercitatt. Plin. II, p. 1334.) genus *inaurium* dicitur a στιλάζω *stillo*, coll. arab. نطف in Conj. V. *inaures induit, inauribus ornata fuit* (puella), et نَطْفَة *inauris* (propr. *gutta*), it. *margarita pura et pellucida*, quam explicationem pluribus defendit Schroederus de *vestitu mulierum hebr.* c. 4.

נָטַר 1) *custodivit, servavit* Cant. 1, 6. 8, 11. 12. (نطر *custodem* et *observatorem egit*, cogn. נצר); spec. de eo dicitur, qui *iram servat* (omisso voc. אַף vel חֵמָה) adeoque *occasionem ulciscendi captat* (sicut φυλάσσειν χόλον dixit Homerus *Iliad.* XVI, 30.) Jer. 3, 5. 12. Ps. 103, 9. Nah. 1, 2. נֹטֵר חוֹמָה לְאוֹיְבָיו *iram servans hostibus* h. e. injuriae memor in hostes, Levit. 19, 18. לֹא תִטֹּר אֶת־בְּנֵי עַמֶּךָ *ne sis memor injuriae a popularibus acceptae.* Fut. יִנְטֹר Jer. 3, 5. 2) i. q. נטר *speculatus est, observavit* v. מַטָּרָה n. 2. (Utramque signif. ab una radice proficisci, manifestum est).

נְטַר chald. *servavit* Dan. 7, 28.

מַטָּרָה f. 1) *carcer,* ubi captivi *custodiuntur* Jer. 32, 2. 8. 12. 33, 1. 37, 21. Neh. 3, 25. 2) *meta, scopus* (v. rad. n. 2., arab. مَنْظَرٌ *scopus;* ita graec. σκοπός est a σκέπτομαι) 1 Sam. 20, 20. Job. 16, 12., semel מַטָּרָא Thren. 3, 12.

נָטַשׁ gener. significat: *misit, missum fecit* aliquem vel aliquid, sed pro locorum varietate varie transferri potest: a) *deseruit, dereliquit* 1 Reg. 8, 57. Deut. 32, 15. Jud. 6, 13. Ps. 94, 4. Jer. 12, 7. 15, 6.; b) *omisit* aliquid *(liegen lassen, aufgeben),* ut agrum Exod. 23, 11. Neh. 10, 32., litem Prov. 17, 14. coll. 1 Sam. 10, 2. *omisit causam* (curam) *asinarum;* hinc *neglexit* Prov. 1, 8. 6, 20 (praeceptum); c) *emisit,* eduxit (gladium e vagina) Jes. 21, 15., it. gravius: *ejecit* Ezech. 29, 5. 32, 4.; d) *dimisit* h. e. *diffudit* in varias partes (ut Seneca dixit *notitiam nominis in populos dimissam*) 1 Sam. 30, 16., intrans. *diffudit se* 1 Sam. 4, 2.; e) *remisit* alicui (pecuniam creditam) Neh. 10, 32.; f) sq. לְ pers. *permisit* Gen. 31, 28., sq. עַל pers. *commisit* 1 Sam. 17, 20. 22. 28. — Niph. 1) *remissus, relaxatus est* (funis) Jes. 33, 23. 2) *dimissus* h. e. *diffusus est* Jes. 16, 8. Jud. 15, 9. 2 Sam. 5, 18. 3) *demissus, dejectus est* Am. 5, 2. — Pyh. נְטֻשׁ *desertus est* Jes. 32, 14.

נְטִישׁוֹת f. plur. *palmites* in varias partes *dimissi* et *diffusi* Jes. 18, 5. Jer. 5, 10. 48, 32.

נִי vid. sub rad. נהה.

נִין vid. supra sub rad. נון.

נִינְוֵה metropolis Assyriae, ad Tigrim (e regione urbis Mosul) sita Gen. 10, 11. 12. Jes. 37, 37. Nah. 2, 8. Jon. 1, 2. 3, 3., fortasse propr. *sedes Nini* a נִין *Ninus* et נָוֶה *habitaculum* (uti בָּבֶל *est aula Beli*), Graecis et Rom. appellatur *Νῖνος, Ninus* (Herod. 1, 193. 2, 101. Diod. Sic. 2, 3. Plin. H. N. 6, 13.), quanquam nec istud nomen prorsus ignorabant (Ammian. Marc. 18, 16.). Conf. Bochart. *Phal.* lib. IV. c. 20, p. 280 sqq. Niebuhr. Itiner. II, p. 333. Rosenmueller. *Alterth.* I, 2, p. 95.

נִיסָן m. *mensis primus* Hebraeorum, Martio partim, partim Aprili respondens Neh. 2, 1. Esth. 3, 7. Sunt, qui cum Bernardo ad Josephum p. 221. derivent a נשא vel נשׁא *crevit, provenit* unde נִשְׂאָה *germen plantae adhuc tenerum*), quod eo tempore *germina plantarum copiose proveniant,* unde idem hic mensis אָבִיב vocetur.

נִיר *novellavit* i. e. novos agros coluit Jer. 4, 3. Hos. 10, 12. Inde est

נִיר m. *novalis* (Varro R. R. 1, 29.), *novale (Brachacker)* Jer. 4, 3. Hos. 10, 12. Prov. 13, 23. — Aliud v. sub rad. נור.

מָנוֹר *jugum* (arab. نِيرٌ, chald. syr. ܢܝܪܐ) propr. aratorium (?), מְנוֹר אֹרְגִים *jugum textorium* 1 Sam. 17, 7. 2 Sam. 21, 19. 1 Chron. 11, 23. 20, 5.

נָכָא, unde repetere solent נִכְאוּ Job. 30, 8. v. sub rad. כאה. Sed נָכָא, נָכָא v. sub rad. נכה.

נְכֹאת m. Gen. 37, 25. 45, 11. aromatum genus, sec. Aquil. (assentiente Bocharto in *Hieroz.* Tom. III, p. 548.) *storax*, in qua sententiâ acquiescit etiam Celsius in *Hierobot.* P. I, p. 548.; Lud. de Dieu ad Gen. 37, 25. ex Camuso adnotat, نكيث esse e numero سُوَاك, quo nomine omnia *dentifricia*, Arabibus valde usitata, designantur. Gesenius conferendum existimat arab. نَكَاةٌ i. q. نكعة *gummi tragacanthi*. Sed Hartmannus (Hebr. III, p. 121.) generale vocab. esse arbitratur.

נֶכֶד m. 1) *proles*, spec. *nepos* Jes. 14, 22. Job. 18, 19 (copul. c. נִין). Cum affixo נֶכְדִּי Gen. 21, 23. Origo voc. obscura est. Gesenius ad Jes. l. c. conferri jubet aethiop. ነቢድ *genus, tribus*. 2) editt. quaedam Job. 31, 3. legunt נֶכֶד (arab. نَكْدٌ) *vita misera, calamitas*. Sed praeferenda vulgaris scriptura נֶכֶר *aversatio, odium* Dei, v. rad. נָכַר.

נָכָה gener. habet *tundendi, feriendi, percutiendi* significationem. In Kal non legitur. Niph. נִכָּה *percussus* h. e. *occisus est* 2 Sam. 11, 15. (sed נִכְאוּ Job. 30, 8. v. sub rad. כאה).

Hiph. הִכָּה multis modis dicitur, ita tamen ut fere graeco πλήσσειν et latino *percutere* respondeat. Significat enim: 1) caedendo, pungendo *feriit*, percussit (*schlagen, stossen, treffen*) Exod. 7, 20. *baculo aquam percussit*, 8, 13. 21, 20. Num. 22, 27. 35, 16. Deut. 19, 4. 2 Reg. 2, 8. (sq. בְּ Exod. 17, 6. הִכָּה בַצּוּר ut nostr. *an den Felsen schlagen*), Exod. 21, 18. *si percussit alium lapide*, Job. 16, 10. הִכּוּ לְחָיָי *percusserunt* (in) *maxillam meam*, 1 Sam. 17, 49. *percussit Philistaeum* lapide *in frontem* (אֶל מִצְחוֹ), 2 Reg. 9, 24. *percussit, feriit regem* (sagittâ) *inter scapulas*, 1 Reg. 22, 34., Jon. 4, 7. *vermis percussit, feriit* (pungendo) *ricinum*, Ps. 121, 6. הַשֶּׁמֶשׁ לֹא־יַכֶּכָּה *sol non percutiet, feriet* (punget) *te*, 1 Sam. 24, 6. וַיַּךְ לֵב דָּוִד אֹתוֹ *percussit Davidis cor* (palpitando) *ipsum* h. e. animo percussus, commotus est (*es schlug ihm das Herz*); *ferire manus* (כַּף) vel *manu* (בְּכַף) est *concutere, complodere manus*, ut solent exultantes 2 Reg. 12, 12. vel indignantes Ezech. 22, 13. vel plangentes Ezech. 6, 11. 21, 19. *Percutere aliquem* est: verberare, plagis afficere, verberando castigare Deut. 25, 2. Neh. 13, 25. Crebro dicitur Jova (vel angelus) *percutere* aliquem (terram aliquam) h. e. plaga, calamitate afficere, plaga inflicta castigare, vel absolute Levit. 26, 24. Jer. 5, 3. Ezech. 7, 9. 2 Sam. 24, 17. Jes. 9, 13. vel sq. ablativo *morbi* aut *mali* Num. 14, 12. 1 Sam. 5, 6. Gen. 19, 11. 2 Reg. 6, 18. Ps. 78, 47. Job. 2, 7.; Ps. 105, 33. *percussit vites eorum* sc. grandine, Exod. 7, 25. *percussit flumen* (Nilum) h. e. effecit, ut aquae fluminis in sanguinem converterentur. Eod. sensu sq. בְּ pers. Num. 11, 33. וַיַּךְ בָּעָם מַכָּה רַבָּה, et paullo aliter Ps. 136, 10. מַכֵּה מִצְרַיִם בִּבְכוֹרֵיהֶם.

2) *transfodit, confodit, percussit* sq. בְּ vel acc. 1 Sam. 18, 11. אַכֶּה בְדָוִד וּבַקִּיר *percutiam* (hastâ) Davidem et parietem, 2 Sam. 2, 23. *percussit* (transfodit) *Abnerum hasta*, 1 Sam. 26, 8. אַכֶּנּוּ נָא בַחֲנִית וּבָאָרֶץ

percutiam eum hasta et *terrae* affigam. — 3) *contudit, confregit,* percussit Ps. 3, 8. הִכִּיתָ אֶת־כָּל־אֹיְבַי לֶחִי *percussisti hostium meorum maxillas* h. e. contudisti, fregisti, Am. 3, 15. Exod. 9, 25. וַיַּךְ הַבָּרָד אֵת כָּל־אֲשֶׁר בַּשָּׂדֶה *percussit,* contudit *grando omnia sata,* Exod. 21, 26. הִכָּה עֵין עַבְדּוֹ *contundere, excutere oculum servo.* — 4) *occîdit, trucidavit,* percussit vel absol. sq. acc. pers. Gen. 4, 15. Exod. 2, 12., sq. בְּ 1 Sam. 18, 7. 21, 12. (poet.) — vel additis verbis בַּחֶרֶב Jos. 11, 10. aut לְפִי חָרֶב Deut. 20, 13. 1 Sam. 22, 19. (v. sub חֶרֶב) aut נֶפֶשׁ *quoad vitam* Deut. 19, 6. Levit. 24, 18. Gen. 37, 21. Passim additur הַמִּית 2 Sam. 18, 15. Jer. 52, 27. Etiam *feris* tribuitur, quae aliquem *dilaniant* Jer. 5, 6. 1 Reg. 20, 36. — 5) *cecîdit,* clade affecit hostes sq. acc. Gen. 14, 15. Deut. 4, 46. Jos. 10, 10. 33. 11, 8. 13, 12. Jud. 1, 5. 8, 11. etc., additis verbis מַכָּה גְדֹלָה Jos. 10, 10. *magna, ingenti clade afficere* coll. Jud. 15, 8. (v. sub יָרֵךְ); sq. בְּ 2 Sam. 23, 10. וַיַּךְ בַּפְּלִשְׁתִּים, ut nostrates dicunt: *eine Niederlage anrichten unter d. Feinden* 2 Sam. 24, 17. 2 Chron. 28, 5. 1 Sam. 6, 19. al. Meton. dicuntur etiam *oppida caedi* h. e. expugnari, in deditionem venire, capi Jos. 7, 3. 2 Reg. 3, 19. 1 Chron. 20, 1. Aliud est הִכָּה עִיר לְפִי חָרֶב i. e. *totam aliquam civitatem* (omnes incolas) *occidere, trucidare* (*über die Klinge springen lassen*) Jud. 20, 36. 2 Sam. 17, 14. — 6) feriendo *intrusit, incussit, immisit* (*hineinstossen*) 1 Sam. 19, 10. וַיַּךְ אֶת־הַחֲנִית בַּקִּיר *incussit hastam parieti,* 1 Sam. 2, 14. הִכָּה בַכִּיּוֹר *intrusit, immisit* fuscinam *in cacabum.* Huc pertinet etiam formula הִכָּה שָׁרָשִׁים *radices agere* (pr. rad. in terram incutere, immittere), quam nostrates imitantur: *Wurzel schlagen,* Hos. 14, 6. (al. שִׁלַּח שׁ Jer. 17, 8). — Infin. absol. הַכֵּה 1 Reg. 20, 37. Deut. 13, 15. Impf. c. affixo הַכֵּנִי (pro הַכֵּנִי) 1 Reg. 20, 25. Fut. 3. m. c. he paragog. וַכָּה Deut. 28, 22 27 sq.

Hoph. הֻכָּה (הוּכָּה Ps. 102, 5.) 1) *percussus est* Zach. 13, 6., *verberibus maltatus est, vapulavit* Exod. 5, 16, a Jova *plaga,* calamitate *affectus est* Hos. 9, 16. Jes. 1, 5. 53, 4. 2) *occisus est* Num. 25, 14. Jer. 18, 21. 3) de oppido: *expugnatum, captum est* Ezech. 33, 21. 40, 1. — Pyh. נֻכֶּה *percussus, contusus est* (grandine) Exod. 9, 31. 32.

נָכֶה m. *percussus, contusus;* hinc נְכֵה רַגְלַיִם *percussus pedibus* i. e. *claudus* 2 Sam. 4, 4. 9, 3., נְכֵה רוּחַ *animo percussus, fractus* Jes. 66, 2.

נָכְאָ m. *id.,* unde foem. רוּחַ נְכֹאָה Prov. 15, 13. 17, 22. 18, 14. *animus fractus, afflictus* (opp. לֵב שָׂמֵחַ).

נָכְאָ, plur. נְכֹאִים *percussi* sc. animo, *contriti, afflicti* Jes. 16, 7. v. Gesen. ad h. l.

נָכֶה, plur. נְכִים Ps. 35, 15. *percutientes* sc. linguâ h. e. *convicientes* coll. Jer. 18, 18. Job. 5, 21. v. Rosenmueller. ad h. l.

מַכָּה f. 1) *percussio, contusio,* hinc חִטִּים מַכּוֹת (pro חִטֵּי) *triticum contusionis* h. e. triticum excussum, extritum (sed in loco parall. 1 Reg. 5, 11. al. 25. legitur מַכֹּלֶת); it. *flagellatio* Deut. 25, 3. 2) *plaga* Prov. 20, 30, inpr. quae a Deo infligitur Deut. 28, 59. 61. 29, 22. Jer. 10, 19. 49, 17. Mich. 1, 9.; הִכָּה פְּ בְּמַכָּה 1 Sam. 4, 8. *plagâ aliquem afficere.* 3) *vulnus* 1 Reg. 22, 35. Jes. 1, 6. 4) *strages, caedes* Num. 11, 33. Jos. 10, 10. 20. 1 Sam. 6, 19. etc. Plur. מַכּוֹת, rarius מַכִּים 2 Reg. 8, 29. 9, 15.

נְכֹה et נְכֹה 2 Reg. 23, 29. 33. Jer. 46, 2. 2 Chron. 35, 20. 36, 4. rex Aegypti, filius Psammetichi (657 sqq. a. Christ.), Herod. 2, 158. 159, 4. Νεκώς, Νεκώ, Lxx. et Joseph. Νεχαώς, Νεχαά. Vulgo interpretantur: *claudus* a rad. נכה (cf. *Tamurlan, Timur lenk* i. e. claudus) v. Simon. Onom. p. 598.; sed est voc. aegypt., quod tamen, quid sibi velit, certo non potest definiri.

נֹכַח m. *rectum* (opp. obliquo), Prov. 4, 25. עֵינֶיךָ יַבִּיטוּ נֹכַח *oculi tui in rectum spectent (gerade aus,* Luth. *stracks).* Hinc in praeverbium abit significans, recte oppositum, objectum esse aliquid alicui, vertique potest: *e regione* Exod. 26, 35. *candelabrum* נֹכַח הַשֻּׁלְחָן *e regione mensae (gerade vor),* Esth. 5, 1. Jos. 15, 7. 1 Reg. 20, 29. Deinde est *ante, coram* (i. q. לִפְנֵי) Prov. 5, 21. Jud. 18, 6. Jer. 17, 16. *dicta mea sunt* נֹכַח פָּנֶיךָ *coram oculis tuis* h. e. probe ea nosti, Ezech. 14, 7. מִכְשׁוֹל עֲוֹנוֹ רָשָׂם נֹכַח פָּנָיו *perniciosum crimen suum ponit coram oculis suis* h. e. prae se fert, delectatur eo. Cum praefixis: 1) אֶל־נֹכַח *versus* (ἀντικρύ) Num. 19, 4., אֶל־נֹכַח פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד *versus tentorium sanctum.* 2) לִנְכֹחַ a) *ante* (ita ut sit *e regione*) Gen. 30, 38.; b) *pro* post verb. *supplicandi* Gen. 25, 21. *precatus est Isaacus* לִנְכֹחַ אִשְׁתּוֹ *pro uxore sua,* propr.: ita ut Deum inter et uxorem intercederet, *sich vor s. Frau stellend* (quemadm. *vor* et *für* unum voc. est, cf. etiam ἀντί). 3) עַד־נֹכַח *usque ad* (de loco), *bis gegenüber* Jud. 19, 10. Ezech. 47, 20.

נֶכַח m. 1) *e regione, gerade vor,* cum affixo נֶכְחוֹ Exod. 14, 2. 2) Ezech. 46, 9. *non revertetur per eam portam, per quam accessit,* כִּי נֶכְחוֹ יֵצֵא *sed* per eam portam, quae *sibi ex adverso* jacet, *exibit.*

נָכוֹחַ m. *rectus* (opp. *pravo*) Prov. 8, 9. 24, 26.; alibi f. נְכֹחָה et plur. נְכֹחוֹת subst. *rectum* Jes. 26, 10. 30, 10. 59, 14. Am. 3, 10. Huc refert Gesenius etiam Jes. 57, 2. הֹלֵךְ נְכֹחוֹ *incedens in recta sua* (via); all. *rectâ ante se* (Luth. *richtig vor sich*).

נָכַל *machinatus est, fraudulenter egit* (syr. chald. sam. *id.*) Malach. 1, 14. — Pih. *id.* sq. לְ pers. Num. 25, 18. — Hithpah. הִתְנַכֵּל *id.* sq. אֵת pers. Gen. 37, 18., sq. בְּ pers. (*an jem.*).

נֵכֶל m. *astutia, machinatio* Num. 25, 18.

נִכְלֵי (pro נְכִילֵי) *fraudulentus, astutus* (syr. ܢܟܝܠܐ *id.*) Jes. 32, 5.; al. sec. Judaeos: *avarus* (tanq. a כוּל *metiri,* q. d. qui omnia metitur, ponderat), sed v. Gesen. ad h. l.

כֶּלְיֵי Jes. 32, 7. *id.*

נָכַס, rad. inusit., i. q. כָּנַס *recondidit, collegit.*

נְכָסִים m., plur. נְכָסִים *opes, facultates* Jos. 22, 8. Eccles. 5, 18. 6, 2. 2 Chron. 1, 11. 12. Sic a كَنَزَ *recondidit, collegit, congessit* fit كُنُوزٌ *divitiae.*

נְכַס m. chald. *id.,* plur. נְכָסִין Esr. 6, 8. 26.

כִּיס m. (pro נְכִיס) 1) *marsupium, loculus, crumena,* in qua pecunia *reconditur* et *colligitur* Prov. 1, 14. Jes. 46, 6. In eadem mercatores gestabant *pondera* Deut. 25, 13. Mich. 6, 11. Prov. 16, 11.

נָכַר in Kal inusit., videtur proprie significasse: *peregrinus, alienus fuit* (v. נֵכָר et נָכְרִי), hinc Pih. נִכֵּר 1) *alienum fecit, reddidit, alienavit* Jer. 19, 4. וַיְנַכְּרוּ אֶת־הַמָּקוֹם הַזֶּה *alienarunt hunc locum* i. e. alienis Diis consecrarunt (ita Lxx. et Vulg.), Deut. 32, 27. פֶּן יְנַכְּרוּ צָרֵימוֹ *ne alienarent* h. e. alieno auctori tribuerent, ubi v. Jarchius; praegn. 1 Sam. 23, 7. 2) privative: fecit, ut aliquid peregrinum, alienum esse desineret h. e. *agnovit* Job. 21, 29. 34, 19. לֹא נָכָה שׁוֹעַ לִפְנֵי דָל *non agnoscit divitem prae tenui* h. e. non praefert illum, non magis favet illi.

Niph. נָכַר 1) *alienum, peregrinum se gessit* Prov. 26, 24. 2) *agnitus est* Thren. 4, 8. v. Pih. n. 2 — Hiphil הִכִּיר 1) *agnovit* Gen. 27, 23. 33. 38, 25 sq. Jes. 61, 9. Jud. 18, 3. Job. 4, 16. 1 Sam. 26, 17. Ruth. 3, 14. Gen. 31, 32. הַכֶּר־לְךָ מָה עִמָּדִי *agnosce tibi quid sit apud me* de rebus tuis. Hinc הִכִּיר פְּנֵי ה׳ *agnoscere alic. personam* h. e. (temere) alicui studere, favere, alterum alteri praeferre (i. q. נָשָׂא פָּנִים) Deut. 1, 17. 16, 19 Prov. 24, 23. 28, 21. al. 2) *cognovit* Neh. 6, 12., hinc ap. poet. *novit* sq. acc. Job. 24, 13. 17. 34, 25. Jes. 63, 16., et ap. recentiores in pedestri oratione *scivit* Neh. 13, 24. אֵינָם מַכִּירִים לְדַבֵּר יְהוּדִית *non sciebant judaice loqui*, Esr. 3, 13. אֵין מַכִּירִים קוֹל תְּרוּעַת הַשִּׂמְחָה לְקוֹל בְּכִי הָעָם *non sciebant laetum clamorem* discernere *a voce plorantis populi*. Passim, ut יָדַע, transfertur ad *curae* et *studii* significationem Ruth. 2, 10. Ps. 142, 5. — Hithpah. 1) *alienum se gessit, simulavit* Gen. 42, 7. 1 Reg. 14, 5. 6. 2) *agnitus est* Prov. 20, 11.

Propriam voc. vim eam esse, quam supra diximus, patere videtur cum e derivatis nominibus, quae a forma Kal proficiscuntur, omnibus, tum e lingua arab. Etenim نكر est: *inficias ivit, abnegavit, ignoravit*, hinc *repudiavit*, in Conjug. II. *ignota specie induit aliquid, immutavit habitum, alium se simulavit*. Ita certe aliqua ex parte intelligitur, quomodo in hoc verbo copulari potuerint duae significationes paene contrariae; paene contrarias dico, quod *agnoscendi* significatio non tantum distat a *peregrini* notione, quantum *ignoratio* remota est a *scientia*. Ceterum non magni momenti sunt, quae Kannius in libello de vocabulor. enantiosemia (Erlang. 1819. 8.) disputavit, nec omnino quidquam efficitur collectis aliquot verbis arabicis, quae et ipsa contrarias res significare videntur; tum demum docemus, cum causas rerum aperimus vel aperire studemus.

נֵכָר m. *peregrinitas*. Hinc בֶּן־נֵכָר *filius* peregrinitatis h. e. *peregrinus* Gen. 17, 12. 27. Exod. 12, 43. Levit. 22, 25. etc., plur. 2 Sam. 22, 45. 46. Neh. 9, 2. Ps. 18, 45. 46.; אֱלֹהֵי נֵכָר *Deus peregrinus, externus* Deut. 32, 12. Ps. 81, 10., plur. *Dii peregrini, externi* Gen. 35, 2. Jos. 24, 20. 23. Jer. 5, 19., qui הַבְלֵי נֵכָר vocantur Jer. 8, 19.; אַדְמַת נֵכָר *terra peregrina, extera* Ps. 137, 4. — Metonymice sumitur pro ipsa *re ignota et peregrina*, special. pro *deo peregrino* Neh. 13, 30. 2 Chron. 14, 2. — In regim. נֵכַר Deut. 31, 16.

נָכְרִי m., נָכְרִיָּה foem. 1) *alienigena, peregrinus* et a) substant. Deut. 15, 3. 17, 15. 1 Reg. 8, 43. Gen. 23, 4.; f. נָכְרִיָּה *peregrina* mulier i. e. *meretrix* Prov. 5, 20. 6, 23. 7, 5. 23, 27. (fortasse quod antiquitus plurima scorta adventicia erant cf. Faisch de muliere peregrina ap. Ebr. minus honeste habita Lips. 1744. 4.), all. *aliena* opp. uxori

(v. זָרָה); et b) adject. Exod. 2, 22. 18, 3. Jud. 19, 12. Esr. 10, 2. Zeph. 1, 8., ad quem loc. v. Rosenmueller. 2) *alienus*: גֶּפֶן נָכְרִיָּה *vitis aliena* (opp. ei, quae plantata fuerat) et, quemadm. e contextu patet, deterior. — Plur. נָכְרִים Jes. 2, 6., f. נָכְרִיּוֹת Gen. 31, 15. Neh. 13, 27. 1 Reg. 11, 1.

מַכָּר m. *notus, familiaris* 2 Reg. 12, 6.; plur. cum affixo מַכָּרֵיכֶם 2 Reg. 12, 8.

נֶכֶר m. Job. 31, 3. *infortunium, poena atrox*, arab. نَكْرٌ (v. Michael. Supplem. p. 1642.) coll. verbo نكر med. dhamm. *difficilis, durus fuit*, med. kesre *infelix fuit*, quanquam haec utraque significatio cum illa, quam supra (v. rad) proposuimus, haud dubie cohaeret.

נֹכֶר m. *id*. Obad. 12.

הַכָּרָה (form. inf. Hiphil. v. Gesen. L. p. 499.) f. *agnitio*, hinc Jes. 3, 9. הַכָּרַת פְּנֵיהֶם *agnitio vultus eorum* i. e. quod cognosci, agnosci potest ex eorum vultu v. Rosenmueller. ad h. l.

נְכֹת, unde בֵּית נְכֹתֹה Jes. 39, 2. 2 Reg. 20, 13., vulg. *domus s. cella aromatum*, sed magis placet Chaldaei interpretatio בֵּית גַּנְזוֹהִי *domus gazophylacii, thesauri*. Origo voc. non satis liquet. Sed, Lorsbachio auctore, conferas pers. نكاهيدن *depositum*.

נָלָה i. q. نال (med. *Je*) *assecutus, consecutus est, perfecit, consummavit* (conf. Schultens. in *Animadverss. philol.* ad Jes. 33, 1. et ad Job. 15, 29.). In Kal non occurrit, Hiph. infin. c. praefixo et affixo כַּנְּלֹתְךָ (pro כְּהַנְלֹתְךָ c. dag. euphon.) *cum perfeceris, consummaveris* Jes. 33, 1.

מִנְלֶה m. *opes, divitiae* (arab. نيل et منال), in quibus *consequendis* et acquirendis homo occupatur vel occupatus est; unde cum affixo מִנְלָם Job. 15, 29. v. Schultens. ad h. l.

נְמִבְזָה v. sub rad. בזה.

נָמַךְ, יִמַּךְ, הֵמְּכוּ v. rad. מכך.

נָמַל I) i. q. מוּל, sed intransit. a) *abscissus, succisus est* Job. 24, 24.; b) *circumcisus est* Gen. 17, 11. — II) i. q. נָבַל vel אָמַל *elanguit, marcuit*. Fut. יִמַּל Job. 14, 2. 18, 16., plur. יִמָּלוּ Ps. 37, 2. Sed alii tamen repetunt hos declinatus a rad. מלל v. Bleek in Rosenmuell. exeget. Repertor. I, p. 80 sqq., nec id inepte.

נְמָלָה f. *formica* Prov. 6, 6., نَمْلٌ. Sic dicta videtur, quod spicarum summitates *abscindit*, ut grana exinde eximat v. Bocharti *Hieroz.* P. 2. lib. 4. c. 20. p. 585. Plur. נְמָלִים Prov. 30, 25.

נָמַר rad. inusit., arab. نمر med. kesre *variegatus, maculosus fuit* (talm. מנמר *variegans*) v. nom. נָמֵר. Sed נָמָר Jer. 48, 11. et תַּמֵּר Exod. 23, 21. v. sub rad. מור et מָרַר.

נָמֵר m. *pardus* (arab. نِمْرٌ, syr. ܢܡܪܐ) Jes. 11, 6. Jer. 5, 6. Hos. 13, 7., a *maculis* (نَمْرَةٌ *macula*), de quibus Jer. 13, 23.; plur. נְמֵרִים

Habac. 1, 8. Cant. 4, 8. conf. Bochartı *Hieroz.* P. I. L. III. c. 7. et Ludolfi *Commentar.* ad *Histor. aethiop.* p. 151 sq.

נָמָר m. chald. *id.* Dan. 7, 6.

נִמְרָה oppidum Gaditarum Num. 32, 3. Jos. 13, 27., unde נִמְרִי Jes. 15, 6. v. Reland. in *Palaest.* p. 910.

נִמְרֹד v. sub rad. מרד.

נֵס *vexillum* vid. infra sub rad. נסס.

נָסַג *recessit, retrocessit* i. q. סוּג Jes. 59, 13., fut. יִסֹּג Mich. 2, 6. — Hiph. הִסִיג *amovit, removit* Mich. 6, 14. תַּסֵּג וְלֹא תַפְלִיט *amovebis*, amovere, e periculo eximere studebis (tua), *sed non servabis.* Alibi dic. de *movendis*, transferendis *terminis* Deut. 19, 14. 27, 17. Hos. 5, 10. Eodem sensu Job. 24, 2. legitur יַשִּׂיגוּ. — Hoph. הָסַג *remotus est, recessit* Jes. 59, 14.

נָסָה (propr. *odoratus est*, unde *aurâ naribus tracta odoreve percepto* aliquid *tentavit, probavit*, ut ex arab. لسا observat Schultens. in *Commentar.* ad Job. 4, 2., in *Clave dialect.* p. 264. et ad Haririum p. 162.): *tentavit*, in Kal inusit. (nam נָסָה Ps. 4, 7. v. sub נָשָׂא); Pih. נִסָּה *tentavit* h. e. a) conatus est *(versuchen, den Versuch machen)* Eccles. 7, 23. 1 Sam. 17, 39., sq. infin. Deut. 4, 34. הֲנִסָּה אֱלֹהִים לָקַחַת לוֹ גוֹי *num tentavit Deus sumere sibi gentem* (aliam)? 28, 56. Huc revocant nonnulli etiam loc. Job. 4, 2. הֲנִסָּה דָבָר אֵלֶיךָ תִּלָּאֶה *num, si tentabitur verbum ad te, aegre feres?* Ita nuper Umbreitius, sed v. Rosenmuellер. ad h. l.; — b) exploravit, probavit alicujus vires, indolem *(auf die Probe stellen)* Eccles. 2, 1. Dan. 1, 12. נַסֹּנָא אֶת־עֲבָדֶיךָ *tenta quaeso servos tuos*, periculum fac in nobis, v. 14., 1 Reg. 10, 1. 2 Chron. 9, 1. *venit* לְנַסּוֹת אֶת־שְׁלֹמֹה *ad tentandum Salomonem* h. e. ad explorandam ejus sapientiam. Alibi semper vel Deus dicitur *tentare homines* vel homo *tentare Deum* (πειράζειν in N. T.): *α)* Gen. 22, 1. יְהוָה נִסָּה אֶת־אַבְרָהָם *Jova tentavit Abrahamum* i. e. fidem ejus exploravit, Exod. 15, 25. 20, 17. Deut. 13, 3. 2 Chron. 32, 31. Jud. 2, 22. לְנַסּוֹת בָּם אֶת־יִשְׂרָאֵל *(um die Isr. an ihnen zu versuchen)* h. e. ut ii (gentiles) sibi opportunitatem praeberent, Israelitas tentandi, Ps. 62, 2.; *β)* Exod. 17, 2. מַה־תְּנַסּוּן אֶת־יְהוָה *quid tentatis Jovam* h. e. quid experiri audetis Jovae potentiam et curam, quid dubitatis et desperatis de Jovae pot. et cura? Deut. 6, 16. Ps. 78, 18. 41. 95, 9. 106, 14. Jes. 7, 12. coll. Act. 18, 10.

מַעְגָּל m. 1) *orbita*, locus in quo plaustri rotae volvuntur Ps. 65, 12., hinc *via* ipsa Ps. 140, 6., trop. *agendi ratio* Jes. 26, 7. 59, 8. Ps. 23, 3., מַעְגְּלֵי טוֹב *bona, honesta agendi ratio* Prov. 2, 9., מַעְגְּלוֹת יְהוָה *agendi ratio, quae Deo placet* Ps. 17, 5. 2) *locus, in quo sunt plaustra, carrago* 1 Sam. 26, 5. 7.

מַעֲגָלָה f. *carrago* (v. מַעְגָּל n. 2.) 1 Sam. 17, 20.

עָגַם *tristis, anxius fuit* Job. 30, 25.

עָגַן *detinuit, occlusit, retardavit*, in Kal inusit., Niph. Ruth. 1, 13. הֵעָגֵנָה (pro תֵּעָגֵנָה, cf. הֵאָמְנָה Jes. 60, 4.) *an propterea vos continebitis* h. e. a nubendo abstinebitis? Sic ex linguae chald. (Jes. 24, 22. 49, 9.) et talmudicae auctoritate.

עַד vid. sub rad. עדה.

עֵד *testis* vid. sub rad. עוד, sed plur. עֵדִים sub sq. rad. עדד.

עָדַד i. q. arab. عَدَّ *numeravit, computavit*, in Conj. IV. *praeparavit, destinavit* (tempus), in Conj. VIII. *in* (tempore suo statuto h. e.) *statu menstruorum versata est mulier*, unde عِدٌّ *status* ille *menstruorum*, qui certo tempore redit.

עִדִּים *menstrua*, unde *vestis menstruorum* i. e. *menstruis inquinata* adeoque *impura* Jes. 64, 5.

עִדָּן m. chald. *tempus* propr. *definitum*, hinc *annus* Dan. 4, 13. 20. 22. 29. 7, 25., deinde gener. *tempus* (arab. عِدْنٌ, syr. ܥܕܢ *id.*). Emphat. עִדָּנָא Dan. 2, 8. 9. 3, 5. 15., plur. emphat. עִדָּנַיָּא Dan. 2, 21.

עֵדָה f. vid. sub radd. עוד et יעד.

עָדָה 1) *transiit, praeteriit, processit* (arab. عدو, aethiop. et chald. *id.*) Job. 28, 8.; v. עַד, עֵדִי n. 2. — 2) *irruit, invasit hostiliter* (arab. عدو; unde عَدُوٌّ *hostis*, cf. חֹלֵף), deinde *spoliavit, praedatus est* (ita chald. et syr. ܥܕܐ *eripuit*) v. עַד n. 1. — 3) *induit* ornatum sq. acc., *ornavit se* aliqua re (arab. عدى *paravit se, accinxit se ornatu*) Ezech. 23, 40. Job. 40, 5. Jer. 4, 30. 31, 4. Jes. 61, 10 Hos. 2, 13. — Hiph.

1) *transire ferit* h. e. *removit, abstulit, detraxit* (vestem) Prov. 25, 20. 2) *ornavit* aliquem aliqua re sq. gem. acc. Ezech. 16, 11.

עָדָה vel עָדָא chald. *transiit, praeteriit* a) hinc *sublatus est* Dan. 6, 8. 12. 7, 14. sq. מִן *ablatus est* Dan. 4, 28.; b) sq. בְּ transire aliquem h. e. *leviter tangere* Dan. 3, 27. Aphel *abstulit* Dan. 7, 26. sq. מִן pers. Dan. 5, 20., it. *removit, abrogavit* Dan. 2, 21. Fut. plur. יַהַעְדוּן, partic. מְהַעֲדֵה.

עַד m. 1) *praeda* Gen. 49, 27. Jes. 35, 23. Zeph. 3, 8. v. rad. n. 2.— 2) *aeternitas, diuturnitas* (q. d. tempus procedens cf. rad. n. 1.) Jes. 9, 5. Gen. 49, 26. Hab. 3, 6., לָעַד *in aeternum* Mich. 7, 18. Prov. 12, 19. Ps. 9, 19. 19, 10., עֲדֵי עַד *id.* Ps. 83, 18., עַד־עוֹלְמֵי־עַד *id.* Jes. 45, 17. Ubi cum praefixo vau in pausa et cum voce עוֹלָם copulatur, patach suum in segol mutat: וְעֶד Exod. 15, 18. Ps. 9, 6. 10, 16. etc. — Saepius in particulam abit, significans a) cum nominibus et pronominibus, *α) usque ad* (μέχρι) sive de tempore Levit. 15, 5. 1 Reg. 18, 26., sive de loco Deut. 1, 7. עַד הַנָּהָר הַגָּדוֹל *usque ad fluvium magnum*, Ps. 46, 10. 1 Sam. 17, 52., עַד רַגְלָיו *usque ad pedes* Levit. 13, 12. Jes. 1, 6. Exod. 28, 42., passim etiam de gradu Nah. 1, 10. *perplexi* עַד סִירִים *usque ad spinas* i. e. ita, ut spinarum speciem referant, 2 Sam. 23, 19. עַד הַשָּׁלִשָּׁה לֹא בָא *non pervenit usque ad tres* illos h. e. non aequavit eos, 1 Chron. 4, 27., ac de numero: *non evasit* עַד־אֶחָד *usque ad unum* h. e. ne unus quidem, *nemo* Jud. 4, 16. 2 Sam. 17, 22.; עַד־עַד *tam-quam, et-et* Gen. 7, 23. Num. 8, 4. עַד־לְ *usque ad* de loco Esr. 3, 13., de tempore 9, 4., עַד לָפְנֵי עַד *bis vor* Esth. 4, 2. — Construitur quoque cum adverbiis (quae tamen magna ex parte nomina sunt), ut עַד מְהֵרָה *celeriter* q. d. *ad celeritatem usque* Ps. 147, 15.; עַד בְּלִי *usque ad defectum* h. e. *usque dum non* Ps. 72, 7. Malach. 3, 10., עַד בְּלְתִּי *id.* Num. 21, 35. Deut. 3, 3 Job. 14, 12., עַד אֶפֶס Jes. 5, 8. et עַד לְאֵין *id.* 2 Chron. 36, 16. (sed עַד אֵין *absque* Ps. 40, 13. Job. 9, 10.), עַד אָנָה *quo usque, quamdiu* Exod. 16, 28. Num. 14, 11., עַד הֵנָּה *huc usque, huc* Gen. 15, 16. 1 Sam. 1, 16. 2 Sam. 20, 16., pro quo contracte occurrit עָדֶנָּה vel, ut aliquot codices rectius habent, עֲדֶנָּה Eccles. 4, 2. (sed עֲדֶן vel sec. all. codd. עֲדֶן coaluit ex עַד חֵן Eccles. 4, 3.), עַד כֹּה *huc usque, usque illuc* Gen. 22, 5. Exod. 7, 16. Jos. 17, 14., עַד כֵּן *id.* Neh. 2, 16. עַד־מָתַי *id.* Gen. 32, 5., עַד לְמַעְלָה *ad summum usque* 2 Chron. 16, 12. 17, 12., עַד מָה *quamdiu?* Ps. 74, 9. 79, 5., עַד מָתַי *id.* 1 Sam. 16, 1. Ps. 74, 10. etc. — *β) ad* Gen. 50, 10. Exod. 22, 8. Thren. 3, 40. Jud. 9, 52. 1 Sam. 9, 9. 2 Sam. 15, 32. Huc spectat etiam Job. 32, 12. הֶחְבּוֹנֵן עֲדֵי כֶם *attendere aliquem* Job. 32, 12.; *γ) inter* de tempore (cf. graec. ἕως *dum*) 2 Reg. 9, 22. עֲדֵי־זְנוּנֶיהָ אִזֶּבֶל *inter scortationes Isab.* h. e. *dum durant scortationes Isabelis* etc. — b) cum verbis *α) donec, usque dum* Jos. 2, 22. 1 Sam. 2, 5. 2 Chron. 36, 21. (sq. praeter.), Gen. 38, 11. Hos. 10, 12. (sq. fut.); *β) dum* 1 Sam. 14, 19. (sq. praeter.), Esr. 5, 5. (sq. fut.); ita resolvendum etiam, ubi c. infin. copulatur Jud. 3, 26. 1 Chron. 4, 31.; *γ) usque adeo ut* Jes. 47, 7., ubi v. Gesen.

Formatur quoque in plur., unde in regim. עֲדֵי Num. 24, 20. 24. Ps. 83, 18. 104, 23. Job. 7, 4. etc., hinc cum affixis עֲדַי *ad me* Num. 23, 18. Joël. 2, 12., עֲדֶיךָ *ad te* Ps. 65, 3. Job. 4, 5., עֲדָיו Jes. 45, 24., עֲדֶיהָ Job. 6, 20., עֲדֵיכֶם (manente kamez praeter morem) Job. 32, 12.

Copulatur cum aliis conjunctionibus: 1) עַד־אָם *usque dum* Gen. 24, 19. Ruth. 2, 21. 2) עַד־אֲשֶׁר *usque dum* Deut. 2, 14. Jud. 4, 24. 1 Reg. 10, 7. (sq. praeter.), Num. 11, 20. Hos. 5, 15. Levit. 22, 4. (sq. fut.). 3) עַד־אֲשֶׁר אִם *donec* Num. 32, 17. Jes. 6, 11. 4) עַד אֲשֶׁר לֹא *antequam* Eccles. 12, 1. 2. 5) עַד־כִּי *usque dum* Gen. 26, 13. 2 Sam. 23, 10. 6) עַד־שׁ *donec* Cant. 3, 4. Jud. 5, 7.

Ex בְּלִי et עֲדִי conflatum est בַּלְעֲדֵי et בִּלְעֲדֵי i. e. a) *non, nihil ad* Gen. 41, 16. בִּלְעֲדַי אֱלֹהִים יַעֲנֶה *nihil ad me, Deus respondebit*, hinc b) *sine* Gen. 41, 44.; c) *praeter* Job. 34, 32. Cum praefixo מִבַּלְעֲדֵי a) *praeter* Num. 5, 20. Jos. 22, 19. 2 Sam. 22, 32., מִבִּלְעֲדֵי *praeter me* Jes. 43, 11. 44, 6. 8.; b) *sine* Jes. 36, 10.

Ceterum, quod docent (Glass. Philol. sacr. ed. Dath. p. 382 sqq. Gesen. L. p. 847. de Wettius ad Ps. 110, 1.), עַד et עַד־אֲשֶׁר passim, ubi de re futura agatur, ita collocatum esse, ut non certum temporis terminum, sed tempus etiam, quod excurrat, significet, id errore nisi existimamus cum Fritzschio (Comment. in Matth. p. 53 sq.). Primum secernendi sunt tales loci: Deut. 7, 21. *nemo coram te salvus erit, usque dum eum perdideris*, Jes. 22, 14. *vestra iniquitas non expiabitur, donec moriamini:* in his enim, cum ipse vitae exitus termini instar ponatur, ne cogitari quidem potest de tempore, quod ulterius excurrat: nam *post mortem* nemo salvus esse aut expiari (ex vett. certe Hebraeorum sententia) potest. Atque in hunc eundem censum venire videtur Ps. 123, 2. *oculi nostri ad Jovam conversi erunt, donec misereatur nostri;* nam in formula ista: *oculi conversi ad Jov. sunt*, non inest omnis omnino pietatis in Deum notio, sed eorum tantummodo, qui a Jova auxilium petunt et exspectant, religionem designat; jam vero ubi Deus praestitit *auxilium* (misertus est tui), non est, quod auxilium petas. Adde Gen. 28, 1. Jes. 42, 4. Deinde vero ne ille quidem locus, qui unus aliquam speciem habet, Ps. 110, 1. *conside ad dextram, donec hostes tibi tuos subjecero*, ad commendandam istam regulam facit. Scilicet hic verborum sensus esse videtur: regnabis, donec omnes omnino hostes manus dederint, non exues regiam dignitatem, priusquam de hostibus tuis omnibus triumphum egeris. Ulterius h. e. profligatis hostibus te regnaturum esse, sponte sequitur. Denique de loco Jer. 1, 3. v. Ewald. Grammat. p. 604.

עַד chald. a) c. nominib. *ad, usque ad* Dan. 2, 20. 7, 12. 13. 18. 25. 27. Esr. 4, 24. 6, 15. 7, 22., עַד יוֹמִין תְּלָתִין *usque ad triginta dies* h. e. priusquam 30 dies consumti fuerint, *intra* 30 *dies;* b) cum verbis *donec, usque dum* Esr. 4, 21. 5, 5.; c) cum particulis עַד דְּ *usque dum, donec* Dan. 2, 9. 34. 4, 20. 22 sqq., עַד כְּה *huc usque* Dan. 7, 28., עַד כְּעַן *huc usque* Esr. 5, 16. etc.

עֲדָה *(ornamentum)* nom. propr. uxoris a) Lamechi Gen. 4, 19.; b) Esavi Gen. 36, 2. 4., sed v. tamen בָּשְׂמַת.

עֲדָעָדָה urbs in australi parte tribus Judae Jos. 15, 22.

עֵדָה vid. sub rad. יעד, et aliud sub rad. עוד.

עֶדִי m. 1) *ornatus, ornamentum* 2 Sam. 1, 24. Jes. 49, 18. Jer. 4, 30. Ezech. 16, 7., in pausa עָדִי Ezech. 16, 11. 23, 4., cum affixis עֶדְיֵךְ Exod. 33, 5. עֶדְיוֹ Ps. 32, 9; plur. עֶדְיִים Ezech. 16, 7., ubi tantum non omnes codices vitiose habent עֲדָיִים, cum tono in penultima.

2) *aetas* (v. rad. 1.) i. e. senectus Ps. 103, 5. Ita post Chald. Gesenius et de Wettius. Sed alii hoc etiam loco *ornamentum* vertunt, intelligentes vel *animam*, quae alibi ap. poetas כָּבוֹד appellatur, vel, ut Kimchius, *genas, malas, maxillas*, quemadmodum לְחִי est a rad. aethiop. ለሐየ: *venustus, formosus fuit*, in Conjug. VIII. *exornavit se*.

עֲדִיאֵל 1 Chron. 4, 36. 9, 12., et עֲדָיָה 2 Reg. 22, 1. Neh. 11, 22. Esr. 10, 29. 39. etc. nomina pr. virorum.

עֲדִיתַיִם (*ornamentum duplex*) nom. propr. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 36.

עֵדוּת v. sub rad. עוד.

עָדַל rad. inusit., coll. arab. عدل *justum, aequum se praestitit.* Inde oriri videntur:

עַדְלַי nom. propr. 1 Chron. 27, 29.

עֲדֻלָּם nom. speluncae 1 Sam. 22, 1. 2 Sam. 23, 13. et oppidi in tribu Jud. Jos. 12, 15. 15, 35. Mich. 1, 15. Neh. 11, 30. ad orientem Eleutheropoleos, decem inde miliaribus v. Guil. Tyrius *de bello s.* lib. 15. c. 6. Relandi Palaest. p. 480.

עָדַן in Kal inusit. Tres radices distinguendae videntur: 1) عدن *firmus fuit, fixus mansit, instrumento mucronato percussit*, v. עֲדִין n. 2. — 2) غدن *flexilis, mollis, tener* (graec. ὀδινός) *fuit*, غدن *mollities, laxitas*, syr. ܥܘܕܢܐ *deliciae*; unde Hithpah. hebr. הִתְעַדֵּן *vitae molli et delicatae se dedit, oblectavit se, bene ei fuit* Neh. 9, 25., ut lat. *mollis* et graec. μαλακὸς etiam pro *delicato* sive *voluptuoso* dicuntur. — 3) i. q. עָנַד, literis transpositis, cf. מַעֲדַנּוֹת.

עָדִין 1) adject., unde foem. עֲדִינָה *mollis, tenera, delicata* Jes. 47, 8. 2) subst. *percussio*, cum affixo עֲדִינוֹ sec. Cthib 2 Sam. 23, 8., cujus loci (si modo sanus est) sensum ita expedias: *ad ipsum quod attinet, percussio ejus hastâ suâ* (fuit) *in octingentos* etc. conf. 1 Sam. 19, 10. 26, 8.; in loco parallelo 1 Chron. 11, 11. legitur: *ipse vibravit hastam suam* etc.

עִדָּן chald. *tempus* vid. supra sub rad. עדד.

עֵדֶן m. 1) *voluptas*. Plur. עֲדָנִים 2 Sam. 1, 24., c. affixo עֲדָנֶיךָ Ps. 36, 9. 2) nom. propr. tractus illius, in quo generis humani conditores vixisse perhibentur Gen. 2, 8. (q. d. *regio amoena*) v. Rosenmueller. *Alterth.* I, 1, p. 173 sq.

עֶדֶן nom. propr. a) בֵּית עֶדֶן Am. 1, 5. loci Damasco vicini, fortasse illius pagi, quem Burckhardtus (*Reise* I, p. 100.) in Antilibano, ubi se orientem versus demittit, reperit, arab. بيت الجنة v. Rosenmueller. *Alterthumsk.* I, 2, p. 291. Aliorum conjecturas v. ap. La Roque *voyage de Syrie et du mont Liban* p. 195. et Michael. Suppl. p. 1838 sq.; b) Jes. 37, 12. 2 Reg. 19, 12. Ezech. 27, 23. regionis *Mesopotamiae* versus Tigrim in Diarbekir, quae sub nomine ܥܕܢ memoratur ap. Assemanum in *bibl. orient.* T. II. *ind. geogr.* Alii urbem celeberrimam ad Oceanum indicum, arab. عدن dictam intelligunt.

עֶדְנָה f. *voluptas* Gen. 18, 12.

מַעֲדָן m., plur. מַעֲדַנִּים, et sine dagesch f. מַעֲדָנִים (Jer. 51, 34.), מַעֲדַנּוֹת (1 Sam. 15, 32.): 1) *deliciae, oblectamenta* Prov. 29, 17., spec. *cibi delicati, cupedia* Thren. 4, 5. Jer. 51, 34. 2) *voluptas, delectatio*; adv. *lubenti, hilari animo* (nostrat. *mit Vergnügen*) 1 Sam. 15, 32. Gen. 49, 20. 2) *vincula* i. q. מַעֲנַדּוֹת, Job. 38, 31. מַעֲדַנּוֹת כִּימָה *vincula Plejadum* i. e. stellae, quae inter se colligatae Plejadum sidus efficiunt v. Rosenmueller. ad h. l. Alii, priorem voc. significationem tuentes, vertunt: *deliciae Plejadum* h. e. sidus Plej. amoenissimum.

עָדַף 1) *redundavit, superfluus fuit* (arab. غدف *liberalis fuit*) Exod. 16, 23. Levit. 25, 27., sq. עַל *(über) numerum superavit, excessit* Num. 3, 46. 48. 49. עֹדְפִים עַל־הַלְּוִיִּם *qui superant Levitarum numerum.* 2) *dependere, pendulum esse (überhängen)*, quod efficitur panni quadam *abundantia*, Exod. 26, 12. 13. (coll. arab. غدف in Conj. IV. *laxavit, demisit in faciem velum*). Hiph. הֶעְדִּיף *superfluum collegit* sive *accepit, habuit* Exod. 16, 18.

עָדַר I) *reliquit, deseruit* (arab. غدر *perfide egit, fefellit, prodidit* atque adeo *deseruit*, it. *retromansit a grege*), in Kal inusit., Niph. נֶעְדַּר 1) *relictus est, remansit* 2 Sam. 17, 22. 2) *desideratus est* 1 Sam. 30, 19. Jes. 40, 26. 59, 15., hinc officio *defuit* Zeph. 3, 5. Pih. עִדֵּר *deesse passus est* aliquid 1 Reg. 4, 27. (5, 7). — II) a) *ordinavit, disposuit* aciem (מַעֲרָכָה) 1 Chron. 12, 38. coll. v. 33. Lxx. παρατάσσεσθαι παράταξιν. — b) i. q. talm. עֲדַר *sarrivit, pastinavit* (in qua re species *ordinandi* inest). Ita Jes. 5, 6. 7, 25. ex vett. interpretum consensu v. Tingstadii Suppl. p. 40. Cf. ܥܕܪܐ *vomer.*

עֵדֶר m. *grex* q. d. *ordinatio pecudis* Gen. 29, 2 30, 40. 32, 16. 1 Sam. 17, 34. etc., עֵדֶר יְהוָֹה *grex Jovae* sunt Israelitae Jes. 40, 11. Jer. 13, 17. (coll. Ps. 78, 52. (77, 21.) etc. Cum affixo עֶדְרוֹ Jer. 31, 23., plur. עֲדָרִים Gen. 29, 2. 3. 8. Jud. 5, 16., in regim. עֶדְרֵי Gen. 29, 2. Cant. 1, 7., cum affixo עֶדְרֵיהֶם Jer. 6, 3.

מַעְדֵּר m. *sarculum*, quo *sarritur* Jes. 7, 25.

עָדָשׁ vel עֶדֶשׁ m., plur. עֲדָשִׁים *lentes* (عَدَس *id.*) Gen. 25, 34. 2 Sam. 17, 28. 23, 11. Ezech. 4, 9. Dictas putant a *pascendo* coll. arab. عدس *pavit*; fuerunt enim *lentes* consuetum pauperiorum *pabulum* conf. Celsii *Hierobotan.* P. II, p. 104.

עַוָּא 2 Reg. 17, 24. et עִוָּה 2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 37, 13. nom. propr. urbis Mesopotamiae Berytum inter et Tripolim sitae ad *Nahr Calb* (نهر كلب *fluvium canis*), quae non procul aberat ab Hena (הֵנָע q. v. suo loco), conf. Iken. in diss. *de Nibchas idolo Avvaeorum* §. 7. 8. Superest *Avatha*, urbs Phoenices, et *Abeje*, sedes principis Drusorum, ap. Paul. Lucam in itiner. c. 43. — עַוִּים *Avvaei* sunt 1) incolae urbis modo memoratae; 2) populus nomadicus in terra Philistaeorum, qui ad Gazam usque incolebat Deut. 2, 23. Jos. 13, 3.

עוּב *tegi, occultari, latere*, ut arab. غاب *latuit* (media *Je*), syr. ܐܰܥܶܒ

obscuravit, alias fere עוּךְ, in Kal inusit., Hiph. *obnubilavit, obscuravit* Thren. 2, 1.

עָב com. 1) *nubes* (sab. كثف) q. d. *tectio, occultatio, obscuratio* solis et coeli (sicut Lat. *nubes* dicitur a *nubendo* i. e. *tegendo* conf. infra עָנָן) 1 Reg. 18, 44. Prov. 16, 15. Job. 20, 6. Jes. 14, 14. etc.; עַב הֶעָנָן Exod. 19, 9. ut עָבֵי שְׁחָקִים Ps. 18, 12. *nubes nubium* h. e. *nubes densissimae*, nisi utroque loco interpretari malis: *obscuritas, caligo nubium* i. e. nubes obscurae. Plur. a) עָבִים Jud. 5, 4. 1 Reg. 18, 45., in regim. עָבֵי 2 Sam. 22, 12., cum affixo עָבָיו Ps. 18, 13. Job. 26, 8.; b) עָבוֹת 2 Sam. 23, 4. Ps. 77, 18. — 2) עֲבִים *latibula, latebrae* Jer. 4, 29. Aliud vid. sub rad. עבה.

עוֹבָל nom. propr. gentis arabicae, de cujus sede certo non constat Gen. 10, 28. (1 Chron. 1, 22. עֵיבָל). Ex sententia Bochartı *Phal.* lib. 2. c. 23. p. 139 sqq. Obal aliquis migravit in Arabiam troglodyticam et nomen fecit emporio ac sinui Abaliti vel Avaliti, Plin. 6, 29. Ptol. 4, 7. sed v. Michael. in *Spicil.* T. II, p. 177. Alii dici putant *Gobalitidem* in Arabia, cujus mentionem facit Joseph. in Antiqq. II, 1, 2. III, 2, 1.

עוּג *coquere* et quidem *panem subcinericium*. Fut. c. affixo תְּעֻגֶנָּה Ezech. 4, 12.

עֻגָה (pro עוּגָה) et עֻגָּה f. *placenta sub cinere cocta* (Vulg. *subcinericia*), graec. ἐγκρυφίας Gen. 18, 6. Exod. 12, 39. Num. 11, 8. 1 Reg. 17, 13. 19, 6. Hos. 7, 8. (arab. ملّة *laganum ex ovis in sartagine coctis*) v. La Roque *voyage de Palestine* p. 234. Thevenot. Itiner. orient. II, 32. Rosenmueller. *Morgenl.* I, p. 69.

מְעוּג m. *placenta* 1 Reg. 17, 12. Ps. 35, 16. (v. בָּעַג).

עוּד propr. *verti*, arab. عاد *redire, reverti*, et transit. *reducere*; hinc *iterare* et *continuo repetere* (v. nom. עוֹד), *iterum iterumque aliquid dicere, pronunciare*, adeoque *asseverare*, denique *testari, it. contestari.*

In Kal non occurrit, nisi in Cthib Thren. 2, 13. מָה־אָעִידֵךְ *quid contestabor te*, ubi tamen Masorethae legendum praecipiunt אָעֵידֵךְ ex Hiph. — Pih. עִוֵּד *circumdedit* (cf. aethiop. ዐወደ *circumire, circumdare*) Ps. 119, 61. — Hiph. הֵעִיד 1) caussat. a) *testari fecit, testes adhibuit* Jes. 8, 2. Jer. 32, 10. 25. 44.; b) *contestatus est* terram et coelos sq. בְּ *contra* al. Deut. 4, 26. 30, 19. 31, 28. 2) a) *testatus est, testimonium dedit, perhibuit*, idque vel *pro* aliquo Job. 29, 11. vel *contra* aliquem 1 Reg. 21, 10. 13. (sq. acc. suff.); Mal. 2, 14. יְהוָה הֵעִיד בֵּינְךָ וּבֵין אֵשֶׁת וג׳ *Jova testis fuit inter te et int. uxor. tuam* sc. matrimonii contracti; b) *obsecravit, obtestatus est* aliquem sq. בְּ pers. Gen. 43, 3. Exod. 19, 21. 23. Deut. 8, 19. 1 Reg. 2, 42., it. obsecrando i. e. *graviter hortatus est, adhortatus est* sq. בְּ pers. 2 Reg. 17, 13. Jer. 11, 7. Ps. 50, 7. 81, 9., sq. עַל pers. Jer. 6, 10., hinc *castigavit, corripuit* Neh. 13, 15. 21.; c) palam *professus est, declaravit* aliquid Am. 3, 13. 2 Reg. 17, 15. אֶת־עֵדְוֹתָיו אֲשֶׁר הֵעִיד בָּם *praecepta, quae iis palam declaravit, dedit*, 1 Sam. 8, 9. Neh. 9, 34. Ita μαρτύρεσθαι passim in N. T. — Praet. הֵעִידוֹתָ Neh. 9, 34. et הֶעֱדוֹתָה Exod. 19, 23. הֵעַדְתִּי Deut. 4, 26.

Fut. c. vau convers. וַיָּעַד 2 Reg. 17, 13. Zach. 3, 6. — Hoph. הוּעַד *declaratum, indicatum est* alicui sq. ב pers. Exod. 21, 29.

Pil. עִדֵּד (quod alii a rad. עדד, quae nulla est, derivant) *restituit* vel potius *statuit, confirmavit* Ps. 146, 9. 147, 6. — Hithpol. הִתְעַדֵּד *se statuit* i. e. *erectum se sustinuit* Ps. 20, 9.

עֵד m. 1) *testis* Gen. 31, 50. Exod. 23, 1. Levit. 5, 1. Deut. 17, 6. 1 Sam. 12, 8., etiam de rebus *inanimatis* dicitur Gen. 31, 48. 52. Deut. 31, 19. 21. Jos. 22, 28. 34.; עָנָה עֵד *testimonium perhibuit* (testis respondit) Exod. 20, 13. Deut. 5, 17. 2) *monitor, doctor* (v. rad. 2. b.) vel *princeps* (v. rad. c.) Jes. 55, 4. — Cum affixo עָדִי Job. 17, 19., plur. עֵדִים Num. 35, 30., in regim. עֵדֵי Ps. 35, 11., et cum Jod עֵידַי Ps. 27, 12., cum affixo עֵדֵיהֶם Jes. 43, 9. 44, 9.

עֵדָה f. 1) *testis* mulier Gen. 31, 52. (Jos. 24, 27.). 2) *testimonium* Gen. 21, 30. Deut. 4, 45. (Jos. 24, 27.). 3) *declaratio, praeceptum* Deut. 6, 20. Ps. 119, 22. 24. 59. 79. 138. etc. Aliud vid. sub rad. יעד.

עֵדוּת, passim עֵדָת f. 1) *declaratio,* plur. עֵדוֹת (c. ו mob.) *decreta, praecepta* Dei Neh. 9, 34. Jer. 44, 23. 1 Chron. 29, 19. Ps. 119, 14. 36. 99. 2) *lex* divina literis consignata, tabulae legis Exod. 25, 21. 31, 7., quae plenius לֻחוֹת הָעֵדוּת dicuntur Exod. 31, 18. 32, 15.; אֲרוֹן עֵדוּת Exod. 25, 22. *area legis* i. e. in qua legis tabulae repositae erant, hinc לִפְנֵי עֵדוּת *ante aream legis* Exod. 16, 34. coll. Levit. 16, 13., אֹהֶל מִשְׁכַּן הָעֵדוּת *tabernaculum legis* Num. 9, 15. 17, 23., מִשְׁכַּן הָעֵדוּת *id.* Num. 1, 53. 10, 11. 3) Ps. 60, 1. שׁוֹשַׁן עֵדוּת et Ps. 80, 1. עֵדוּת (שְׁשַׁנִּים) videtur ad rem musicam pertinere. Nonnullis est *cantio,* quae fit *cithara* vel *psalterio,* ab inusit. עֵד, arab. عَوْدٌ, quod in versione V. T. arab. passim occurrit pro hebr. כִּנּוֹר. Est autem عَوْدٌ *testudo,* عَوَّادٌ *qui testudinem pulsat.*

עוֹד, passim עַד (Jer. 13, 27. Gen. 8, 22. al.) propr. infin. absol. verbi עוּד (v. Gesen. L. p. 627.) *redeundo, revertendo, iterando:* hinc in particulam abit: 1) *iterum, denuo* Gen. 24, 20. Jud. 13, 8. 1 Sam. 10, 22. 23, 4. Hos. 1, 6. 2) *continuo, sine intermissione* Gen. 46, 29. Ps. 84, 5., *amplius* Jer. 2, 9. Ruth. 1, 14. Joel. 2, 19. (לֹא — עוֹד *non amplius* Jes. 30, 20. Gen. 8, 21. Exod. 10, 29.), *porro, praeterea* Eccles. 3, 16. Jud. 20, 25. 2 Reg. 4, 6. Jes. 5, 4. 3) *adhuc* Gen. 29, 7. Num. 11, 33. Esth. 6, 14. 2 Reg. 14, 4. al. לָרַעִים עוֹד שִׁבְעָה *post dies,* qui *adhuc* reliqui sunt *septem* h. e. exactis abhinc septem diebus Gen. 7, 4. 8, 10., עוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *adhuc* reliqui sunt *tres dies* h. e. post tres dies 2 Chron. 10, 5. Jon. 3, 4. Ita c. affixis עוֹדֶנִּי *adhuc ego* (sum, eram etc.) Jos. 14, 11. 1 Sam. 20, 14., עוֹדְךָ *adhuc tu* Gen. 46, 30., עוֹדֶנּוּ *adhuc ille* Gen. 18, 22. 43, 27. 28., עוֹדָם *adhuc illi* Exod. 4, 18. etc. In plur. עוֹדֵינוּ i. e. *dum adhuc eramus* sec. Kri Thren. 4, 17., sed Cthib habet עוֹדִיָּה *dum adhuc illa* scil. erant vel fiebant (cum affixo 3. pers. foem. ad formam קָרְבָּנָהּ Gen. 41, 21. et Jod otioso ut Exod. 25, 31.).

Cum praefixis: 1) בְּעוֹד. בַּעַר (Jer. 15, 9.) *dum adhuc, quamdiu* a) 2 Sam. 12, 22. בְּעוֹד הַיֶּלֶד חַי *dum vivat puer,* בְּעַד יוֹמָם *dum interdiu* i. e. dum dies est Jer. 15, 9., c. suffix. בְּעוֹדִי *dum vivam* Ps. 104, 33., בְּעַדְנִי חַי *id.* Deut. 31, 27.; b) בְּעוֹד שְׁלֹשֶׁת יָמִים *dum adhuc* reliqui sunt

tres dies h. e. *exacto triduo* Gen. 40, 13. Jer. 28, 2. Jos. 1, 11. — 2) מֵעוֹד, c. suffixis מֵעוֹדִי *ex quo ego* sum Gen. 48, 15., מֵעוֹדְךָ *ex quo tu* es Num. 22, 30.

עוֹד chald. *adhuc* Dan. 4, 28.

תְּעוּדָה f. *praeceptum, lex* Dei Jes. 8, 16. 20., it. *mos, consuetudo* Ruth. 4, 7.

עָוָה propr. *inflexus, curvus, tortuosus fuit* (coll. arab. عوى *torsit, distorsit, inflexit*, in Conjug. VII. *inflexus, curvatus fuit*), hinc trop. *perverse, prave egit* (arab. غوى *depravatus fuit*) Dan. 9, 5., sq. עַל graviter *offendit* aliquem Esth. 1, 16. — Niph. *incurvatus est*, quemadmodum ii solent, qui doloribus cruciantur Jes. 21, 3., aut calamitatibus premuntur Ps 38, 7.; trop. *perversus fuit* Prov. 12, 8. 1 Sam. 20, 30. — Pih. עִוָּה *contorsit, contortum fecit* Thren. 3, 9. נְתִיבוֹתַי עִוָּה *contortos feci tramites meos* h. e. duxit me in tortuosis viis, ut non possim exitum invenire; deinde *pervertit* Jes. 24, 1. [Sed עִוָּה Jes. 37, 13. 2 Reg. 18, 34. 19, 13. est nom. propr. v. supra עַוָּא]. — Hiph. הֶעֱוָה *curvum, pravum, perversum fecit, pervertit* jus Job. 33, 27., viam suam h. e. perverse egit Jer. 3, 21., hinc simpl. *perverse, prave egit* Jer. 9, 5. 2 Sam. 7, 14. 19, 20. 24, 17.

עִוָּה f. *perversio, eversio* Ezech. 21, 32.

עִוָּא vel עִוָּה f. (mutata tertia radicali in Jod) chald. *perversitas, iniquitas*, plur. cum affixo עִוָּיָתָךְ Dan. 4, 24.

עָוֹן, עָוֹן m. (*perversitas* animi) *culpa* peccando contracta Ps. 31, 11. 32, 5. Prov. 5, 22., it. *peccatum, crimen* ipsum Exod. 28, 43. Num. 5, 15. Deut. 19, 16. Job. 31, 11. Ezech. 21, 30. עֲוֹן קֵץ *peccatum* quod *finem* h. e. exitium affert; metonym. *poena peccati* Gen. 19, 15. Jes. 5, 18. 2 Sam. 16, 12. De formula נָשָׂא עָוֹן v. sub rad. נשׂא. In regim. עֲוֹן Gen. 15, 16. Exod. 20, 5., cum affixis עֲוֹנֵךְ Jer. 2, 22. Thren. 2, 14., et cum affixo chald. עֲוֹנָכִי Ps. 103, 3., עֲוֹנָהּ Levit. 7, 18. Num. 5, 31. et emisso Mappik עֲוֹנָהּ Num. 15, 31. Plur. a) עֲוֹנִים, cum affixis עֲוֹנֵינוּ Jes. 64, 6. et sine Jod עֲוֹנֵנוּ Jes. 64, 5., עֲוֹנֶיךָ Ezech. 28, 18.; b) עֲוֹנוֹת Levit. 16, 21. Ps. 65, 4. Jes. 59, 2. etc.

עַוִּים Gen. 36, 35. nom. propr. oppidi edomit.; עִיּוֹת 1 Chron. 1, 46.

עִי m. *acervus ruderum* Mich. 3, 12. Ps. 79, 1. coll. Mich. 1, 6.

Videtur dici pro עֲוִי (quanquam alii derivant ab arab. غبى *erexit*). De loco Job. 30, 24. v. sub בְּעִי. Plur. chald. עִיִּין Mich. 3, 12. — Sed עִיִּים est nom. propr. oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 29., et partis montis Abarim Num. 33, 45. quae plene עִיֵּי הָעֲבָרִים vocatur Num. 33, 44. 21, 11.

עַי urbs prope Bethaven in finibus trib. Beniamin. Jos. 7, 2. 8, 9. Gen. 12, 8. v. Relandi *Palaest.* p. 552. 566. Vocatur etiam fem. עַיָּה 1 Chron. 7, 28., עַיָּא Neh. 11, 31. et עַיָּת Jes. 10, 28.

עִיּוֹן nom. propr. oppidi muniti Naphtalitarum 1 Reg. 15, 20. 2 Chron. 16, 4.

מְעִי m. *acervus, ruderum* Jos. 17, 1.

עִוְעִים m. plur. *summa perversitas* (Vulg. *vertigo*) Jes. 19, 14.

geminatis radicalibus pro עִוְעֵוִים vel עִוְעֲוִים, tanquam a sing. עִוְעֵו, altero ו omisso, ut alterum ר in שַׁרְשָׁה *catena*, pro שַׁרְשְׁרָה etc.

עוז *fugere, confugere*, arab. عاذ med. Vau (v. Rosenmueller. ad Jes. 10, 31.). Sed in Kal non occurrit, Hiph. הֵעִיז 1) transit. *fugere fecit* h. e. *in locum tutum contulit* aliquid Exod. 9, 19. 2) *fugit* Jer. 4, 6. 6, 1. Jes. 10, 31., quanquam in hoc postremo loco possis etiam transit. explicare, cum intrans. hujus conjug. usus ap. antiquiores scriptores vix obtineat.

מָעוֹז v. sub rad. עזז.

עוט i. q. arab. غوط *fodere*. Inde oritur:

עֵט m. *stylus* ferreus Jer. 17, 1. Job. 19, 24. Ps. 45, 2., it. *calamus* Jer. 8, 8. coll. 36, 23.

עַיִט v. sub rad. עִיט.

עַוִּים v. sub. עַוָּא.

עול *lactare* i. e. lac praebere (arab. عول *sustentare familiam* et غول *lactare*, syr. ܥܘܠܐ *lactans*). Part. f. plur. עָלוֹת *lactantes* (oves, vaccae) Gen. 33, 13. 1 Sam. 6, 7. 10. Ps. 78, 71. Jes. 40, 11.

עוּל m. *infans*, propr. *qui adhuc lactatur* Jes. 49, 15. 65, 20.

עֵלִי (*alumnus meus*) nom. propr. pontificis maximi, qui Samueli aequalis fuit, 1 Sam. 1, 3 sqq.

עוֹלֵל vid. sub rad. עלל.

עָוִיל m. *parvulus, puer* (arab. عِيَالٌ). Plur. עֲוִילִים Job. 19, 18. (v. tamen sub rad. עָוַל), 21, 11.

עָוַל in Kal inusit., arab. عَالَ *declinavit* spec. *a justo* et *recto* cf. sab. ܥܘܠ. Pih. עִוֵּל *injuste, impie egit* (syr. ܐܥܘܠ *id.*) Ps. 71, 4. Jes. 26, 10.

עֲוִיל m. *injustus, iniquus* (syr. ܥܘܠܐ) Job. 16, 11. et sec. quosdam 19, 18.

עַוָּל m. *injuste agens, impius* Job. 18, 21. 27, 7. 29, 17. 31, 3. Zephan. 3, 5.

עָוֶל m. *iniquitas, improbitas, malitia* (sab. ܥܘܠܐ) Levit. 19, 15. 35. Ps. 7, 4. Job. 34, 32. Ezech. 18, 8. etc.

עֶוֶל m. *id.* Ezech. 28, 18., cum affixo עַוְלוֹ Ezech. 18, 26. 33, 13.

עַוְלָה f. *id.* 2 Sam. 3, 34. Ps. 37, 1. Job. 6, 29. 30. Jes. 59, 3. etc. (pro quo per metathesin legitur עַלְוָה Hos. 10, 9.) abstr. pro concr. *impius* (i. q. אִישׁ עַוְלָה) Ps. 107, 42. Cum ה paragog. עַוְלָתָה Ps. 125, 3. Ezech. 28, 15. Hos. 10, 13. sic sec. Kri Ps. 92, 16., ubi Cthib habet עֹלָתָה ex seq. forma.

עוֹלָה f. *id.*, cum ה paragog. עֹלָתָה Job. 5. 16., sic sec. Cthib Ps. 92, 16.; plur. עוֹלוֹת Ps. 58, 3. 64, 7. [Aliud vid. sub rad. עלה].

עָוֹן vid. infra עין.

עון radix inusit., *habitare*, arab. alia forma غنى *commoratus est*, it. *uxorem duxit*, quocum convenit عان *marito juncta est*, et syr. ܥܢܐ *consortium habuit*, nam verba med. rad. Van et 3. quiesc. saepe alternant.

עוֹנָה f. *cohabitatio*, propr. *maritalis*, *debitum conjugale* (quod etiam a سكن *habitando* Arabibus dicitur) Exod. 21, 10.

עַיִן vid. infra suo loco.

מָעוֹן m. 1) a) *habitaculum* Dei h. e. vel tabernaculum foederis aut templum 1 Sam. 2, 29. 31. Ps. 26, 8., vel coelum Deut. 26, 15. Ps. 68, 6.; b) *lustrum* ferarum Jer. 9, 10. 10, 22. Nah. 2, 12.; c) *refugium* Ps. 90, 1. 71, 3. — 2) nom. propr. a) oppidi in tribu Jud. Jos. 15, 55. 1 Sam. 25, 2. coll. 23, 24 sq.; b) gentis exterae, fortasse arab. Jud. 10, 12., plur. מְעוּנִים Esr. 2, 50. Neh. 7, 52. 1 Chron. 4, 41. (2 Chron. 26, 7.); Michaeli his locis dici videntur *Μιναῖοι*, gens arab. haud procul a mari rubro incolens (cf. Lxx. 1 Chron. l. c.). Alii conferri jubent *Maân*, urbem munitam Arabiae petraeae v. Gesen. ad Burckhardt. Itiner. II, p. 1069.

מְעוֹנָה f. 1) *habitaculum* vel hominis Jer. 21, 13. vel Dei Ps. 76, 3. (i. e. templum). 2) *lustrum* ferarum Am. 3, 4. Ps. 104, 22. Cant. 4, 8. Job. 38, 40.

עוֹנֵן vid. infra sub עין.

עִוְעִים plur. vid. supra sub rad. עוה.

עוף Duplex rad. I) coll. عيف *volavit* Prov. 26, 2., *avolavit* Nah. 3, 16. Passim agmina hostium, cum avibus comparata dicuntur *advolare* Hab. 1, 8. Jes. 60, 8., *involare* Jes. 11, 14.; deinde vero *avolare* est pro: *evanescere* Job. 20, 8. Ps. 90, 10. — Pil. עוֹפֵף 1) volare fecit i. e. *celeriter movit*, *vibravit* ensem Ezech. 32, 10. 2) *volitavit* Gen. 1, 20. Jes. 6, 2., שָׂרָף מְעוֹפֵף *cerastes volans* Jes. 14, 29. 30, 6. — Hiph. *volare fecit* oculos in aliq. h. e. conjecit Prov. 23, 5. (sed Cthib habet fut. Kal). — Hithpol. הִתְעוֹפֵף *avolare*, *celeriter auferri* Hos. 9, 11.

II) *obtenebrescere*, *caligine tegi*, *involvi* (syr. ܥܦ *involvit*) Job. 11, 17. תָּעֻפָה בַבֹּקֶר תִּהְיֶה *caligine tectus* (h. e. summis calamitatibus oppressus) *eris sicut mane* h. e. ad novam felicitatem pervenies (v. tamen infra תָּעֻפָה). Sed Jud. 4, 21. 1 Sam. 14, 28., aliâ translatione factâ, est: *deliquium animi pati*: solent enim eorum, qui animo linquuntur, oculis tenebrae offundi coll. syr. ܥܦ *defecit viribus*, Ethpa. *animi deliquium passus est*.

עוֹף m. collective *aves* Gen. 1, 29. 30. Levit. 17, 13. Deut. 14, 20. Ps. 50, 11. etc.

עוֹף m. chald. *id.* Dan. 2, 38. 7, 6.

עֵיפָה f. 1) *obscuritas*, *caligo* Am. 4, 13., cum ה paragog. עֵפָתָה Job. 10, 22. sine Jod. — 2) nom. propr. a) filii Midian. Gen. 25, 4. 1 Chron. 1, 33. et gentis midianit. ab eo oriundae Jes. 60, 6., arab.

אֲפִיק; fortasse huc referend. ἵππος mons et pagus paullo infra Modionem situs ap. PTOLEM.; b) alius cujusd. 1 Chron. 2, 47.

עַפְעַף m., unde dual. עַפְעַפַּיִם *palpebrae utriusque oculi*, a *continuo motu, gyratione* et *vibratione* Prov. 4, 25. 6, 4., metaphorice *aurorae* tribuuntur Job. 3, 9. 41, 10., quam *noctis palpebram* dixit EURIPID. in *Phoeniss.* v. 546., *diei palpebram* SOPHOCLES in *Antig.* v. 100.; Arabes quoque soli *palpebras* tribuunt.

עֲפָפָה m. *obscuritas, caligo* Jes. 8, 22.

מוֹעָף m. *id.* Jes. 8, 23.

תְּעֵפָה (all. תְּעָפָה) f. *caligo* Job. 11, 17. sec. CHALD. et SYR.; aliis est int. Kal c. he paragog. v. sub rad.

עוץ *consulere, consilium dare* (ut יעץ) Jud. 19, 30. Jes. 8, 10.

עוץ regio in Arabia deserta, Idumaeae, ut videtur, pars (Jer. 25, 20. Thren. 4, 21.) sed ad Mesopotamiae usque fines porrecta (Job. 1, 17.), Αὐσῖτις PTOLEMAEI. De origine gentis diversa narrantur Gen. 10, 23. 22, 21. 36, 28. Cf. ROSENMUELLER. ad Job. Prolegg. p. 26 sqq. WINERI Lexic. bibl. II, p. 723 sq.

עוק Syr. et Chald. *premi, arctari,* ut hebr. צוק, mutato צ in ע, ut alibi saepius. — Hiph הֶעִיק *pressit* Am. 2, 13. אָנֹכִי מֵעִיק תַּחְתֵּיכֶם כַּאֲשֶׁר תָּעִיק הָעֲגָלָה הַמְלֵאָה וגו׳ *ich will euch niederdrücken* (h. e. trop. aerumnis et plagis afficiam) *wie der volle Wagen niederdrückt.*

עֲקָה f. *pressio,* trop. *vexatio, injuria,* quae infertur Ps. 55, 4.

מוּעָקָה *onus* premens Ps. 66, 11.

עור 1) a) *expergisci, expergefieri,* translato sensu Ps. 57, 9. עוּרָה עוּרָה כְבוֹדִי *expergiscere, expergiscere* (surge ad laudes Dei canendas), *gloria mea* h. e. anima mea, Ps. 44, 24 *expergiscere Jova* i. e. adsis nobis auxilio, Ps. 59, 5. 7, 7., hinc עוּרִי, עוּרָה *age, agedum* Jud. 5, 12.; b) *vigilavit* Cant. 5, 2., Mal. 2, 12. עֵר וְעֹנֶה (forma partic., ut מֵת) *vigilans et respondens* proverbialis locutio, petita, ut docuit MICHAELIS in Suppl. p. 1873., a custodibus, qui noctu acclamare sibi et respondere solent (Jes. 62, 6). Itaque *adimam tibi vigilantem et respondentem* est: omnes omnino adimam tibi, ita ut nemo superstes sit. De loco Job. 41, 1 (2). v. sub Hiph. — Niphal נֵעוֹר *excitatus est* pr. ex somno Zach. 4, 1. Job. 14, 12.; deinde in univ. dicitur de his, qui surgunt vel irruunt Jer. 25, 32. Joel. 3, 17. Jer. 6, 22. Zach. 2, 17. De loco Hab. 3, 9. v. sub II. — Pil. עוֹרֵר 1) *expergefecit* Cant. 2, 7. 3, 5. 8, 4. 2) *excitavit, suscitavit* Job. 3, 8. עוֹרֲרֵי לִוְיָתָן *suscitans* h. e. e latibulis evocans *dracones,* trop. Prov. 10, 12. שִׂנְאָה תְּעוֹרֵר מְדָנִים *odium excitat* (parit) *jurgia,* Ps. 80, 3. *excita potentiam tuam,* quae nunc segnis est et quasi feriatur. 3) *elevavit, sustulit, vibravit* hastam 2 Sam. 23, 18., flagellum Jes. 10, 26. — Hiph. הֵעִיר 1) *expergefecit* e somno Cant. 2, 7. 8, 4. Zach. 4, 1., hinc *excitavit* Job. 41, 1. (draconem), trop. Jer. 51, 11. (animum alicujus); *aliquem excitare* spec. est surgere facere sive hostem Jer. 50, 9. Dan. 11, 2. sive patronum Jes. 41, 2.; *alicujus spiritum excitare* Hagg. 1, 14. 1 Chron. 5, 26.

2 Chron. 21, 16. est aliq. promtum, alacrem reddere ad aliquid. In interpretando loco Deut. 32, 11. כְּנֶשֶׁר יָעִיר קִנּוֹ variant vv. dd. Sunt, qui ex arab. rad. غار significatione vertant: *aquila fervere facit, fovet nidum suum* h. e. pullos suos fervente complectitur amore. Ita nuper etiam Rosenmueller. At non opus est, ut ad arab. linguam confugiamus; vertas cum Vatero: *excitat nidum, pullos suos* sc. ad volandum (ut bene addidit Hieron.). — 2) *evigilavit* (excitavit vires suas, animum suum), *surrexit*, trop. i. e. auxilio adfuit Ps. 35, 23., *alicui* sq. עַל Job. 8, 6. — Pract. 1. p. הֶעֱירוֹתִי Jes. 41, 25., fut. c. vau convers. וַיָּעַר 1 Chron. 5, 26. — Hithp. הִתְעוֹרֵר *se excitavit* h. e. surrexit, trop. Jes. 51, 17. 64, 6., sq. עַל pers. Job. 17, 8.; spec. ad gaudium se excitavit h. e. *exsultavit* Job. 31, 29.

II) i. q. arab. غار *depressus, demersus, profundus fuit*, cf. nom. מְעָרָה.

III) i. q. עָרָה *nudavit* (v. מְעוּרִים). Niph. נֵעוֹר Hab. 3, 9. עֲרָיָה הָעוֹר קַשְׁתְּךָ *nudando nudatus est arcus tuus* i. e. expeditus cf. Jes. 22, 6.

עוֹר m. 1) *cutis* hominis Job. 7, 5. 30, 30. Exod. 34, 30. Levit. 13, 2. 5, 6. etc.; גָּזַל עוֹר פ *cutem alicujus detrahere* i. e. spoliare, emungere aliquem Mich. 3, 2. 3., אַחַר עוֹרִי *post cutem meam* sc. consumtam, corrosam Job. 19, 26. (ubi v. Rosenmuell. et Umbreit.), עוֹר שִׁנַּיִם *cutis dentium, gingiva* Job. 19, 26.; meton. עוֹר בְּעַד עוֹר *cutis pro cute* h. e. vita pro vita Job. 2, 4., יֹאכַל בְּדֵי עוֹרוֹ *comedet membra cutis ejus* h. e. corporis ejus Job. 18, 13. 2) *pellis animalium* Gen. 3, 21., etiam arte alutaria praeparata: *corium* Levit. 4, 11. 13, 48. etc. Plur. עוֹרוֹת Gen. 27, 16. Exod. 26, 14. — Unde proficiscatur haec utraque vocis significatio, incertum est; possis tamen a rad. n. 3. repetere.

עִיר m. chald. *vigil*, nomen *angelorum* quippe animos hominum custodientium Dan. 4, 10., unde ἐγρήγοροι i. e. *vigiles* veteribus Patribus graecis *angeli* vocantur. Cf. ʿîr ap. Norberg. Lexid. p. 173. Plur. עִירִין Dan. 4, 14.

מְעָרָה f. *caverna, spelunca* (v. rad. n. 2.) Gen. 19, 30. Jos. 13, 4. 1 Sam. 24, 3. 8. 1 Reg. 19, 9. 13. etc., arab. غَار, مَغَار et مَغَارَة. In regim. מְעָרַת Gen. 23, 9. 1 Sam. 22, 1., plur. מְעָרוֹת Jud. 6, 2. Jes. 32, 14.

מָעוֹר m., plur. מְעוּרִים *loca* vel *partes* (corporis) *pudendae* Hab. 2, 15., coll. arab. عَوْر *pudenda* muliebria et virilia et rad. עוּר n. 3.

עִוֵּר in Kal inusit. *caecus fuit* (aethiop. *id.*, arab. عَوِرَ, عَوِرَ *luscus, monoculus fuit*), Pih. עִוֵּר *caecavit, occaecavit* (syr. ʿawwar *id.*) Jer. 39, 7. 2 Reg. 25, 7., trop. intelligentia privavit, corrupit (judicem) Exod. 23, 8. Deut. 16, 19.

עוּר m. chald. *gluma*, sic dicta quod in oculos illata aliquamdiu occaecat hominem (arab. عُوَار *festuca*) Dan. 2, 35.

עִוֵּר m., עִוֶּרֶת (Jes. 42, 7.) f. *excaecatus, caecus* (arab. عُوَار) Exod.

4, 11. Levit. 19, 14. Deut. 15, 21. Jer. 31, 8. Zeph. 1, 17. etc., trop. de his, qui inscitiâ laborant Jes. 42, 7. 43, 8., de *miseris, afflictis* (*caligo* enim miseriae imago est poetis) Ps. 146, 8. Plur. עִוְרִים 2 Sam. 5, 6.

עִוָּרוֹן m. *caecitas* Deut. 28, 18. Zach. 12, 4.

עִוֶּרֶת f. *id.* Levit. 22, 22.

עוּשׁ *congregare se, convenire* Joël. 4, 11. Sic verterunt Lxx., Syr., Chald.

Vicin. غاس et غسّ *properare, concursare.*

עֵישׁ v. infra suo loco.

עוּת i. q. arab. غاث (غوث) IV. *opem tulit, succurrit* Jes. 50, 4. sq. acc. dupl. Aliorum explicationes v. ap. Rosenm. et Gesen. ad h. l.

עָוַת *curvus, inflexus, inversus, perversus fuit* (fere ut עוה), in Kal inusit. (syr. et chald. ܥܘܬ *fraus* cf. عبث, خبث *plectere*), Pih. עִוֵּת *curvum fecit, incurvavit, flexit, invertit, pervertit* Eccles. 7, 13. מִי יוּכַל לְתַקֵּן אֶת־אֲשֶׁר עִוְּתוֹ *quis potest rectum facere, quod ille* (Deus) *curvum fecit, incurvavit* h. e. nemo potest, quae Deus in mundo esse voluit, mala et incommoda tollere; Ps. 146, 9. עִוֵּת דֶּרֶךְ פ *invertere, pervertere alicujus viam* h. e. in errores et perniciem inducere, Job. 8, 3. עִוֵּת צֶדֶק *jus* (justam causam) *flectere, pervertere* coll. 34, 12. Hoc idem concisius sic dicitur: *pervertere aliquem* Thren. 3, 36. Job. 19, 6. Ps. 119, 78. Pyh. part. מְעֻוָּת *curvatum, pravum* Eccles. 1, 15. — Hithpah. *incurvavit se* Eccles. 12, 3. יִתְעַוְּתוּ אַנְשֵׁי הַחָיִל quando *incurvant se* h. e. torquentur formidine *viri fortes.*

עִוָּתָה f. *incurvatio*, trop. *injuria* qua quis opprimitur Thren. 3, 59.

עֵז f. *capra* Gen. 15, 9. Levit. 3, 12. 17, 3. Num. 15, 27. etc. (arab. عنز, quod derivant a rad. عنز *declinavit, deflexit,* coll. Virg. in Cul. *capra vaga*). Plur. עִזִּים Gen. 27, 9., שֵׂה עִזִּים *pecus caprinum* Deut. 14, 4., יְרִיעוֹת עִזִּים *coriuae caprarum* h. e. e pilis caprarum confectae Exod. 26, 7. 36, 14., כְּבִיר עִזִּים *stragulum e pilis caprinis confectum* 1 Sam. 19, 13.

עֵז f. chald. *id.*, plur. עִזִּין Esr. 6, 17.

עַז, עֹז etc. vid. infra sub rad. עזז.

עֲזָאזֵל Levit. 16, 8. 10. 26. vocab. perobscurum, in quo interpretando mirifice fluctuant viri docti. Multi conflatum putant (v. Heinii Dissertatt. sacr. p. 181 sqq.) ex עֵז et אָזַל, ut significetur *hircus abiens*: Lxx. ἀποπομπαῖος, Vulg. *emissarius*, Symmach. ἀπερχόμενος, ἀπολελυμένος. Sic verba v. 10. לְשַׁלַּח אֹתוֹ לַעֲזָאזֵל ita interpretaberis *dimittere eum* tanquam *hircum emissarium*. Nec id asperius dictum existimaverim (cf. form. וְיָצָא לְהַפְשִׁיר). Sed עֵז constat *capram*, non *hircum* denotare. — Aliis est: *locus remotus, desertus*, ab عزل *removere* (v. Bochartı Hieroz. I, p. 650. Hackmanni Praecidan. ss. I, p. 232 sqq. coll. Gesen. L. p. 536.). At vero sic in verbis v. 10. לַעֲזָאזֵל הַמִּדְבָּרָה frigida inesset

tautologia. — Praestat igitur pro nomine *daemonis* habere, vel propterea, quod v. 8. לַיהוָה opponitur voci לַעֲזָאזֵל; posterioribus certe Judaeis daemonem significabat. In fragmento enim libri Enochi (ap. Fabric. in Cod. Pseudepigr. I, p. 179.) *Aζαήλ*, *Aζαήλ* inter lapsorum angelorum principes numeratur, in Commentario cabbal. ad Gen. c. 2. (quem ex libro Sohar excerpsit L. Cappellus) comparet *Asael* inter angelos e coelo dejectos, ap. Originem denique (contra Cels. VI.) *diabolus* appellatur, cf. Spencer. de legg. ritual p. 1040 sqq. ed. Tub. Carpzov. Appar. p. 438 sqq. adde Rosenm. ad Lev. l. c. Wineri Lex. bibl. II, p. 728.

עָזַב 1) *reliquit* Jes. 10, 3. 17, 9. (cf. arab. عزب *evagatus est* v. Hartmann. Einl. p. 309.), *deseruit* (h. e. reliquit id, quod tueri debebat) Gen. 2, 24. Jos. 22, 3. 1 Sam. 30, 13.; Ps. 40, 13. לִבִּי עֲזָבָנִי *animus me deseruit*, destituit, Ps. 38, 11. Freq. *Jova* dicitur homines *deserere* h. e. auxilio destituere Ps. 9, 11. 22, 2. 37, 25. 38, 22. 71, 11. al.; *homines* autem dicuntur deserere *Jovam* (h. e. deficere ab eo) Jud. 2, 12. 10, 6. 10. 1 Sam. 12, 20. 2 Chron. 7, 22. 24, 24. Jes. 1, 28. 65, 11., vel *legem* divinam Prov. 28, 4. Ps. 119, 53. 89, 31. vel *praecepta* Dei Esr. 9, 10.; coll. עָזַב אֶת־עֵצָה *deserere, negligere consilium* 1 Reg. 12, 13. 2 Chron. 10, 8. — 2) *misit, dimisit* Ps. 37, 8. עָזֹב חֵמָה *mitte iram*, Job. 10, 1. עָזַב שִׂיחַ *mittere* (non coërcere) *querelam*, עָזוּב *missus*, manumissus v. infra; it. *remisit* Exod. 23, 5. הֵעָזֹב תַּעֲזֹב לוֹ *ut non remittas ei* (asino) h. e. vincula solvas, onere eum liberes; it. *omisit, intermisit* aliquid facere sq. infin. c. praef. לְ Hos. 4, 10. — 3) *commisit, permisit* alicui aliquid, sq. לְ pers. Ps. 49, 11., sq. אֶל Job. 39, 11., intrans. sq. עַל Ps. 10, 14. *tibi se committit*, caussam suam commendat *afflictus*. — 4) *cessare fecit* Ruth. 2, 20. לֹא עָזַב חַסְדּוֹ אֶת־הַחַיִּים *non cessare fecit favorem suum, quo amplexus erat viventes*; sq. מֵעִם *subtraxit alicui aliquid* Gen. 24, 27. — De verbis Deut. 32, 36. עָצוּר וְעָזוּב (cf. 1 Reg. 14, 10. 21, 21. 2 Reg. 9, 8. 14, 26.) magnum est interpretum dissidium. Omnium facillime ita vertes: *clausus* i. e. mancipia et *missus* i. e. liberi h. e. ad unum omnes. Alii, auctore L. de Dieu intelligunt *connubio junctos* (עָצוּר *paterfamilias*) et *caelibes* (עָזוּב). Part. praes. cum Jod paragog. עֹזְבִי Zach. 11, 17., foem. עֹזֶבֶת Prov. 2, 17. Infin. absol. עָזוֹב Exod. 23, 5. Jer. 14, 8., constr. עֲזֹב Jos. 24, 16. Imper. עֲזֹב, cum ה paragog. עָזְבָה Jer. 49, 11., int. יַעֲזֹב Ps. 10, 14., foem. תַּעְזְבִי Ruth. 2, 11., 1. pers. cum ה paragog. אֶעֱזְבָה Job. 9, 27, cum affixo et in pausa אֶעֱזְבֶךָּ 2 Reg. 2, 2., plur. רַעֲזֹבָה Ps. 89, 31.

Niph. נֶעֱזַב 1) *desertus, derelictus est* Neh. 13, 11., max. de terra quae ab incolis deseritur Levit. 26, 43. Ezech. 36, 4. Jes. 27, 10. 62, 12., Job. 18, 4. תֵּעָזֵב אֶרֶץ (retracto accentu v. Gesen. L. p. 175.) הֲלְמַעַנְךָ *num tua causa* h. e. si tu perieris, *deseretur*, incolis privabitur *terra*? 2) sq. לְ *commissus, traditus est* Jes. 18, 6. — Pyh. praet. עָזֻב *desertus, derelictus est* Jes. 32, 14. Jer. 49, 25.

עֲזוּבָה f. *derelictio, desolatio* Jes. 6, 12.

עִזְבוֹן m. *venditio mercium, mercatura, nundinatio*, qua merces venditoribus *committuntur* sive *traduntur* (v. rad. n. 3.), quemadmodum מכר *tradere* est et *vendere*. Plur. עִזְבוֹנִים emisso dagesch forti a) *merces* Ezech. 27, 27. 33.; b) *nundinae* Ezech. 27, 12. 14. 19. 22.

עָזָה rad. Hebr. inusit., Arab. عزى *consolatus est.* Inde oriuntur nomm. propr. עַזָּאֵל 1 Chron. 15, 18. et מַעֲזִיָּהוּ 24, 18. Neh. 10, 9.

עָזַז 1) *firmus, robustus, validus fuit, valuit* (arab. عز *id.*) Ps. 89, 14 (de manu), Prov. 8, 28. בַּעֲזֹז עֲיָנוֹת תְּהוֹם *cum valerent* (h. e. magna cum vi prorumperent) *fontes maris*; it. *robustum, fortem, potentem se praestitit* Ps. 68, 29., *robustum, validum se putavit* Ps. 52, 9. 2) *validus factus est, invaluit* Jes. 30, 2. Ps. 9, 20. Jud. 3, 10. וַתָּעָז יָדוֹ עַל כּוּשָׁן *manus ejus validior facta est Cuschano* i. e. vicit Cuschanum, 6, 2., ellipt. Dan. 11, 12. 3) sq. ל pers. *robur addidit, confirmavit* Eccles. 7, 18 (19.) *sapientia robur addit sapienti*, confirmat sap. Ita jam Ben. Michaelis, cf. arab. عز fut. O. *corroboravit.* — Hiph. הֶעֱזָה *durum, firmum fecit, induravit, obfirmavit*, hinc הֶעֱזָה פָנָיו *obfirmavit faciem* h. e. *pertinax fuit* Prov. 7, 13. (ubi praet. foem. הֶעֱזָה pro הֶעֱזָה). Eod. sensu הֶעֱזָה בְּפָנָיו Prov. 21, 29.

עֹז, in pausa עָז, m. 1) subst. *robur* Gen. 49, 3. 2) adject. a) *durus, asper, saevus* Jes. 19, 4.; עַז־פָּנִים *pertinax* Deut. 28, 50. Dan. 8, 23.; b) *firmus, munitus* Num. 21, 24.; c) *robustus, fortis, validus* Num. 13, 28. Jud. 14, 18.. it. *vehemens, gravis* Exod. 14, 21. Jes. 43, 16. Gen. 49, 7. — Plur. עַזִּים Ezech. 7, 24. Ps. 59, 4., foem. עַזּוֹת Prov. 21, 14. Cant. 8, 6., plur. עַזּוֹת pro neutro *dura, aspera* Prov. 18, 23.

עַזָּה (*valida, munita*, q. d. *Valentia*), Lxx. Γάζα, nom. propr. urbis a Philistaeis habitatae (erat enim una ex quinque urbibus Philistaeorum) Jos. 15, 45. 1 Sam. 6, 15. ad fines terrae israëliticae australes Gen. 10, 19; hinc tribui Judae forte adsignata fuit conf. Relandi *Palaest.* p. 787 sqq. Wineri Lexic. bibl. I, p. 234 sq. — Gentil. עַזָּתִי Jud. 16, 2.

עֹז m. et עוֹז Prov. 24, 5. 31, 17. 25., sequente makkeph עֻזּ־ Jes. 21, 1. 1) a) *robur, potentia* Exod. 15, 13. Ps. 138, 3. Job. 26, 2. (arab. عز); adv. *potenter, vehementer* Jud. 5, 21. 2 Sam. 6, 14.; b) *firmitas* Jud. 9, 51. Ps. 30, 8., it. *praesidium* יְהוָה עֻזִּי *Jova est praesidium meum* Ps. 28, 7. 42, 6. 62, 8. Jer. 16, 19. Jes. 49, 5.; c) sq. פָּנִים *pertinacia* Eccles. 8, 1. — 2) a) *majestas* Dei Hab. 3, 4., hinc אֲרוֹן עֻזּוֹ יְהוָה Ps. 132, 8. *arca majestatis tuae*, in qua majestas tua quasi residet, i. e. arca foederis; eadem simpl. dicitur עֻזּ Ps. 78, 61. coll. 2 Chron. 6, 41.; b) *gloria* Ps. 8, 3. *laus*, hinc יָהַב עֹז לְ *laudes alicui canere* Ps. 29, 1. 68, 35., hinc Exod. 15, 2. Jes. 12, 2. עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *laus mea et carmen est Jova*, hinc denique 2 Chron. 30, 21. כְּלֵי עֹז *instrumenta laudis* h. e. musica, quibus in celebrando Deo utuntur. (Arab. عز et عز *id.*). — Cum affixis עָזִּי Ps. 118, 14. et עֻזִּי Ps. 28, 7. 59, 18., עֻזֶּךָ Exod. 15, 13. Ps. 21, 2. et עֻזֶּךָ Ps. 66, 3. 86, 16. etc., עֻזּוֹ Prov. 10, 15. et עֻזָּהּ Habac. 3, 3., עוֹזְנוֹ (pro עֻזֶּנוּ) Ps. 81, 2., עֻזְּמוֹ Ps. 89, 18. etc.

עֻזִּי nom. propr. virorum satis frequens 1 Chron. 5, 31. 6, 36. 7, 2. 9, 8. Esr. 7, 4. Neh. 11, 22. etc.

עֻזִּיָּהוּ s. עֻזִּיָּה nom. propr. regis Judaeorum, qui in locum Amasiae

patris successit (811—759. a. Chr.) 2 Reg. 15, 30 sqq. Jes. 1, 1. 6, 1. 7, 1. Hos. 1, 1. Am. 1, 1. nec non aliorum 1 Chron. 27, 25. 6, 9. Neh. 11, 4. Cf. עֻזִּיָּה. Lxx. Ὀζίας.

עֻזִּיאֵל nom. propr. virorum satis frequens Exod. 6, 18. Levit. 10, 4. 1 Chron. 4, 42. 7, 7. 25, 4. 2 Chron. 29, 14.; Ὀζιήλ Judith 8, 1.

עֹזֶז m. *robur* Ps. 78, 4. 145, 6., it. *vehementia, gravitas* Jes. 42, 25.

עָזּוּז m. *robustus, fortis* Ps. 24, 8., collect. Jes. 43, 17.

מָעוֹז m. (vi formae) *locus firmus, munimentum* Dan. 11, 7. 10. 19. Jud. 6, 26. Jes. 17, 9. Zach. 9, 3., מָעוֹז יָם *munimentum maris* i. e. Tyrus urbs munitissima in mari sita Jes. 23, 4., אֱלֹהֵי מָעֻזִּים *Deus munimentorum* i. e. rei bellicae Dan. 11, 38., ubi v. Bertholdt. Trop. a) Ps. 60, 9. אֶפְרַיִם מָעוֹז רֹאשִׁי *Ephraim est munimentum capitis mei* h. e. galea quasi mea; b) Prov. 10, 29. מָעוֹז לַתֹּם דֶּרֶךְ יְהוָה *munimentum, arx munita* h. e. asylum *homini integro* est religio, *pietas*. Persaepe Jova appellatur מָעוֹז i. e. *refugium, asylum, praesidium* piorum et afflictorum hominum Jes. 25, 4. Ps. 31, 51. 37, 39. Jer. 16, 19. — Cum affixis מָעֻזִּי Ps. 43, 2., מָעוּזִּי Ps. 31, 5. et sine dagesch 2 Sam. 22, 33., מָעֻזּוֹ Jes. 17, 9., מָעוּזּוֹ Ps. 52, 9. et מָעֻזָּה Dan. 11, 10. Plur. מָעֻזִּים Dan. 11, 38. 39. et מָעוּזִּים, unde in regim. מָעֻזֵּי Dan. 11, 19 Sed de eo, quod Jes. 23, 11. legitur, מְעֻזִּיָּה cf. Gesen. ad h. l. Videtur scribendum מָעֻזִּיָּה (ex chald. pro מָעֻזָּה).

עֻזְנִיָּה aquilae species Levit. 11, 13. Deut. 14, 12. (arab. عُزَّى); vulgo *haliaëtus* intelligitur, ex diverso *aquilarum* coitu natus, teste Plinio L. X. c. 3.; Bochartо in *Hieroz.* P. 2. lib. 2. c. 6, p. 188. est *Valeria*, aquila nigra minor.

עָזַק *fodit*, ut syr. et arab. عزق *fodit* spec. terram lapidosam. In Kal inusit., Pih. עִזֵּק *fodit* solum Jes. 5, 2.

עִזְקָא f. chald. *annulus signatorius* vel ipsum *sigillum* annulo *infossum* sive *insculptum* Dan. 6, 18.

עֲזֵקָה urbs tribus Judae, sita in parte ejus campestri (הַשְּׁפֵלָה) adeoque in regione occidentali inter littus maris magni et montana Judae Jos. 10, 10. 15, 35. 1 Sam. 17, 1. v. Relandi *Pal.* p. 603.

עָזַר 1) *adiuvit, auxiliatus est* (syr. ܥܙܪ et arab. عزر *id.*; de origine significationis conjecturam v. ap. Schultens. in *Clav.* p. 208. et ad Haririi *Cons.* II, p. 110. adde Lette ad *cantic. Deborae* p. 144.) Jes. 30, 7. Zach. 1, 15. עָזְרוּ לָרָעָה *juverunt ad malum*, in malo perpetrando socii fuerunt. *Aliquem juvare, adjuvare* constr. c. acc. Ps. 118, 13. Jes. 41, 6. 10. Ps. 79, 9. 37, 40., vel, in recentioribus maxime libris, cum לְ 2 Chron. 19, 2. 2 Sam. 8, 5. 21, 17. Job. 26, 2., semel c. עִם 1 Chron. 12, 21., et praegnanter cum אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה 1 Reg. 1, 7. וַיַּעְזְרוּ אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה *adiuverunt Adoniam ejus partes secuti*. Partic. עֹזֵר subst. *adiutor, patronus* Ps. 10, 17., *socius* in bello gerendo 1 Reg. 20, 16.; עֹזְרֵי רַהַב *adiutores elationis* h. e. elati, fastuosi, qui suo robore et potentia confidunt Job. 9, 13. — Infin. עָזוֹר Jos. 10, 33., cum praefixo לַעֲזוֹר Jos. 10, 33. et לְעָזוֹר 2 Sam. 8, 5. 2 Chron. 14, 10. Imper. cum affixo עָזְרֵנִי Ps. 109, 26., sed plur. cum affixo עִזְרֵנִי Jos. 10, 4., fut. יַעְזֹר Jes. 50, 7. 9. sed cum affixis יַעְזְרֵנִי (cum schwa simplici), ut Gen. 49, 25. Jes. 44, 2.;

plur. וַיַּעְזְרוּ 1 Reg. 1, 7. — Niph. נֶעְזַר *adiutus est* Dan. 11, 34. Ps. 28, 7., max. *a Deo* 2 Chron. 26, 15., sq. עַל *adiuvari* a Deo *contra aliquem* i. e. *vincere* 1 Chron. 5, 20. (Sic arab. انتصر *adiutus est* a Deo pro *vicit* Coran. 3, 107. 54, 44.). — Hiph. part. מַעְזֵר (ex chaldaismo pro מַעְזִיר); plur. מַעְזְרִים *adiuvantes, auxiliantes* 2 Chron. 28, 23.

II) i. q. עָצַר *clausit*, v. עֶזְרָה.

עֵזֶר m. *auxilium* Exod. 18, 4. Deut. 33, 26. 29., alibi pro concr.: *adiutor* Ps. 33, 20. 70, 6. 115, 9., *adiutrix* Gen. 2, 18. 20. (ubi alii satis jejune vertunt: *virgo nubilis* coll. arab. عذرى). Cum affixo עֶזְרוֹ Ps. 146, 5. et עֶזְרָה Ezech. 12, 14.

עֶזְרָה f. *id.* Ps. 27, 9. 46, 2. Jes. 10, 3. Jer. 37, 7. 2 Chron. 28, 21., in regim. עֶזְרַת Jud. 5, 23.; cum ה paragog. עֶזְרָתָה Ps. 44, 27. 63, 8. 94, 17.

עֶזְרַת f. *id.* Ps. 60, 13. 108, 13.

עֶזְרָא nom. propr. *Esrae* Esr. 7, 1. 11. 12. 12, 1. 13., Ἔσδρας.

עֻזִּיָּה, עֻזִּיָּהוּ nom. propr. a) regis Jud., qui alibi *Usias*, 2 Reg. 14, 21. 15, 1. 23. etc., fortasse per librariorum incuriam ortum ex עזיה; — b) aliorum Jer. 43, 2. Dan. 1, 6. Neh. 3, 23. etc.

עֲזָרָה f. q. d. *clausura, cinctura* (v. rad. n. 2.), hinc 1) *exterius templi atrium*, quo interius et templum ipsum *cingebatur* et *includebatur* 2 Chron. 4, 9. 6, 13. 2) *crepido (Terrasse)* — atria enim templi crepidinum formam referebant — Ezech. 43, 14. 17. 20. 45, 19.

עֲזַר, עֲזִיר, עֲזֵיר (*opem ferat* Deus) nom. propr. oppidi trans Jordan. in tribu Gad. Num. 32, 1. Jos. 13, 25. 2 Sam. 24, 5. 1 Chron. 26, 31., sed Levitis concessi Jos. 21, 39. Prius Amoritarum fuit Num. 21, 32., post exil. tempora Ammonitarum Jer. 48, 32. coll. 1 Macc. 5, 8. Supersunt reliquiae, quas Seetzenius in itinere offendit. De loco vero Jer. 48, 32., ubi יַם יַעְזֵר memoratur, v. Gesen. ad Jes. I, p. 549 sq.

עֵט vid. sub rad. עוט.

עֵטָא chald. vid. sub rad. יעט.

עָטָה Duplex radix fuit: I) *prehendit, manu cepit* (عطى) sq. acc. Jes. 22, 17., sq. אֶל *manus injicere* in aliquid, *invadere* aliquid 1 Sam. 15, 19. 14, 32 (in Keri). Contra Rosenm., qui utroque loco verti jussit: *involare in al.*, v. Gesen. ad Jes. l. c.

II) 1) *texit, operuit* (غطى) sq. עַל Levit. 13, 45. Mich. 3, 7. Ezech. 24, 17. 22. — 2) intrans. a) *operuit se*; עֹטִיָּה part. praes. foem. *cooperta* Cant. 1, 7. i. e. *lugens*, sed alii aliter v. H. Michaelis ad h. l., et Ben. Michaelis in Pottii Sylloge P. II, p. 89; b) *induit (se), indutus est*, sq. acc. 1 Sam. 28, 14. עֹטֶה מְעִיל *pallio indutus, amictus*, alibi translate Ps. 104, 2. *Deus induit lucem sicut togam*, Ps. 109, 19. 29., Jes. 59, 17. *induit, sicut pallium, zelum*, Jer. 43, 12. *induit sibi Aegyptum, sicut pastor induit vestem suam* i. e. totam occupabit facili negotio remque Aeg. prorsus evertet. Fut. c. vau convers. וַיַּעַט Jes. 59, 17. etc. — Hiph. הֶעֱטָה *operuit, texit*, sq. dupl. acc. Ps. 81, 7., sq.

acc. rei et עַל pers. Ps. 89, 46. ubi 2 pers. c. ה paragog. הֶעֱטִיתָה. [מְעֻטָּה, quod nonnulli pro particip. Pyh. habent, v. sub rad. מעט].

מַעֲטֶה m. *amictus* Jes. 61, 3.

עֲטַלֵּף m. *vespertilio* Levit. 11, 19. Deut. 14, 18., propr. *noctivola*, a rad. غطل *caliginosa fuit nox* et עף *volitans*. Aliis est compos. ex synonymis עטף et עלף *texit se*, quia interdiu *sese abscondit* vid. Simon. *Arcan. Form.* p. 660. Plur. עֲטַלֵּפִים Jes. 2, 20.

עָטַן rad. inusit., arab. عطن *a potu in genua procubuit* camelus, *cubuit circa aquam*, مِعْطَنٌ *locus circa aquam ubi cameli procumbunt in genua*. Inde oritur:

עֲטִין m., plur. עֲטִינִים Job. 21, 24. *loca ubi pecudes procumbunt, stationes pecoris*. Ita post R. Jonam et Abenesram Schultensius. Sed Bocharto (Hieroz. I, p. 505.) placuit Syr. et Lxx. auctoritatem sequi, ἔγκατα vertentium coll. syr. ܥܛܡܐ, chald. עֲטִימָא *latus*.

עָטַף 1) *obtexit, operuit* Job. 23, 9. (ubi v. Rosenm. et Umbreit.), hinc *ornavit*, trop. Ps. 73, 6. יַעֲטָף־שִׁית חָמָס לָמוֹ *tegit, ornat eos mundus violentiae*, injuriae (arab. عطف *amicire, induere*, syr. ܥܛܦ *indutus est*, Aph. *induit*), it. *induit* aliquid, *indutus est*, trop. Ps. 65, 14. עֲמָקִים יַעַטְפוּ בָּר *valles induunt frumentum, vestiuntur, amiciuntur frumento*. — 2) metaphorice *elanguit, viribus defecit* (pr. *animo linqui*, quod ubi fit, animus quasi *tegitur* et altis tenebris involvitur, cf. غشى *tegere*, غُشِيَ عَلَيْهِ *deliquium animi passus est*, adde Schultens. *Clav.* p. 264. *Opp. min.* p 241. Schroeder. de *vest. mul.* c. 15.) Ps. 61, 3. 102, 1. Jes. 57, 16. (ubi v. Rosenm.); part. Pahul עטוף *viribus destitutus, languens* Thren. 2, 19., hinc *imbecillis, debilis* naturâ Gen. 30, 42., ubi de *ovibus serotinis* legitur, quae *viribus* sunt *debiliores*. — Niph. *languescere* Thren. 2, 11., ubi infin. c. praefixo בֵּעָטֵף pro בְּהֵעָטֵף. — Hiph. הֶעֱטִיף *languit, viribus defecit*, nisi potius vertendum: *debilem fecit* coitum Gen. 30, 42. — Hithpah. הִתְעַטֵּף *languit*. Dicitur vel *anima* languere Jon. 2, 7. Ps. 107, 5. vel *spiritus* alicujus Ps. 142, 4. בְּהִתְעַטֵּף עָלַי רוּחִי *quando spiritus, animus in me deficit* h. e. quando animus meus frangitur Ps. 77, 4. 143, 4.

מַעֲטָפָה f., plur. מַעֲטָפוֹת *amicula, tunicae* superiores Jes. 3, 22. v. Schroederus de *vest. mulier. hebr.* c. 15. coll. arab. غطاف et معطف *pallium* vel potius *exterior vestis*.

עָטַר *cinxit, circumdedit* (sic chald.) Ps. 5, 13. כַּצִּנָּה רָצוֹן תַּעְטְרֶנּוּ *velut scuto circumdas eum benevolentiâ* h. e. defendis, tueris eum. Noli cum Rosenm. תַּעְטְרֶנּוּ pro fut. Hiph. habere. Alibi *hostili* animo *circumvenit, cinxit* 1 Sam. 23, 26. — Pih. עִטֵּר *cinxit coronâ, coronavit* Cant. 3, 11. sq. לְ pers., alibi trop. Ps. 103, 4. *benignitate et favore aliquem coronare* i. e. ornare, Ps. 65, 12. *annum bonitate coronare* i. e. fertilem reddere (alt. *implere* coll. στέφειν pro πληροῦν v. Oppian. Halieut. 2, 33.), Ps. 8, 6. *gloria et decore aliquem coronare*,

ornare. In his locis omnibus constr. c. dupl. acc. — Hiph. part. f. מַעֲטִירָה *coronam dans* Jes. 23, 8. Ita vocatur Tyrus, quod in multarum coloniarum principes regiam dignitatem conferre solebat v. Gesen. ad h. l.

עֲטָרָה f. 1) *corona* a) regia Esth. 8, 15. Ps. 21, 4. Cant. 3, 11. Ezech. 21, 26. Zach. 6, 11. Hinc *coronam de capite al. auferre* i. e. regia dignitate aliquem exuere 2 Sam. 12, 30. 1 Chron. 20, 2.; b) convivalis Jes. 28, 1. Translate dic. pro ipsa potentia et dignitate, qua quis floret Job. 19, 9. Jer. 13, 18.; it. pro summo decore et ornamento Prov. 12, 4. *mulier -- est mariti corona*, ornamentum, Prov. 14, 24. 16, 31. — In regimine עֲטֶרֶת Ps. 21, 40. Prov. 4, 9. al., plur. עֲטָרוֹת Zach. 6, 11. al. — 2) nom. propr. a) עֲטָרוֹת in tribu Gad Num. 32, 3. 34.; b) עַטְרוֹת אַדָּר in finibus tribus Ephraim Jos. 16, 5. 18, 13., alibi simpliciter עַטָּרוֹת Jos. 16, 2. 7.; c) עַטְרוֹת בֵּית יוֹאָב in tribu Juda 1 Chron. 2, 54. d) עַטְרוֹת שׁוֹפָן in agro Gaditarum Num. 32, 35.

עָטַשׁ rad. inusit., arab. عطس *sternutavit.*

עֲטִישָׁה f. *sternutatio* (poet. de fervore per nasum se exserente) Job. 41, 10.

עִיט *iratus, indignatus est* (arab. غاظ med. Je *id.*, syr. ܥܛ), sq בְּ pers. *indignabundus invectus est in aliq., graviter increpuit* 1 Sam. 25, 14. Inde oritur:

עַיִט m. *fera, bestia rapax* Jer. 12, 9., ad quem l. v. Bochartı Hieroz. II, p. 176., spec. et trop. *avis rapax* Jes. 46, 11., collect. Gen. 15, 11. Jes. 18, 6.; in regim. עֵיט Ezech. 39, 4.

עֵיטָם nom. propr. oppidi 1 Chron. 4, 3. 32. 2 Chron. 11, 6. et rupis Jud. 15, 8. 11. in tribu Jud.

עֵילָם *Elymais*, regio ad maris persici sinum Babyloniam inter et Persidem Gen. 10, 22. 14, 1. Jes. 11, 11. 22, 6. Jer. 25, 25. 49, 34 sqq. Ezech. 32, 24. Dan. 8, 2. v. Michaelis Spicil. II, p. 68. Rosenm. *Alterthumskunde* I, p. 300 sqq.

עֵלָמִי chald., plur. עֵלָמָיֵא *Elamitae* Esr. 4, 9.

עַיִן m. vulgo *aestus, ardor* Jes. 11, 15. a rad. arab. عام (media *Je*) *sitivit*, et per *Gain: sitivit, siticulosus fuit.* Vid. Simon. *Arcan. Form.* p. 179. Sed cum veteres interpretes paene omnes *vehementiae* et *gravitatis* notionem exprimant, vide an praeeunte Abulwalido conferendum sit אָיִם, literis א et ע inter se permutatis.

עַיִן f. (excepto loco Cant. 4, 9. v. infra): 1) a) oculus (arab. عَيْن, chald. עַיִן, syr. ܥܝܢ) Gen. 27, 1. 30, 41. Exod. 21, 24. Levit. 21, 20. Deut. 19, 21. Jud. 16, 21. al., יְפֵה עֵינַיִם *pulcher oculis*, pulchros oculos habens Gen. 29, 17. 1 Sam. 16, 12., בֵּין עֵינַיִם *inter utrumque oculum* h. e. in fronte Exod. 13, 9. Deut. 6, 8. 14, 1. al., לְעֵינֵי פ׳ *ante oculos al.* h. e. inspectante aliquo, coram aliquo Gen. 42, 25. Exod. 4, 30. Jes. 13, 16. Ps. 118, 23. al., בְּעֵינֵי פ׳ eod. sensu 1 Sam. 12, 17. 2 Sam. 3, 36., פָּקַח עֵינֵי פ׳, הָסַב עֵינָיו, נָשָׂא עֵינָיו etc. v. sub his vv.; Zach. 9, 1. לַיהוָה עֵין אָדָם *Jovae est oculus hominum (ein Auge für die Menschen),*

in homines conversus. De בַּת עַיִן v. sub voc. בַּת. Ceterum huc pertinet etiam עַיִן בְּעַיִן Num. 14, 14. Jes. 52, 8. *oculo ad oculum* converso, oculis sibi invicem oppositis i. e. *de facie*. — Metaphorice *oculus vini* est *bullula vini* Prov. 23, 31. — Meton. *vultus* Job. 16, 9. Cant. 4, 9. (v. Gesen. L. p. 470.), maxime, qui est animi index; huc spectant solennes aliquot formulae, ut עֵינַיִם רָמוֹת *oculi superbi* Ps. 18, 28. Prov. 6, 17., רַע עַיִן *malus oculis* i. e. *invidus* (cf. Bohlen. Symb. p. 42.) Prov. 28, 22., טְהוֹר עֵינַיִם *mundus oculis*, mente pura, casta Hab. 1, 13., טוֹב עַיִן *bonus oculo* i. e. benignus Prov. 22, 9., שִׁית עֵינוֹ *oculos suos convertere* in aliq. v. sub שׂוּם; עֵינַי תַּחַס עַל v. sub חוּס, הֵאִיר עֵינַיִם sub אוּר. Alibi *oculus mentis* h. e. attentio animi significatur, ut בְּעֵינֵי פ *judice aliquo*. Job. 11, 4. 1 Sam. 26, 24. Deut. 31, 29. Gen. 19, 14. al., מֵעֵינֵי פ *inscio aliquo* Num. 15, 14. Hinc, qui aliis prospicit eosque ducit, appellatur *eorum oculus* Num. 10, 31. Job. 29, 15. — b) id quod in oculos incurrit, cernitur, *adspectus, species* al. rei (lat. etiam *facies*, graec. ὄμμα dicitur) Num. 11, 7. עֵינוֹ כְּעֵין הַבְדֹלַח *adspectus, species ejus* (mannae) fuit *ut species bdellii* Levit. 13, 5. (ubi v. Rosenm.), Dan. 10, 6. Ezech. 1, 4 sqq. Spec. *superficies* (id quod oculis obvertitur) Exod. 10, 5. Num. 22, 5. 11. Lxx. ὄψις. — In regim. עֵין Exod. 21, 26., c. affixis עֵינוֹ Deut. 28, 54., dual. עֵינַיִם, in regim. עֵינֵי rel.

2) *fons* (arab. عَيْن, syr. ܥܝܢܐ) Gen. 16, 7. Num. 34, 11. 1 Sam. 29, 1. Neh. 2, 14. etc. Cum nomm. propriis: עֵין חֲרוֹד fons prope oppid. *Charod* non longe a Jesreele et monte Gilboa Jud. 7, 1. coll. 23., עֵין רֹגֵל fons in confiniis trib. Jud. et Beniam., non procul ab Hieros. Jos. 15, 7. 18, 16. 2 Sam. 17, 17. 1 Reg. 1, 9. cf. Joseph. Antt. 7, 11., עֵין הַנִּין fons Hierosol. Neh. 2, 13. Cum he paragog. עֵינָה *ad fontem* Gen. 24, 16. Plur. עֵינוֹת Deut. 8, 7. 2 Chron. 32, 3., in regim. עֵינוֹת Exod. 15, 27. Num. 33, 9. — Magna apud orientales populos fontium gratia (B. Michaelis *de oecon. patriarch.* §. 15.), unde pagi ad fontes condebantur et fontes pagis et villis saepissime nomen dederunt (v. etiam Servius ad *Virgil. Georg.* II, 382. Festus in voce *Pagi*. Simonis *Onomast.* p. 226.). Occurrit 1) עֵין גְּדִי *(fons hoedi)* vicus in tribu Jud. ad australe maris mortui litus Jos. 15, 62. 1 Sam. 24, 1. Cant. 1, 14. etc., alibi חֲצֹצוֹן תָּמָר. 2) עֵין גַּנִּים urbs a) in planitie tribus Judae Jos. 15, 34. et b) in tribu Issaschar Jos. 19, 21. 21, 29. v. Relandi *Palaest.* p. 762. 3) עֵין דּוֹר urbs Manassitarum, sed extra regionem tribui eorum attributam; Eusebio ad montem Tabor, 4 milliar. inde distans. Jos. 17, 11. Relandi *Palaest.* p. 762. 4) עֵין חַדָּה urbs in tribu Issaschar Jos. 19, 21. Relandi *Palaest.* p. 761. 5) עֵין חָצוֹר urbs in tribu Naphthali Jos. 19, 37. Reland. p. 762. 6) עֵין מִשְׁפָּט, alio nomine קָדֵשׁ (quod vide) Num. 20, 12. 27, 14. Reland. p. 764. 7) עֵין עֶגְלַיִם oppidum Moabit. in septentrionali maris mortui litore Ezech. 47, 10. 8) עֵין רִמּוֹן urbs in australi parte tribus Judae Jos. 15, 32. Num. 34, 11. Reland. p. 554. coll. p. 764. 9) עֵין שֶׁמֶשׁ urbs in finibus Judae v. Reland. p. 764. 10) עֵין תַּפּוּחַ urbs in finibus Manassis Jos. 17, 7. — Adde a) עֵין *α*) oppid. in Palaestina meridion., Judaeis Jos. 15, 32., deinde Simeonitis Jos. 19, 7. assignatum, posthac Levitis concessum Jos. 21, 16.; *β*) in Palaest. septentr. Num. 34, 11. v. Wineri Lexic. bibl. I, 28. b) עֵינָם, עֵינַיִם oppidum in tribu Jud. haud procul ab Hebrone Gen. 38, 14. Jos. 15, 34. v. Reland. p. 716.

Si hujus voc. significationum altera ex altera nata est (cf. pers. چشم *oculus* et چشمه *fons*), nobis quidem princeps videtur *fontis* notio, *oculi* vero translata (cf. πηγή).

עַיִן com. chald. *oculus*, in regim. עֵין Esr. 5, 5., plur. עֵינִין Dan. 7, 8. 20., in regim. עֵינֵי Dan. 7, 8., cum affixo עֵינַי Dan. 4, 31.

עַיִן m. *obliquis*, torvis *oculis adspiciens, invidiose observans* 1 Sam. 18, 9. in Kri (Cthib habet עֵנָן). Arab. عَيِنٌ *id.*

מַעְיָן m. propr. *locus ubi aqua fontis profluit, scaturigo* Ps. 84, 7., *fons* ipse (syr. ܡܥܝܢܐ *id.*) Levit. 11, 36. Ps. 74, 15. Prov. 25, 26. Cant. 4, 12. Joël. 4, 18. In regim. מַעְיַן Jos. 15, 9. 2 Reg. 3, 25., unde cum ו paragog. מַעְיָנוֹ Ps. 114, 8. (v. Ewald. Gram. p. 376 sq.), sed cum affixo מַעְיָנוֹ Hos. 13, 15. Plur. a) מַעְיָנִים Ps. 104, 10., in regim. מַעְיְנֵי 1 Reg. 18, 5. Jes. 12, 3.; b) מַעְיָנוֹת Prov. 8, 24. Jes. 41, 18. 2 Chron. 32, 4., in regim. מַעְיְנוֹת Gen. 7, 11. 8, 2.

עָיַף *languit, viribus defecit, defatigatus est* (i. q. יָעַף) Jer. 4, 31. [Sed וַיֵּעָף Jud. 4, 21. 1 Sam. 14, 28. v. sub rad. עוף].

עָיֵף m., עֲיֵפָה f. *languens, viribus deficiens, fatiscens, fessus* (sab. כעפת) Gen. 25, 29. 30. Deut. 25, 18. 2 Sam. 17, 29. Jes. 5, 27., metaph. *de terra arida* Ps. 63, 2. 143, 6. Jes. 32, 2. Sic *fatiscere* de tellure et area prae ariditate rimas agente dixit Virgil. Georg. I, 180. II, 249.

עֲיָפָה f. vid. supra sub rad. עוף.

עִיר I) i. q. arab. عَيِرَ *abiit, effugit, huc illuc vagatus est*, v. nom. עַיִר. — II) i. q. arab. غَارَ med. Vau *ferbuit, aestuavit, zelotypia laboravit*, v. nom. עֵר et עִיר.

עַיִר m. propr. *asellus* (ita tamen adultus, ut jam onera portare vel aratrum trahere possit Jes. 30, 6. 24.) Zach. 9, 9., עַיִר פֶּרֶא *pullus asini sylvestris, latisio* Job. 12, 12.; — deinde *asinus* quivis, max. nobilior Jud. 10, 4. 12, 14. Jos. 30, 24., arab. عَيْرٌ et غَيْرٌ *asinus domesticus* et *sylvester*. Sic dictus primus videtur *asinus sylvester* a *velocissimo* et *fervidissimo cursu*. Cum affixo עִירָהּ Gen. 49, 11., plur. עֲיָרִים Gen. 32, 15., semel עֲוָרִים (tanquam ab עָוַר) sec. Cthib Jes. 30, 6., ubi tamen Kri habet עֲיָרִים.

עַיִר m. *inimicus, hostis* (ab עִיר n. 2., quanquam possit etiam chald. more pro צַר dictum esse). Cum affixo in pausa עָרְךָ 1 Sam. 28, 16., plur. עָרִים Ps. 139, 20.

עַיִר m. chald. *id.* Dan. 4, 16.

עִיר m. *aestus animi* h. e. *pavor* (cf. nostr. *Angstschweiss*) Jer. 15, 8., ubi copulatur cum בֶּהָלוֹת; Lxx. τρόμος. Ita post Schroederum (Observatt. p. 34.) nuper etiam Rosenm. Sed in loco Hos. 11, 9. אָבוֹא בָעִיר non est, quod a trita voc. עִיר significatione recedas: verborum sensus hic esse videtur: *non venio, venire soleo in urbes* h. e. non sum ex oppidanorum numero, non sum homo v. Rosenm. ad h. l.

עִיר f. *urbs, civitas* Gen. 4, 17. Levit. 25, 29. Num. 20, 16. etc. [Unde *urbis* notio fluxerit, non constat. Alii a *fervore* (v. rad. עִיר 2.) repetunt, quoniam Latinis etiam *fervere* dicuntur loca, quae magna hominum frequentia celebrantur. Sic etiam Arab. غَيْر *fervorem* dicunt pro *turba hominum fervido motu* concitata; alii, ut Vriemoet in Annot. ad *Specim. Arab.* p. 182. et ad *Dicta class. V. T.* P. II, p. 45. ac Michaelis ad *Paraphras. poët. Ecclesiastae* 10, 15. derivant a rad. arab. غير *catervatim iter fecit per varias terras,* unde עִיר *hominum sic iter facientium cohors* (*Caravanam* vulgo vocant), alii denique a *caverna,* quoniam homines in speluncis primitus habitabant. Sed satius est ab his talibus argutiis abstinere, etiamsi non credibile sit, nomen עִיר ex primitivorum numero esse]. *Urbs alicujus* est vel *patria* (urbs) ejus Gen. 24, 10. Jud. 8, 27. 1 Sam. 20, 6. 2 Sam. 17, 23. vel in qua quis habitat Deut. 19, 12. Jos. 20, 6.; urbs regis est *regia (Residenz)* Gen. 36, 35. 39.: spec. עִיר דָּוִד est *Sion* 2 Sam. 5, 7. v. sub voc. דָּוִד; עִיר אֱלֹהִים Ps. 46, 5. 48, 2. 87, 3., עִיר הַקֹּדֶשׁ Jes. 52, 1. Neh 11, 1. Dan. 9, 24. *Hierosolyma,* templi et sacrorum Israel. sedes; eadem appellatur עִיר יְהוּדָה *urbs* (τὸ ἄστυ) *Judaeae* 2 Chron. 25, 28. — אַנְשֵׁי הָעִיר *oppidani* Gen. 19, 4., יֹשְׁבֵי הָעִיר *id.* Gen. 19, 25. Zach. 8, 21. — Cum ה *locali* עִירָה *in urbem* Gen. 44, 13. Jos. 6, 20.; plur. עֲיָרִים Jud. 10, 4. (ubi paronomasiae causa cum עֲיָרִים *pulli asinini* componitur), alibi semper עָרִים, quod vid. in seq. עָר.

Cum עִיר junguntur varia nomina appellat. ad formanda urbium nomina: 1) עִיר הַמֶּלַח *(urbs salis)* oppidum in deserto Judae Jos. 15, 62. 2) עִיר נָחָשׁ *(urbs serpentum)* in tribu Juda 1 Chron. 4, 12. 3) עִיר שֶׁמֶשׁ *(urbs solis)* in tribu Dan Jos. 19, 41. 4) עִיר הַתְּמָרִים *urbs palmarum,* alibi Jericho, a palmarum copia, Deut. 34, 3. Jud. 1, 16. 2 Chron. 28, 15. v. Relandi *Palaest.* et Simonis *Onomast.* — De עִיר הַהֶרֶס Jes. 19, 18. v. sub n. חֶרֶס.

עָר i. q. עִיר *urbs,* sed sing. non occurrit, nisi in nom. propr. עָר מוֹאָב *urbs Moabitarum* i. e. *Areopolis* ad fl. Arnonem Num. 21, 28. Jes. 15, 1., pro quo tamen bis simpl. עָר Num. 21, 15. Deut. 2, 9. — Plur. עָרִים *urbes* Num. 35, 2. Deut. 1, 28., in regim. עָרֵי Gen. 19, 20. Exod. 1, 11., c. affixo עָרֵיהֶם Levit. 25, 34. 1 Chron. 19, 7.; עָרֵי sq. nom. urbis passim significat oppida urbi alicui vicina Jos. 13, 7. Jes. 17, 2. v. Gesen. L. p. 676.

עַיִשׁ vid. sub עָשׁ, infra suo loco.

עַכָּבִישׁ m. *aranea* (عَنْكَبُوتٌ, chald. עַכּוּבִיתָא) Job. 8, 14. Jes. 59, 5.,

compos. ex arab. عَكَبَ *agilis fuit, celeriter egit,* et عكش *telam texuit araneus,* q. d. *agilis textor.* Sic Schultens. in *Clave dialect.* p. 323. et in *Commentar.* ad Job. l. c. Aliam derivationem, minus probabilem, suasit Bochartus in Hieroz. P. 2. lib. 4. c. 23. p. 603.

עַכְבָּר m. *mus* agrestis Levit. 11, 29. Plur. עַכְבָּרִים, in regim. עַכְבְּרֵי 1 Sam. 6, 4. 11. 7, 18. In loco Jes. 66, 17., ubi homines *mures* comedisse dicuntur, plurimi intelligunt *murem jaculum (Jerboa),* quae

Arabib. عكبر vocatur v. Bochart Hieroz. I, p. 1017. et Oedmann. Samml. II, 3.

עַכּוֹ urbs in finibus tribus Asser ad mare mediterraneum, sed a Phoenicibus habitata, cum portu celeberrimo Jud. 1, 31. (Mich. 1, 13.?), Graecis Ἄκη, frequentius *Ptolemais*. Conferunt arab. عكّة *fervor caloris, arena fervens solis aestu.*

עֶכֶס m. *compes* (arab. عكس *funis*, qui a collo cameli religatur ad anteriorem pedem, ab rad. عكس *invertit, torsit*) Prov. 7, 22. (ubi כְּעֶכֶס noli vertere: *sicut in compedibus*) v. Umbreit. ad h. l.; plur. עֲכָסִים Jes. 3, 18., spec. *periscelides feminarum* h. e. annuli aurei vel argentei vel eburnei, quibus mulieres in oriente pedum tales ornant (graec. περισφύρια) v. Maius in *Observatt. S.* L. II, p. 109 sq. B. Michaelis in Pottii Sylloge II, p. 90. Schroederus de *Vestitu mulierum hebr.* c. 1. Hartmann. Hebr. III, p. 218. Inde oritur verbum denominativum:

עָכַס Jes. 3, 16. *ornavit se istiusmodi compedibus*, vel, ut Gesenius ostendit ad h. l., *tinnivit* inter eundum *istis compedibus*. Ea enim re magnopere delectantur mulieres orientales.

עָכַר *turbavit, perturbavit* (arab. عكر intrans. *turbulentus, foeculentus fuit*), hinc translate *moerore affecit* Jud. 11, 35. et paullo gravius: *calamitatem, cladem intulit* alicui Jos. 7, 25. Gen. 34, 3. 1 Reg. 18, 17. 1 Chron. 2, 7. Jud. 11, 35. Prov. 11, 17. עֹכֵר שְׁאֵרוֹ אַכְזָרִי *conturbat carnem suam* (sibimet ipsi nocet) *crudelis* (qui est erga alios crudelis) v. Ben. Michaelis ad h. l., v. 29. עֹכֵר בֵּיתוֹ יִנְחַל רוּחַ *conturbans domum suam* (h. e. injuriam inferens familiae suae) *hereditabit ventum* h. e. felici rerum suarum successu carebit. Fut. יַעְכֹּר, unde cum affixo יַעְכְּרֶךָּ Jos. 7, 25. — Niph. נֶעְכַּר *commotus, excitatus est* (dolor) Ps. 39, 3., it. *perturbatus est, perit* Prov. 15, 6. בְּתְבוּאַת רָשָׁע נֶעְכָּרֶת *in proventu impii conturbatum* (perturbatio) est h. e. natura sua et indole ita comparatae sunt opes male partae, ut facile dissipentur.

עָכוֹר m. (pr. *conturbans* v. Gesen. L. p. 487.) nom. propr. vallis haud procul ab Hierichunte Jos. 7, 24. 26. coll. v. 25. et 6, 18.

עַכְשׁוּב m. *aspis* Ps. 140, 4., a rad. عكس *retorquere per circulos et gyros*, ut cum capite ad caudam obverso serpens in spiram se colligit; littera ב in fine adscita, ut in כַּרְכֹּב et aliis (v. Gesen. L. p. 865.) cf. Bochart *Hieroz.* P. II, p. 379.

עַל vid. sub rad. עלה.

עַל vid. sub rad. עלל.

עֲלָא chald. vid. post עַל.

עֶלֶג m. *balbus, balbutiens*, a rad. inusit. עלג *balbus fuit*, unde Syri ferunt ܥܠܓ *balbus*, Arabes علك *balbus fuit, balbutivit*, nisi ma-

lis conferre عِلْجٌ *barbarus*, qui dum impedite loquitur quasi balbutit.

Plur. עִלְּגִים Jes. 32, 4.

עָלָה ascendit (arab. علا *sublimis, excelsus, elatus fuit, ascendit*) 1) propr. (in montem, tectum etc.) Exod. 19, 3. 24. 24, 9. 1 Sam. 14, 10., sq. עַל loci Jos. 2, 8. Jes. 14, 14., sq. לְ Jes. 22, 1., sq. בְּ Cant. 7, 9., sq. acc. Gen. 49, 4. Jud. 9, 48. Prov. 21, 22. 30, 4. Longe frequentius latiore sensu dicitur, de iis, qui ex depressiore loco in sublimiorem regionem pergunt et quidem a) in regionem naturâ editam Deut. 1, 41.; hinc est, quod *ascendere* dicuntur, qui in terram Cananiticam sive ex Philistaea 1 Sam. 14, 46., sive ex Arabia Num. 13, 18, sive ex Syria 1 Reg. 15, 19., sive ex Aegypto Exod. 1, 10. Gen. 44, 24. 45, 25., sive ex Babylonia Esr. 2, 1. Neh. 7, 6., seu denique ex Assyria Jes. 36, 1. 10. proficiscuntur, qui ex terra Amorit. regionem Basan. petunt Num. 21, 33., qui urbem aliquam intrant (v. ירד) Jud. 8, 8. 20, 19. 1 Sam. 9, 11., qui in desertum abeunt Job. 6, 18. (deserta enim in mediis terris procul a mari et fluminibus esse solent); b) in locum *dignitate* sua sublimiorem Prov. 25, 7. (cf. vern. *auf die Universit. gehen, auf die Schule bringen*); hinc *ascendere* dicuntur, qui in portam i. e. forum urbis procedunt Num. 16, 12. Deut. 17, 8. Ruth. 4, 1. Jud. 4, 5., qui ad principem Num. 16, 12. 14. vel judicem Joël. 4, 12. Jud. 20, 3. coll. 1. tendunt, qui ad tabernaculum sacr. pergunt Exod. 34, 23. 1 Sam. 10, 3., qui Hierosolyma proficiscuntur 1 Reg. 12, 27. 28. Esr. 7, 6. 7. Zach. 14, 16., quanquam haec urbs et ipsa in loco edito posita fuit et ab Hebraeis reliquo terrarum orbe excelsior censebatur (Ezech. 5, 5. v. Rosenm. *Alterthumsk.* I, p. 150 sq.); ita ἀναβαίνειν Mt. 20, 18. Act. 18, 22. Denique *res* etiam *inanimatae* ascendere dicuntur, ut fumus Gen. 19, 28. Exod. 19, 18., vapor Gen. 2, 6., aurora Gen. 19, 15. Jos. 6, 14. 1 Sam. 9, 26., ira (fumi instar) Ps. 18, 9. coll. Eccles. 10, 4., it. sors, quae ex urceo exit Levit. 16, 9. Jos. 18, 11. (v. יָצָא), nec non via sursum tendens Jud. 20, 31. 21, 19. 1 Chron. 26, 16., regio assurgens, attollens se Jos. 16, 18., max. planta progerminans et crescens (graec. ἀναβαίνειν) Am. 7, 1. Gen. 40, 10. 41, 22. Hos. 10, 8. Jes. 53, 2. al. (hinc עוֹלֶה *id quod* e terra provenit, *proventus*). Paullo audaciora haec sunt: Levit. 19, 19. *vestis* לֹא יַעֲלֶה עָלֶיךָ *non ascendat in te* (fere, ut nos: *an den Leib kommen*) i. e. ne induas vestem, Jud. 16, 17. מוֹרָה לֹא עָלָה עַל־רֹאשִׁי *novacula in caput meum non adscendit* i. e. non admota est capiti meo, Jer. 48, 15. עָרֶיהָ עָלָה *ascendet* sc. igne h. e. comburetur, incendio haurietur *urbs ejus* cf. Jud. 20, 40. (sim. nostrates: *in Feuer aufgehen*), 1 Reg. 18, 36. בַּעֲלוֹת הַמִּנְחָה cum *ascenderet* in altare, cum offerretur *sacrificium*. — Per hypallagen עָלָה transfertur ad ea, in quibus aliquid adscendit (cf. הָלַךְ, et *fluere aliqua re*) ut Prov. 24, 31. עָלָה כֻלּוֹ קִמְשׁוֹנִים *totus ille spinis ascendit*, horret, opertus est, Jes. 5, 6. עָלָה שָׁמִיר *abundat vepribus*, Jes. 34, 13. Am. 8, 8. עָלְתָה כָאֹר כֻּלָּהּ i. e. *inundabitur tota* terra *velut Nilo*, ubi v. Rosenm.

2) trop. a) i. q. *invaluit, incrementum cepit, auctus est* Ps. 74, 23. 1 Reg. 22, 35. וַתַּעֲלֶה הַמִּלְחָמָה *invaluit proelium* h. e. acrius pugnari coeptum est; sq. עַל Deut. 28, 43. יַעֲלֶה עָלֶיךָ *superabit te* (opulentia). Huc referunt nonnulli etiam Gen. 49, 9., ubi tamen עָלָה de *victore*

e certaminis campo discedente (coll. 1 Sam. 14, 46.) dictum est; b) עָלָה עַל לֵב *in mentem venire* Jes. 65, 17. Jer. 3, 16. 7, 31. 19, 5. al. cl. ἀναβαίνειν εἰς τ. καρδίαν Act. 7, 23. 1 Cor. 2, 9.; c) i. q. *evanuit, ablatus est* Job. 5, 26. 36, 22 (20); d) 1 Chron. 27, 24. לֹא עָלָה הַמִּסְפָּר *non relatus est* in tabulas *numerus* v. infra Hiph. — Fut. וַיַּעַל, apoc. וַיַּעַל Gen. 44, 33. Jos. 7, 3.

Niph. נַעֲלָה 1) *elevatus, exaltatus est* Ps. 47, 10. 97, 9 (de Deo), it. *sublatus est, in sublime latus est,* ascendit Exod. 40, 36. Num. 9, 21. 2) in sublimiorem regionem *adductus est* Esr. 1, 11 (e Babylonia in Judaeam). 3) *sublatus discessit* Ezech. 9, 3., et gener. *discessit, abiit* 2 Sam. 2, 27., it. *discedere, abire coactus, jussus est* Num. 16, 24. 27. Jer. 37, 11. [De loco Ezech. 36, 3. v. sub עָלַל].

Hiph. הֶעֱלָה (semel הַעֲלָה Hab. 1, 15.) *adscendere fecit* Jos. 2, 6 (in tectum), Gen. 37, 28 (e fovea), hinc *eduxit* e regione depressiore in altiorem 2 Sam. 2, 3., spec. ex Aegypto in Palaestinam Jud. 6, 8. Mich. 6, 4. 2 Reg. 17, 36. 1 Sam. 8, 8.; *adduxit* Ezech. 26, 3. הַעֲלֵיתִי עָלַיִךְ גּוֹיִם רַבִּים כְּהַעֲלוֹת הַיָּם אֶת גַּלָּיו *(ascendere, surgere faciam) adducam adversus te multas gentes, ut mare ascendere facit fluctus suos,* vel, *ut mare ascendere facit* aquas suas *in fluctus;* de rebus inanimatis: *attulit* (in locum editum) 1 Sam. 2, 19. 6, 21. 2 Sam. 6, 15., *imposuit* lucernas candelabro Exod. 25, 37. 27, 2. 40, 4., *obtulit* sacrificium Jes. 57, 6., max. holocaustum Levit. 14, 20. Jud. 6, 26. 11, 31. 1 Sam. 6, 14., *induit (anlegen)* vestem alicui Am. 8, 10. וְהַעֲלֵיתִי עַל־כָּל־מָתְנַיִם שָׂק *induam cilicium omnium lumbis.* — Trop. a) Ezech. 14, 3. הֶעֱלוּ גִלּוּלֵיהֶם עַל לִבָּם *ascendere fecerunt idola sua in animum suum* h. e. nihil cogitant, nisi idola, toto animo ea colunt; b) i. q. *abstulit* Ps. 102, 25.; c) i. q. *detulit* in tabulas 1 Reg. 9, 21. — Praet. cum affixo הַעֲלָךְ Neh. 9, 18., foem. c. affixo הַעֲלָתַם Jos. 2, 6., 2. p. הַעֲלִית, et הַעֲלִית, cum vau convers. וְהַעֲלִית Exod. 40, 4. et וְהַעֲלִית Deut. 27, 6., 2. plur. cum affixo fit הַעֲלִיתֻנוּ Num. 20, 5. 21, 5. Part. מַעֲלֶה, cum affixo מַעֲלֵיכֶם Jes. 63, 11. pro מַעֲלֵכֶם, infin. absol. הַעֲלֵה Ezech. 23, 46. constr. הַעֲלוֹת Jos. 22, 23. Imper. הַעֲלֵה, per apocopen הַעַל Exod. 8, 1. 33, 12. Fut. יַעֲלֶה Levit. 17, 8. 1 Sam. 2, 14., cum vau convers. וַיַּעַל Gen. 8, 20. Exod. 40, 28. 29. — Hoph. הָעֳלָה (pro הָעֳלָה) *oblatus est* Jud. 6, 28. it. *inscriptus, relatus est* 2 Chron. 20, 34. *abductus est* Nah. 2, 8. — Hithp. fut. per apocop. יִתְעַל (pro יִתְעַלֶּה) *extollit, effert se* Jer. 51, 3.

עַל m. *superus, supremus* Hos. 11, 7. אֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ *ad supremum* (h. e. ad res divinas) *revocant eum* (populum). Hinc est pro adv. *sursum* Hos. 7, 16., *supra* 2 Sam. 23, 1. De מֵעַל v. sub seq. voc.

עַל. Primaria hujus vocis, quae graeco et ὑπὲρ et ἐπὶ respondet, significatio in eo posita est, ut aliquid super aliqua re esse vel super aliquam rem aut in ejus superficiem ferri declaret, vertique potest 1) super *(über, darüber hin), avis volat super terra* Gen. 1, 20., *sol oritur super terram* Gen. 19, 23., *salire super montes (über die Berge hin)* Cant. 2, 8., *concremaverunt munimenta super eos (ihnen über d. Kopfe)* Jud. 9, 49., add. Num. 9, 15. Ps. 29, 3. Job. 18, 6. Levit. 16, 21. Ita dicitur etiam de his, quae, cum *juxta* aliquid sint, tamen paullulum *eminent,* ut *stare super fonte* vel *fluvio* Gen. 16, 7. Cant. 5, 12. Dan. 8, 2. Exod. 14, 2. Jud. 5, 19. (ut graec. ἐπὶ ποταμοῦ,

solum enim, in quo consistimus, altius est ipso fonte et fluvio). Sim. Liv. dixit: *super flumen instruit aciem.* Atque huc revocabis eos locos, ubi *ante* significare videtur; scilicet quod *ante* aliquid est, hoc informabant sibi Hebraei tanquam *superius, als oberhalb des andern sich befindend,* Gen. 18, 2. 1 Sam. 1, 9. 25, 24. Deinde vero עַל passim non est, nisi *prope, ad* Gen. 24, 40., *apud* Job. 30, 2. Ps. 7, 11. 62, 8. coll. Esth. 3, 9., ubi per dativ. reddi potest. — 2) *auf, an,* in, et cum abiat. 2 Sam. 2, 4. *cubare* עַל־מִשְׁתּוֹ *in lecto suo (auf s. Bette),* 2 Reg. 18, 21. *niti in scipione,* Gen. 24, 30. *ornatus in manibus (an d. Händen),* Ezech. 9, 4. *in fronte* add. Gen. 6, 12. Jon. 4, 2. Prov. 20, 8. 22, 18. Jes. 57, 2. 58, 14. Job. 17, 16. Cant. 8, 5., et cum acc. 1 Reg. 20, 33. *tollere in currum,* Gen. 27, 21. *inclinare se in lectum,* Jud. 7, 6. *provolvere in genua,* Gen. 41, 40. *osculari in genas,* Deut. 17, 18. *scribere* עַל־סֵפֶר, Gen. 40, 11. *dare in manum (auf die Hand),* Jud. 11, 29. *spiritus delapsus est in aliq.* Jer. 5, 12. etc. Ita passim de *conversione* in locum celsiorem dicitur, ut 1 Reg. 1, 20. *oculi Isr. ad te* (Jovam) *sunt conversi,* Exod. 9, 22. Ps. 18, 42. Jer. 24, 6. Atque huc pertinent omnes fere loci, ubi עַל pro אֶל collocatum putant; etenim significatur motus aut conversio in locum vel natura excelsiorem vel quem sibi homines sublimiorem (dignitate) fingunt Gen. 38, 12. 2 Sam. 15, 4. 2 Reg. 25, 20. Neh. 6, 3. Am. 3, 9. Mich. 4, 1. Jes. 22, 15. etc., nec obstat, quod passim in consimilibus formulis mox אֶל mox עַל legitur (Ps. 42, 2. coll. Joel. 1, 20., Ps. 18. 42. coll. 42, 2.); ibi enim עַל propriam sedem habet, אֶל vero, tanquam generalius voc., pro angustiore recte poni potest. Sed in recentioribus tamen libris, max. ap. Jerem., non negamus עַל pro אֶל passim positum reperiri cf. Jer. 19, 15. 25, 2. 26, 15. 27, 19. 28, 8. etc. — Ceterum, quo modo עַל cum verbis *tegendi tuendique* copuletur (v. כסה, סכך, עטה), id facile est ad indicandum, et nostrates quoque dicunt: *decken auf, über.*

Translatae hujus praeverbii significationes ad duo genera redeunt: 1) longe plurimae proficiscuntur ab ista *τοῦ εἶναι ὑπὲρ* (*ἐπί*) *τινός* vel *φέρεσθαι ἐπί τι* notione. Etenim עַל indicat a) *officium,* quod alicui incumbit, ut עָלַי לָתֵת *meum est dare* 2 Sam. 18, 11. 1 Reg. 4, 7. Neh. 13, 13. 1 Chron. 9, 27. Ps. 56, 13. cf. arab. عَلَيَّ in Abulf. Annall. I, p. 216. Cor. 13, 40., הַרְבּוּ עָלַי נִאוּד מֹהַר *imponite mihi* h. e. imperate mihi *plurimas dotes* (poscite a me plur. d.) Gen. 34, 12. Jam vero, cum officium tanquam onus cogitetur, factum est, ut עַל dicatur etiam de his, quae alicui taedium, molestiam afferunt Jes. 1, 14. cf. כבד, קלל; b) *potestatem,* quae in aliq exercetur, ut מָלַךְ עַל Ps. 47, 9., שִׂים עַל (*setzen über,* lat. *ponere super* rationes ap. Quintil.) Gen. 41, 33. 1 Sam. 15, 17., כָּתַב עַל (*vorschreiben*) 2 Reg. 22, 13. Ps. 40, 8., צִוָּה עַל Gen. 2, 16.; c) *materiem,* unde vivitur Deut. 8, 3. Gen. 27, 40. coll. Jes. 38, 16., ut graec. ζῆν ἐπὶ τ. Nam alimenta *sustentant* vitam, sunt vitae quasi fundamentum; d) *caussam* et *rationem,* propter quam aliquid fit 1 Sam. 4, 13. *timebat propter arcam foederis,* Ps. 44, 23. *propter te occidimur,* Ruth. 1, 19. *commovebatur civitas super ea* (adventante muliere), Levit. 4, 3. *victimam offerre propter peccata* h. e. ad expianda peccata, Gen. 26, 7., עַל־מָה *cur* Job. 13, 14. Jer. 9, 11. Hinc sexcenties copulatur cum verbis *gaudendi, lugendi* (ubi *de* verti potest) Am. 6, 6. 2 Chron. 7, 10. Job. 27, 10. 14, 22. Nec multum abhorrent formulae: *mori pro filiis* (propter fil.) Deut. 24, 16.,

precari pro Job. 42, 8., *pugnare pro* 2 Reg. 19, 3., quanquam hae possunt etiam ad *tuendi* notionem revocari, v. supra, cf. graec. ὑπέρ, ut θύειν ὑπὲρ τινός, θάνατος ὁ ὑπὲρ Ἑλλάδος etc.; e) id, *de* quo audimus vel dicimus Gen. 41, 15. שָׁמַעְתִּי עָלֶיךָ *audivi de te*, Jes. 37, 9. Jud. 9, 3. Esr. 5, 17. 2 Chron. 24, 6. Lat. etiam dicunt: *loqui super aliqua re*, nam id, de quo loquimur, est quasi fundamentum, in quo oratio nititur. Paullo aliter nostrates: *reden über eine Sache* h. e. *darüber hin, sprechend sich gl. darüber hin bewegend*; f) animi mentisque conversionem ad vel in aliq. Prov. 17, 4. Dan. 11, 37., hinc est *erga* Gen. 19, 16. 1 Sam. 20, 8. 1 Reg. 3, 26. Esr. 6, 22. et *contra* Jer. 11, 19. Ezech. 5, 6. 29, 2. Zach. 10, 3. Mal. 3, 13. etc.; g) *normam*, ad quam aliquid exigitur Exod. 17, 1. Ps. 110, 4. *sacerdos* עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק *ad, secundum ordinem Melch.*, hinc *vocari ad alt. nomen* (*ex* nom.) Jer. 34, 15. Esth. 9, 26. (καλεῖσθαι ἐπὶ τινός), hinc de instrumento vel modo mus. *(nach)* Ps. 8, 45. 53, 60. 56, 1. (ut syr. ܥܠ); h) *accessionem ad aliq.* (ut ἐπί c. dat.), ut שֶׁבֶר עַל שֶׁבֶר *calamitas super calamitatem (Drangsal auf Drangsal)* Jer. 4, 20. Ezech. 7, 26. Ps. 69, 28. Prov. 30, 6. etc., *pascha comedere* עַל־מַצּוֹת *ad panes* i. e. cum panibus Num. 9, 11. Hinc passim societatem vel communionem significat Exod. 35, 22. אֲנָשִׁים עַל־הַנָּשִׁים *viri cum feminis* Gen. 32, 12. Hos. 10, 14. Am. 3, 15. — 2) aliae nexae sunt a notione τοῦ εἶναι vel φέρεσθαι ὑπὲρ (παρὰ) τι, ita ut עַל dicatur de his, quae aliquem terminum vel modum excedunt (ut ὑπὲρ et παρά c. acc.). Hinc oriuntur significationes: a) *supra*, magis quam Gen. 48, 22. *partem tibi dedi supra fratres tuos* h. e. majorem, quam fratribus, Deut. 28, 1. Eccles. 1, 16. Job. 23, 2.; b) *ultra* (de tempore) Levit. 15, 25.; c) *praeter* Gen. 31, 50. Deut. 19, 9. coll. Ps. 16, 2.

Ubi c. infin. jungitur, plerumque ex linguae lat. ingenio resolvendum est in conjunctionem c. verbo fin.: a) עַל־אֲמָרֵךְ propterea, *quod dicis* Jer. 2, 35., עַל־הוּשַׁם *quod triturarunt* Am. 1, 3. Exod. 17, 7. etc.; b) עַל־דַּעְתֵּךְ *quamvis nosti* (pr. *in, cum tua scientia, bei deiner Kenntniss, da Kenntniss bei dir statt findet*) Job. 10, 7. (ita arab. على). Isto sensu passim cum verbo fin. copulatur, ut sit pro עַל אֲשֶׁר Ps. 119, 136. עַל לֹא שָׁמְרוּ *propterea quod non custodiverunt*, Esr. 8, 11., et omisso verbo substant. Job. 16, 17. עַל לֹא חָמָס בְּכַפָּי *quod* non est *injuria in manibus meis* (ironice dictum). Huc retulit nuper Fritzschius (in Ephem. lit. Lips. 1826. p. 237.) etiam loc. Jes. 53, 9., ubi עַל־לֹא vulgo transfertur: *quamvis non*, cf. على in vita Timuri II, 148.

Reliquae hujus praepos. potestates, quas crepant interpretes (v. Gesen. ad Jes. I, p. 996. Hartmann. Einl. it. p. 355.), vanae sunt ac sua sponte corruunt. Nam a) עָלָה עַל־לִבִּי Jer. 7, 31. Ezech. 38, 10. non est: *in animo meo*, sed compar. c. vernac. phrasi: *in den Sinn kommen*, Job. 6, 16. עָלֵימוֹ יִתְעַלַּם־שָׁלֶג praegnanter dicitur: irruens (de montibus) *in eos occultat se* (in iis) *nix*, Hos. 11, 8. נֶהְפַּךְ עָלַי לִבִּי noli interpretari: *vertitur in me cor meum*, sed habent ista verba hunc sensum: *mein Gemüth, mein Gefühl überwältigt mich*, cf. Ps. 42, 5. 142, 4. Quod vero Jes. 38, 20. legitur נְנַגֵּן עַל־בֵּית יְהוָה, hoc vel ita expedias: *canamus ad* (versus) *domum Jovae* (in atriis, quae paullo depressiora erant), vel *domus Dei* dic. pro *monte sacro*, in quo domus

Dei erat, Eccles. 1, 16. כָּל־אֲשֶׁר הָיָה עַל יְרוּשָׁלַ͏ִם non: *quae facta* (gesta) *sunt Hierosolymis*, sed: *quae ingruerunt in Hieros.*, *was über Jerus. kam (vom Schicksal)*; b) Exod. 23, 13. verba שֵׁם לֹא יִשָּׁמַע עַל־פִּיךָ si accurate sensum enarrare velis, hanc vim habent: *non audietur nomen* (deor. commentitior.) tanquam quod sit *in ore tuo*, *als etwas auf deinen Lippen Schwebendes* coll. 2 Sam. 13, 32. Eccles. 5, 1.

Cum affixis semper formam plur. induit: ut עָלַי Gen. 20, 9. 2 Sam. 15, 4., עָלֶיךָ Exod. 15, 26. Deut. 17, 15., עָלֶיךָ Jes. 1, 25. Jer. 6, 23. (et cum affixo chald. עֲלֵיכוֹ Ps. 116, 7.), עָלָיו Gen. 15, 12., עָלֶיהָ Gen. 29, 2. Exod. 34, 12. (cum ה articulo *relativo*, הָעֲלֶיהָ 1 Sam. 9, 24.), עֲלֵיהֶם Exod. 5, 14. Jud. 9, 9., עָלֵימוֹ Ps. 5, 12. Job. 20, 23. etc.

Caeterum cum variis quoque particulis componitur: ut אַחֲרֵי עַל *post, pone (nach hinten)* Ezech. 41, 15., עַל אֲשֶׁר *eo quod, propterea quod* Deut. 29, 24. 2 Sam. 3, 30., *ad quod, quo* 2 Sam. 15, 20. 1 Reg. 18, 22., *supra quod* vel *plus quam* Exod. 16, 5., עַל בֵּין *usque ad medium* Ezech. 19, 11. וַתִּגְבַּהּ קוֹמָתוֹ עַל־בֵּין עֲבֹתִים *alta fuit ejus statura usque inter ramos*, quod 31, 3. accuratius ita dicitur: וְגָבְהָה קוֹמָה וּבֵין עֲבֹתִים הָיְתָה צַמַּרְתּוֹ, — עַל בְּלִי עַל *quia non* Gen. 31, 20., עַל כִּי *eo quod, quia* Deut. 31, 17. Jud. 3, 2. Jer. 4, 28. Ps. 139, 14., עַל כֵּן *sic, juxta hunc modum* Esth. 9, 26., עַל כֵּן *propterea, ideo* v. sub כֵּן.

Cum Praefixo מִן copulatum מֵעַל propr. dicitur de iis, quae auferuntur ab eo loco, super (in) quo fuerant, Exod. 40, 36. *ascendit nubes* מֵעַל הַמִּשְׁכָּן *a tentorio* (quippe fuerat illa *super tentorio* eique quasi incubuerat), 2 Sam. 12, 30., Ezech. 32, 13. *perdam omnia jumenta* מֵעַל מַיִם רַבִּים *ab aquis multis* h. e. ut careant, quibus adhuc fruebantur, aquis copiosis, 2 Sam. 11, 2., מֵעַל מִשְׁכָּב *e lecto* Exod. 3, 5. Deinde vero latius patet, ut sit *ex*, *a (weg von, aus)* Am. 7, 11. Jer. 36, 11. Deut. 13, 11. Num. 16, 26. Passim praegnanter dic. Jer. 16, 16. *venari eos* מֵעַל כָּל־הָהָר *ex omnibus montibus* h. e. in omni monte atque adeo deierre ex omni monte, 2 Chron. 13, 4. Deut. 8, 4. Job. 30, 17., Hos. 9, 1. *scortari* מֵעַל יְהוָה *ita, ut recedas a Jova*; rarius est *propter* 2 Sam. 19, 10. vel *super* (magis quam) Ps. 108, 5.; sq. לְ significat: *super* aliqua re, aliquam rem (fere i. q. עַל) Gen. 1, 7. Exod. 25, 22. Esth. 3, 1. Jon. 4, 6., *juxta, prope* al. 2 Chron. 26, 19. — Interdum est pro adverbio *superne*, *desuper* Gen. 27, 39. 49, 25. Ps. 50, 4. — Cum affixis מֵעָלֶיךָ Exod. 33, 5., מֵעָלָיו Gen. 35, 13., מֵעֲלֵיכֶם 1 Sam. 6, 5. etc.

עַל chald. *id.*, ut *super* Dan. 2, 10. 29. 46. 48. 49. 3, 12. 4, 2. 7. 10, 21. 26. 5, 5. 7. 16. 6, 2. 14. etc., *supra* Dan. 5, 23. 6, 4., *ad* Dan. 2, 24. 34. 7, 16. Esr. 4, 8. 11. 17. etc., *apud, penes* Esr. 5, 15. 7, 18., *contra, adversus* Dan. 3, 29. Esr. 4, 19., *de* Dan. 2, 18. 6, 13. 7, 16. 19. — Cum affixis induit formam nom. plur., ut עֲלַי Dan. 4, 31. 33., עָלָךְ Dan. 3, 12. 4, 22. 29., עֲלוֹהִי Dan. 4, 12. 20. 5, 8. 29. Esr. 4, 11., foem. עֲלַיהּ Dan. 4, 14. 5, 21., עֲלַיְנָא Esr. 4, 12. 18. 5, 17., עֲלֵיהֶם Esr. 7, 24. et עֲלֵיהוֹן Esr. 5, 1. 3. Adde: עַל דִּי *supra quam, plus quam* Dan. 3, 19.; עַל מָה vid. מָה, עַל דְּבָרַת vid. דְּבָרָה.

עִלָּא chald. sq. מִן *super, oberhalb jemandes*, Dan. 6, 3. עִלָּא מִנְּהוֹן *super nos* constituit praesides.

עִלַּי m. inusit., foem. עִלַּית *superior* Jud. 1, 15., plur. עִלִּיוֹת Jos. 15, 19.

עַלַּי m. chald. *excelsus, summus*, semper de *Deo* legitur; in statu emphat. עִלָּאָא sec. Cthib Dan. 3, 26. 32. 4, 14. 21 sqq. 5, 18. 21. 7, 25., sed Kri ubique habet עִלָּאָה, alia forma.

עִלַּיָּה f. chald. *pars domus superior, cubiculum superius*, graec. ὑπερῷον (v. sub עֲלִיָּה), unde cum affixo עִלַּיְתָהּ Dan. 6, 11.

עֲלִיָּה f. 1) *adscensus* i. e. via strata et aggesta, qua in templum ascendebatur 2 Chron. 9, 4. (v. עֲלָה). Huc referunt nonnulli etiam Neh. 3, 31. 32. 2) *cubiculum superius*, ὑπερῷον Jud. 3, 23 sqq. 1 Reg. 17, 19. 23. 2 Reg. 1, 2. 4, 11. (arab. عُلِّيَّة et عَلِيَّة) v. Shaw Itiner. p. 188 sqq. Wineri Lexic. bibl. I, p. 274. In regim. עֲלִיַּת Jud. 3, 20. 2 Sam. 19, 1., plur. עֲלִיּוֹת Jer. 22, 14. 2 Chron. 3, 9., cum affixo עֲלִיּוֹתָיו Jer. 22, 13. 1 Chron. 28, 11. Metaphorice de summa *coeli* regione, in qua Deus sedem habere putatur, Ps. 104, 3. 13. [Sim. *coenaculum superius* pro *coelo* dixit Plautus in *Amphitr.* III, 1, 3., *coenacula maxima coeli* Ennius apud Tertull. *adversus Valentin.* VII.].

עָלֶה m. *folium* arboris Levit. 26, 36. Prov. 11, 28. Jes. 34, 4. Jer. 8, 13. a *progerminando, crescendo* (coll. rad.). In regim. עֲלֵה Gen. 3, 7., cum affixo עָלְהוֹ Ps. 1, 3. Jer. 17, 8., plur. עֲלִים, in regim. עֲלֵי Job 30, 4. Neh. 8, 15., c. affixo עָלֶיהָ pro עֲלֵיהָ Jes. 1, 30.

עֹלָה, עוֹלָה f. 1) *ascensus* Ezech. 40, 26. 2) *holocaustum*, sacrificium *in altare ascendens* totum Gen. 22, 3. 6. Exod. 29, 18. 25. Levit. 1, 3. Num. 8, 12. Ps. 20, 4. Jes. 56, 7. etc. (conf. ad nominis rationem 1 Reg. 18, 29. 36. 2 Reg. 3, 20. Jes. 60, 7. Ps. 51, 21.).

עֲלָה, עַלְתָּא f. chald. *holocaustum*, unde plur. עֲלָוָן (v. Wineri Grammat. chald. p. 80.) Esr. 6, 9.

עִלִּי m. *pistillum, pilum* (ut Vulg. habet) Prov. 27, 22.; dictum volunt inde, quod inter tundendum *ascendit* et *attollitur*.

עֶלְיוֹן m., עֶלְיוֹנָה f. (Jes. 7, 3. 36, 2.) *excelsus, sublimis*, aut si de *duobus* sermo est, *superior* Gen. 40, 17. Deut. 26, 19. Jos. 16, 5., trop. *celeber, nobilis* 1 Reg. 9, 8. etc.; κατ' ἐξοχήν de *Deo* dicitur Gen. 14, 18. 19. 20. Num. 24, 16. Deut. 32, 8. Ps. 7, 18. etc., arab. عَلِيٌّ; Phoenicibus Ἑλιοῦν, ut patet ex fragmento Sanchuniathonis ap. Eusebium in Praepar. evang. 1, 10.

עִלָּוֹן m. chald. *id.*, plur. עִלָּוְנִין *summi*, summus (de *Deo*), tanq. plur. majest. Dan. 7, 18. 22. 25. 27.

מַעֲלֶה m. 1) *locus elatior* sive *superior*, spec. *suggestus* Neh. 9, 4. 2) *ascensio, ortus* Jud. 8, 13. 3) *locus* per quem *ascenditur* Neh. 12, 37. 2 Sam. 15, 30. Ezech. 40, 31. 34. 37. 4) *locus editus, acclivis* 1 Sam. 9, 11. Jos. 10, 10., hinc *collis* Num. 34, 4. Jos. 15, 3. מַעֲלֵה עַקְרַבִּים *(collis scorpionum)* nom. propr. loci in finibus Palaest. australibus Num. 34, 4. Jos. 15, 3. Jud. 1, 36. (Ἀναβατίνη 1 Macc. 5, 3.). Contra Burckhardtum, qui hunc collem prope a mari rubro deprehendisse sibi visus est (II, p. 828.), disputavit Gesen. ibid. p. 1075. In regim. מַעֲלֵה Jos. 10, 10. 1 Sam. 9, 11.

מַעַל (pro מַעֲלֶה) m. *locus elatior* vel *pars superior*; cum ה *locali*

לְמַעְלָה *in locum vel partem superiorem* h. e. 1) *sursum* 1 Sam. 9, 2. 1 Reg. 7, 31., מִמַּעְלָה מִמַּעְלָה *sursum sursum* i. e. *continuo, magis magisque sursum* Deut. 28, 46. 2) de tempore: *ulterius, deinceps*, german. *drüber* (de tempore *praeterito* et *futuro*) Num. 1, 20. 1 Sam. 16, 13. Esr. 3, 8. 1 Chron. 23, 24. Hagg. 2, 15. 18. — לְמַעְלָה *sursum, supra* Exod. 25, 20. Deut. 28, 13. Jud. 7, 13. Eccles. 3, 21. Esr. 9, 16, *ulterius, deinceps* 1 Chron. 23, 27. 2 Chron. 31, 17., et de re: *insuper, amplius* 1 Chron. 29, 3. etc. Unde porro cum praefixo מִלְמַעְלָה: מִן q. d. *a parte sursum vergente* i. e. *superne, desuper (von oben her)* Gen. 7, 20. Exod. 25, 21. 26, 14. Jos. 3, 13. 16. 1 Reg. 7, 20. 25. etc. — מֵעַל a) *superne* Deut. 5, 8. 1 Reg. 7, 20. Jud. 18, 16.; b) *desuper* Jes. 45, 8.; c) sq. לְ *super, supra, oberhalb von etwas*, Gen. 22, 9. Levit. 11, 21. Dan. 12, 6. Jer. 43, 10.; d) i. q. עַל *juxta, prope* Jes. 6, 2., ubi v. Rosenm.

מַעַל m. *elatio, elevatio* Neh. 8, 6. per apocop. factum ex מַעֲלָה pro מַעֲלָה, ad formam conjugationis Hoph. הָעְלָה pro הָעֲלָה.

מַעֲלָה f. 1) *ascensus* Esr. 7, 9., spec. *ascensus cogitationum, cogitatio in mentem veniens* Ezech. 11, 5. coll. phrasi 2 Reg. 12, 5. Jer. 7, 31. Ezech. 38, 10. 2) *locus* per quem *ascenditur*, unde in plur. מַעֲלוֹת *gradus* Exod. 20, 26. 1 Reg. 10, 19. 20. Ezech. 40, 26. 31. 33. 34.; fortasse *gradus* sensu mathematico (Arabibus درجة dictus) Jes. 38, 8. 2 Reg. 20, 9. 10. 11. v. Gesen. ad istum loc. 3) *locus editus, superior* 1 Chron. 17, 17., spec. *conclave superius* i. q. עֲלִיָּה Am. 9, 6. 4) שִׁיר הַמַּעֲלוֹת, quod in Psalmorum 120—134. titulis legitur, aliis significat *carmen* ab Israelitis *Hierosolyma profectis decantari solitum*, aliis *carmen* in 15 *scalis*, quibus ad atrium Israelitarum ascendebatur, cantatum. Sed videtur potius haec appellatio ad rem metricam pertinere (ut jam suspicatus est Bellermannus hebr. Metrik p. 190 sqq.). Scil. hoc est plurimis istorum carminum proprium, ut antecedentis sententiae vocabulum aliquod in subsequentis principio repetatur et quasi fundamentum sit, cui haec altera sententia superstruatur v. Gesen. in Ephemer. Hal. 1812. n. 205. Hollmann. ad carm. Deborae p. 8 sq.

תְּעָלָה f. 1) *canalis, aquaeductus*, in quo aqua *se effert* et *ascendit* 1 Reg. 18, 32. 35. 38. 2 Reg. 20, 20. Job. 38, 25., in regim. תְּעָלַת 2 Reg. 18, 17. Jes. 7, 3. 36, 2., plur. תְּעָלוֹת Ezech. 31, 4. 2) *fascia* (cum emplastro) *vulneri alligata* Jer. 30, 13. 46, 11. conf. verbum עלה Jer. 30, 17.

עֲלוּקָה f. Prov. 30, 15. sec. Lxx. *sanguisuga, hirudo* coll. arab. علق et غلق *haesit, adhaesit*, ut lat. *hirudo* pro *haeredo* dicitur. Sed cum arab. العلوق in Camuso explicetur الغُولُ, Gesenius in Comment. ad Jes. I, p. 919. suspicatus est, l. c. non animal istud satis notum (quanquam et ipsum insatiabile v. Horat. ars poet. 475.), sed monstrum aliquod superstitionis orient. significari; *Ghule* enim Arabibus est mulier sylvatica, homines et bruta devorans.

עָלַז (i. q עלץ, עלס) *exsultavit* prae laetitia (fortasse pr. *commoveri, trepidare* ut arab. علز, cf. גזל, גזל) Ps. 60, 8. 68, 5. Zeph. 3, 14.

2 Sam. 1, 20. Jer. 15, 17., sq. בְּ (de) Hab. 3, 18. Ps. 149, 5.; passim in malam partem *insolenter exsultavit, extulit se* Ps. 94, 3. Jes. 23, 12. Semel metaph. de agris dic Ps. 96, 12. *exsultent agri cum fructibus suis* (cf. אבל). Infin. עָלֹז, fut. יַעֲלֹז, 2. foem. תַּעֲלֹזִי Jer. 50, 11. (sec. Cthib), plur. יַעֲלְזוּ Ps. 149, 5.

עָלֵז m. *exsultans, exsultabundus* Jes. 5, 14.

עַלִּיז m. *id.* Jes. 24, 8. 32, 13., max. in malam partem Jes. 22, 2. Zeph. 2, 15.; subst. עַלִּיזֵי גַאֲוָתִי q. d. *insolentes mei exsultatores* Jes. 13, 3., עַלִּיזֵי גַאֲוָתֵךְ *insolentes exsultatores tui* Zeph. 3, 11.

עָלַט, rad. inusit., arab. غلط *densus, spissus fuit*, غطل *caliginosus, densis tenebris fuit.* Inde:

עֲלָטָה f. *caligo densa, tenebrae crassae* Gen. 15, 17. Ezech. 12, 6. 7. 12.

עָלַל I) in Kal inusit. i. q. chald. et syr. עֲלַל *intravit, ingressus est.* Hinc Pohel עוֹלֵל *ingredi fecit* h. e. a) *immisit, indidit in*, sq. בְּ Job. 16, 15.; b) *intulit, attulit* alicui aliquid *mali* (sim. vern. *zufügen*, quod propr. generale voc. fuit, usus loquendi in deteriorem signif. inclinavit), sq. לְ pers. Thren. 1, 22. 2, 20. 3, 51. עֵינִי עוֹלְלָה לְנַפְשִׁי *oculus meus* dolorem *mihi facessit, infert.* Cf. sub עלל. Pohal Thren. 1, 12. sq. לְ pers. כְּמַכְאֹבִי אֲשֶׁר עוֹלַל לִי *sicut dolor meus, qui mihi illatus, inflictus est.* — Hithpah. הִתְעַלֵּל *intulit, fecit* alicui aliquid *mali* 1 Sam. 6, 6. כַּאֲשֶׁר הִתְעַלֵּל בָּהֶם *sicut* Deus *fecit iis* (Aegyptiis) i. e. punivit, afflixit eos, Exod. 10, 2., 1 Sam. 31, 4. הִתְעַלְּלוּ בִי (פֶּן) *ne mihi male faciant, me male habeant,* Jer. 38, 19. Num. 22, 29. 1 Chron. 10, 4. Jud. 19, 25. Nonnullis in locis cum vett. interpretibus verti potest: *ludibrio habere, illudere* (Lxx. ἐμπαίζειν), sed hoc tamen non cadit in omnes. — Hithpoh. Ps. 141, 4. הִתְעוֹלֲלוֹת עֲלִלוֹת *facinora patrare.*

II) *racematus est* Levit. 19, 10., sq. acc. Deut. 24, 21., metaph. Jer. 6, 9. Jud. 20, 45. (cf. Varro R. R. 3, 9, 1.). Arab. عل II. *iterum iterumque bibit, carpsit fructus* etc.

III) i. q. עלה *adscendit*, hinc Ezech. 36, 3. וַתַּעֲלוּ עַל־שִׂפַת לָשׁוֹן *ascendistis in labium linguae* h. e. in ora hominum i. e. fabula hominum facti estis. יַעֲלֶה ad form. יִסַּב v. Ewald. Gramm. p. 474. Aliis est fut. Niph. verbi עלה, sed ita debebat scribi יֵעָלֶה.

עֱלַל chald. *ingressus est* Dan. 2, 16. (conf. syr. ܥܠ), de sole: *occidit* (cf. בוא) Dan. 6, 15. Praet. 3. f. עֲלַת sec. Kri Dan. 5, 10., sed Cthib habet עֲלָלַת, ex forma *perfecta*; part. praes. plur. עֲלִלִין sec. Cthib Dan. 4, 4. 5, 8., sed Kri habet עָלִין forma *defectiva.* — Aphel הַעְלֵל (dagesch forti per nun compensato) *ingredi fecit, introduxit* Dan. 2, 25. 6, 19. Imper. cum affixo הַעְלַנִי Dan. 2, 24., infin. הַעְלָה (pro הַהַעֲלָה) Dan. 5, 7. et הַנְעָלָה Dan. 4, 3. — Hophal ex hebraismo הָעֱלַל *adductus, introductus est* Dan. 5, 13. 15.

עֹל (semel עוֹל Jer. 5, 5.) m. *jugum*, et proprie (quod jumentis imponitur) et trop. Num. 19, 2. Deut. 21, 3. 1 Sam. 6, 7. 1 Reg. 12, 11., ab arab. عل *indidit*, it. *religavit* manus ad collum. Cum affixo עֻלּוֹ Gen. 27, 40. Jes. 10, 27.

עִלָּה f. chald. *occasio, causa* (cf. syr. ܥܠܠ *induxit, adduxit,* hinc *effecit, causam praebuit,* arab. علّ *id.*) Dan. 6, 5. 6., syr. ܥܠܐ, arab. علّة *id.*

עֲלִיל m. Ps. 12, 7. vulgo *tigillum, catinus,* in quo *purgantur* metalla coll. aethiop. ΘΛΛ: *separavit, segregavit,* sed rectius: *officina* (ab *operando* dict. v. rad. hebr.) v. Rosenm. ad h. l., qui aliorum miras conjecturas perstringit.

עוֹלָל et עוֹלֵל m. *parvulus, puerulus* Jer. 44, 7. 1 Sam. 15, 3. 22, 19. Joël. 2, 16. Differt a יוֹנֵק; isto enim voc. significatur puer jam erecto corpore incedens adeoque in plateis versans Jer. 6, 11. 9, 20. et victum poscens Thren. 4, 4. — Plur. a) עוֹלָלִים Thren. 4, 4., cum affixis עוֹלָלֶיהָ Ps. 137, 9. Thren. 2, 19., עוֹלָלֶיהָ Thren. 1, 5. Mich. 2, 9. Nah. 3, 10.; b) עוֹלֵלִים Ps. 8, 3. Job. 3, 16. Thren. 2, 20., cum affixo עוֹלֵלֵיהֶם 2 Reg. 8, 12. Ps. 17, 14. Jes. 13, 16. [De origine voc. non satis constat; Michaelis in Suppl. p. 1859. dictum putat ab עלל i. e. علّ, quod Delitzsch auctore inter alia significat: *lactavit infantem et crustulis demulsit, ad mammae damnum resarciendum* cf. Schultens. Origg. p. 78 sqq.].

עוֹלְלוֹת, saepius עֹלְלוֹת f. plur. *racemationes* (v. עלל n. 2.) Jes. 17, 6. 24, 13. Jer. 49, 9. Obad. 5., in regim. עֹלְלוֹת Jud. 8, 2. Mich. 7, 1.

עֲלִילָה f. *facinus,* et in bonam partem Ps. 66, 5., et in malam Ps. 14, 1. Plur. עֲלִילוֹת *facinora,* in bonam partem Ps. 9, 12. 77, 13., in malam p. Deut. 21, 14. 17. 1 Sam. 2, 3. Zeph. 3, 7. Ps. 14, 1. 141, 4.

עֲלִילָיָה f. *facinus, praeclare factum* Jer. 32, 19.

מָעַל m. chald. *ingressus* i. e. *occasus* solis (ut hebr. מָבוֹא). Plur. in regim. מַעֲלֵי Dan. 6, 15.

מַעֲלָל m., plur. מַעֲלָלִים *opera, facinora* sive Dei Ps. 77, 12. 78, 7. sive hominum Jes. 3, 10. Jer. 35, 15. Zach. 1, 6.; in malam part. Deut. 28, 20. Ps. 28, 4. 1 Sam. 25, 3.

מַעְלָל m., unde plur. cum affixo מַעַלְלֵיכֶם *opera vestra,* sec. Chtib in quibusdam codicibus Zach. 1, 4.

הַעֲלֻלִים m., plur. הַעֲלֻלִים 1) *vexationes, mala,* quae alicui *inferuntur* Jes. 66, 4. v. rad. n. i. 2) *puerilia* i. e. *parvuli, pueruli* (abstr. pro concr.) Jes. 3, 4.

עָלַם 1) *occultavit, abscondidit.* In Kal non occurrit nisi part. Pahul עָלוּם *occultus,* cum affixo עֲלֻמֵנוּ *occultum nostrum* (peccatum) Ps. 90, 8. — Niph. נֶעְלָם *absconditum, occultum est* Eccles. 12, 14. Nah. 3, 11., sq. מִן (1 Reg. 10, 3. Levit. 5, 2. Job. 28, 21.) vel מִמֶּנִּי (Levit. 4, 13. Num. 5, 13.) ejus, *cui* aliquid occultum est (*verborgen vor*), quem aliquid *latet, fugit.* Trop. Ps. 26, 4. נֶעְלָמִים homines *tecti* h. e. astuti. — Hiph. הֶעְלִים 1) *occultavit, abdidit, celavit* 2 Reg. 4, 27., spec. a) *oculos abdere* h. e. avertere (cf. הִסְתִּיר עֵינַיִם) atque adeo vel negligere aliquem Prov. 28, 27. Jes. 1, 15. vel connivere in aliquem Ezech. 22, 26. Levit. 20, 4. (sq. מִן), 1 Sam. 12, 3. (sq. בְּ); omisso

voc. עֵינַיִם Ps. 10, 1. ubi v. Schnurrer. et Rosenm.; b) *aures abdere*, i. e. obturare Thren. 3, 56. — 2) trop. *obscuravit* aliquid sermone, ita ut intelligi, cognosci non possit (opp. *illustrare, declarare*) Job. 42, 3. — Hithpah. הִתְעַלֵּם *se occultavit, abdidit* Job. 6, 16., sq. מִן *ab* aliquo vel aliqua re *se avertit, neglexit* aliq. Jes. 58, 7. Deut. 22, 1. 3. 4. Ps. 55, 2.

II) i. q. arab. علم *coëundi cupidus fuit.* Hinc oriuntur voce. עֶלֶם, עַלְמָה, עֲלוּמִים.

קְלָלָה f. *exsecratio, imprecatio, maledictio* 1 Reg. 2, 5. Ps. 109, 17. 18. Prov. 27, 14. etc., metonym.: *exsecratus* Deut. 21, 23. In regim. קִלְלַת Jud. 9, 57. Prov. 26, 2., cum affixo קִלְלָתְךָ (*exsecratio tua,* pass.) Gen. 27, 12., קִלְלָתוֹ (*exsecratio ejus,* active) sec. Kri 2 Sam. 16, 12., sed Cthib habet קִלָּלָתִי. Plur. קְלָלוֹת Deut. 28, 15. 45.

קְלַלְקַל m. *levissimus, vilissimus* (cibus) Num. 21, 5. De forma voc. v. Gesen. L. p. 497.

מַקֵּל v. sub rad. מקל.

קָלַס in Kal inusit., Pih. קִלֵּס *illusit, irrisit, sprevit* (frustra sunt, qui conferunt arab. قلس *calcitravit,* ut propr. קלס sit *obverso tergo pedis ictu aliquem repellere,* v. Verschuir *diss.* p. 96. et Michaelis in *Suppl.* p. 2193.) Ezech. 16, 31. לֹא הָיִית בְּזוֹנָה לְקַלֵּס אֶתְנָן *non es meretrici similis spernendo mercedem* sc. eo consilio, ut major tibi offeratur. — Hithpah. *irrisorem se gessit, illusit* sq. בְּ 2 Reg. 2, 23. Ezech. 22, 5. Hab. 1, 10.

קֶלֶס m. *irrisio, illusio* Ps. 44, 14. Jer. 20, 8.

קְלָסָה f. *irrisio,* metonym. de eo, qui irridetur Ezech. 22, 4.

קָלַע 1) verb. denomin. *funda excussit, libravit*, hinc קֶלַע subst. *funditor* Jud. 20, 16. Trop. Jer. 10, 18. חִנְנִי קוֹלֵעַ אֶת־יוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ quasi *funda excutiam*, projiciam (h. e. in exilium ejiciam) *hujus terrae incolas*. 2) *sculpsit, insculpsit* 1 Reg. 6, 29. 32, 35. (chald. קְלַע *caelatura*). Media interjecta est *deprimendi, imprimendi* notio. — Pih. i. q. Kal 1 Sam. 17, 49, trop. 1 Sam. 25, 29.

קֶלַע m. 1) *funda* (arab. مِقْلَاع *id.*) 1 Sam. 17, 50. 25, 29. Job. 41, 20. Zach. 9, 15., cum affixo קַלְעוֹ 1 Sam. 17, 40., plur. קְלָעִים 2 Chron. 26, 14. 2) *velum* (*Vorhang*) Exod. 27, 9 sqq. 38, 9. 12. Num. 3, 26. (Chald. *id.*, قِلْع *velum navis*). 3) *valva januae*, plur. קְלָעִים 1 Reg. 6, 34. Sed videtur librariorum errori tribuendum: rescribe צְלָעִים, ut in uno Kennic. libro legitur. [Origo h. voc. non satis liquet. Cum vero chald. קְלַע significet: *plicare, implicare* atque adeo *contorquere*, ab hac autem notione et *funda* et *velum* (quippe ex bysso *contortum*) dici recte potuerit, vix dubitamus, istam esse vocabuli, de quo quaerimus, radicem].

קַלָּע m. *funditor*, plur. קַלָּעִים 2 Reg. 3, 25.

מִקְלַעַת f. *sculptura* 1 Reg. 6, 18., plur. מִקְלָעוֹת 1 Reg. 7, 31., in regim. מִקְלְעוֹת 1 Reg. 6, 29. 32.

קֶלְשׁוֹן m. *furca* (chald. *id.*), conjunct. cum שְׁלֹשׁ sign. *tridentem*, quo foenum, stramen, fimus etc. *colliguntur* 1 Sam. 13, 21. Dictum volunt per metathesin pro לְקֶשׁוֹן a לקש *collegit*.

קָמָה rad. Hebr. non usitat., arab. قَمِئَ *congessit, collegit*. Inde videtur proficisci קְמוּאֵל (q. d. *congregatio Dei*) nom. propr. virorum Gen. 22, 21. Num. 34, 24. 1 Chron. 27, 17.

קָמוֹן v. sub rad. קום.

קֶמַח m. *farina* Gen. 18, 6. Num. 5, 15. Jud. 6, 19. 1 Sam. 1, 24. 1 Reg. 4, 22. Jes. 47, 2. Hos. 8, 7. etc. (rabb. קמח *moluit* videtur ab hoc nom. oriri), arab. قَمْح *triticum, frumentum*.

קָמַט *constrinxit manibus pedibusque* (ut قبط, et chald. קְמַט Prov. 5, 22.); trop. Job. 16, 8. — Pyh. constrictus atque adeo *comprehensus est* Job. 22, 16.

קָמַל Jes. 33, 9. et קָמֵל Jes. 19, 6. *marcuit, emarcuit* planta, mutato colore vegeto et viridi in flavum sive adeo nigrum. Nam arab. قَمَل est *insecti genus, vegetabilibus molestum*, unde قَمِل *nigricans* et *quasi pediculis obsitus apparuit* carduus, in IV. *gramina arida reddidit, in foliis flavedo apparuit*. Syr. ܩܡܠ de hominibus: *aegrotavit, infirmatus est*.

קָמַץ *collegit, cepit,* propr. *in pugillum* Levit. 2, 2. 5, 12. Num. 5, 26. (cf. Mischna II, 394., قَمَزَ *collegit, accepit extremis digitis*).

קֹמֶץ m. 1) *pugillus,* cum affixo קֳמָצוֹ Levit. 2, 2. 5, 12. 6, 8. 2) plur. קְמָצִים *manipuli,* coll. arab. قَمْعٌ Gen. 41, 47.

קָמַשׁ rad. Hebr. non usit., arab. قَمَشَ *collegit, corrasit undiquaque,* spec. *collegit de solo res viliores,* II. *edit, quidquid inveniebat, quamvis vilissimum esset.*

קָמוֹשׁ m. Jes. 34, 13. et קִימוֹשׁ Hos. 9, 6. *herbae* omnes *viliores,* quas non colimus sed exstirpamus (*Unkraut*). Sed fortasse nomen fuit etiam certae cujusdam herbae. Et Jo. E. Faber quidem in *hist. Mannae* p. 12. R. Patachiam secutus, intelligit *hedysarum Alhagi Linnaei,* plantam desertorum amantissimam et spinosam, cujus descriptionem dedit Tournefortius in *itiner.* T. I, p. 123. *Urticam* vero, praeeunte Hieron., dici putat Celsius in *Hierobot.* P. II, p. 207. 208., in quam eandem sententiam concessit Rosenm. ad Hos. l. c.

קַמּשׁוֹן m.; plur. קַמּשׁוֹנִים *herbae viliores* vel potius *urticae* Prov. 24, 31.

קֹן vid. sub rad. קנן.

קָנָא in Kal inusit., Pih. קִנֵּא 1) in univ.: incitato et ardenti alicujus vel hominis vel rei studio ferri (ζηλοῦν): a) sq. לְ pers. קִנֵּא לַיהוָה 1 Reg. 19, 10. *summo Jovae studio flagrare* i. e. caussam Jovae studiose tueri, defendere (*eifern für*), 2 Sam. 21, 2. Num. 11, 29. 25, 13. Zach. 1, 14.; b) *aemulatus est* aliquem, alicui sq. בְּ pers. Prov. 3, 31. 23, 17. 24, 1.; c) *invidit* alicui sq. בְּ pers. Gen. 37, 11. Ps. 37, 1. 73, 3., sq. acc. pers. Gen. 26, 14. Jes. 11, 13., sq. לְ pers. Ps. 106, 16.; d) *zelotypus est* uxoris sq. acc. Num. 5, 14., it. de uxore, quae pellici mariti sui honorem invidet Gen. 30, 1. sq. בְּ pers. — 2) *zelotypiam, invidiam* alicujus *concitavit, ad zelotypiam provocavit* aliquem, sq. acc. pers. et בְּ rei Deut. 32, 21. 1 Reg. 14, 22. — Infin. absol. קַנֵּא 1 Reg. 19, 10., infin. constr. c. affixo קַנְאוֹ et (petita forma a quiesc. tert. ה) קַנְאָתוֹ 2 Sam. 21, 2. — Hiph. הִקְנִיא *zelotypiam* alicujus *concitavit, ad zelum provocavit* Ezech. 8, 3., sq. acc. pers. et בְּ rei Deut. 32, 16. 21. Ps. 78, 58. Dic. de Israelitis, qui aliena numina sectantes, Jovae zelum et iram in se convertunt. Particip. מַקְנֶה, tanq. a קנה. [Vix audiendi sunt, qui auctore Schultensio conferunt arab. قَنَأَ *rubuit,* deinde *canduit,* hinc studio *flagravit:* nam *candendi* significatio non videtur in isto verbo inesse. Cet. aethiop. ቀንአ: ቅንዐ: convenit c. hebr.].

קְנָא chald. v. sub קנה.

קַנָּא m. *zelotypus,* socii impatiens Exod. 20, 5. 34, 14. Deut. 4, 24. 5, 9. 6, 15. (de Deo).

קִנְאָה m. *id.* Jos. 24, 19. Nah. 1, 2.

קִנְאָה f. 1) *studium* incitatum, ardens erga aliq. (ζῆλος) 2 Reg. 10, 16. קִנְאָתִי לַיהוָה *meum erga Jovam studium,* Jes. 9, 6. קִנְאַת יְהוָה *studium Jovae* erga pop. suum, Jes. 26, 11. קִנְאַת־עַם *studium erga pop.,* Jes. 42, 13. 63, 15. Zach. 1, 14. 8, 2. — Hinc *amor* ardens Cant. 8, 6.

2) *invidia* Eccles. 4, 4. 9, 6. Job. 5, 2., *zelotypia* Prov. 6, 34. 27, 4. Num. 5, 15. 18. (amantium), Ezech. 8, 3 (Dei), Jes. 11, 13. 3) *indignatio, ira* Ps. 79, 5. Deut. 29, 19. Num. 25, 11. — Plur. קְנָאוֹת Num. 5, 15 sqq.

קָנָה 1) *acquisivit, comparavit* sibi Ps. 78, 54. 74, 2. Exod. 15, 16. Prov. 4, 7. 15, 32. 16, 16. 18, 15. 19, 8., spec. *emit* Gen. 25, 10. 47, 22. Levit. 25, 28. Jer. 32, 44. Deut. 28, 68., sq. מֵאֵת *ab* al. 2 Sam. 24, 24., קָנֶה subst. *emtor* Jes. 24, 2.; it. *redemit* Jes. 11, 11. Neh. 5, 8., semel generat. *accepit* Gen. 4, 1. 2) *possedit* Jes. 1, 3., קֹנֶה subst. *possessor* Zach. 11, 5. (aeth. ፈጠረ: *possedit*). 3) *paravit, formavit* Gen. 14, 19. 22. Deut. 32, 6. Prov. 8, 22. Ps. 139, 13. (syr. ܩܢܐ, arab. قَنَى). Infin. absol. קָנֹה 2 Sam. 24, 24. et קָנוֹת Levit. 25, 14., constr. קְנֹת Prov. 16, 16 et קְנוֹת 2 Sam. 24, 1. Prov. 16, 16. Fut. per apocop. cum vau convers. וַיִּקְנְךָ Gen. 33, 19. — Niph. נִקְנָה *acquisitus, emtus est* Jer. 32, 15. 43. — Hiph. הִקְנָנִי, unde cum affixo הִקְנָנִי *emit me* Zach. 13, 5., ubi v. Rosenm. [seu part. מַקְנֶה vid. supra in קנא].

קְנָא chald. *emit* Esr. 7, 17.

קֵנָז nom. propr. oppidi manassit. Num. 32, 42. 1 Chron. 2, 23.

קִנְיָן m. 1) *acquisitio, emtio* Levit. 22, 11. 2) *possessio, opes* (ut arab. قُنْيَان) Gen. 34, 23. 36, 6. Ps. 105, 21. Prov. 4, 7. Ezech. 38, 12. 13. Ps. 104, 24., in quo tamen postremo loco alii interpretantur: *res creata* (v. rad. 3.).

מִקְנָה m. *acquisitio, emtio,* מִקְנֵה חַשָּׂדֶה *pars agri pretio emta* Gen. 49, 32., spec. *opes,* quae consistunt in gregibus, hinc *greges ipsi, pecus* Gen. 13, 7. 26, 14. 31, 9. 47, 17. 18. 2 Chron. 32, 29. Exod. 9, 6. 7. 17, 3. Num. 20, 19. 32, 16. Jos. 22, 8. 1 Sam. 30, 20. 2 Reg. 3, 17. Job. 1, 3. 2 Chron. 14, 15. etc., sicut graec. κτῆνος, *pecus,* dicitur a κτάομαι. Veterum enim *divitiae* maxime *pecude* constabant, conf. Feithii *Antiquit. Homer.* L. IV. c. 1. §. 4. Graevium ad Hesiodum p. 18.; אַנְשֵׁי מִקְנֶה *pecuarii* Gen. 46, 32. 34., מְקוֹם מִקְנֶה *locus pecoris* h. e. regio pascendis pecoribus apta Num. 32, 1. — Cum affixo מִקְנֵהוּ Gen. 31, 18. Exod. 9, 20. 21., plur מִקְנִים, cum affixo מִקְנֵיכֶם Gen. 47, 16. Jos. 1, 14. et מִקְנֵכֶם Deut. 3, 19.

מִקְנָה f. 1) *acquisitio, emtio* Levit. 27, 22., סֵפֶר הַמִּקְנָה *literae factae emtionis* Jer. 32, 11. 12. 14. 16. 2) *res pretio emta* Gen. 17, 12. 13. 23. 27. Exod. 12, 44., hinc *possessio* Gen. 23, 18. 3) *pretium,* quo emitur Levit. 25, 16. 51.

קָנֶה m. 1) *canna, arundo, calamus* (قَصَب, ܩܨܒܐ) sive palustris 1 Reg. 14, 15. Jes. 19, 6. Job. 40, 21. (trop. Jes. 42, 3.), sive aromaticus et odoratus (de quo conf. Wedelius in *Exercitat. med. philolog.* Centur. II. Decad. 3. Exercit. 5.) Exod. 30, 23. Jes. 43, 24. Jer. 6, 20., cum epithet. קָנֶה הַטּוֹב, קָנֶה בֹשֶׂם Exod. 30, 23. Jer. 6, 20. 2) *culmus* frugum Gen. 41, 5. 22. 3) *pertica* mensoria (q. d. *Messrohr*) Ezech. 40, 5 sqq., it. *calamus candelabri* (*Hauptstange*) Exod. 25, 31. 32. 33. 35. 37, 18., it. *jugum staterae,* unde utrinque bilances pendent Jes. 46, 6., denique *os lacerti* Job 31, 22. — In regim. קְנֵה Ezech. 40, 3.,

cum affixo קָנָהּ Exod. 25, 31., plur. קָנִים Ezech. 42, 16., in regim. קְנֵי Exod. 25, 32., plur. foem. קָנוֹת Exod. 25, 36. 37, 22. [Origo voc. latet, nec facile a te impetrabis, ut conferas aeth. ቀየት; *stimulus, aculeus* a rad. קנו *pupugit, confodit*].

קָנָה (*locus arundinosus*) nom. propr. 1) loci in confinio tribuum Ephraim et Manasse Jos. 16, 8. 17, 9. 2) urbis Asseritarum Jos. 19, 28.

קָנַז rad. Hebr. non usit., fortasse i. q. arab. قنص *venatus est, venando cepit*. Inde derivatur:

קְנַז (*venatus, praeda*, arab. قَنَصٌ) nom. propr. virorum Gen. 36, 11. 15. 42. Jos. 15, 17. Jud. 1, 13. 1 Chron. 4, 13. 15.

קְנִזִּי nom. propr. populi cananitici Gen. 15, 19. Num. 32, 12. Secus existimavit nuper Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 253.

קִנָּמוֹן m. *cinnamomum* Prov. 7, 17. Cant. 4, 14., fortasse a rad. قَفِمَ *graviter oluit* (ut חַשָּׁבוֹן a חשב). Alii compositum volunt ex קֵן *nidus* et rad. قمن *gratus fuit*. Veteres enim crediderunt, *cinnamomum* avium *nidis*, max. phoenicis ex inviis rupibus arboribusque decuti, teste Plinio L. XII. c. 19. et Eustathio ad Dionys. *Perieget.* v. 944. 945., unde Ausonius de *phoenice*: *Ales cinnameo radiatus tempora nido.* Alii denique (ut nuper Ewaldus ad Cant. l. c.) conferunt ܩܢܡܐ, قنام *substantia* (radix), non satis probabiliter. — In regim. et c. makkeph קִנְּמֹן־ Exod. 30, 23. Ceterum conf. Celsii *Hierob.* T. II, p. 351.

קָנַן rad. Hebr. non usitat., fortasse i. q. قَنَّ (med. Je) *concinnavit, formavit*. Pih. קִנֵּן v. infra.

קֵן m. *nidus* Deut. 22, 6. Prov. 27, 8. Job. 39, 10., metonym.: pulli in nido Deut. 32, 11. Jes. 16, 11. (ut lat. *nidus*); metaphor. a) quodvis *habitaculum* hominum, sive comparatione facta cum avibus Jer. 49, 16. Obad. 4., sive minus Num. 24, 21. Job. 29, 18. Habac. 2, 9. b) *cella* Gen. 6, 14. — In regim. et cum makkeph semel occurrit קֵן־ Deut. 22, 6., cum affixo קִנִּי Job. 29, 18., plur. קִנִּים Gen. 6, 14. Inde formatum est verbum in Pih.

קִנֵּן *nidificavit*, verb. denominat. Jer. 34, 15. 48, 28. Ezech. 31, 6. Ps. 104, 17. — Pyh. part. f. cum Jod paragog. מְקֻנַּנְתִּי *nido instructa, nidulans* sec. Cthib Jer. 22, 23., sed Kri habet מְקֻנַּנְתְּ pro מְקֻנֶּנֶת, per concisionem terminationis segolatae, sicut in יוֹלַדְתְּ pro יוֹלֶדֶת, et in verbis יַפְתְּ pro יֶפֶת, וַיַּרְא pro וַיֵּרֶא etc.

קָסַם *divinavit, hariolatus est* (syr. ܩܨܡ *id.*). Dic. de pseudoprophetis Deut. 18, 10. 2 Reg. 17, 17. Jes. 3, 2. (ubi v. Gesen.) Ezech. 13, 23. 1 Sam. 6, 2. Mich. 3, 6. 7. 11. et de incantatoribus 1 Sam. 28, 8., semel de Bileamo Jes. 13, 22., qui Israelitis funesta vaticinatus fuerat et pseudoprophetis fere accensebatur (v. Wineri Lexic. bibl. I, p. 116.). Particip. קֹסֵם *hariolus* Jer. 29, 8. Imper. קָסְמִי sec. Kri 1 Sam. 28, 8., sed Cthib habet קְסוֹמִי retracto accentu ob vicinitatem sequentis. — Ceterum sunt, qui propriam verbi potestatem in *discindendo, dividendo* positam fuisse arbitrentur coll. arab. قصم *discidit, excidit*, ut propr.

sit: ex intestinis divinare, quemadmodum solent haruspices. Non satis probabiliter.

קֶסֶם m. 1) *divinatio, hariolatio* (syr. ܩܣܡܐ) Num. 23, 23. 1 Sam. 15, 23. Jer. 14, 14. etc., plur. קְסָמִים *divinationes* Deut. 18, 10. 2 Reg. 17, 17., metonym. *divinationum praemia* Num. 22, 7. 2) fortasse *oraculum* divinitus suppeditatum Prov. 16, 10. Ita Zieglerus et Um. Breitius. Alii aliter. B. Michaelis: sagacitas, qua, quae homines animo reposita habent, elicere potest (rex).

מִקְסָם m. *divinatio* Ezech. 12, 24. 13, 7.

קָסַס in Kal inusit., Poh. קוֹסֵס *succidit* Ezech. 17, 9., v. rad. קצץ.

קָסָת vid. sub rad. קשׂה.

קָעַל rad. Hebr. non usitat., arab. قَلَعَ literis invicem transpositis: *recepit se.*

קְנִיָּה (*munimentum*, coll. arab. قَلْعَةٌ *arx, castellum*) nom. propr. urbis munitae tribus Judae 1 Sam. 23, 7. Jos. 15, 44. 1 Chron. 4, 19. v. Relandi p. 698.

קָעַע, talm. קִעְקַע *stigmate notavit, scalpsit.*

קַעְקַע m. *stigma*, nota inusta Levit. 19, 28., v. tam. sub יקע.

קָעַר rad. Hebr. non usit., arab. قَعَرَ *profundus fuit.*

קְעָרָה f. *scutella, lanx* propr. *profundior* (قَعْرَانُ *profunda scutella*) Num. 7, 85. In regim. קַעֲרַת Num. 7, 13. 19. 25. 31., plur. קְעָרוֹת Num. 4, 7., in regim. קַעֲרוֹת Num. 7, 84., sed cum affixo קְעָרֹתָיו Exod. 25, 26. 37, 16. manente kamez sub ע, tanquam ad formam פְּעֻלּוֹת, dagesch forti sic compensato.

קָפָא *concrevit, coagulatus, condensatus est* (chald. et talm. *id.*), arab. قَفَّ *contracta, corrugata fuit res*) Exod. 15, 8. קָפְאוּ תְהֹמוֹת בְּלֵב־יָם *condensatae sunt, concreverunt aquae* (tanquam gelu) *in medio mari* (rubro); Lxx. ἐπάγη τὰ κύματα; trop. Zeph. 1, 12. קֹפְאִים עַל־שְׁמָרֵיהֶם *concreti, condensati super faecibus suis* h. e. qui magna rerum suarum tranquillitate utuntur, velut vinum, quod non in alia vasa transfunditur, sed faecibus suis incumbit coll. Jer. 48, 11. — Hiph. *coagulavit* Job. 10, 10.

קִפָּאוֹן m. *concretio, gelu* sec. Kri Zach. 14, 6., sed Cthib habet יִקְפָּאוּן fut. c. nun parag.: *condensabuntur.*

קָפַד in Kal inusit. 1) i. q. arab. قَفَدَ *contrahi, convolvi in se ipsum* (v. Sylloge Dissertatt. sub praesid. A. Schultens. II, p. 861 sqq.), cf. קפד. — 2) i. q. chald. קְפַד *abscidit, praecidit.* Ambae significationes concurrunt in *abbreviandi* notione. Pih. קִפֵּד *praecidit, abscidit* Jes. 38, 12. קִפַּדְתִּי כָאֹרֵג חַיַּי *praecido, velut textor* (telam), *vitam meam.* Ita plerique, quanquam non satis commode vates dicitur vitam suam praecidere, cum statim hoc Deo tribuatur. Quod sentiens Hieron. vertit: *praecisa est, velut a texente, vita mea.* Simil. Rosenm. in interpretat. lat., sed in Scholl. (coll. قَفَّ *peregit opus*) hunc verborum sensum esse

dicit: *dum exigo,* pertexo, *instar textoris vitae meae telam (praecidet me a panno).* Quae explicatio duobus modis laborat, primum quod in tam brevi sententia mox vates, mox Deus textori assimilatur, deinde, quod *pertexendi* notio ab hoc l. prorsus aliena est cf. v. 1. *in meridie vitae meae!*

קְפָד m. *excidium.* Cum ה paragog. קְפָדָה Ezech. 7, 25.

קִפֹּד m. *histrix* s. *erinaceus* (arab. قنفذ et قنفد, syr. ܩܦܕ) Jes. 14, 23. 34, 11. Zeph. 2, 14., vel ab *horridis aculeis* ex significatione radicis syr. ܩܦܕ *horruit, horripilavit,* vel, quod praestat, quia metu in se *contrahi* et *convolvi* solet. Aliorum explicationes collegerunt Fullerus in *Miscell. S.* L. I. c. 18. et Bochartus in *Hieroz.* P. I. L. III. c. 36.

קפז rad. Hebr. non usitat., arab. قفز, chald. קְפַז *subsiliit, insiliit.* Inde nascitur:

קִפּוֹז m. Jes. 34, 15. *serpens jaculus* (قِفَّازَةٌ) v. Bochart. l. c. P. II. L. III. c. 11. Non audiendi sunt, qui i. q. קִפּוֹד esse putant.

קָפַץ *contraxit, constrinxit* (arab. قفص *constrinxit pedibus* v. c. dorcadem) atque ita *conclusit, occlusit,* sive os (i. e. *obmutuit*) Job. 5, 16. Ps. 107, 42. Jes. 52, 15 (ubi v. Gesen.), sive manum (i. e. *illiberalis fuit*) Deut. 15, 7., transl. misericordiam Ps. 77, 10. — Niph. Job. 24, 24. *consumuntur,* pereunt כַּכֹּל יִקָּפְצוּן *velut omnes, qui contrahuntur* h. e. *congregantur in orco.* Ita nuper etiam Umbreit. Sed Schultens. coll. arab. قفز: *morte subita auferuntur* (unde קפציאל *angelus juvenes occidens* ap. Talmud.). — Pih. *saliit, subsiliit* (chald. *id.*) Cant. 2, 8. Scil. قفص dicitur de animalibus, quae saltui se parantia, pedes ad ventrem q. constringunt, ut eo majore nisu semet proripiant, cf. etiam قفز (Deut. 33, 22. Ar. Erp.).

קֵץ vid. sub rad. קצץ.

קָצַב *praecîdit, abscidit* (قصب *secuit, dissecuit,* قضب *abscidit*) 2 Reg. 6, 6., hinc *totondit* oves Cant. 4, 2., ubi קְצוּבוֹת *tonsae,* ut Vulg. etiam habet. Argutius de hac v. disputavit Bochart. in Hieroz.

קֶצֶב et קֵצֶב m. 1) *praecisio, caesura* i. e. *formatio, forma* 1 Reg. 6, 25. 7, 37. Verba enim *secandi* sensum quoque habent *formandi,* cujus rei exempla plurima vid. ap. Simon. in *Arcano Form.* p. 112. 2) plur. קְצָבִים *fines, extremitates* (q. d. *abscissiones*) קִצְבֵי הָרִים *fines* h. e. radices *montium* (ita Hier. Chald. Syr.) Jon. 2, 7.

קָצָה 1) *abscidit, excîdit* (قضى *secuit, scidit, abscidit*), hinc *perdidit* Habac. 2, 10. 2) *decîdit, decrevit,* ut arab., v. קָצִין. — Pih. *abscidit, detruncavit* 2 Reg. 10, 32.; מְקַצֶּה רַגְלַיִם *amputans* sibi *pedes* i. e. proverb. nihil proficiens in rebus suis — Hiph. *abrasit* Levit. 14, 41., inf. הִקְצוֹת pro הַקְצוֹת (v. Gesen. L. p. 320.) Levit. 14, 43.

קָצֶה m. 1) *extremum, extremitas,* finis a) spatii, ut agri Gen. 23, 9., maris Jos. 13, 27., terrae Deut. 13, 7. 28, 49. Jes. 5, 26., coeli Jes. 13, 5. Ps. 19, 7. Neh. 1, 9., אַנְשֵׁי מִקֶּצֶה s. אִישׁ *homines ab extremo*

usque h. e. ad unum omnes Gen. 19, 4. Jes. 56, 11., עִיר מִקְצָה *oppidum totum* Jer. 51, 31. cf. arab. قصا. Hinc nomini מִקְצָה ipsa *universitatis, summae* notio addita est Gen. 47, 2. Jud. 18, 2. Ezech. 33, 2. b) temporis Jos. 9, 16. מִקְצָה שְׁלֹשֶׁת יָמִים *sub fine trium dierum* (v. נֵן) Gen. 8, 3. Deut. 4, 32. 14, 28. In regim. קְצֵה Exod. 16, 35. Num. 20, 16., cum affixo קְצֵהוּ Gen. 47, 21., plur. קְצָיִם, cum affixo קְצֵיהֶם Ezech. 33, 2.

קֵצֶה m. *finis* h. e. *modus* Jes. 2, 7. אֵין קֵצֶה אֹצְרֹתָיו *non est modus thesaurorum*, infiniti sunt thesauri, Nah. 2, 10. 3, 3. 9.

קְצָה f. 1) *extremitas, finis* a) spatii Exod. 25, 19. 1 Reg. 6, 24., קְצוֹת הָאָרֶץ Job. 28, 24. Jes. 40, 28. 41, 5., קְצוֹת הַשָּׁמַיִם Ps. 19, 7., מִקְצָה *(ab) in extremo, in extrema parte* Exod. 26, 4. 36, 11. 37, 8.; b) temporis Dan. 1, 5. — 2) plur. קְצוֹת *universitas, summa* Jud. 18, 2. 1 Reg. 12, 31. 13, 33.

קְצָה f. chald. *finis* (temporis), unde לְקֵצָה רַחִין *sub finem mensium* Dan. 4, 26. 31.

קָצוּ (v. tamen Ewald. Gramm. p. 434.) m. *finis*. Plur. קְצֵוֵי אֶרֶץ Ps. 48, 11. 65, 6. Jes. 26, 15.

קְצָוָה f. *id.;* plur. קְצָוֹת *extremitates* Exod. 38, 5., *fines* terrae Ps. 65, 9.; cum affixo קְצָוֹתָיו sec. Chib Exod. 37, 8. 39, 4., sed Kri habet קְצוֹתָיו, a sing. קְצָה.

קְצָת f. (ad form. מְנָת) *finis* temporis, unde מִקְצָת sq. genit. Dan. 1, 15., לְמִקְצָת v. 18.

קְצָה f. chald. *pars*, a toto *abscissa* Dan. 2, 24.

מִקְצָת f. *pars* Dan. 1, 2. (ubi tam. B. Michaelis cum Theodot. vertit *ae parte* v. קְצָת) Neh. 7, 70.

קָצִין m. *judex* (v. rad. 2.), hinc *princeps* Jes. 1, 10. 3, 6. 7. Prov. 6, 7. 25, 15., *dux* Jos. 10, 24. Jud. 11, 6. 11. Dan. 11, 18. Arab. قَاضِي *id.* In regim. קְצִין, plur. קְצִינִים, in regim. קְצִינֵי Mich. 3, 1. 9., cum affixo קְצִינֶיךָ Jes. 22, 3.

קֶצַח m. Jes. 28, 25. 27. *nigella, melanthium, git,* seminis genus, panibus et cibis loco condimenti indi solitum; conferunt arab قِزْح *semina* sive *aromata ad condimentum cibi indidit,* permutatis ז et צ, unde قِزْح ejusmodi *semina, legumina* vel *aromata.* Plinius L. XIX. c. 8: *Inferiorem crustam* (panis) *apium gitque cereali sapore condiunt,* et L. XX. c. 17: *Melanthii semen gratissime panes condit.* Vid. quoque Dioscorides L. III. c 93. Angeli a S. Josepho *Gazophyl. Persic.* p. 250. Celsii *Hierob.* P. II, p. 70.

קָצַע *abscidit* (قطع *id.*) in Kal inusit., Pyh. particip. מְקֻצָּעוֹת (pro מְקֻצָּעוֹת) propr. *praecisa* i. e. *anguli* Exod. 36, 28. — Hiph: תַּקְצִיעַ *abrasit* Levit. 14, 41. — Hoph. partic. מְהֻקְצָעוֹת *anguli* Ezech. 46, 22. (pro מְקֻצָּעוֹת).

קְצִיעוֹת plur. f. *casia, cortices casiae* abrasi et decorticati, gr. κασσία

arab. قَصِيعَة Ps. 45, 9. Conf. Salmasius ad Solinum p. 920 sq. et Celsius in *Hierob.* T. II, p. 360.

מִקְצוֹעַ m. *angulus* (a *praecidendo* q. d. *locus* aedificii *abscissus* sive *abruptus*) Ezech. 46, 21. Neh. 3, 2. 19. 24. 25. 2 Chron. 26, 9., plur. מִקְצוֹעִים, in regim. מִקְצוֹעֵי Ezech. 46, 22., et מִקְצֹעוֹת Exod. 26, 24. 36, 29., cum affixo מִקְצֹעֹתָיו Ezech. 41, 22.

מַקְצוּעָה f. *scalprum, runcina.* Plur. מַקְצֻעוֹת Jes. 44, 13.

קָצַף 1) i. q. arab. قصف *fregit,* it. *fractus, debilis fuit,* v. קֶצֶב n. 1. 2) *succensuit, iratus est* (syr. *invidit*) Jes. 57, 16. 64, 8., sq. עַל Jes. 47, 6. Zach. 1, 15. Num. 16, 22. Levit. 10, 6. Eccles. 5, 5., semel sq. אֶל Jos. 22, 18. Hanc posteriorem significationem cum priore illa cohaerere, verisimile est, cf. arab. قَصُفَ *vir cito irascens,* patientiam q. frangens, et infra קצר. — Hiph. הִקְצִיף *ad iram concitavit, irritavit* (Jovam) Deut. 9, 7. 22. Zach. 8, 14. Ps. 106, 32. — Hithpah. *iratus est* Jes. 8, 21.

קְצַף chald. *id.* Dan. 2, 12.

קֶצֶף m. 1) Hos. 10, 7. *cremium* (ita post Lxx. et Kimchium Schultens. cf. rad. n. 1. et قصيف *fractus arboris ramus*). 2) *ira* vehemens, *aestus irae* Num. 1, 23. Deut. 29, 28. Jos. 9, 20. 2 Reg. 3, 27. Jes. 34, 2. etc., cum affixo קִצְפִּי Jes. 60, 10. et קִצְפֶּךָ Ps. 38, 2.

קְצַף m. chald. *ira* vehemens Esr. 7, 23.

קְצָפָה f. Joël. 1, 7. *fractio, fractura* v. Bochartı *Hieroz.* P. II, p. 469.

קָצַץ *abscidit, praecidit, amputavit* (قَصَّ et قَضَّ *secare, scindendo separare*) Deut. 25, 12 (manum) Jer. 9, 26. 25, 23. 49, 32 (barbam). Pih. קִצֵּץ *abscidit, amputavit* Jud. 1, 6. 2 Sam. 4, 12 (manus, pedes) Ps. 129, 4 (funes), *truncavit, detruncavit* Ps. 46, 10., *avellit* 2 Reg. 18, 16. 24, 13., *concidit* Exod. 39, 3 (in fila). — Pyh. part. plur. מְקֻצָּצִים *amputati, truncati* Jud. 1, 7.

קְצַץ chald. *abscidit;* Pahel *id.* Dan. 4, 11.

קֵץ m. 1) finis h. e. extremitas, extremus terminus sive spatii Ps. 48, 11. Jes. 26, 15. 37, 24., מִקֵּץ *ab extremo* terrarum *(undique)* Jer. 50, 26., sive temporis מִקֵּץ עֶשֶׂר שָׁנִים *sub fine decem annorum* (cf. מִן) Gen. 16, 3. 8, 6. 41, 1., in recentior. libr. לְקֵץ *sub fine* Dan. 11, 6. 2 Chron. 18, 2., hinc spec. a) *interitus, excidium* Gen. 6, 13. Jer. 51, 13. Thren. 4, 18. Ezech. 7, 2., עֲוֹן קֵץ *nequitia interitum afferens* Ezech. 21, 30. 34. 35, 5. b) *exitus* vaticinii Hab. 2, 3. c) עֵת קֵץ Dan. 8, 17., מוֹעֵד קֵץ 8, 19., קֵץ הַיָּמִים Dan. 12, 13. *extrema tempora* h. e. aetas Messiae adventum proxime antecedens v. Bertholdti Christol. p. 45 sqq. 2) i. q. *modus* Job. 22, 5. Eccles. 4, 16. — Cum affixo קִצּוֹ Jes. 37, 24. et קִצָּה 2 Reg. 19, 23., plur. קְצִים, in regim. קִצֵּי, pro quo, resoluto dagesch forti in nun, more Chaldaeorum, dictum קִנְצֵי Job. 18, 2. Saepius non legitur plur., alibi pro eo est קְצִים et קְצוֹת (v. קָצָה et קָצָה).

קִיצוֹן m. (pro קִצּוֹן) *extremus*, unde foem. קִיצוֹנָה Exod. 26, 4. 10. 36, 11. 17. Potest tamen etiam deduci a קֵץ, ita ut dictum sit pro קִצּוֹן, ut נִידָה pro נִדָּה v. GESEN. L. p. 145.

קָצַר 1) fut. יִקְצֹר, transit. *abscidit* (קָצַץ *id.*), spec. *abscidit fruges, messuit, demessuit* Eccles. 11, 4. Levit. 25, 5. Deut. 24, 19. 2 Rĕg. 19, 29. Jer. 12, 13. Jes. 17, 5., trop. Ps. 126, 5. Job. 4, 8. Hos. 10, 13. Prov. 22, 8. (v. sub זָרַע). Partic. קֹצֵר *messor* Jer. 9, 22. 1 Sam. 6, 13. Ruth. 2, 3. 7. 2) fut. יִקְצַר, intransit. *abbreviatus, decurtatus est, brevis est* (קָצַץ *id.*) Jes. 28, 20. Ezech. 42, 5., spec. a) קָצְרָה יָדִי *brevis est, facta est manus mea* h. e. potentia mea imminuta est Num. 11, 23., vires meae imbecilles sunt, potentia destituor Jes. 50, 2. 59, 1. b) קָצְרָה רוּחִי, נַפְשִׁי *patientia mea defatigatur, indignatio, taedium me capit* Jud 16, 16. Job. 21, 4. Mich. 2, 7., sq. בְּ Num. 21, 5. Jud. 10, 16. Zach. 11, 8. [Praet. hujus etiam significationis קָצַר Mich. 2, 7., nusquam קָצָר. Pih. קִצֵּר *abbreviavit, decurtavit* Ps. 102, 24. — Hiph. *id.* Ps. 89, 45. Sed Job. 24, 6. יַקְצִירוּ *metent* sec. Cthib, ubi Kri habet וְקָצְרוּ (ut Ps. 126, 5.).

קָצָר m. *curtus, brevis,* קְצַר יָמִים *per breve tempus vivens* Job. 14, 1., metaph. קְצַר יָד *potentia destitutus, imbellis* Jes. 37, 27. simil. arab. قَصُرَ v. SCHULTENS. Clav. dial. p. 328.; קְצַר אַפַּיִם Prov. 14, 17. et קְצַר רוּחַ Prov. 14, 29. *iracundus, proclivis ad iram.*

קֹצֶר m., unde קֹצֶר רוּחַ i. e. *taedium, impatientia* Exod. 6, 9. vid. antea in verbo.

קָצִיר m. 1) *messis* Gen. 8, 22. 30, 14. 45, 6. Jos. 3, 15. etc. Metonym. a) ipsae *fruges* Levit. 19, 9. 23, 22. Deut. 24, 19. 1 Sam. 8, 12. Jes. 16, 9. b) *messores* Jes. 17, 5. v. ROSENM. ad h. l. 2) *frons, ramus viridis* Ps. 80, 12. Job. 14, 9., trop. 18, 16. 29, 19., dictus a *secando* et *amputando*, sec. all. ab *acuto* et *viridi colore*. Vocabula enim *secandi* et *acuminis* ad *colores* referuntur, quos Graeci ὀξεῖς, Latini *acutos* vocant, conf. SIMON. *Arcan. Form.* p. 65 sqq. Sic קָצַץ est *succîdit, abscidit,* it. *viruit.*

קַר, קָר et קֹר vid. infra sub rad. קרר.

קָרָא 1) clamare, non in univ., ut צָעַק, זָעַק, sed ita, ut clamore petas aliquem: a) sq. אֶל pers. *inclamare* aliquem *(zurufen, anrufen, rufen nach)* 1 Sam. 26, 14. Jer. 7, 27. 2 Reg. 6, 11. Gen. 3, 9. Jes. 6, 3., קָ אֶל־יְהוָה *ad Jovam clamare, eum invocare, implorare* Deut. 24, 15. Jes. 21, 11. Eodem sensu dicitur קָרָא יְהוָה Ps. 14, 4. 18, 7. 130, 1. 145, 18. Prov. 1, 28. (coll. Hos. 7, 11.) et קָרָא שֵׁם יְ Ps. 99, 6. Deut. 32, 3. Sed formula קָ בְּשֵׁם יְהוָה (propr. *clamare* h. e. precari *in nomine Jovae* h. e. ita, ut nomen Jovae pronuncies tanquam ejus, ad quem preceris) plerisque in locis latius patere et omnem pietatis cultum significare videtur (Gen. 4, 26.): *Jovam venerari, colere* Gen. 12, 8. Ps. 79, 6. 105, 1. Jes. 65, 1. Jer. 10, 25. Simil. קָ בְּשֵׁם חַבְעַל 1 Reg. 18, 26. Ceter. v. sub b. et n. 3. b) *proclamare* Joel. 4, 9. Jes. 40, 3. Jer. 2, 2. 3, 12. 7, 2., *indicere* Jer. 36, 9. Jon. 3, 5. Esr. 8, 21., palam *nuntiare* aliquid Jes. 61, 1. Jer. 34, 8., absol. *concionari, praeconium facere* (de prophetis) Jes. 58, 1. Jon. 1, 2. Zach. 8, 7. Passim addita est laudandi notio, ita ut קָ sit: *praedicare, celebrare* aliquem, aliquid

Prov. 20, 6. *clamat* (laudat) *suam quisque clementiam.* Eodem pertinet קָ בְּשֵׁם יְהוָה 1 Chron. 16, 8. *celebrare nomen Jovae,* קָ בְּשֵׁם יַעֲקֹב *praedicare nomen Jacobi* i. e. Jacobitis se adjungere Jes. 44, 5. 48, 1., nec non Ps. 49, 12. קְרָאוּ בִשְׁמוֹתָם *praedicant* (praedicantur) *nomina eorum,* ubi v. Rosenm. Trop. Prov. 27, 16. *unguentum absconditum clamat* h. e. odore se omnibus prodit et commendat. c) clara voce *recitare* Exod. 24, 7. sq. acc., *clara voce legere* sq. בְּ (in libro) Jer. 36, 6. 13. 15., deinde gener. *legere* Deut. 17, 19. 2 Reg. 5, 7. Jes. 29, 11. Ita syr. et arab. sexcenties. — 2) vocare *(rufen)* h. e. clamando arcessere, sq. acc. pers. Exod. 2, 7. Jer. 36, 4., sq. dat. Gen. 20, 9. 1 Reg. 1, 28. 1 Sam. 19, 7. Num. 16, 12. al., ubi de pluribus agitur: *convocare* Gen. 41, 8. sq. acc., Gen. 39, 14. 20, 8. sq. dat. Sed praeter vulgarem usum קרא *vocare* his maxime modis dicitur: a) *vocare, invitare ad coenam* 1 Sam. 9, 22. Prov. 9, 3. Zeph. 1, 8., deinde *invitare* ad alia Jud. 21, 13. קָ לְשָׁלוֹם לְ *ad pacem invitare* aliq. h. e. pacem offerre alicui, Deut. 20, 10. b) *vocare in jus* Job. 5, 1. 13. 21. 14, 1., ut καλεῖν. c) vocare ad munus aliquod obeundum, *muneri praeficere, constituere* Jes. 49, 1. 42, 6. 51, 2 ; gravius est קָ בְּשֵׁם פְּ aliquem *nominatim constituere, designare* Jes. 43, 1. 45, 3. 4. d) Deus dicitur *vocare* mala, calamitates h. e. immittere Am. 5, 8. 7, 4. Hagg. 1, 11. 2 Reg. 8, 1., semel *vocare generationes* h. e. existere jubere Jes. 41, 4. Sim. καλεῖν Rom. 4, 17. e) *vocare sibi nomen* i. e. acquirere Ruth. 4, 11. f) Prov. 18, 6. *os ejus verbera vocat,* arcessit h. e. sermonibus efficit, ut verberibus mulctetur. — 3) nominare, nuncupare, nomen imponere (lat. etiam *vocare*), קָרָא שֵׁם לְ Gen. 26, 18. Ruth. 4, 17. Ps. 147, 8. Ubi ipsum *nomen,* quod alicui impositum est, adjicitur, varie construitur: a) קָרָא לַנַּעַר אִי כָּבוֹד *vocavit puerum Ichabod,* puero nomen Ichabodi imposuit 1 Sam. 4, 21. Gen. 1, 5. Num. 13, 17. Ruth. 1, 20. Jes. 58, 13. al. b) sq. dupl. acc. Gen. 26, 33. Num. 32, 41. c) קָ שְׁמוֹ יַעֲקֹב *vocavit nomen ejus Jacob* Gen. 27, 36. 19, 22. 11, 9. 4, 25. 26. 41, 45. al., קָ שֵׁם פְּ בְּשֵׁם vel בְּשֵׁם פְּ קָ est *vocare aliquem ex nomine alic. (nach Jem. Namen)* Jud. 18, 29. Gen. 4, 17. coll. Jos. 19, 47. In his locis passim קָרָא et נִקְרָא imperson. dicitur: *vocatum, nominatum est* Gen. 11, 9. 16, 14. 19, 22. 25, 30. 35, 8. Num. 11, 34. al. — Singulare est, quod Exod. 33, 19. legitur: קָרָאתִי בְשֵׁם יְהוָה *vocabo* i. e. appellabo, pronunciabo *nomen Jovae, ich will den Namen Jova nennen,* sc. ut intelligas, quocum tibi res sit, atque ita caveas tibi v. Rosenm. ad h. l.— Praet. 3. f. cum terminatione chald. וְקָרָאת Jes. 7, 14. Infin. constr. קָרֹא Gen. 4, 26. 1 Sam. 3, 6. 8. et ad similit. verbor. tert. he קְרֹאוֹת (cum ו otioso) Jud. 8, 1.; cum affixo קָרְאִי Ps. 4, 2. 4. etc., imper. קְרָא Deut. 31, 14. Jud. 7, 3., cum affixo קָרְאִי Ps. 4, 2. 4. etc. Imper קְרָא Deut. 31, 14. Jud. 7, 3., cum affixo et nun epenthet. קָרְאֵנָּה Jer. 36, 15., plur. in pausa קִרְאוּ Jes. 34, 16., cum affixo קִרְאוּהוּ Jes. 55, 6., foem. קָרְאָן Ruth. 1, 20. et per apocopen קָרְאֶן Exod. 2, 20., fut. יִקְרָא Gen. 2, 19. etc., cum affixo יִקְרָאוֹ pro יִקְרָאוּ Jer. 23, 6., plur. in pausa et cum vau convers. וַיִּקְרָאוּ 2 Reg. 10, 20., cum affixo יִקְרָאֻנִי Prov. 1, 28.

Niph. נִקְרָא 1) *vocatus est* h. e. a) accitus est *(gerufen werden), convocatus est* Esth. 3, 12. 8, 9. b) *nominatus,* nuncupatus est Jes. 56, 7. בֵּיתִי בֵּית תְּפִלָּה יִקָּרֵא *aedes mea aedes precum vocabitur* (non *erit,* ut interptt. ad Matth. 21, 13. volunt, satis inepte) 54, 5. Zach.

8, 2.; alibi imperson. Jes. 1, 26. יִקָּרֵא לָךְ עִיר הַצֶּדֶק *nom'nabitur tibi* (nomen) *urbs* (urbis) *justitiae*, 1 Sam. 9, 9. Jes. 32, 5. 62, 4., לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ אַבְרָם (*man wird nicht ferner deinen Namen* etc.) Gen. 17, 5. 35, 10. Dan. 10, 1. Raro נִקְרָא שֵׁם est *nomen appellatur, pronunciatur* Jer. 44, 26., vel *nomen celebratur* Ruth. 4, 14. Ceterum notandae sunt hae phrases: *α)* נִקְרָא sq. בְּ Gen. 21, 12., vel בְּשֵׁם פּ Jes. 43, 7. 48, 1. *nominari, appellari de nomine alicujus* (patris vel Dei) h. e. genti, familiae ejus accenseri. *β)* נִקְרָא שֵׁם פּ עַל *nominatur, appellatur nomen alicujus super al.* (ἐπὶ τ.) i. e. tribuitur vel dicatur aliquid alicui, 2 Sam. 12, 28. *ne ego capiam urbem* וְנִקְרָא שְׁמִי עָלֶיהָ *et captae laus mihi tribuatur*, Jes. 4, 1. רַק יִקָּרֵא שִׁמְךָ עָלֵינוּ *dummodo tuae esse dicamur*. Saepius Jovae nomen appellari dicitur super iis vel hominibus vel rebus, qui ipsi dicati, consecrati sunt Deut. 28, 10. Jes. 63, 19. Jer. 7, 10. 1 Reg. 8, 43. Dan. 9, 18. 2) *lectus est* Esth. 6, 1., impers. *lectum, praelectum est* sq. בְּ in libro Neh. 13, 1.

Pyh. קֹרָא 1) *vocatus est* h. e. e reliquorum numero lectus est *(berufen werden)* Jes. 48, 12., ubi v. Rosenm. 2) *nominatus est* Jes. 65, 1. Alibi לוֹ קֹרָא *vocatum est ei* nomen, vocatus, appellatus est Ezech. 10, 13. Jes. 48, 8. 58, 12., addito voc. שֵׁם Jes. 62, 2.

Ceter. v. sub rad. קרה.

קָרָא vel קָרָה chald. 1) *clamavit* Dan. 3, 4. 4, 11. 5, 7. 2) *legit* Dan. 5, 8. 16. 17., part. Pehil קְרִי Esr. 4, 18. 23. — Ithpehel *vocatus, advocatus est* Dan. 5, 12.

קֹרָא m. *perdix*, a *clamando, vocando* (ita vern. *Rebhuhn* ab obsol. voc. *ropen* i. e. *rufen* deduxit Adelungius in Lex. germ. III, p. 1090.) 1 Sam. 26, 20. Jer. 17, 11. Bochartum, qui *rusticulam*, et Oedmannum, qui *meropem apiastrum* significari putat, bene refutavit Rosenm. ad Bocharti Hieroz. T. II, p. 636.

קָרְיָא m. *vocatus*, unde plur. קָרִיאֵי מוֹעֵד Num. 16, 2. (1, 16. in Cthib) *in concionem vocari soliti, legati* populi, *Abgeordnete, Repraesentanten*. Lxx. σύγκλητοι βουλῆς.

קְרָאָה vid. sub rad. קרה.

קְרִיאָה f. *proclamatio, praeconium* Jon. 3, 2.

מִקְרָא m. 1) *convocatio populi* Num. 10, 2., saepius a) *populus* ad sacra obeunda *convocatus*, *coetus sacer* Jes. 1, 13., spec. מִקְרָא קֹדֶשׁ *πανήγυρις ἱερά*, quae singulis sabbatis ac primo quoque et septimo paschatos, pentecostes, festi denique tabernac. die instituebatur Exod. 12, 16. Levit. 23, 3. 7. 8. Num. 10, 2. b) *locus conventus sacri* Jes. 4, 5., ubi v. Rosenm. 2) *recitatio* Neh. 8, 8.

קָרַב et קָרַב (Zeph. 3, 2.) *appropinquavit*, prope *accessit* (in dial. *id.*) 2 Sam. 15, 5. Levit. 10, 4., sq. אֶל Exod. 40, 32. Levit. 9, 7. Gen. 37, 18., sq. לְ Job. 33, 22. Raro legitur de rebus (ap. poet.) Ezech. 37, 7. Ps. 91, 10., max. de tempore Deut. 15, 9., hinc קָרְבוּ יְמֵי פּ לָמוּת Gen. 47, 29. 1 Reg. 2, 1. Praeterea commemorandae sunt hae locutiones: a) *appropinquare ad Jovam*. אֶל־יְהוָה dicuntur vel Levitae, qui Jovae ministrant Ezech. 40, 46., vel homines, qui Deum pie colunt Zeph. 3, 2. Illo priore sensu legitur etiam קָ לִפְנֵי יְ Levit. 16, 1. *appropinquare*

et sistere se *coram Jova*. b) Jova dicitur appropinquare, quando opem fert afflictis Thren. 3, 57. Ps. 69, 19. c) *appropinquare ad mulierem* est: rem habere c. ea Gen. 20, 4. Levit. 18, 6. 14. Jes. 8, 3. Ezech. 18, 6.; sim. graec. πλουσιάζειν 2 Macc. 6, 4. et ap. alios scriptores, observante GATAKERO de stylo N. T. c. 11. d) קְ׳ לַמִּלְחָמָה *ad dimicandum accedere, procedere* Deut. 20, 3., sq עַל Deut. 20, 10. Ps. 27, 2., sq. אֶל Jos. 8, 5. e) *ad se* ipsum *accedere* jubentur, quibus ut *recedant* ab alio quodam praecipitur Jes. 65, 5. קְרַב־אֵלַיִךְ אַל־תִּגַּשׁ בִּי *procul tibi esto, noli ad me accedere* v. Hiph. — Inf. cum ה parag. קָרְבָה Exod. 36, 2., cum affixis קָרְבָתָם Deut. 20, 2. (v. GESEN. L. p. 317.), קָרְבָתָם Exod. 40, 32. (ex קָרְבָּה), imper. קְרַב Levit. 9, 7., cum ה parag. קָרְבָה Ps. 69, 19., fut. יִקְרַב Gen. 37, 18., plur. *foem.* תַּקְרַבְנָה pro תִּקְרַבְנָה cum affomante *masc.* — Niph. נִקְרַב *appropinquavit, accessit, stitit se* Exod. 22, 7. Jos. 7, 14. — Pih. קֵרַב 1) transit. a) *appropinquare fecit, admovit* Ezech. 37, 17., trop. *applicuit* Jes. 46, 13 (benignitatem) Hos. 7, 6 (animum), *attulit* Jes. 41, 21 (litem, caussam suam). b) *appropinquare sivit, passus est* Job. 31, 37., *admisit* Ps. 65, 5. — 2) intransit. (festinanter) *appropinquavit*, sq. infin. c. לְ Ezech. 36, 8. קְרֹבוּ לָבוֹא *proxime venient, redibunt.* — Imp. קָרֵב Ezech. 37, 17., fut. וְקָרֵב etc. Hiph. הִקְרִיב 1) transit. a) *appropinquare fecit* i. e. *adduxit* Exod. 28, 1. 29, 4. (homines) Ezech. 22, 4 (tempora), *admovit* Jes. 5, 8., *attulit, obtulit* Jud. 5, 25. 3, 18., spec. sacrificia Levit. 3, 1. 7, 8. 35. 21, 6. Num. 7, 18. 19. Mal. 1, 8., *detulit* (ad judicem) Deut. 1, 17. b) *appropinquare sivit* Num. 8, 9. 10., *admisit* Jer. 30, 21. c) sq. מִן *recedere fecit, removit* 2 Reg. 16, 14. — 2) intransit. *appropinquavit* Exod. 14, 10., it. *propinquus, proximus fuit, in eo fuit ut*, sq. infin. c. לְ Gen. 12, 11. Jes. 26, 17.

קָרַב chald. *appropinquavit, accessit* Dan. 3, 26. 6, 21. 7, 17. Praet. plur. קְרִבוּ Dan. 3, 8. 6, 13. — Pahel *obtulit* Esr. 7, 17. — Aphel הַקְרִיב *adduxit* Dan. 7, 13., *obtulit* Esr. 6, 10. 17.

קָרֵב m. *appropinquans, accedens* Num. 1, 51. 3, 10. 38. 17, 28. 18, 7. 1 Sam. 17, 41. 2 Sam. 18, 25. 1 Reg. 4, 27., plur. קְרֵבִים Deut. 20, 3. Ezech. 40, 45. 45, 4.

קָרוֹב m., קְרוֹבָה f. 1) *propinquus* sive loco Gen. 19, 20. 1 Reg. 8, 46., sq. אֶל Deut. 22, 2., sq. מִפְּנֵי Job. 17, 12. (*prope abesse a*) etc., sive tempore Deut. 32, 35. Jes. 13, 6. Jer. 48, 16. Ezech. 7, 7., sive cognatione et affinitate Ps. 38, 12., sq. אֶל Num. 27, 11. 2 Sam. 19, 43., sq. לְ Ruth. 2, 20. Neh. 13, 4, sive favore et ope Ps. 34, 19. 119, 151. 145, 18. etc., sive consuetudine et amicitia, hinc Job. 19, 14. קְרֹבַי *familiares mei.* Adde Jer. 12, 2. קָרוֹב אַתָּה בְּפִיהֶם i. e. in *ore te* (nomen tuum) *gerunt*, Ps. 75, 2. קָרוֹב שִׁמְךָ *nomen tuum propinquum* nobis *est*, animo nostro inhaeret (alii c. SCHULTENSIO: *notum est*, coll. arab. قَرُبَ v. Opp. min. p. 39. 197.); קְ׳ אֶל־הַמֶּלֶךְ *proximus* (dignitate) *regi* i. e. amicus regis Esth. 1, 14. Haud multum discrepat, quod sacerdotes קִרְבֵי יְהוָה appellantur, quippe ad Jovam h. e. sanctuarium propius accedentes Levit. 10, 3. Ezech. 42, 13. 43, 19. — 2) de tempore: *brevis* (quod a fine *prope* abest) Ezech. 7, 8., ubi מִקָּרוֹב *brevi* (arab. مِنْ قَرِيبٍ), Job. 20, 5. רִנַּת רְשָׁעִים מִקָּרוֹב *jubila impii* e propinquo h. e. *brevia sunt.*

קְרָב m. *praelium, certamen* (v. rad. sub d) 2 Sam. 17, 11. Ps 55, 19. 22. 78, 9 Job. 38, 23. Eccles. 9, 18. Zach. 14, 3. etc., plur. קְרָבוֹת Ps. 68, 31.

קְרָב m. chald. *id.* Dan. 7, 21.

קֶרֶב m. *intimum, medium* rei Gen. 45, 6. Ps. 55, 12. 101, 2. Jes. 5, 25. etc., spec. a) de interioribus corporis partibus, de *visceribus* omnibus, ut de corde, de ventre, de utero etc. Gen. 25, 22. 41, 21. Exod. 12, 9. Levit. 1, 13. Jer. 4, 14. Prov. 26, 24. b) de *animo* intimo h. e. de iis, quae in animo volvuntur, agitantur, sive desideriis sive cogitationibus (ut nostrates etiam dicunt: *das Innere*) Ps. 5, 10. 49, 12. 64, 7. — Passim fere redundat ita, ut בְּקֶרֶב פ׳ sit: *inter* Ps. 48, 10. 74, 4. 11. 109, 22., *in* Gen. 45, 6. Jos. 3, 17. 2 Reg. 4, 13., מִקֶּרֶב *ex* Num. 4, 13. Conf. תּוֹךְ. — Cum affixis קִרְבִּי Jes. 16, 11., קִרְבָּתָה pro קִרְבָּן Gen. 41, 21., plur. קִרְבִּים, unde cum affixo קִרְבַּי Ps. 103, 1.

קִרְבָה f. *appropinquatio, accessus;* in regim. קִרְבַת Ps. 73, 28. Jes. 58, 2.

קָרְבָּן sec. plurimos codd. Ezech. 40, 43. (ex Pihel v. Ewald. Gr. p. 143.), alibi semper קָרְבָּן m. *oblatio,* quae Deo fit (sive victimis constet sive rebus incruentis) Levit. 1, 20. 7, 14. 17, 4. 27, 9. 11. (זֶבַח *oblatio, sacrificium, victima*), in regim. קָרְבַּן Levit. 2, 1. Num. 7, 7., cum affixis קָרְבָּנִי Num. 28, 2. קָרְבָּנְכֶם Levit. 1, 2., plur. cum affixo קָרְבְּנֵיהֶם Levit. 7, 38.

קָרְבָּן m. *oblatio* h. e. ipsum offerendi officium Neh. 10, 35. 13, 31.

קַרְדֹּם m. *securis,* arab. قَدُوم, talm. קורדום Mischn. VI, 71. (fortasse a גּם *per longum secuit, fidit,* immissa ר litera). Cum affixo קַרְדֻּמּוֹ 1 Sam. 13, 20., plur. קַרְדֻּמִּים 1 Sam. 13, 21. et קַרְדֻּמּוֹת Jud. 9, 48. Ps. 74, 5. Jer. 46, 22.

קָרָה et passim קָרָא 1) occurrit, *obviam factus est* v. Niph., sensu hostili Deut. 25, 18. אֲשֶׁר קָרְךָ בַּדֶּרֶךְ *quommodo occurrerint tibi* h. e. invaserint, aggressi fuerint te. 2) longe frequentius: *obtigit, evenit, accidit* Jes. 41, 22., sq. acc. pers. Esth. 4, 7. 6, 13. Jer. 13, 22. Eccles. 2, 14. 9, 11. 1 Sam. 28, 10. Gen. 49, 1. al., sq לְ pers. Dan. 10, 14. Singulare est Ruth. 2, 3. וַיִּקֶר מִקְרֶהָ חֶלְקַת הַשָּׂדֶה לְבֹעַז *accidit casus ejus, pars agri Boasi* fuit h. e. casu incidit in agrum Boasi. Quominus חֶלְקַת ה׳ copules cum וַיִּקַּר מ׳, accentus voci מִקְרֶהָ appositus vetat. Praet. 3. foem. more chald. וְקָרָאת Deut. 31, 29. Part. praes. plur. f. קָרְאוֹת cum affixo קָרְאָתַיִךְ Jes. 51, 19., fut. יִקְרֶה Dan. 10, 14. et יִקְרָא Gen. 49, 1., cum affixo יִקָּרֶךָּ 1 Sam. 28, 10. (cum dagesch forti euph.), infin. v. inter nomm. — Niph. נִקְרָה et נִקְרָא 1) *occurrit, obviam factus est* Num. 23, 15., sq אֶל pers. Num. 23, 4. 16., sq. לִפְנֵי pers. 2 Sam. 18, 9., sq. עַל Exod. 3, 18. (5, 3.) יְהוָה אֱלֹהֵי הָעִבְרִיִּים נִקְרָה עָלֵינוּ *Jova, Hebraeorum Deus, obviam nobis factus est,* comparuit nobis, manifestavit se nobis. Alii, ut nuper Rosenm., *Jova, Hebr. D., vocatur super nos* i. e. nos vocamur ejus populus; sed ita tamen intolerabilis tautologia inest in verbis אלהי העב׳. Passim נקרה, ut Lat. *occurrere,* etiam

de rebus dicitur, in quas quis *incidit*, quas *offendit* Deut. 22, 6. — 2) *forte, casu fuit, adfuit* aliquo in loco 2 Sam. 1, 6. 20, 1. Infin. absol. נְקֹרֹא 2 Sam. 1, 6., fut. cum vau convers. וַיִּקָּר Num. 23, 4., etiam וַיִּקָּרֶא 2 Sam. 18, 9. — Pih. קֵרָה *contignavit* (q. d. occurrere sibi invicem fecit trabes) Neh. 2, 8. 3, 3. 6. 2 Chron. 34, 11., poët. pro *struere, aedificare* Ps. 104, 3. — Hiph. 1) *occurrere fecit* Gen. 24, 12. הַקְרֵה־נָא לְפָנַי *occurrere fac* (o Deus) *mihi* sc. quam quaero, puellam, 27, 20. *Sibi occurrere facere* est: quaerere, eligere Num. 35, 11. 2) *evenire, accidere fecit* mala alicui, *adduxit* in al. Jer. 32, 23., sq. dupl. acc.

קָרָה chald. vid. antea קְרָא.

קֶרִי m. *casus* Deut. 23, 11. אֲשֶׁר לֹא יִהְיֶה טָהוֹר מִקֶּרֶה־לָּיְלָה *qui non est mundus propter casum nocturnum* h. e. pollutionem nocturnam. Cf. קְרִי Sanhedr. 106, 1. Berach. 22, 1. *κατ' ἐξοχήν fluxus seminis viri.*

קוֹרָה f. *tignus, trabs* 2 Reg. 6, 2. 5. (syr. ܩܘܪܝܐ *id.*), sic dicta putatur, quod *trabes* in aedificiis ita disponuntur, ut altera alteri *occurrat* et *opposita* sit. Cum affixo קֹרָתִי *trabs mea*, per synecdochen vel *μείωσιν* (ut alibi *tectum*) pro *domus mea* Gen. 19, 8. Plur. קֹרוֹת Cant. 1, 17. 2 Chron. 3, 7.

קֶרִי, in pausa קָרִי, *occursus* hostilis, trop. בְּקֶרִי הֲלַכְתֶּם עִמִּי vel בְּקָרִי obviam alicui ire h. v. *resistere, adversari* Levit 26, 21. 23. 24. 27. 40. 41. Hinc קְרִי הֲלַכְתֶּם עִמִּי בְּחֵמַת קָרִי *hostili ira alicui adversari* v. 28.

קְרָאת, infin. Kal verbi קָרָה (ut יְרָאָה) *occurrere, occursus.* In regim. לִקְרָאת, cum ל, pro quo semper legitur per Syriasm. לָקְרַאת a) *in occursum, obviam* Exod. 4, 27. Jud. 4, 18. 2 Sam. 6, 20. al., hostili sensu Num. 21, 23. Jud. 7, 24., praegn. Jud. 19, 3. 1 Sam. 21, 3. b) *ex adverso, e regione* Gen. 15, 10. Jos. 8, 14. etc. Cum affixis לִקְרָאתְךָ *obviam tibi* Gen. 32, 7., לִקְרָאתוֹ *obviam ei* Gen. 14, 13. Exod. 7, 15., לִקְרַאתְכֶם (pro לִקְרָאתְכֶם) Deut. 1, 44. 2 Reg. 1, 7. etc.

קִרְיָה f. *urbs, civitas* (syr. ܩܪܝܬܐ, ܩܘܪܝܐ, arab. قَرْيَة *urbs, pagus*) voc. poetis maxime celebratum Deut. 2, 36. 1 Reg. 1, 41. 45. Prov. 11, 10. Job. 39, 7. etc., sive a *frequenti occursu* hominum, sive a plurium aedificiorum *contignatione.* In regim. קִרְיַת Ps. 48, 3. Prov. 10, 15.

Persaepe hoc voc. in nominib. propr. oppidorum occurrit, ut 1) קִרְיַת Jos. 18, 28. urbs tribus Benjamin v. Relandi P. p. 724. 2) קִרְיַת אַרְבַּע (v. Jos. 14, 15.) postea *Hebron* dicta, in montanis Judae sita, Gen. 23, 2. Jos. 20, 7. Neh. 11, 25. 3) קִרְיַת בַּעַל eadem, quae *Kirjath Jearim*, ut appareat ex Jos. 15, 60. (v. infra.). 4) קִרְיַת חֻצוֹת *(urbs vicorum)* in Moabitide Num. 22, 39. 5) קִרְיַת יְעָרִים urbs in tribu Juda Jud. 18, 12. alibi *Kirjath arim* et *Kirjathbaal* Jos. 18, 14., vicina Betschemes 1 Sam. 6, 21. 6) קִרְיַת סַנָּא urbs tribus Judae in regione montana, alio nomine *Debir* et *Kirjathsepher*, Jos. 15, 49., fortasse a סנה *lex, constitutio*, ut adeo סנה et ספר sint significationis affinis v. Bochartı Canaan 2, 17. 7) קִרְיַת סֵפֶר v. praeced. 8) קִרְיַת עָרִים Esr. 2, 25. eadem, quae *Kirjath Jearim*, ut intelligitur ex Neh. 7, 29. conf. n. 5. 9) קִרְיָתַיִם urbs a) Rubenitarum Num. 32, 37. Jos. 13, 19., postea a Moabitis occupata Ezech. 25, 9., fortasse vic. *Körriat*, qu m Seetzenius

in ista regione deprehendit. Aliter statuit Burckhardtus in Itiner. II, p. 626. 1063. b) in tribu Naphtali 1 Chron. 6, 61., quae etiam קַרְתָּן Jos. 21, 32. cum terminatione duali vel chald. vel arab., qualis est etiam in דִּמְנָה. 10) קִרְיוֹת urbs Moabit. Jer. 48, 24.

קִרְיָא et קִרְיָה chald. *urbs, civitas* Esr. 4, 10. 15., emphat. קִרְיְתָא Esr. 4, 12 sqq.

קֶרֶת f. *id.* Prov. 8, 3. 9, 3. 14. 11, 11. Job. 29, 7. Idem voc. in linguae Phoenic. et Punicae reliquiis deprehenditur; ipsum enim *Carthaginis* nomen קרת חדתה (ut in numis scribitur ap. *Eckhel* VII, p. 416.) significat *novam urbem.*

קַרְתָּה urbs tribus Sebulon Jos. 21, 34.

קַרְתָּן urbs tribus Naphtali Jos. 21, 32.

מִקְרֶה m. *casus* i. e. a) id quod fortuito accidit Ruth. 2, 3. 1 Sam. 6, 9. 20, 26.; b) id quod alicui evenit Eccles. 2, 14. 15. 3, 19. 9, 2. 3. De loco Deut. 23, 11. v. sub קָרָה.

מִקְרֶה m. *contignatio, contignatum, contabulatum* Eccles. 10, 18. Verbale ex Conjug. Pih. Talm. הקרה *id.* v. Hartmann. in Wineri Zeitschr. I, p. 42.

קָרַח *glabravit, decalvavit se, calvitium sibi fecit* (קָרֵחַ *calvus fuit*, mut. ח in ע) Mich. 1, 16. Levit. 21, 5. (ad quem loc. v. Ewald. Gramm. p. 288.). — Niph. Jer. 16, 6. לֹא יִקָּרַח לָהֶם *non decalvabitur* vel potius sensu reciproco *non decalvabit se quisquam iis* h. e. eorum (mortuorum) caussa. — Hiph. i. q. Kal Ezech. 27, 31. — Hoph. part. מְקֹרָח *calvitio affectus, decalvatus* Ezech. 29, 18.

קֶרַח m. 1) *glacies* Job. 37, 10. 38, 29., deinde *frigus* Gen. 31, 40. Jer. 36, 10., sicut lat. *gelu* et *frigus* et *glaciem* denotat. 2) *crystallus* Ezech. 1, 22., ob similitudinem cum *glacie,* vel quod *crystallus* sec. vett. opinionem oritur ex *gelu* vehementer concreto, teste Plinio L. XXXVII. c. 2., sicut graec. κρύσταλλος et *glaciem* et *crystallum* significat.

קֹרַח m. 1) *glacies* vel potius *grando* Ps. 147, 17. 2) nom. propr. virorum Gen. 36, 5. 14. 16., in quibus memorabilis est Levita, qui conjurationem fecit contra Mosen Exod. 6, 21. Num. 16, 1 sqq. De בְּנֵי קֹרַח Ps. 42, 44. 85. 84. v. Wineri Lex. bibl. I, p. 389. et J. van Ipseren Com. de filiis Korachi in Biblioth. Hag. II, p. 99 sqq. Nom. patron. קָרְחִי Num. 26, 58. 1 Chron. 12, 6. etc.

קָרַח (formae dagessandae) m. *decalvatus, calvus* in occipite (cf. גִּבַּח) Levit. 30, 40. 2 Reg. 2, 23.

קָרְחָה f., semel (Ezech. 27, 31.) קָרְחָא *decalvatio, calvitium* a) in occipite Levit. 21, 5. Jes. 3, 24. Ezech. 7, 18. etc. Jer. 47, 5. בָּאָה קָרְחָה אֶל־עַזָּה *venit calvitium super Gazam* h. e. luctus ex publica calamitate cf. 48, 37. al. b) in sincipite Deut. 14, 1. i. q. גִּבֵּחַת.

קָרַחַת (formae dagessandae) f. *id.* Levit. 13, 42. 43., transl. *pars panni calva,* pilis carens h. e. aversa Levit. 13, 55. v. Rosenm. ad h. l.

קָרַם 1) *obduxit, induxit (überziehen)* sq. עַל ejus rei, quae inducitur

Ezech. 37, 6. (chald. קְרַם *id.* v. Hartmann. Einl. p. 229.; syr. ܩܪܡ *incrustavit, induxit* aere et auro). 2) intr. *obductus est* Ezech. 37, 8. Fut. יִקְרַם.

קֶרֶן f. cornu animalium Gen. 22, 13. Dan. 8, 5. 8. 9. 21. (etiam elephantum dentes Ezech. 27, 15. cf. Plin. H. N. 18, 1.), per metonym. *vasculum corneum* 1 Sam. 16, 1. 13. 1 Reg. 1, 39., et *buccina* sive *tuba*, ut graec. κέρας et lat. *cornu* Jos. 6, 4. 5. Metaphorice symbolum est *potentiae, roboris* ac *ferociae*. Hinc explicandae sunt hae phrases: *excisum* s. *fractum est alicujus* (regis vel gentis) *cornu* Jer. 48, 25. Thren. 2, 3. i. e. potentia ejus fracta, deleta est; *Deus erigit* s. *evehit* (הֵרִים) *alicujus cornu* Ps. 132, 17. h. e. auget al. potentiam et auctoritatem coll. Ps. 89, 18. 92, 11. Thren. 2, 17. (Horat. Od. 3, 21, 17. *cornua addere*); *exaltatur alicujus cornu* i. e. novum robur assumit Ps. 89, 25. 112, 9. (Ovid. Trist. IV, 9, 27. *cornua sumere*), in deteriorem partem *cornu* (suum) *exaltare* Ps. 75, 5. 6. i. e. spiritus sumere, superbire (cf. Odyss. 19, 211.); huc spectat etiam Job. 16, 15. *immisi in pulverem cornu meum*, metaphora a bobus sumta h. e. id, in quo summum meum decus, summa gloria inest v. Rosenm. et Umbreit. ad h. l. De קֶרֶן יִשְׁעִי cf. infra. — A similitudine dicuntur a) *cornua altaris* i. e. eminentiae in quatuor altaris angulis, quibus victimarum sanguis adspergebatur vel illinebatur Exod. 27, 2. 29, 12. 30, 2. 37, 25. Levit. 4, 7. 8, 15. 16, 18. Am. 3, 14. al. cf. Millii Dissertatt. sel. p. 341 sqq. Gruneri com. in Symb. Brem. III, p. 713 sqq. et Rosenm. ad Exod. 27, 2. b) *cornu montis* h. e. *vertex* (arab. قَرْن, lat. *cornu Parnassi* v. Statii Theb. 5, 532.), etiam *collis solitarius* Jes. 5, 1. Helvetii et Salisburgenses summorum montium vertices appellant *Hörner*, ut *Schreckhorn, Finster-Aarhorn, Wetterhorn, Buchhorn*, Graeci κέρατα. Trop. Deus קֶרֶן יִשְׁעִי *vertex salutis* appellatur Ps. 18, 3. i. e. ad quem tuto refugere licet, in quo certissimum est praesidium. Al. vertunt: *cornu salutis meae* h. e. servator, vindex praesentissimus; nec hoc inepte. c) *cornua solis* h. e. poet. *radii* Hab. 3, 4. Ita etiam Arab. exorientis solis radios قَرْن الغَزَالَة *cornu dorcadis* vocant. — Cum affixo קַרְנִי 1 Sam. 2, 1. Dual. a) קַרְנַיִם *utrumque cornu* Am. 6, 13. (etiam *transl.* de *robore*), pro plur. Hab. 3, 4. b) קְרָנַיִם Dan. 8, 3. 6. 20. (tanquam a sing. קֶרֶן), c. affixo קְרָנָיו Dan. 8, 7. Plur. קְרָנוֹת Ezech. 43, 15., in regim. קַרְנוֹת Exod. 29, 12. Levit. 4, 7. 18. 25. 30. 34., cum affixo קַרְנֹתָיו Exod. 27, 12. etc. Haec plur. forma semel proprie Ezech. 27, 13., alibi de altaris cornubus, rarius metaph. de robore (Ps. 75, 11. Zach. 2, 1. 4.) dic.

קָרֶן, unde dual. קְרָנַיִם v. sub קֶרֶן.

קָרֶן com. (m. Dan. 7, 20.) chald. *id.* Dan. 7, 8., emphat. קַרְנָא Dan. 8, 5. 7. 10. 15. 7, 8. 11. 20. 21. Dual. קַרְנַיִן propr. *duo cornua*, sed Dan. 7, 7. de *decem cornibus* usurpatur. Emphat. קַרְנַיָּא Dan. 7, 8. 20. 24.

קָרַן verbum denomin. 1) *cornua emisit*, unde Hiph. part. מַקְרִין *cornua emittens* sive *gerens* Ps. 69, 32. 2) *radios emisit* sive *splenduit, radiavit*, si quidem *radii* cum *cornibus* comparari possunt, Exod. 34, 29. 30, 35. (de facie Mosis). Jam antiquitus ex auctoritate Vulg.

cornutam Mosis faciem ridicule finxerunt v. Deyling. Observatt. s. cr. Tom. III, p. 81 sqq. Rosenm. *Morgenl.* IV, p. 85.

קָרַס *curvavit se, curvatus est, desedit,* ut qui in solum prolapsurus est Jes. 46, 1. 2., ubi copul. c. כרע.

קֶרֶס m. *ansula, uncinus, annulus* (cui laqueolus immittitur) a *curvitate* et *forma inflexa.* Plur. קְרָסִים Exod. 26, 6. 11. 33. 35, 11. 36, 13., in regim. קַרְסֵי Exod. 26, 6. 11. 36, 13. 18.

קַרְסֹל m., unde plur. קַרְסֻלִּים vel dual. קַרְסֻלַּיִם *tali,* cum affixo קַרְסֻלָּיו 2 Sam. 22, 37. Ps. 18, 37. Chald. *id.* Conferunt גרל med. kesre *incessit more claudicantis, incessit ac si pes truncatus esset,* ס et ר inter se permutatis, et immissa, ut fit, ר lit.

קָרַע scidit, rupit, spec. a) *disrupit* (coelos) Jes. 63, 19., *discidit* (*taceravit*) vestes Eccles. 3, 7., quod in luctu gravissimo fieri solebat Num. 14, 6. 2 Sam. 13, 19. Gen. 37, 29. 44, 13. Jes. 36, 22. Jer. 36, 24. 1 Sam. 4, 12. Joel. 2, 13. al.; *dissecuit* Jes. 36, 23. De loco Hos. 13, 8. v. sub v. סָגוֹר. b) *abrupit, avellit* Ezech. 13, 20 (aliquid de brachiis al.) Levit. 13, 56., trop. *eripuit* alicui aliquid 1 Reg. 11, 11. 31. c) *incidit, excidit,* ut *foramina* pro fenestris Jer. 22, 14. d) trop. *proscidit verbis, laceravit famam* alicujus Ps. 35, 15. (קרע II. *verbis contumeliosis proscidit*) conf. statim chald. קְרַץ, quod est *vellicare verbis.* e) *rupit oculos stibio* Jer. 4, 30. Scilicet stibium oculis acu illini solebat (Juven. Sat. 2, 92.), hîc autem nimium fucandi studium, quippe quo oculi quasi lacerentur, perstringit vates v. Rosenm. ad h. l. — Niph. *scissus, discissus est* 1 Reg. 13, 3. 5 (de altari) Exod. 28, 32. 39, 23. 1 Sam. 15, 27. (de vestibus).

קְרָעִים m. plur. *panni laceri* 1 Reg. 11, 30. 31. 2 Reg. 2, 12. Prov. 23, 21.

קָרַץ I) *vellicavit, compressit* (arab. قرص); ק׳ שְׂפָתַיִם *compressit* h. e. momordit *labia* Prov. 16, 30., quod est hominis insidiosi; ק׳ עַיִן Ps. 35, 19. Prov. 10, 10., ק׳ בְּעֵינָיו Prov. 16, 3. *oculis nictare,* quod est hominis irridentis et de aliorum incommodo laetantis. — Pyh. מְקֹרָצִי *de luto decerptus* (formatus) *sum* Job. 33, 6., sumta metaphora a *figulis,* qui vasa formaturi massam *compressis digitis* a luto *avellunt.* — II) i. q. قرض *secuit, resecuit, consumsit,* intrans. *mortuus est,* v. קֶרֶץ.

קֶרֶץ Jer. 46, 20. *excidium* a rad. n. 2.

קְרַץ m. chald. propr. *frustum,* a massa *abscissum* et *avulsum,* syr. ܩܪܨܐ. Hinc trop. אָכַל קַרְצֵי דִי *alicujus frusta comedere* Dan. 3, 8. 6, 25., qua phrasi, etiam in Targum. et in N. T. syriaco frequentata, *obtrectatio* et *calumnia* exprimitur. Assimilantur scil. calumniatores, obtrectatores et sycophantae *canibus rabidis,* qui *frusta* corporibus *avulsa* avide *devorant.* Similes phrases etiam apud Latinos occurrunt, ut *mordere, proscindere, rodere, lacerare, dente Theonino rodere, dente carpere* etc., unde Martialis in *obtrectatorem:* — „*Quid dente juvabit Rodere? carne opus est, si satur esse velis.*" Sic apud Arabes

comedere carnem fratris esse *famam* ejus *lacerare*, observat Schultens. in *Commentar.* ad Job. 19, 22. et graec. ἐνδατοῦμαι apud Aeschyl. in Sept. a. Theb. 580. et Sophoclem in *Trachin.* v. 791., quod sec. Scholiasten propr. significat σφοδρῶς ἐσθίω, metaphor. sumitur pro σφόδρα κακῶς λέγω, δυσφημῶ.

קַרְקַע m. 1) *fundus, solum* et maris Am. 9, 3. et templi vel tabernaculi sacri Num. 5, 17. 1 Reg. 6, 15. 16. 30. 7, 7. (chald. *id.*, arab. قَرَقٌ *locus planus et aequabilis*). Plur. קרקעות *fundi, praedia* passim in Mischnâ legitur. 2) nom. propr. oppidi in finibus austral. Judae Jos. 15, 3.

קָרַקַר vid. in קוּר.

קָרַר rad. Hebr. inusit., chald. et syr. *friguit*, arab. قَرَّ *quievit, friguit*, aethiop. trop. *remissior facta est ira.* Inde sunt

קַר vel קָר m. 1) *frigidus*, plur. קָרִים Prov. 25, 25. Jer. 18, 14. 2) *quietus, mansuetus*, sec. Cthib Prov. 17, 27., sed Kri habet יָקָר, a יָקַר, ubi vide.

קֹר m. *frigus* Gen. 8, 22.

קָרָה f. *id.* Prov. 25, 20. Job. 24, 7. 27, 9. Nah. 3, 17.

קַרְקֹר nom. propr. loci Jud. 8, 10., coll. arab. قَرْقَرٌ *terra plana et mollis* (unde *Corcyrae* nomen duxit Bochartus in Can. p. 505.).

מִקָּרָה f. *locus frigoris* vel *refrigerii* Jud. 3, 20. 24.

קָרַשׁ rad. Hebr. non usitat., arab. قَرَشَ *scidit, abscidit.*

קֶרֶשׁ m. *asser, tabula* Exod. 26, 16—25. Cum affixo קַרְשֶׁךָ Ezech. 27, 6., plur. קְרָשִׁים Exod. 26, 15. 18. 36, 23. 40, 18. Num. 3, 36. etc.

קֶרֶת vid. supra sub rad. קרה.

קַשׁ vid. sub rad. קשש.

קַשְׁאִים vid. sub rad. קשה.

קָשַׁב *auscultavit, attentus fuit*, in Kal semel legitur fut. יִקְשַׁב Jes. 32, 3. [Schultens. ad Prov. 1, 24. confert arab. قَشَبَ *nitidus, tersus fuit*, quod metaphor. sumi potest pro: *attentus fuit*, unde Hiph. hebr. *nitidavit, tersit, emundavit aurem.* Sed Michaelis *Beurtheilung der Mittel* etc. p. 220. 221. attulit arab. قَسَبَ *declinavit, inclinavit*, ut propr. *inclinationem aurium* exprimat; at dubitari potest, an hoc voc. arab. gener. significet: *deflexit*]. — Hiph. הִקְשִׁיב *attendit, aures praebuit* sq. אֹזֶן Ps. 10, 17. Prov. 2, 2., alibi omisso hoc voc. Prov. 1, 24. 1 Sam. 15, 22. Jer. 6, 10. Job. 33, 31., sq. אֶל (*auf*) Jer. 18, 18. Ps. 142, 7. Neh. 9, 34., sq. עַל Prov. 17, 4. 29, 12., sq. לְ Jes. 48, 18. Ps. 5, 3. Cant. 8, 13. Prov. 4, 20., sq. בְּ Ps. 66, 19., sq. acc. Jer. 23, 18. Job. 13, 6.

קֶשֶׁב m. *auscultatio, attentio* 1 Reg. 18, 29. 2 Reg. 4, 31. Jes. 21, 7.

קְשׁוּב, unde plur. f. קְשֻׁבוֹת *attentae* Ps. 130, 2. 2 Chron. 6, 40. 7, 15.

קַשָּׁב m. *id.*, foem. קַשֶּׁבֶת Neh. 1, 6. 11.

קָשָׁה I) i. q. arab. قشا *dolavit, tornavit* (v. Gesen. ad Jes. 3, 24.), unde מִקְשֶׁה et מִקְשָׁה. — II) *durus fuit* (arab. قشى) 2 Sam. 19, 44 (de verbis), *gravis fuit* 1 Sam. 5, 7 (de calamitate) Gen. 49, 7 (de ira), *difficilis, arduus fuit* Deut. 15, 18. 1, 17. — Niph. part. נִקְשֶׁה *gravatus*, scil. angore et animi aegritudine, hinc *anxius, sollicitus* (sim. pe s. قخت *durus*, it. *afflictus, conturbatus*) Jes. 8, 21. — Pih. וַתְּקַשׁ בְּלִדְתָּהּ *dura, ardua perpessa est in pariendo* h. e. difficilem partum habuit Gen. 35, 16. — Hiph. הִקְשָׁה 1) *durum fecit, induravit, obduravit*, ה׳ עָרְפוֹ cervicem suam induravit h. e. *pertinax fuit* Deut 10, 16. 2 Reg. 17, 14. 2 Chron. 36, 13. Prov. 29, 1., omisso voc. עֹרֶף Job. 9, 4.; לִבּוֹ vel ה׳ לֵב פ׳ *obfirmare, pervicacem reddere animum suum* vel *alicujus* Prov. 28, 14. Ps. 95, 8. Exod. 7, 3. Deut. 2, 30. 2) *grave fecit* 1 Reg. 12, 4., אָבִיךָ הִקְשָׁה אֶת־עֻלֵּנוּ *pater tuus grave fecit jugum nostrum.* 3) *difficile fecit* 2 Reg. 2, 10. הִקְשִׁיתָ לִשְׁאוֹל *difficile quid petiisti*, Exod. 13, 15. הִקְשָׁה פַרְעֹה לְשַׁלְּחֵנוּ *difficilem fecit nostram dimissionem* h. e. noluit, recusavit nos dimittere. Fut. cum vau convers. וַיֶּקֶשׁ Ps. 95, 8. etc.

קָשֶׁה m., קָשָׁה f. 1) *durus* i. e. qui flecti frangique nequit Cant. 8, 6. קָשָׁה כִשְׁאוֹל קִנְאָה Lxx. σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος, Hug. *unbezwingbar wie das Niederreich.* Hinc a) *potens* 2 Sam. 3, 39.; b) קְשֵׁה עֹרֶף duram cervicem habens i. e. pertinax Exod. 32, 9. 34, 9. Deut. 9, 6. (דֶּרֶךְ הַקָּשָׁה *pertinacia* Jud. 2, 19.), קְשֵׁה פָנִים *impudens* Ezech. 2, 4., קְשֵׁה לֵב *pervicaci, praefracto animo* Ezech. 3, 7. (omisso voc. לֵב) Jes. 48, 4. 2) i. q. *crudelis* 1 Sam. 25, 3. Jes. 19, 4., *acerbus, molestus, asper* Gen. 42, 7. 30. 1 Sam. 20, 10. 1 Reg. 12, 13 (de verbis), Exod. 1, 14. 6, 9. Deut 26, 6. 1 Reg. 12, 4 (de servitute), 1 Reg. 14, 6 (de nuntio); קְשֵׁה יוֹם *qui duram, acerbam vitam agit* h. e. *afflictus* Job. 30, 25., קְשֵׁה רוּחַ *animo abjectus* 1 Sam. 1, 15. 3) *gravis, vehemens* 2 Sam. 2, 17 (de certamine) Jes. 27, 8 (de turbine). 4) *difficilis, arduus* Exod. 18, 26.

קְשִׁי m. *durities* animi, *pertinacia* Deut. 9, 27.

קִשֻּׁאִים m. plur. *cucumeres* aegyptii (de quib. v. Prosp. Alpin. plantt. Aegypt. c. 38.) Num. 11, 5., arab. قِثَّاء et مَقْثَاة *cucumeres*, unde أَقْثَأَ (in IV.) *cucumeribus abundavit locus;* syr. ܩܛܝܐ, v. Celsii *Hierob.* P. II, p. 247. Sunt, qui dictos putent a *duritie* et *difficultate concoctionis* v. rad. קשה. Plinius enim L. XIX. c. 5. de cucumeribus: *Vivunt*, inquit, *hausti in stomacho in posterum diem, nec perfici queunt in cibis.*

מִקְשֶׁה m. Jes. 3, 24. מַעֲשֵׂה מִקְשֶׁה *opus tornatum* (de cincinnis capillorum); Vulg. *crinis crispans*, Saad. *opus pectinis.* Alii, auctore Schultensio, scobem, ramentum intelligunt, quo veteres crines ornare solebant, sed v. Gesen. ad h. l.

מִקְשָׁה f. 1) *opus tornatum* Exod. 25, 18. 31. 36. 37, 7. 17. 22. Num. 8, 4. 10, 2. Jer. 10, 5. v. rad. n. 1. 2) *ager cucumeribus consitus* Jes. 1, 8., arab مقثاة. Vid. קשאים.

קָשָׁה radix Hebr. inusit., fortasse i. q. arab. قشو *decorticavit*, it. *dolavit, opere tornatili elaboravit.*

קְשָׂה f. *phiala* superius lata, inferius angusta, plur. in regim. קְשׂוֹת Num. 4, 7. Exod. 25, 29.

קְשָׂוָה f. *id.*, unde plur. קְשָׂוֹת Exod. 37, 16. 1 Chron. 28, 17. Chald. קְסָוָא *id.*

קְסָת f. (permutatis ס et שׂ, ut alibi passim) *vasculum;* קְסַת הַסֹּפֵר *vasculum scribae* i. e. *atramentarium* Ezech. 9, 2. 3. 11.

קַשְׂקַשׂ m. *squama* (quae corticis instar *decorticari* potest), talm. *id.*; שִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים 1 Sam. 17, 5. *lorica squamata,* quae ferreis lamellis tanquam squamis erat conserta.

קַשְׂקֶשֶׂת f. *id.* Levit. 11, 9. 10. 12. Deut. 14, 9. 10., plur. cum affixo קַשְׂקַשֹּׂתֶיהָ Ezech. 29, 4.

קָשָׁה *praedurus fuit* (قسح et قشح *praedurus, rigidus fuit*); convenit cum קשׁה, nisi quod fortior adspiratio significationem quoque augere videtur, observante Bochartо in *Hieroz.* P. II, p. 254. Sed in Kal non legitur. Hiph. הִקְשִׁיחַ *duriter habuit* sive *tractavit* Job. 39, 16., it. *induravit, obduravit* animum Jes. 63, 17.

קְשׁוֹט Ps. 60, 6. et קְשֹׁט Prov. 22, 21. m. *veritas*, syr. ܩܫܘܛܐ.

קְשׁוֹט m. chald. *id.* Dan. 4, 34. מִן־קְשׁוֹט *ex veritate, ex vero* i. e. *vere* Dan. 2, 47.

קָשַׂט rad. Hebr. non usitat., arab. قسط *distribuit, divisit.*

קְשִׂיטָה f. propr. fortasse *demensum* vel *pensum* (arab. قِسْط), deinde *massa auri argentive ad stateram exacti,* quae antiquissimo tempore pro pecunia fuit Gen. 33, 19. Jos. 24, 32. Job. 42, 11. v. Bochartі Hieroz. Tom. I, p. 473 sqq. Michaelis in dissert. de *siclo ante exilium Babylon.* in *Commentar. Societ. Reg. Scient. Gotting.* P. II, p. 39 sq. et in *Suppl.* p. 2208. Singularis fuit J. E. Fabri conjectura (ad Harmari Observatt. II, p. 15.). Is enim de *vasis argenteis,* quae olim pecuniae vices supplevisse constat, cogitat coll. syr. ܩܣܬܐ *urceus, urna;* non placet.

קָשַׁר 1) *ligavit*, sq. acc. et עַל *alligavit* Deut. 6, 8. Prov. 3, 3. 6, 21. 7, 3. Jer. 51, 63., sq. בְּ Job. 39, 10 (13) 2, 18.; metaphorice Gen. 44, 30. קְשׁוּרָה בְנַפְשׁוֹ *anima (vita) ejus* (patris) *alligata est vitae ejus* (filii) h. e. vita p. pendet a vita fil., Prov. 22, 15. *stultitia alligata est* בְּלֵב נַעַר *animo pueri* h. e. ita ejus animo insidet, ut is ab ea divelli aegre possit. Particip. קָשׁוּר *ligatus* h. e. *firmus* Gen. 30, 41. 42., verba enim *ligandi* ad *robur* referuntur v. Schultens. Observatt. in Genes. p. 187 sq. 2) *conspirationem fecit, conspiravit, conjuravit* (q. d. *colligavit se cum aliis*) 1 Sam. 22, 8. 2 Sam. 15, 31. 1 Reg. 15, 27. 2 Reg. 15, 10. 2 Chron. 24, 21. Neh. 4, 8. etc. Fut. יִקְשֹׁר. — Niph. 1) *alligatus est*, trop. 1 Sam. 18, 1. נִפְשׁ נִקְשְׁרָה בְּנֶפֶשׁ דָּוִד *alligata est anima Jonathanis animae Davidis* h. e. intimo amore amplexus est

Jon. Davidem. 2) *colligatus* i. e. *compactus, consertus* atque adeo *absolutus* est (murus) Neh. 3, 38 (4, 6.). — Pih. 1) *colligavit* Job. 38, 31. 2) *alligavit sibi, accinxit* Jes. 49, 18. Pyh. part. f. plur. מְקֻשָּׁרוֹת *colligatae* i. e. *corpore compactae, robustae* Gen. 30, 41. — Hithpah. *conspiravit, conspirationem fecit* 2 Chron. 24, 26. 2 Reg. 9, 14.

קֶשֶׁר m. *conspiratio, conjuratio* 2 Sam. 15, 12. 2 Reg. 11, 14. 2 Chron. 23, 13. Jes. 8, 13. (ad quem loc. v. GESEN.) etc., cum affixo קִשְׁרוֹ 1 Reg. 16, 20. 2 Reg. 15, 15.

קְשָׁרִים plur. m. *taeniae, fasciae, cingula*, genus ornamenti muliebris Jes. 3, 20. Jer. 2, 32.

קָשַׁשׁ *scrutatus est, diligenter conquisivit* (קֹשֶׁשׁ *collegit*) Zeph. 2, 1. — Poh. קֹשַׁשׁ *id.* Exod. 5, 7. 12. Num. 15, 32. 33. 1 Reg. 17, 10. 12. — Hithp. הִתְקַשֵּׁשׁ *se ipsum scrutari* h. e. mores et studia sua, qualia sint, investigare Zeph. 2, 1.

קַשׁ m. *stipula* Exod. 5, 12. Job. 41, 19., ap. poet. de re, quae (igne) cito consumitur Exod. 15, 7. Jes. 5, 24. vel (vento) absumitur, dispergitur Ps. 83, 14. Jes. 40, 24. 41, 2. Jer. 13, 14.

קֶשֶׁת et קָשֶׁת v. sub rad. קוּשׁ.

קַתְרוֹס chald. vid. קִיתָרוֹס.

ר

רָאָה 1) vidit a) oculis, sq. acc. Gen. 18, 2. 21, 19. 32, 2. 45, 27. Exod. 2, 5. 33, 10. Jud. 1, 24. 14, 1. 1 Sam. 14, 52. al., sq. לְ Ps. 64, 6., sq. integra sententia Gen. 38, 14. רָאָתָה כִּי גָדַל שֵׁלָה *vidit Selam adolevisse*, Exod. 2, 12. 2 Sam. 20, 12. 2 Chron. 24, 11., אֶרְאֶה הַעוֹדָם חַיִּים *videbo, an in vivis adhuc sint* Exod. 4, 18. Singularis formula est *faciem regis videre*, quod cum in oriente vix contingat civibus, רָאֵי־פְנֵי הַמֶּלֶךְ 2 Reg. 25, 19. Jer. 52, 25. Esth. 1, 14. vocantur familiares regis, *intimae admissionis ministri*. Per zeugma *videre* dictum etiam de his, quae audiuntur Exod. 20, 18. (cf. KUINOEL ad Luc. 1, 29. et LETTE in Symb. Brem. III, p. 590 sq.). — b) mente, hinc i. q. cognovit, intellexit Jud. 18, 26. 1 Sam. 24, 12. Eccles. 1, 16. (רָאָה בֵּין *discrimen videre inter* Mal. 3, 18.), *praevidit* Prov. 22, 3. 27, 12., *rescivit* Gen. 42, 1. Jer. 33, 24., *novit*, notum habet Jer. 20, 12. Spec. prophetae dicuntur *videre* Jer. 30, 10. h. e. visa divinitus oblata mente excipere. Hinc רֹאֶה est *propheta* 2 Chron. 16, 7. 1 Chron. 9, 22. 26, 28. 1 Sam. 9, 9. — c) i. q. expertus est (*an sich erfahren*), ut *videre miseriam* Thren. 3, 11. (sq. בְּ Obad. 13. רָאָה בְּרָעָה) coll. Apoc. 18, 7., *videre famem* Jer. 5, 12., *videre mortem* Ps. 89, 49. cf. Luc. 2, 26. ibiq. interpp., *videre foveam, sepulcrum* Ps. 16, 10. 49, 10., hinc, ubi de re jucunda agitur, *fruitus est*, ut רָאָה חַיִּים *vitam videre* Eccles. 9, 9., רָאָה טוֹב Ps. 34, 13. Eccles. 3, 13., s. רֹ טוֹבָה Eccles. 6, 6. *bonum, felicitatem videre*, max. sq. בְּ (hoc enim continuationem significat) Jer. 29, 32. Mich. 7, 9. — 2) spectavit (quod fit consilio), *contemplatus, intuitus est* sq. acc. Levit. 13, 3. 5. 17. Gen. 11, 5. Cant. 1, 6., sq. בְּ (*sehen an* i. e. *ansehen*) Gen. 34, 1. *prodiit* לִרְאוֹת בִּבְנוֹת הָאָרֶץ *ad spectandas*,

contemplandas puellas, Cant. 6, 11. Eccles. 11, 4., sq. אֶל Jes. 17, 7. *oculi hominum spectant, intuentur in Deum* sc. auxilium ab eo exspectantes. Eo autem sensu passim cum emphasi dicitur hoc verbum: a) de hominibus: cum aliqua animi commotione spectavit, sive cum voluptate Prov. 23, 31. אַל תֵּרֶא יַיִן *ne spectes, intuearis vinum,* hinc sq. ב alicujus *rei adspectu delectari* Job. 3, 9. 20, 17. Jes. 66, 24., maxime de laetitia, quae ex alienis malis percipitur Ps. 22, 18. 37, 34. 54, 9. 112, 8. — b) de Deo: *miseriam alicujus spectare* h. e. *respicere* ita, ut eam tollat Ps. 9, 14. 25, 18. 31, 8. Exod. 4, 31. Num. 14, 26. sq. acc., Gen. 29, 32. 1 Sam. 1, 11. sq. ב. Ab eadem *spectandi* notione proficiscuntur hae significationes: a) *prospexit alicui (beaufsichtigen)* 1 Reg. 12, 16. רְאֵה בֵיתְךָ *prospice domo tuae,* hinc *curavit* Gen. 39, 23., *sectatus est* Ps. 37, 37. b) *circumspexit, dispexit* quaerendi caussa Jes. 41, 28., hinc sq. לוֹ *sibi* aliquid *providit* Gen. 22, 8. Deut. 33, 21., et omisso לוֹ *circumspexit, legit, elegit* aliquid Gen. 41, 33. Deut. 12, 13. Partic. Pahul רָאוּי *lectus* Esth. 2, 9. c) *visit, invisit* 2 Sam. 13, 5. 2 Reg. 8, 29. — Infin. absol. רָאֹה Exod. 3, 7. 1 Sam. 1, 11. et רָאוֹ Gen. 26, 28. Jes. 6, 9. it. רָאוֹת sec. Kri Jes. 42, 10. (ubi Cthib habet רָאֹתָ), infin. constr. רְאוֹת, semel רְאֹה Gen. 48, 11. et alia forma רַאֲוֹת Ezech 28, 17., it. רְאֹת Job. 10, 15. (cf. הֲרֹג Ezech. 21, 15.), imper. רְאֵה Gen. 27, 27., foem. רְאִי 1 Sam. 25, 35. etc. Fut. יִרְאֶה, apoc. יֶרְא Gen. 41, 33. Exod. 5, 21., sed c. vau conv. וַיַּרְא Gen. 1, 4. 10. 13. al. (rarius וַיִּרְאֶה 1 Sam. 17, 42. 2 Reg. 5, 21.), foem. apoc. c. vau conv. וַתֶּרְא Gen. 3, 6. Exod. 2, 2., 2. p. apoc. תֶּרְא Prov. 23, 31. Obad. 12, 13., 1. pers. c. vau conv. וָאֶרְא Gen. 31, 10., 3. p. plur. foem. semel c. dag. forti euph. תִּרְאֶיהָ Mich. 7, 10.

Niph. נִרְאָה 1) *visus est* Exod. 13, 7. 1 Reg. 6, 18. Num. 14, 14. אֲשֶׁר עַיִן בְּעַיִן נִרְאָה *te oculo ad oculum* (accurate) *visum, conspectum esse,* ubi v. Rosenm., Exod. 33, 23. Jud. 5, 8. 2) in conspectum se dedit h. e. a) *apparuit, comparuit* Gen. 1, 9. וַתֵּרָאֶה הַיַּבָּשָׁה *et apparuit siccum,* Gen. 9, 14. וְנִרְאֲתָה הַקֶּשֶׁת *apparebit arcus* coelestis; de hominibus sq. אֶל pers. *apparere, sistere se alicui* 1 Reg. 18, 1. הֵרָאֶה אֶל־אַחְאָב *siste te Achabo;* spec. s. נִרְאָה אֶת־פְּנֵי יְהוָה *comparere, sistere se coram Jova* i. e. in templo Exod. 23, 17. 34, 23. Deut. 31, 11. 1 Sam. 1, 12. Deut. 16, 16., alibi (ap. poet.) נִרְאָה פְנֵי יְהוָה Ps. 42, 3. Jes. 1, 12. Huc videtur etiam Exod. 23, 15. pertinere לֹא יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם *non comparebunt coram me vacui* h. e. sine oblatione vel dono. b) de Jova vel angelo Jovae: *conspiciendum se praebuit* 1 Sam. 3, 21., sq. אֶל pers. Gen. 12, 7. 17, 1. 18, 1. 48, 3. Jud. 13, 21., sq. ל Jer. 31, 3. 3) *provideri, curari* Gen. 22, 14. בְּהַר יְהוָה יֵרָאֶה impers. in *monte Dei providebitur, curabitur* v. Rosenm. ad h. l. Infin. הֵרָאוֹת, rarius הֵרָאֹת Jud. 13, 21. 1 Sam. 3, 21., c. ל exclusa praeformante ה, לֵרָאוֹת Exod. 34, 24. Deut. 31, 11., imper. הֵרָאֵה 1 Reg. 18, 1. Fut. cum vau conv. וְאֵרָא Exod. 6, 3. — Pyh. praet. plur. רָאוּ (cum dagesch forti, praeter morem) *visa sunt, apparuerunt* Job. 33, 21. — Hiph. הֶרְאָה et הֶרֱאָה *videre fecit* a) propr. Deut. 1, 33. *ut videre, cernere faceret vos in via;* alibi sq. dupl. acc. *monstravit, ostendit* alicui aliquid 2 Reg. 11, 4. Esth. 1, 11. Cant. 2, 14. Exod. 25, 9. (Gen. 41, 28.), maxime de prophetis, quibus visa divina objiciuntur 2 Reg. 8, 13. Am. 7, 1. b) i. q.

experiri fecit Ps. 60, 5. הִרְאִיתָ עַמְּךָ קָשָׁה *videre fecisti populum tuum dura* h. e. gravi calamitate affecisti pop. tuum, Ps. 71, 20., it. *frui fecit* sq. dupl. acc. Ps. 4, 7. Eccles. 2, 24., sq. acc. pers. et בְּ rei Ps. 50, 23. 91, 16.; יַרְאֵנִי בְשֹׁרְרַי *videre me faciet* interitum *hostium meorum* Ps. 59, 11. coll. 112, 8. — Praet. cum affixo הִרְאָנִי Jer. 24, 1., 1. p. הֶרְאִיתִיךָ Deut. 34, 4. Infin. cum affixo הַרְאֹתְכָה Ezech. 40, 4. לַרְאֹתְכֶם (exclusa praeformante ה) Deut. 1, 33. Fut. יַרְאֶה Jes. 30, 30., per apocopen cum vau convers. וַיַּרְא 2 Reg. 11, 4. etc. — Hoph. הָרְאָה *monstratus est* Levit. 13, 49. הָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן *monstratum est sacerdoti*, Exod. 25, 40. 26, 30. Deut. 4, 35. — Hithpah. *se invicem continenter adspicere* h. e. *cunctari* Gen. 42, 1.; sed 2 Reg. 14, 8. נִתְרָאֶה פָּנִים *adspiciamus invicem faciem* nostram i. e. arma conferamus, in certamen descendamus.

רֹאֶה m. *visio* Jes. 28, 7. (Aliud v. sub rad. Kal).

רָאָה f. Deut. 14, 13. v. sub rad. דָּאָה.

רָאוּי m., רְאוּיָה (c. dag. f. v. Ewald. Gr. p. 343.) f. *spectatus, nobilis* Esth. 2, 9.

רְאִי m. *speculum* Job. 37, 18., arab. رية.

רֳאִי, in pausa רֹאִי m. *visus, das Sehen* Gen. 16, 13 (v. sub בְּאֵר), *adspectus* 1 Sam. 16, 12. Job. 33, 21., metonym. *spectaculum*, παράδειγμα, *exemplum* Nah. 3, 6.

רְאוּת f. *visus*, videndi actio Eccles. 5, 10. sec. Kri, sed Cthib habet רְאִית.

רְאוּבֵן (*en filium!*) 1) filius Jacobi natu maximus, quem ex Lea suscepit Gen. 29, 32. 49, 3. 30, 14. 37, 21. 22. 2) tribus israel. ab eo oriunda Gen. 46, 8. Num. 1, 5. 2, 10. Deut. 27, 13. Jud. 5, 15. al. — Patron. רְאוּבֵנִי Deut. 3, 12. 16. Jos. 1, 12. 4, 12. 2 Reg. 10, 33. etc. Lxx. Ρουβήν, syr. et arab. ܪܘܒܝܠ, روبيل.

רֵו m. chald. *aspectus*, mutata media radicali א in ו, vel ex syriasmo pro רְאֵו, mutata tertia radicali ה in ו, unde cum affixo רֵוֵהּ Dan. 2, 31. 3, 25.

מַרְאֶה m. 1) *intuitus, aspectus, conspectus* Levit. 13, 12. Num. 12, 8. Jes. 11, 3.; טוֹב מַרְאֵה עֵינַיִם מֵהֲלָךְ־וּג׳ *melior est aspectus oculorum, quam* etc. h. e. melius est videre et frui iis rebus, quas desideras etc. 2) *visio, visum* Exod. 3, 3. Ezech. 11, 24. 43, 3. Dan. 8, 16. 3) *forma, species* (sicut lat. *species* est a *specio* et graec. εἶδος ab εἴδω) Gen. 12, 11. Levit. 13, 43. 2 Sam. 11, 2. Esth. 1, 11. Ezech. 1, 16. Dan. 1, 13. etc. (unde אִישׁ מַרְאֶה *spectabilis* et *formâ insignis* sec. Kri 2 Sam. 23, 21., sed Cthib habet אֲשֶׁר מַרְאֶה *qui* erat *aspectus* i. e. in quem omnes oculos conjiciebant), max. de specie earum imaginum, quae prophetarum menti divinitus objiciuntur Dan. 10, 18. Ezech. 1, 5. 13. 8, 2. — In regim. מַרְאֵה Exod. 24, 17., cum affixo מַרְאֶהָ Levit. 13, 4. 20., plur. cum affixis מַרְאֵיהֶם Dan. 1, 15.

מַרְאָה f. 1) *visio, visum* propheticum Num. 12, 6. 1 Sam. 3, 15. Dan. 10, 7. 8. 16. Plur. מַרְאוֹת Gen. 46, 2. Ezech. 1, 1. 8, 3., in quo postremo loco מַרְאוֹת אֱלֹהִים sunt *visa, quae a Deo, divinitus contingunt.*

2) *speculum* sc. ex metallo confectum (v. Wineri Lexic. bibl. II, p. 655.), arab. مِرْآة, plur. מַרְאוֹת Exod. 38, 8. in quem loc. v. Rosenm. et A. G. Walch. Pr. de speculis mulierum. Silus. 1775. 4.

מִרְאָה f. Zeph. 3, 1. vid. in rad. מרה.

מֹרִיָּה, מוֹרִיָּה f. *Moria*, collis Hierosol., in quo conditum a Salomone templum fuit 2 Chron. 3, 1. coll. Gen. 22, 2. v. Wineri Lexic. bibl. II, p. 456 sq. Nomen duxerunt veteres a ראה, q. d. *mons visionis Jovae*, vel *mons in quo sibi providerat* victimam (Gen. 22, 8.), vel denique, ut Chron. scriptor explicuit, *mons qui ostensus fuit Davidi*, non admodum probabiliter cf. Fuller. Miscell. 2, 14. Recentiorum multi a מרה vel מרא derivant (v. Simon. Onomast. p. 414.), quo modo a פרה oritur פִּרְיָה.

מַרְאָה f. *ingluvies* vid. sub rad. מרא.

רָאַל rad. Hebr. non usitat., coll. arab. رَئِلَ *multiplicari, crescere.*

תַּרְאָלָה nom. propr. oppidi Beniaminitar. Jos. 18, 27.

רָאַם i. q. רוּם *altus, exaltatus fuit* Zach. 14, 10., praet. 3. f. רָאֲמָה. Sed רָאמוֹת v. infra sub רוּם.

רֵאם m. Num. 23, 22. Deut. 33, 17., plene רְאֵים Ps. 92, 11., et per syncop. ex syriasmo רִים Job. 39, 9. 10., plur. רְאֵמִים Jes. 34, 7. Ps. 29, 6. et רְמִים Ps. 22, 22. nom. animalis *proceri* (v. rad.), alacris (Num. l. c.), cornuti (Deut. l. c. Ps. 92, 11.), feri et atrocis (Ps. 22.), quod cum bove (Jes. l. c. Job. l. c.) et vitulis (Ps. 29.) componitur. Quodnam fuerit, ambigitur. Ac tres potissimum sunt interpretum sententiae: a) Lxx. et Vulg. vertunt: *μονόκερως, unicornis.* Tale autem animal, equo simile sed in fronte cornu gerens, in terris orientalibus reperiri, et Plinius auctor est, et multi recentiorum, qui in oriente (in Abyssinia) itinera fecerunt, testantur v. Rosenm. *Morgenl.* II, p. 271 sqq. et Schmidt Biblioth. f. Krit. u. Exeg. III, p. 208 sq. Sed cum jam antiquitus in Aegypto aliisque terris Palaestinae finitimis rarum illud fuerit (quippe in densissimis silvis degens hominumque conspectum fugiens), vix videntur poetae hebraei hanc feram cum leone ac bove componere eaque tanquam suis notissima in carminibus uti potuisse.

2) Bochartus in Hieroz. Tom. II, p. 335 sqq. coll. arab. رِئْم *gasellam* s. *antilopen* feram ac indomabilem dici putat, et Rosenm., in easdem concedens partes, *Antilopen Leucorygen* L. comparat v. Oppian. Cyneg. II, 445 sqq. Pallas Spicil. Zool. fasc. XII, p. 17. Ab hac tamen sententia, quae multum se commendat, recentissimi interpretes fere omnes, auctore Schultensio, recesserunt ac 3) *bovem bubalum* significari existimarunt, maxime propterea, quod Job. 39, 3. רֵאם non posse aratro jungi bovis instar dicitur et aliis quoque in locis cum bove componitur. At si verum est, quod Bochartus docuit, animalia cervini et caprini generis nomine البقر الوحشى *bovis feri* comprehendi, satis patet, quomodo poetae orientales *dorcadem* cum bobus conferre potuerint, ac vana sunt de Wettii (Comment. in Psalm. p. 245.) verba: *da man nicht den Einfall haben wird, eine Gazellenart pflügen lassen zu wollen.*

Itaque nos ad ROSENMUELLERI sententiam accedere non dubitamus. Cet. cf. F. A. A. MEYER *üb. d. vierfüss. Säugthier Reem der heil. Schr.* Lpz 1796. 8.

רָאמוֹת f. plur. (ex syriasmo pro רְאֵמוֹת) 1) *res quaedam pretiosa* Ezech. 27, 16. Job. 28, 18. sec. Jud. *corallia rubra* (arab. مرجان v. NIEBUHR. descr. Arab. praef. p. 41.), quam sententiam nuper exornavit PAREAUIUS in com. de immortalit. notitiis in Job. (Daventr. 1807. 8.) p. 321 sqq. Aliam conjecturam proposuit MICHAELIS in Suppl. p. 2219. 2) *excelsa,* sed abiit in nom. propr. a) oppidi in tribu Issaschar. 1 Chron. 6, 58., ejusdem fortasse, quod רָמֹת Jos. 19, 21. et יַרְמוּת 21, 29. appellatur; b) oppidi in tribu Gad v. רָמֹת.

רָאשׁ *pauper* vid. in rad. רוּשׁ.

רֹאשׁ m. caput (syr. ܪܫܐ, arab. رَأْس, aeth. ርእስ): a) hominum et animalium Gen. 28, 11. 48, 14. Exod. 29, 6. Levit. 8, 12. 16, 21. Ezech. 10, 1. Jud. 5, 26. al., כָּרַת אֶת־רֹאשׁ פ׳ *caput al. praecidere* 1 Sam. 31, 9., לָקַח אֶת־רֹאשׁ פ׳ *id.* 2 Reg. 10, 6., נָתַן בְּרֹאשׁ פ׳ *in caput alicujus dare* i. e. (prave facta) *alicui rependere* Ezech. 9, 10. 11, 21. 16, 43. al., יָשׁוּב עֲמָלוֹ בְּרֹאשׁוֹ *ejus nequitia in ipsius caput revertitur* h. e. ipsi perniciem affert Ps. 7, 17. coll. Ps. 140, 10.; de formulis: הֵנִיעַ אֶת־רֹאשׁוֹ, הֵקִים רֹאשׁ פ׳ al. v. sub his vv. Meton. *caput* ponitur α) pro homine (*Individuum*) 1 Chron. 12, 23. אֵלֶּה מִסְפְּרֵי רָאשֵׁי הַהֲלוּץ *hic est numerus capitum militum,* Jud. 5, 30. לְרֹאשׁ גֶּבֶר *in caput unius cujusque* h. e. in unumq. (de simili usu arab. رأس v. LETTE ad Carm. Debor. p. 178 sq.); β) pro *vita,* hinc בְּרֹאשֵׁינוּ *cum vitae nostrae periculo* (cf. Iliad. 4, 162. 17, 242.). *Caput lecti* Gen. 47, 31. est pars lecti, ubi caput reponitur (cf. Joh. 20, 12.). — b) rerum in altum surgentium, ut columnarum 1 Reg. 7, 19., turrium Gen. 11, 4., aristarum Job. 24, 24., montium Gen. 8, 5. Exod. 17, 9. 10. Jes. 2, 2., poet. stellarum Job. 22, 12. Ita Lat. quoque *capitis* voc. sexcenties dicunt cf. FLOR. 1, 77. COLUM. 3, 10. CURT. 4, 2. 23.

Sed translatio huj. v. latius etiam patet. *Caput* enim vocatur 1) id quod *summum* est et *principale,* hinc רֹאשׁ שִׂמְחָה *summa laetitia* Ps. 137, 6., רָאשֵׁי בְשָׂמִים *summa* h. e. praestantissima *aromata* Cant. 4, 14. coll. Ezech. 27, 22., אֶשֶׁם רֹאשׁ *sedi summus* i. e. primo loco Job. 29, 25., רֹאשׁ אֲרָם דַּמֶּשֶׂק *caput Syriae Damascus* est *i.* e. civitas primaria Jes. 7, 8. Spec. רֹאשׁ dic. ut lat. *caput* (κεφαλή): *summus dux* et *praefectus* Jud. 11, 8., רֹאשׁ לְכֹל יֹשְׁבֵי גִּלְעָד *caput, princeps omnium Gileaditarum* Ps. 18, 44. Num. 14, 4. רֹאשׁ בֵּית אָבוֹת s. רֹאשׁ אָבוֹת Exod. 6, 14. Num. 7, 2. 32, 28. 36, 1. *caput, princeps familiae,* כֹּהֵן הָרֹאשׁ 2 Chron. 19, 11. (הָרֹאשׁ 2 Chron. 24, 6.) *summus pontifex.* Denique huc spectat, quod רֹאשׁ *summam* (numeri) notat; *summa* enim summus est ceterorum numerorum, ad quem computando quasi ascenditur Levit. 5, 24. Ps. 139, 17., נָשָׂא רֹאשׁ *summam conficere* Exod. 30, 12. Num. 4, 2. 31, 26., trop. רֹאשׁ דְּבָרְךָ *summa verbi tui.* A *summa* ad *copiae,* spec. *manipuli, catervae, cohortis* militum significationem facilis transitio est Jud. 7, 16. 20. 9, 34. 37. 1 Sam. 12, 11. 1 Chron. 12, 23. Job. 1, 17. — 2) id quod *anterius* ac *prius* est reliquis, רֹאשׁ הָעָם *principium populi* (agminis), hinc בְּרֹאשׁ *in fronte* agm. Am. 6, 7. Deut. 20, 9. Jer. 31, 7. coll.

1 Sam. 9, 22. Mich. 2, 13., רֹאשׁ פִּנָּה *lapis angularis*, qui prae ceteris exstat, prominet Ps. 118, 22., *κεφαλὴ γωνίας* Mt. 21, 42., *λίθος ἀκρογωνιαῖος* 1 Petr. 2, 6., רֹאשׁ דָּרֶךְ *principium viae* i. e. *compitum* Ezech. 16, 25., ר׳ חוּצוֹת *compitum platearum* Thren. 2, 19.; huc spectant etiam, ut Hebraei sibi rem informarunt, *capita fluvii* i. e. fluvii minores, in quos major sese effundit (qui a fonte, tanquam capite fluvii, proficiscuntur, nostrates dicunt: *Arme des Flusses*) Gen. 2, 10., Lat. *fluviorum capita* passim ostia appellant Caes. B. G. 8, 4. Mel. 2, 4. add. Odyss. 9, 140. — De tempore: ר׳ חֳדָשִׁים *primus mensium* Exod. 12, 2., מֵרֹאשׁ *a principio, a primordio* Jes. 40, 21. 41, 26. 48, 16., ר׳ הָאַשְׁמֹרֶת הַתִּכוֹנָה *principium vigiliae mediae* Jud. 17, 19. coll. Thren. 2, 19. Cum affixis רֹאשִׁי Gen. 40, 16. 17., רֹאשָׁן Thren. 2, 10. Plur. רָאשִׁים (tanq. a רָאשׁ) Exod. 18, 25. al., in regim. רָאשֵׁי Gen. 8, 5., c. affixo רָאשֵׁיהֶם Levit. 10, 6. etc.

רֵאשׁ m. (ex syriasmo pro רֵאשׁ) chald. *id.* Dan. 7, 9. 20., חֶזְוֵי רֵאשִׁי *visiones capitis mei* h. e. quae phantasiae obversantur Dan. 2, 28. 4, 2. 7, 1. 15.; trop. a) *princeps* Dan. 2, 38. b) *summa*, רֵאשׁ מִלִּין *summa rerum* Dan. 7, 1. — Stat. emph. רֵאשָׁה Dan. 2, 38., plur. רֵאשִׁין Dan. 7, 6. et רָאשִׁין (tanq. a רָאשׁ) Esr. 5, 10.

רֵאשָׁה f. i. q. רֹאשׁ, unde אֶבֶן רֵאשָׁה *lapis capitis* i. e. *angularis* Zach. 4, 7.

רָאשׁוֹת, unde plur. רָאשָׁתַיִם (cum terminatione masc. ut in בָּמָתַי v. Gesen. L. p. 541.), *partes quae sunt ad caput* 1 Sam. 26, 12.

רֵאשָׁה f. (ex syriasmo pro רֵאִישָׁה) *initium, principium*. Plur. cum affixo רֵאשֹׁתֵיכֶם Ezech. 36, 11.

רֵאשִׁית f. (ex syriasmo pro רֵאִשִׁית), semel רֵשִׁית (Deut. 11, 12.), 1) *initium, principium* Gen. 1, 1. Deut. 11, 12. Prov. 8, 22. Jer. 26, 1. 27, 1., it. *status prior, pristinus* Job. 8, 7. 42, 12., it. *tempus priscum, vetustum* Jes. 46, 10. (fere i. q. קֶדֶם). 2) *id quod praecedit*, sive ratione dignitatis: *praecipuum, praestantissimum* Num. 24, 20. 1 Sam. 15, 21. Jer. 49, 35. Am. 6, 1. 6. Ps. 111, 10. Jer. 2, 3. Job. 40, 19., ut graec. ἀρχή Sirac. 11, 3., sive ratione temporis: *primitivum, primitiae* frugum Gen. 49, 3. Exod. 23, 19. Levit. 2, 12. Num. 15, 20. Deut. 18, 4. Prov. 3, 9. etc., trop. רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ *ἀπαρχὴ τῆς ὁδοῦ (θεοῦ)* appellatur *sapientia*, tanquam ceteris rebus prior genita Prov. 8, 22.; ר׳ אוֹנִי *primitiae roboris mei* i. e. primogenitus Gen. 49, 3. Ps. 78, 51.

רִאשׁוֹן (pro רִאְישׁוֹן, ut habet Chib Job. 15, 7.) et רִישׁוֹן Job. 8, 8., רִאשֹׁנָה foem. (semel רִאְישֹׁנָה in Chib Jos. 21, 10.) *primus* sive tempore Exod. 12, 2. Levit. 23, 5. Num. 20, 1. 2 Chron. 29, 3. Deut. 10, 10., sive ordine et loco Gen. 32, 18. Dan. 8, 21., sive dignitate 1 Chron. 18, 17. (נָגִיד). Plur. רִאשֹׁנִים *majores* Deut. 19, 14. Ubi de duobus agitur, רִאשׁוֹן ex linguae lat. ingenio vertendum est: *prior* Gen. 25, 25. Exod. 34, 1. Levit. 5, 8.; — מֵרִאשׁוֹן *a principio* Jer. 17, 11. Foem. רִאשֹׁנָה saepe in adverb. abit *primum, prius* Gen. 33, 2. 38, 29. Num. 2, 9. 1 Reg. 18, 25. Esth. 1, 14. etc., alibi cum praefixis, ut בָּרִאשֹׁנָה Gen. 13, 14. Num. 10, 13. 14. Deut. 13, 9. 17, 7. Jos. 8, 6. 8. 33. Jud. 20, 32. etc., כָּרִאשֹׁנָה Deut. 9, 18. Dan. 11, 29., לָרִאשֹׁנָה (zum ersten) Jud. 18, 29.; לַמַּבָּרִאשֹׁנָה vid. in מָה. Plur. רִאשֹׁנוֹת *priora, an-*

tigua Jes. 43, 18. 46, 9., it. *quae olim, antehac praedicta sunt (vaticinia priora)* Jes. 42, 9. 43, 9. 48, 3.

רִאשׁוֹנִי m. *primus*, unde foem. רִאשׁוֹנִית Jer. 25, 1.

מַרְאֲשׁוֹת f. plur. *loca* vel *partes, ubi caput est.* Inde cum affixo est מַרְאֲשׁוֹתֵיכֶם Jer. 13, 18. v. Ewald. Gramm. p. 246.

מִרְאֲשׁוֹת f. plur. *id.*, cum affixo מִרְאֲשָׁתָיו adv. *in* vel *a partibus capitis ejus* Gen. 28, 11. 18. 1 Sam. 19, 13. 16. 26, 7. 11. 16. 1 Reg. 19, 6.

רֹאשָׁה, מֵרֹאשָׁה nom. propr. 1) oppidi muniti in tribu Jud. Jos. 15, 44. 1 Chron. 4, 21. 2 Chron. 11, 8. 14, 8. 9. Mich. 1, 15., *Μαρισά* 2 Macc. 12, 35. v. Winer Lexic. bibl. II, p. 432. 2) viri cujusd. 1 Chron. 2, 42.

רֹאשׁ s. רוֹשׁ (Deut. 32, 32.) m. 1) herba venenata, quae sponte nascitur Deut. 29, 17. Hos. 10, 4. Ps. 69, 22. Thren. 3, 5., sec. Michael. (in Suppl. p. 2220 sqq. *lolium* temulentum. Alii (Celsius in Hierobot. II, p. 46 sqq.) pro *cicuta* habent, Oedmannus vero (verm. Samml. IV, c. 10.) *cucumerem colocynthidem* L. esse vult, herbam in Arabia frequentem, cujus succus amarissimus est. מֵי רֹאשׁ est *succus* ex ista herba expressus Jer. 8, 14. 23, 15. 2) *venenum* Deut. 32, 33. עִנְּבֵי רוֹשׁ *uvae venenatae.*

רֹאשׁ nom. propr. gentis barbarae in septentrionali Asia Ezech. 38, 2. 3. 39, 1. Videntur significari incolae ejus regionis, quae ap. Plinium Hist. N. 6, 4. *Rhoas* appellatur, mediae illius inter Suanos, gentem Caucas., et Ecrecticen terram. Hanc vero eandem esse, quae hodienum *Rhädsch* vocatur, provinciam Iberiae, probabilis est Reinegsii (Beschr. d. Caucas. II, p. 34.) conjectura cf. Rosenm. Alterth. I, 1, p. 246. Alii cum Michaeli gentem Ῥῶς (v. Stritter Memor. populor. olim ad Danub. etc. habitantium II, p. 957.), Tauro monti vicinam (quam a *Russis* non diversam esse Leo Diac. tradit 4, 6.), dici existimant.

רָבַב I) *multus factus, multiplicatus est, auctus est* Gen. 6, 1., it. *multus fuit* 1 Sam. 25, 10. Ps. 3, 2. 69, 5. Gen. 18, 20. Jes. 59, 12. Non occurrit nisi praeter. et inf. רֻב. Pyh. v. sub nom. רִבְבָה. — II) *jaculatus est*, unde 3. praet. רָבּוּ (coll. רִבּוּ Job. 24, 24.) Gen. 49, 23. quemadmodum jam Abenesra explicuit. De loco Ps. 18, 15. v. sub רַב.

רַב, in pausa רָב m., רַבָּה f. 1) multus, et de eo, quod accumulando *multum* existit *(durch Anhäufung)*, זָהָב רַב *aurum multum* (multum auri) Ps. 19, 11., מַיִם רַבִּים *aqua multa* (multum aquae) Num. 20, 11. 32, 1. Gen. 24, 25. Prov. 25, 27.; et de eo, quod multas partes *(viele Einzeltheiten, Individuen)* in se continet, עֲבֹדָה רַבָּה *multa* h. e. numerosa *familia* Gen. 26, 14., עַם רַב *populus multus*, numerosus (magnus) Jos. 17, 14. 2 Chron. 20, 12. Hinc plur. שָׁנִים רַבּוֹת *multi anni* (magna pars annorum) Neh. 9, 30., נָשִׁים רַבּוֹת *multae mulieres* Jud. 8, 30., רַבִּים עַמִּים *multi populi* Ps. 89, 51. Jer. 16, 16. Sq. genit. רַבַּת מְהוּמוֹת *multa (frequens) tumultu* Ezech. 22, 5., רַבַּת אוֹצָרוֹת *multos thesauros habens, plena thesauris* Jer. 51, 13. 1 Sam. 2, 5., c. Jod parag. רַבָּתִי עָם *frequens populo* Thren. 1, 1. — Absol. positum a) רַב passim est vel i. q. רַבִּים collect. *multi* Exod. 19, 21. 1 Sam. 14, 6.

Num. 26, 54., vel neutr. *multum* Gen. 33, 19., יֶשׁ־לִי רָב *est mihi multum*, abunde; adv. *satis* Ps. 123, 3. (quo sensu etiam postponitur substantivis בְּרָקִים רָב *satis fulminum* Ps. 18, 15., nisi potius רָב est praeter. verbi רבב n. 2.). Hinc oritur formula frequens: רַב עָתָּה *satis nunc* est 2 Sam. 24, 16. 1 Reg. 19, 4., et לָכֶם, לָךְ רַב *satis tibi, vobis est*, esto i. e. desiste, desistite Ezech. 45, 9. Num. 16, 3. 7., sq. infin. Deut. 2, 3. רַב לָכֶם סֹב אֶת־הָהָר *satis est vobis circuire montem* i. e. desinite montem circuire, Deut. 1, 6., sq. מִן Ezech. 44, 6. רַב לָכֶם מִכֹּל־תּוֹעֲבוֹת *satis est scelerum vestrorum* h. e. absistite a sceleribus, Exod. 9, 28. b) רַבָּה pro neutro: *multum* Ezech. 24, 12. רַבַּת חֲלָאָתָהּ *multum aeruginis* i. e. multa aerugo (*ihr Vieles an Rost*); adv. Ps. 62, 3. 65, 10. 78, 15., saepius רַבַּת Ps. 123, 4. רַבָּה שְׂבְעָה נַפְשֵׁנוּ *multum satiata est anima nostra*, Ps. 129, 1. 120, 6. Plur. רַבּוֹת *multa* Jes. 42, 20. — 2) *magnus*, propr. de eo, quod multum virium habet, ut *gratia magna* Ps. 31, 20. Exod. 34, 6. (nisi velis interpretari: *multa* h. e. multiplex, multis modis declarata) cf. πολλὴ ἐλπίς (Aeschin. Dial. 1, 11.), πολλὴ σιγή, πολὺς ὕπνος; hinc spec. *potens* Ps. 48, 3. Jes. 63, 1., *gravis* Num. 11, 33. 1 Sam. 12, 17 (plaga) 2 Chron. 13, 17 (pugna) Ps. 19, 14 (nequitia), rarius de spatio: *vastus* Ps. 36, 7. Gen. 7, 11. (de abysso), et in libris max. recentt.: *amplus* Esth. 1, 20. (πολὺ πεδίον), *longus* 1 Reg. 19, 7. (gr. πολλὴ ὁδός), de tempore: *natu major* Gen. 25, 23., *aetate provectus* Job. 32, 9. — Substant. רַב abstr. *magnitudo* Ps. 145, 7. Jes. 63, 7., concr. *praefectus* (max. in libris recentt.), ut nostr. *Grossmeister, Grossknecht* etc., רַב הַחֹבֵל *praefectus, magister nautarum* Jon. 1, 6., רַב הַבִּירָה *praefectus palatii* (regii) Esth. 1, 8. adde 2 Reg. 25, 8. Dan. 1, 3. Plur. רַבִּים *optimates, magnates, proceres* Job. 35, 10.

רַב m. *jaculum* vel *sagitta* Job. 16, 13. sec. vett. interpll., aptius *jaculatores* vel *sagittarii*.

רַבָּה f. subst. propr. *metropolis* (רַבַּת), spec. nom. propr. a) metropoleos Ammonitarum 2 Sam. 11, 1. 12, 27. Jer. 49, 3. Jos. 13, 25. 1 Chron. 20, 1., quae etiam plene רַבַּת בְּנֵי עַמּוֹן *metropolis Ammonitarum* Deut. 3, 11., ap. Graecos *Philadelphia* cf. Winer Lexic. bibl. II, p. 561. b) urbs in tribu Juda Jos. 15, 60.

רַב m. chald. 1) *magnus* Dan. 2, 31. 35. 45. 5, 1. 7, 20. Esr. 5, 11., emphat. רַבָּא Dan. 7, 2. Esr. 4, 10. 5, 8.; בָּבֶל רַבְּתָא *Babylon magna* (*metropolis*) Dan. 4, 27. cf. Βαβ. ἡ μεγάλη Apoc. 16, 19. 2) subst. *magnas, princeps, praefectus* Dan. 2, 14. רַב טַבָּחַיָּא *praefectus satellitum* 48. רַב סַגְנִין, adde 4, 6. 5, 11. Plur. רַבְרְבִין (tanq. a רַבְרַב) Dan. 3, 33. 2, 48. 7, 3., pro neutr. *magna, grandia* Dan. 7, 20.

רֹב, aliquoties plene רוֹב (Job. 35, 9. Esth. 10, 3. 1 Chron. 4, 38. etc.), sq. makkeph רַב (Prov. 13, 23.): 1) *multitudo, copia* Gen. 13, 16. 27, 18. Jes. 1, 11. Esth. 5, 11. לְפִי רֹב הַשָּׁנִים *pro multitudine annorum* Levit. 25, 16., לָרֹב *in multitudinem* Gen. 48, 16. *crescent in multitudinem* h. e. valde, multum, 30, 30. Singularis usus est Job. 4, 14. רֹב עַצְמוֹתַי *multitudo ossium meorum* h. e. multa mea ossa, quotquot sunt, Job. 33, 12. Esth. 10, 3. 2) *magnitudo* Ps. 33, 16. 51, 3. 66, 3. — Cum affixis רֻבְּכֶם Deut. 7, 7., רֻבָּם Hos. 4, 7., plur. in regim. רֻבֵּי sec. Kri Hos. 8, 12., sed Cthib habet רִבּוֹ *myrias*.

רַבְשָׁקֶה dux militum Assyr. 2 Reg. 18, 17. Jes. 36, 2. Videtur esse nomen muneris: ܪܒ ܫܩܐ *princeps* (magister) *pincernarum* v. Gesen. ad Jes. l. c.

רְבָבָה *myrias, decem millia* Levit. 26, 8. Deut. 32, 30. Jud. 20, 10., etiam pro numero magno Gen. 24, 60. Ezech. 16, 7. Ps. 91, 7. Cant. 5, 10. Plur. רְבָבוֹת *myriades* 1 Sam. 18, 8., in regim. רִבְבוֹת Num. 10, 36. Deut. 33, 2., cum affixo רִבְבֹתָיו 1 Sam. 18, 7. 21, 12. 29, 5.— Inde formatum est Part. Pyh. f. plur. מְרֻבָּבוֹת *in myriades auctae* sive *multiplicatae* Ps. 144, 13.

רִבְבָה vel רִבְבָא f. chald. *id.*, unde plur. רִבְבָן *myriades* sec. Kri Dan. 7, 10. sec. Cthib habet רִבְוָן v. רִבּוֹ.

רְבִיבִים m. plur. *imbres* q. d. pluviae *copiosae* Deut. 32, 2. Jer. 3, 3. 14, 22. Mich. 5, 7. Ps. 65, 11. 72, 6., arab. رَبَبٌ.

רִבּוֹ (pro רִבּוֹת v. Ewald. Gr. p. 351.) *myrias* Jon. 4, 11. 1 Chron. 29, 7. (syr. ܪܒܘ *id.*), it. רִבּוֹא Esr. 2, 64. Neh. 7, 66. 72. (v. Ewald. p. 118.). Dual. רִבּוֹתַיִם *duae myriades* Ps. 68, 18., plur. רִבֹּאוֹת Dan. 11, 12., contract. רִבֹּאת Esr. 2, 69. et רִבּוֹת Neh. 7, 71.

רִבּוֹ chald. *id.* Plur. רִבְוָן Dan. 7, 10. sec. Cthib (syr. ܪܒܘܢ), sed Kri habet רִבְבָן.

רַבִּית vel הָרַבִּית urbs in tribu Issaschar Jos. 19, 20.

רַבְרְבָן m. chald. *magnas, princeps.* Plur. cum affixis רַבְרְבָנַי Dan. 4, 32., רַבְרְבָנֶיךָ Dan. 5, 23., רַבְרְבָנוֹהִי Dan. 5, 1. 2. 3. 9. 10. 6, 18.

יָרָבְעָם (*multiplicabitur populus*) nom. duorum regum Israel., quorum unus 1 Reg. 11, 26. 12, 2., alter 2 Reg. 13, 13. 14, 16. 23. memoratur. Lxx. Ἱεροβοάμ, Ῥοβοάμ.

רָבַד I) *stravit* lectum Prov. 7, 16. (hinc talm. רובד *pavimentum, areola* Mischn. II, 228. V, 359.), v. רפד. — II) i. q. ربط *ligavit, revinxit,* v. רָבִיד.

רָבִיד m. *torques, collare,* collo *alligatum,* مِرْبَط *vinculum* Ezech. 16, 11. Gen. 41, 42.

מַרְבָד m., plur. מַרְבַדִּים *stragulae*, quibus lecti *sternuntur* (v. rad. n. 1.) Prov. 7, 16. 31, 22. Dagesch lene lit. ב non inscribitur; conf. simile פִּטְדָה.

רָבָה 1) *multiplicatus, auctus est* Gen. 8, 13. Exod. 1, 10. 11, 9. Eccles. 5, 10. Deut. 8, 13. Jer. 3, 16. Prov. 9, 11. Ezech. 31, 5. Zach. 10, 8., פְּרֵה וּרְבֵה *fecundus esto et augetor* Gen. 35, 11. 1, 22. 28. coll. Jer. 29, 6.; it. *multus, numerosus fuit* Ps. 139, 18. 2) a) *magnus factus est* 1 Sam. 14, 30., *major factus est, crevit* Deut. 30, 16., hinc *adolevit*, unde וַיְהִי רֹבֶה Gen. 21, 20. *factus est adolescens, adolevit* (ubi tamen alii post Jarchium et Kimchium interpretantur: *factus est jaculator* v. Rosenm.; add. Hartmann. Einl. p. 240.); it. *magnus fuit* Gen. 43, 34., hinc *valuit, potens fuit* Prov. 29, 2. (ubi in altero hemist. משל). — Pih. רִבָּה 1) *auxit, multiplicavit* Jud. 9, 29. (ubi imp.

רַבָּה pro רַבְתָּה) Ps. 44, 13. לֹא רַבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם *non auxisti* (opes, divitias tuas) *pretiis eorum* h. e. gratis eos vendidisti (ut in priore hemist.). Ita post CHALDAEUM nuper etiam ROSENM. Falluntur enim, qui ב notam acc. esse contendunt, eamque tam vanam opinionem nollem DE WETTIUM amplexum esse. 2) *educavit* (q. d. crescere fecit) Ezech. 19, 2. Thren. 2, 22. Ita syr. ܪܒܝ. — Hiph. הִרְבָּה 1) a) multum facit aliquid Jes. 23, 16. הַרְבִּי שִׁיר *multum fac cantum* h. e. multum cane, 1 Sam. 1, 12. הִרְבְּתָה לְהִתְפַּלֵּל *multum fecit precari* h. e. multum precata est, 2 Reg. 21, 6. Ps. 78, 38., אַל תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ *ne multum loquamini* 1 Sam. 2, 3.; angustiore sensu Exod. 30, 15. הָעָשִׁיר לֹא יַרְבֶּה *dives* non *dabit multum* (plus) pr. non faciet multum sc. לָתֶת Gen. 34, 12. הַרְבּוּ עָלַי מֹהַר *multam facite super me dotem* h. e. multam (magnam) dotem mihi imponite, imperate; Deut. 17, 16. לֹא יַרְבֶּה לּוֹ סוּסִים *non alat multos equos;* Levit. 11, 42. מַרְבֵּה רַגְלַיִם animal *multos faciens, producens pedes* h. e. multis pedibus a natura instructum. Eodem spectat form. בָּנִים, הִרְבָּה נָשִׁים 1 Chron. 4, 27. 7, 4. 8, 40. 23, 11.; b) plus, numerosius fecit, h. e. *multiplicavit, auxit* Deut. 1, 10. Gen. 3, 6. Elliptice dicta haec sunt: Prov. 22, 16 הַרְבּוֹת לוֹ *multiplicare, augere* (opes) *ei*, Hos. 10, 1. כֹּרֵב לָפְרִיו הִרְבָּה לַמִּזְבְּחוֹת *ut multiplicati sunt fructus ejus, ita multiplicavit* (eos) *altaribus* h. e. quo plures contigerunt fructus, eo plures obtulit (Israel.) idolis. — 2) magnum, grande fecit aliquid Job. 34, 37. הִרְבָּה אֲמָרָיו לָאֵל *grandia facit verba sua in Deum* h. e. grandia (vana) loquitur in D. Alibi est: *majus fecit, amplificavit* Ps. 71, 21. 1 Chron 4, 10. coll Neh. 9, 37. — Imper. apoc. הָרֵב Jud. 20, 38., fut. apoc. יֶרֶב, תֶּרֶב Job. 34, 37. Ps. 71, 21. Infin. absol. הַרְבָּה Gen. 3, 16. 16, 10., al. הַרְבֵּה, quod pro adverbio est: *multum* 2 Sam. 1, 4. 2 Reg. 10, 18. Hagg. 1, 6., הַרְבֵּה מְאֹד *permultum, perquam* 1 Sam. 26, 21., etiam post substant. Gen. 15, 1. שְׂכָרְךָ הַרְבֵּה מְאֹד *merces tua permulta, permagna,* בָּרְזֶל וּשְׂלָמוֹת הַרְבֵּה מְאֹד *ferrum et vestes permultae* Jos. 22, 8., צֹאן וּבָקָר הַרְבֵּה מְאֹד *pecudes et armenta permulta* 2 Sam. 12, 2.; adde 2 Sam. 1, 4. הַרְבֵּה נָפַל מִן־הָעָם *multi ceciderunt e populo;* לְהַרְבֵּה *ad multitudinem* usque h. e. copiose Neh. 5, 18., לְהַרְבֵּה מְאֹד 2 Chron. 11, 12. Infin. constr. הַרְבּוֹת rarius in particulam abit: *multum* Am. 4, 9. Prov. 25, 27.

רְבָה chald. *magnus factus est, auctus est, crevit* Dan. 4, 8. 19. — Pah. רַבִּי *magnum fecit, magnificavit* Dan. 2, 48.

רִבּוּת f. chald. *magnitudo, amplitudo,* per apocop. רִבּוּ Dan. 4, 33., emphat. רִבּוּתָא Dan. 5, 18., cum affixo רִבּוּתָךְ Dan. 4, 19.

רַבּוּ v. sub rad. רבב.

אַרְבֶּה m. *locusta,* a *multiplicando;* sed videtur certa quaedam species significari, sec. plurimos: *gryllus gregarius,* Exod. 10, 4. 12. 13. 14. 19. Levit. 11, 22. Deut. 28, 38. etc. vid. quae de *locustarum* multiplicatione tradunt BOCHARTUS in *Hieroz.* P. II, p. 442 sqq. et LUDOLFUS in *Commentar.* ad *Histor. Aethiop.* p. 173 sq.

הַרְבֵּה et הַרְבָּה v. sub Hiph. rad.

הַרְבִּית f. *multiplicatio* sec. Chib 2 Sam. 14, 11., sed Kri habet הַרְבָּה infin. Hiph.

מַרְבֶּה m. 1) *amplificatio* Jes. 9, 6. 2) *copia* Jes. 33, 23.

מְרָבָּה f. *amplitudo, amplum* Ezech. 23, 32.

מַרְבִּית f. 1) *multitudo* 2 Chron. 9, 6. 30, 18. 2) *pars multa* vel *magna* 1 Chron. 12, 29. 3) *soboles* q. d. multiplicatio generis et familiae (v. seq. תַּרְבּוּת) 1 Sam. 2, 33. 4) *fenus* q. d. augmentatio sortis principalis Levit. 25, 37. Ita *fenus* oritur a *feo* i. e. pario, et arab. نَبَأَ *fenus* a نَبَّ *augeri*, IV. *feneravit*.

תַּרְבּוּת f. *soboles, progenies* Num. 32, 14.

תַּרְבִּית f. *fenus* Levit. 25, 36. Prov. 28, 8. Ezech. 18, 8. 13. 17. 22, 12. A נֶשֶׁךְ, cum quo passim copulatur, ita differre videtur ROSENMUELLERO (ad Levit. 25, 36.), ut illud significet fenus pro *rebus commodatis* (pro frumento, oleo etc.) pendendum, נֶשֶׁךְ vero *usuram pecuniae*.

רָבַךְ i. q. רָבַק *commiscuit* cum aliqua re, *bene paravit* v. c. jusculo confractum intritumque panem. Hoph. part. מְרֻבָּכֶת *bene commixtum* et *versatum* in oleo, hinc *frixum* Levit. 6, 14. 7, 12. 1 Chron. 23, 29.

רִבְלָה urbs antiquissima et nobilissima ad septentrionem Palaestinae, Num. 34, 11., in regione Chamathae 2 Reg. 23, 33. Jer. 39, 5. 52, 10. Conferunt arab. رَبَلَ *multus fuit, crevit*.

רָבַע I) *cubuit* (i. q. רָבַץ), it. *concubuit* (sed de solis animalibus) Levit. 18, 23 (ubi infin. cum affixo רִבְעָהּ) 20, 16 (ubi inf. cum ה paragog. רִבְעָתָה). Hiph. הִרְבִּיעַ *coire fecit* Levit. 19, 19. — II) denom. a רֶבַע (אַרְבַּע). In Kal non occurrit nisi partic. Pahul רְבוּעַ *quadratus* Exod. 27, 1. 28, 16. 30, 2. Ezech. 41, 21. 43, 16. (arab. رَبَعَ *quartus, quadratus fuit* ab أَرْبَعَ *quatuor*). Plur. רְבֻעִים 1 Reg. 7, 5. Pyh. part. מְרֻבָּע *quadratus* Ezech. 45, 2., foem. מְרֻבַּעַת Ezech. 40, 47., plur. מְרֻבָּעוֹת 1 Reg. 7, 31.

רֶבַע m. 1) *cubatio*, unde cum affixo רִבְעִי Ps. 139, 3. 2) *quarta pars* (ut رُبَع) Exod. 29, 40. 1 Sam. 9, 8., it. *latus corporis quadrati* Ezech. 1, 17. 43, 16. 17. 3) nom. propr. regis Midianit. Num. 31, 8. Jos. 13, 21.

רֹבַע m. *quarta pars* (arab. رُبُع *id.*) 2 Reg. 6, 25. Sic quoque Num. 23, 10., ubi nemo dicitur numerare posse vel *quartam* populi Israel. *partem* (nedum totum illum popul.). Alii interpretantur: *multitudo* coll. arab. رُبَع.

רְבִיעִי m., רְבִיעִית f. numerale ordinale: *quartus* Gen. 1, 19. Exod. 28, 20. Num. 7, 30. Jos. 19, 17. Jud. 19, 5. Levit. 19, 24. 2 Reg. 18, 9. etc.; בְּנֵי רְבִיעִים *filii quartanorum* h. e. quartae stirpis (*in der 5. Generation*) 2 Reg. 10, 30. 15, 12. Foem. רְבִיעִית etiam substant. *quarta pars, quadrans* Exod. 29, 40. Levit. 23, 13. Num. 15, 5. 1 Reg. 6, 33. Neh. 9, 3. etc.

רְבִיעַי m. chald. *quartus*, emphat. רְבִיעָיָא vel רְבִיעָאָה sec. Cthib,

sed sec. Kri רְבִיעָאָה Dan. 2, 40. 3, 25. 7, 7. 25., f. רְבִיעָיָא, emphat. רְבִיעָיְתָא Dan. 7, 23.

רְבָעִים m. plur. *quarta stirpe generati, abnepotes* Exod. 20, 5. 34, 7. Num. 14, 18. Deut. 5, 9.

אַרְבַּע f., אַרְבַּעַת, אַרְבַּעַת m. (c. aleph prosthet.) *quatuor*; אַרְבַּעַת רָאשִׁים *quatuor capita* Gen. 2, 10. Exod. 25, 34., אַרְבַּע רַגְלַיִם *quatuor pedes* Levit. 11, 23., אַרְבַּעַת יָמִים *quatuor dies, quadriduum* Jud. 11, 40. Num. 7, 7., אַרְבַּעָה אֵלֶּה *hi quatuor* 1 Sam. 21, 22. Pro ordin. *quartus* legitur passim, ubi anni vel mensis numerus definitur (Gesen. L. p. 701.) Jes. 36, 1. Zach. 7, 1. Exod. 12, 18. Levit. 23, 5. — Cum affixis אַרְבַּעְתָּם *quatuor illi* Ezech. 1, 8. 20. 10, 10. 12. Dan. 1, 17., אַרְבַּעְתָּן *quatuor illae* Ezech. 1, 10. 16. 18. Dual. אַרְבַּעְתַּיִם *quadruplum* 2 Sam. 12, 6. — Plur. אַרְבָּעִים *quadraginta* Gen. 8, 13. 18, 28. 25, 20. 26, 34. al. Is autem solennis quidam numerus Hebraeis fuit cf. Gen. 7, 17. Jon. 2, 4. Deut. 9, 9. 1 Reg. 19, 6. (Mt. 4, 2.), sed de loco Ezech. 4, 6. v. Rosenm. Adde Bruns. in Pauli Memorab. VII, p. 53 sqq. et Bohlen. Symbol. p. 31 sq.

אַרְבַּע f. et אַרְבָּעָה m. chald. *id.* Dan. 7, 2 sqq. Esr. 6, 17.

רָבַץ *cubuit, recubuit,* propr. de quadrupedibus, quae *complicatis pedibus* pectori incubant, ut arab. ربض (cf. רבע) Jes. 11, 6. Exod. 23, 5. Gen. 29, 2. 49, 9. Ps. 104, 22. (Ezech. 34, 14.), semel de ave pullis *incubante* Deut. 22, 6. Jam cum animalia vel quietis capiendae caussa, vel ad captandam praedam isto modo recubent, duplex facta est hujus verbi translatio: a) *quiete, secure vivere* (de hominibus) Jes. 14, 30. Job. 11, 19. 17, 2., *quiescere* Gen. 49, 5. (de aquis); Deut. 29, 19. רָבְצָה בּוֹ כָּל־הָאָלָה *quiescet in eo omnis exsecratio* i. e. perpetuo feret istam exsecrationem (cf. נוח); b) *insidiari* (ut arab.) Gen. 4, 7. *si non bene feceris,* לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ peccatum (tanquam leo) *insidiator* (est) *ad januam* tuam sc. ut te capiat et in suam potestatem redigat (ربض) v. Vater. ad h. l. et Lette in Symb. Brem. III, p. 563 sq. — Fut. יִרְבַּץ Jes. 23, 10. — Hiph. 1) *recubare fecit* pecudes Cant. 1, 7. Jes. 13, 20. Ezech. 34, 15. coll. Ps. 23, 2. 2) *locavit, posuit, reposuit* Jes. 54, 11. אֲנִכִי מַרְבִּיץ בַּפּוּךְ אֲבָנֶיךָ *ego ponam lapides tuos in stibio* tanquam mortario.

רֶבֶץ m. locus ubi *recubatur, cubile* Jes. 65, 10. 35, 7. Jer. 50, 6. it. *domicilium* quietum, pacatum Prov. 24, 15. Cum affixis רִבְצָם, רִבְצָהּ Jer. l. c.

מִרְבָּץ m. *cubile* Zeph. 2, 15., arab. مربض.

מִרְבָּץ m. *id.* Ezech. 25, 5.

רָבַק Hebr. inusit., chald. *saginavit* (cf. talm. רִבְקוֹת *armenta*, Mischn. II, 83.). Inde est

רִבְקָה (*saginata*) uxor Isaaci Gen. 22, 23. 24, 15 sqq. 25, 20. 21. 26, 7. 8. 35. etc., graec. Ῥεβέκκα.

מַרְבֵּק m. locus ubi pecus *saginatur, saginarium* 1 Sam. 28, 24. Jer. 46, 21. Am. 6, 4. Malach. 3, 20.

רֶגֶב m. *gleba* Job. 38, 38. 21, 33. מָתְקוּ לוֹ רִגְבֵי נַחַל *dulces sunt ei glebae vallis* h. e. suaviter ibi quiescit, est ei terra levis v. Rosenm. ad h. l. Alii ex vett. auctoritate interpretantur: *lapides* coll. arab. رَجْم v. Michael. Suppl. p. 2230., sed invito loco Job. 38.

2 Reg. 18, 34. 19, 13. Jes. 10, 9. 36, 19. Jer. 49, 23. Nullum ejus vestigium superest.

רָפָה *flaccidus, remissus fuit* vel *factus est, remisit* (se), *defecit*. Dicitur tribus his modis: a) 2 Chron. 15, 7. *ne manus vestrae remissae fiant* h. e. ne segnes fiatis in colendo Deo, in observanda lege div.; sed longe frequentius *manus alicujus remittuntur* est: animum abjecit Jes. 13, 7. Jer. 6, 24. 50, 43. Ezech. 7, 17. Zeph. 3, 16., omisso voc. יָד Jer. 49, 24. b) *remittit, deficit dies* h. e. ad vesperam vergit Jud. 19, 9. c) Jes. 5, 24. חֲשַׁשׁ לְהָבָה יִרְפֶּה *foenum flammae (inflammatum) remittit* h. e. in cinerem considit. — Sq. מִן *desistere, absistere ab* al. Jud. 8, 3. Neh. 6, 9. Exod. 4, 26. — Niph. part. plur. נִרְפִּים *remissi* h. e. *otiosi* Exod. 5, 8. 17. — Pih. רִפָּה *remissum fecit, remisit* Ezech. 1, 24. 25. (alas), *laxavit* (balteum) Job. 12, 21., trop. *remittere manus alicujus* h. e. *animum al. frangere* Esr. 4, 4. Jer. 38, 4. (ubi particip. מְרַפֵּא pro מְרַפֶּה). — Hiph. הִרְפָּה 1) *remisit* manum 2 Sam. 24, 16., sq. מִן pers. i. e. *deserere* aliq., *auxilio destituere* Jos. 10, 6., omisso voc. manus *remisit* h. e. *destitit* Ps. 46, 11., sq. מִן *ab* al. Jud. 11, 37. Deut. 9, 14. vel ab al. re Ps. 37, 8. 2) *missum fecit, misit* (opp. הֶחֱזִיק) *loslassen* vel aliquem Job. 7, 19. Cant. 3, 4., vel aliquid Job. 27, 6. Prov. 4, 13., hinc *reliquit, deseruit* Deut. 4, 31. Ps. 138, 8. Jos. 1, 5., sq. לְ pers. *promisit, concessit* 2 Reg. 4, 27. הַרְפֶּה־לָהּ *permitte ei, lass sie gewähren,* 1 Sam. 11, 3. Imp. et fut. apoc. הָרֶף, יֶרֶף. — Hithpah. 1) remissum h. e. *segnem se gessit* Prov. 18, 9. Jos. 18, 3. 2) *animum abjecit, desperavit* Prov. 24, 10. Ita Vulg., recte v. Umbreit. ad h. l.

רָפֶה m. 1) *remissus* 2 Sam. 17, 2. רְפֵה יָדַיִם *qui est remissis manibus* h. e. defatigatus; יָדַיִם רִפְיוֹת h. e. *animus demissus, abjectus* Job. 4, 3. Jes. 35, 3. 2) *debilis* Num. 13, 18.

רָפָא m., plur. רְפָאִים propr. *flaccidi, debiles* i. e. *manes, umbrae* in orco degentes Ps. 88, 11. Prov. 2, 17. 9, 18. Jes. 14, 9. 26, 14. (in quo loco hebraea רְפָאִים בַּל יָקֻמוּ a Lxx. ad medicos irridendos ita conversa sunt: *ἰατροὶ οὐ μὴ ἀναστήσουται*) 19. etc.

רִפְיוֹן m. *remissio* Jer. 47, 3. *remissio manuum* h. e. *consternatio*, desperatio.

מַרְפֵּא (petita forma a רפא) m. *ratio agendi remissa* i. e. *lenis* et *tranquilla, lenitas, mansuetudo, modestia* (coll. arab. رَفِيَ *quiete vixit, tranquillus fuit*) Prov. 14, 30. 15, 4. Eccles. 10, 4. Aliud vid. sub rad. רפא.

רָפַס et רָפַשׂ pedibus *calcavit, calcandoque turbavit* aquam Ezech. 32, 8. 34, 18. (رفس et رفش *calcare*, spec. de camelis, pedibus aquam antequam bibant exturbantibus. conf. Schroeder *observv.* p. 99. Schultens. ad Prov. 6, 3.). — Niph. part. נִרְפָּשׂ calcando *turbatus* Prov. 25, 26. — Hithpah. הִתְרַפֵּס calcari *se fecit, calcandum se exhibuit* i. e. *se* in humum *abjecit, prostravit* Prov. 6, 3., הִ֝תְרַצֵּי כֶסֶף *prosternere se cum fragminibus argenti* h. e. argentum tanquam tributum offerre Ps. 68, 31.

רְפַס chald. *conculcavit* Dan. 7, 7.

מִרְפָּשׂ m. *locus* vel *pars aquae conculcando turbata* Ezech. 34, 19.

רַפְסֹדוֹת f. plur. *rates* 2 Chron. 2, 6.; vel ortum a רפד, immissa lit. ס (v. Gesen. L. p. 865. ε), vel conflatum ex אַסְדָּה vel אַסְדָּא *ratis*, apud Talmudicos superstite, et inusit. רמס, aethiop. ረመስ:, arab. رَمَثٌ *ratis*.

רָפַף *contremuit*, arab. رفّ *palpitavit*, رفرف *motitavit* alas, sab. رفف *agitari, tremere*. Poh. fut. יְרוֹפָפוּ Job. 26, 11.

רָפַק, Hithp. הִתְרַפֵּק *recubuit, innixus est, reclinavit se* Cant. 8, 5. coll. رفق VIII. *inniti* cubito seu cervicali, et aethiop. ረፍቀ: (v. J. Ludolfi Comment. p. 207.).

רֶפֶשׁ m. *coenum, lutum* (talm. transpos. lit. פרש) Jes. 57, 20.

רָפַשׂ vid. antea רפס.

רְפָתִים plur. m. Habac. 3, 16. *bubilia*, q. d. loca straminum i. e. straminibus strata coll. arab. رُفَتٌ *stramen* a rad. رفت *fregit, comminuit*. Vid. Bochart. Hieroz. Tom. I, p. 309. Sing. רפת legitur in Mischna IV, 162. 185.

רָצָא *cucurrit* i. q. רוּץ, unde infin. absol. רָצוֹא Ezech. 1, 14.

רָצַד, Pih. רִצֵּד *invidiose* vel *insidiose observavit* Ps. 68, 17., ut رصد, παρατηρεῖν v. Schultens. in Animadvv. ad h. l.

רָצָה (arab. رضا pro رضى) 1) *voluit (placuit ei)* Ps. 40, 14. רְצֵה לְהַצִּילֵנִי *velis (placeat tibi) liberare me*; hinc, ubi nomen additur, a) *acceptum, gratum habuit, delectatus est* aliquo vel aliqua re, sq. בְּ Ps. 49, 14. 147, 10. Ezech. 20, 41. 1 Chron. 28, 4., sq. acc. Eccles. 9, 7. Jer. 14, 10. Deut. 33, 11. Job. 14, 6. (ubi tamen Umbreitius vertit: *contentum esse*, ex arab.) Ps. 44, 4. 147, 11. Prov. 16, 7. Jes. 42, 1. (in locis Am. 5, 22. Ps. 77, 8. facile supplebis accus.); spec. *benevole accepit, excepit* (Deus) aliquem vel dona ferentem Gen. 33, 10. Mal. 1, 8. vel preces fundentem Job. 33, 26. Partic. Pahul רָצוּי *gratus, acceptus* Esth. 10, 3. Deut. 33, 24. b) sq. עִם pers. *commercium habuit cum al., familiariter usus est* al. Job. 34, 9. Ps. 50, 18. — 2) transit. *exsolvit, persolvit* (v. Hiph.) Levit. 26, 34. 41. 2 Chron. 36, 21. Praet. cum affixo רָצָם Hos. 8, 13., 1. p. רָצֹאתִי (tanquam a רצא) Ezech. 43, 27. Fut. יִרְצֶה, תִּרְצֶה, cum vau convers. per apocopen וַתֵּרֶץ Ps. 50, 18. etc. — Niph. נִרְצָה 1) benevole *acceptus, approbatus est* Levit. 1, 4. 7, 18. 19, 7. 22, 23. 25. 27. (de sacrificiis Deo oblatis). 2) *solutus est* Jes. 40, 2. נִרְצָה עֲוֹנָהּ *soluta, persoluta* (expiata) *est ejus* (urbis Hierosol.) *culpa* v. Rosenm. ad h. l. — Pih. Job. 20, 10. בָּנָיו יִרְצוּ דַלִּים vel: *filii ejus gratiam pauperum implorabunt, ambient* (quae est Dathii et de Wettii interpretatio), vel: *fil. ejus contentos reddent pauperes* (sc. restituendis iis, quae pater malis artibus eripuerat iis). Alii tamen, in quibus etiam Rosenm. et Umbreit., רצה idem putant

significare, quod רצץ: *filios ejus* frangent h. e. *vexabunt egeni*. Sed nec opus est hac μεταβάσει, nec elegantiorem illa sensum praebet. — Hiph. *solvit, exsolvit* debitum (pr. gratum, acceptum fecit alicui aliquid) Levit. 26, 34. הִרְצָת (chald. pro הִרְצָתָה v. Gesen. L. p. 431.) *exsolvet* (terra) *sabbata sua*, quae debet Jovae v. Rosenm. ad h. l. — Hithpah. *gratiam, benevolentiam sibi conciliare studuit* 1 Sam. 29, 4.

רָצוֹן m. (arab. رِضْوَانٌ) 1) *delectatio, approbatio* (max. Dei) *Wohlgefallen*, Ps. 19, 15. יִהְיוּ לְרָצוֹן אִמְרֵי פִי i. e. *accepta, probata tibi sunto, placeant verba oris mei*, Jes. 56, 7. עֹלֹתֵיהֶם לְרָצוֹן עַל־מִזְבְּחִי *holocausta eorum grata, accepta erunt in altari meo*, Jes. 60, 7. (עַל רָצוֹן), יוֹם רָצוֹן *dies quo delector, gratus, acceptus mihi* Jes. 58, 5. Concise dictum est, quod Exod. 28, 38. legitur: *lamina erit in fronte ejus* לְרָצוֹן לָהֶם לִפְנֵי יְהוָה h. e. *ut accepti sint* (Israelitae), *ut probentur Jovae*, coll. Levit. 19, 5. 22, 19. 23, 11. Meton. *id quo quis delectatur, deliciae* Prov. 11, 1. 12, 22. 15, 8. (opp. תּוֹעֲבָה), it. *gratum, acceptum* Mal. 2, 13. רָצוֹן (מִנְחָה) לָקַח *accipere* (oblationem) *tanquam grati aliquid*, Prov. 10, 32.; עָשָׂה רָצוֹן פ *facere quod alicui gratum est*, quod quis desiderat Ps. 145, 19. 40, 9. 2) *benevolentia* Prov. 14, 35. 16, 13. 19, 12. Deut. 33, 16. Ps. 30, 7. Jes. 49, 8. Ps. 106, 4. (ubi רְצוֹן עַמֶּךָ est *benevolentia, gratia erga pop. tuum*), meton. *beneficia* Deut. 33, 23. Ps. 145, 16. 3) *arbitrium, libido* Ps. 103, 21. 2 Chron. 15, 15., עָשָׂה כִּרְצוֹנוֹ *pro arbitrio agere* Dan. 8, 4. 11, 3. 16., sq. בְּ pers. *pro arbitrio aliquem tractare* Esth. 9, 5. Neh. 9, 24. 37. Hinc: *lascivia* Gen. 49, 6.

תִּרְצָה (*oblectatio, deliciae*) nom. propr. a) mulieris Num. 26, 33. 27, 1.; b) urbis, primum Canaanitar. Jos. 12, 54., deinde Israelitarum, in qua regum Israel. inde a Jerob. ad Omrium usque sedes fuit 1 Reg. 14, 17. 15, 21. 2 Reg. 15, 14. etc. Dicta est a situs *amoenitate* Cant. 6, 4. Cf. Wineri Lexic. bibl. II, p. 707.

רָצַח *contudit, confregit* (ut arab. رضخ et رضح), deinde *occidit, interfecit* Deut. 22, 26. Jer. 7, 9. Hos. 4, 2., fut. יִרְצַח Num. 35, 30. Exod. 20, 13., partic. רֹצֵחַ *interfector, homicida* Num. 35, 6. Deut. 4, 42. (talm. רוצחן *id.*). — Niph. *occisus est* Jud. 20, 4. Prov. 22, 13. — Pih. *contudit, evertit* Ps. 62, 4. (ubi תְּרָצְחוּ leg. *teraz'chu*; all. libri habent תְּרַצְּחוּ), it. *interfecit, trucidavit* assidue 2 Reg. 6, 32. Jes. 1, 21. Hos. 6, 9. Ps. 94, 6.

רֶצַח m. *contritio* Ps. 42, 11., it. *caedes* Ezech. 21, 27., ubi noli cum Rosenm. רֶצַח pro צֶרַח dictum putare.

רָצַן rad. Hebr. non usitat., arab. رصن *perfecit, firmavit*. Inde proficisci videtur רְצִין nom. propr. regis Syr. Jes. 7, 1 sqq. 2 Reg. 15, 37. 16, 5. coll. رصين *firmus, stabilis*.

רָצַע *perforavit* (رصع IV. *id.*) Exod. 21, 6 (aurem). Cf. Mischna III, 320.

מַרְצֵעַ m. *subula, framea*, qua *perforatur* Exod. 21, 6. Deut. 15, 17.

רָצַף I) *stravit*, propr. *pavimentum lapidibus, tesselavit* (arab. رصف *ordine junxit lapides*; it. chald. et syr.), deinde *ornavit, exornavit, distinxit* Cant. 3, 10. — II) i. q. arab. رضف *ussit, assavit* (nisi hoc est denominat.) v. רֶצֶף et רִצְפָּה.

רֶצֶף 1) v. רִצְפָּה. 2) nom. propr. urbis Jes. 37, 12. (q. d. λιθόστρωτον). Videtur significari *Resapha*, urbs Palmyrenes, Ῥήσαφα Ptolemaei p. 139., arab. رُصَافَةٌ (cf. Abulfedae *Syriam* ed. Koehleri p. 119. d'Anville *l'Euphrate et le Tigre* p. 37. Michael. *Suppl.* p. 2264. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 269.).

רִצְפָּה com. 1) *pavimentum* stratum 2 Chron. 7, 3. Ezech. 40, 17. 18. 42, 3., in regim. רִצְפַּת Esth. 1, 6. ubi tamen multi codices habent רִצֲפַת. 2) *lapis ignitus, candefactus* Jes. 6, 6. (ut recte monuit Bochartus *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 33. p. 328.), quo coquere et carnes ad esum assare solebant, arab. رِضْفَةٌ. De hac lapidibus coquendi consuetudine conf. praeterea *letters of a gentleman* T. II, p. 279. Strauss *Reisebeschreibung* p. 79. Plur. עֻגַּת רְצָפִים *placenta lapidibus ignitis cocta* 1 Reg. 19, 6. Aliis est *pruna, carbo.* Conf. pluribus de h. n. Schumacheri Dissert. de רצפה sive *pruna ab altari sumta* ad Jes. 6, 6. §. 8 sq.

מַרְצֶפֶת f. *locus lapidibus stratus, pavimentum* 2 Reg. 16, 17.

רָצַץ 1) *fregit, infregit* (arab. رضّ) Jes. 42, 3. (ubi a שׁבר ita differt, ut hoc sit: *perfringere*, fractum prorsus conficere) 36, 6., it. intrans. *fractus, confractus est* Eccles. 12, 6. (ut nostrates *zerbrechen* et transit. et intrans. dicunt). 2) trop. *vexavit, vim intulit, violenter tractavit* Deut. 28, 33. 1 Sam. 12, 3. 4. Am. 4, 1. (in quibus locis omnibus copulatum est c. עשׁק) Jes. 58, 6. Hos. 5, 11. רְצוּץ מִשְׁפָּט *vexatus justo meo judicio* (de genit. cf. Jes. 53, 4.). Fut. יָרוּץ Jes. 42, 4. (pro יָרֹץ, petita forma a רוּץ), et foem. תָּרֻץ Eccles. l. c. — Niph. נָרוֹץ *fractus, confractus est* Eccles. 12, 6. Ezech. 29, 7. — Pih. רִצַּץ *confregit, contudit* (caput crocodili) Ps. 74, 14., trop. vehementer *vexavit, oppressit, violenter tractavit* Job. 20, 19. 2 Chron. 16, 10. — Poh. רוֹצֵץ *vexavit, violenter tractavit* Jud. 10, 8. Aliud vid. in רוּץ. — Hiph. *confregit* Jud. 9, 53., ubi fut. וַתָּרֶץ, cum chirek, ut differat a וַתָּרֶץ *et currere fecit.* — Hithpoh. *invicem se tundere, ferire, conflictari inter se* Gen. 25, 22.

רַץ m. *fragmentum* (رُضَاضٌ *fragmentum rei contusae*), Ps. 68, 31. רַצֵּי כֶסֶף *fragmenta, massulae argenti.* Conf. Schnurrer. *dissertt. philol. crit.* p. 311.

רָץ v. sub rad. רוּץ.

מְרוּצָה f. *oppressio, vexatio* Jer. 22, 17., formam habet a רוּץ; [Aliud vid. sub rad. רוּץ].

רַק et רֵק vid. sub רקק et sub רִיק.

רָקַב *carie affectus, cariosus factus est* Jes. 40, 20., trop. Prov. 10, 7.

שֵׁם רְשָׁעִים יִרָקֵב *nomen improborum carie exeditur* (Vulg. *putrescit*) i. e. male perit. Simil. Rabbini dicunt: רקבובית תפלה בשמותן *caries ascendit in* (invadit) *eorum nomina.*

רָקָב m. *caries, putredo* Job. 13, 28. Hos. 5, 11., רָקָב בַּעֲצָמִים Prov. 12, 4. et רִקָּבוֹן עֲצָמוֹת Prov. 14, 30. *caries ossium,* trop. Hab. 3, 16. *invadit caries ossa mea* i. e. metus me ita occupat, ut corpus vix se sustentet, velut ossibus carie solutis.

רִקָּבוֹן m. *id.* Job. 41, 18.

רָקַד *saliit, subsiliit* (رَقَصٌ *exultatio* prae alacritate) Eccles. 3, 4. עֵת רָקוֹד *tempus subsiliendi* prae gaudio h. e. *exsultandi;* trop. Ps. 114, 4. *montes saliebant, ut arietes* i. e. contremiscebant prae metu. — Pih. *subsiliit* Nah. 3, 2. Joel. 2, 5. (currus raptim protractus), *saltavit* Jes. 13, 21. 1 Chron. 15, 29. Job. 21, 11. — Hiph. *subsilire fecit* Ps. 29, 6. (montes h. e. contremiscere fecit v. Kal).

רָקַח *aromata miscuit* ex iisque *unguenta confecit* (عَجَنَ v. Harir. Cons. VI. p. 209.) Exod. 30, 33 (fut. יִרְקַח); hinc particip. רֹקֵחַ subst. *unguentarius, pigmentarius* Exod. 30, 35. 37, 29. Eccles. 10, 1., plur. רֹקְחִים 1 Chron. 9, 30. — Pyh. מְרֻקָּחִים בְּשָׂמִים *unguenta arte facta, confecta, mixta* 2 Chron. 16, 14. — Hiph. *condivit* Ezech. 24, 10. (ubi infin. הַרְקַח).

רֹקַח m. *conditura* vel *condimentum* Cant. 8, 2. יֵין הָרֹקַח (cf. 2 Reg. 3, 4.) *vinum conditum, vinum aromatites* (Plin. 14, 13.).

רֵקַח m. *unguentum* Exod. 30, 25. 35.

רַקָּח m. *unguentarius, pigmentarius, conditor.* Plur. רַקָּחִים Neh. 3, 8. Foem. רַקָּחָה, unde plur. רַקָּחוֹת *unguentariae* 1 Sam. 8, 13.

רְקוּחַ m., plur. רְקֻחִים *unguenta* Jes. 57, 9.

עֲרָקָה m., plur. עֲרָקִים *plantae* vel *herbae aromaticae* Cant. 5, 13.

מְרֻקָּחָה f. *unguentum* Ezech. 24, 10., it. *commixtio, confectio unguentorum* Job. 41, 23 (22.), concise מְרֻקָּחָה יָם יָשִׂים *er macht das Meer wie Salbenmischung* d. h. *lässt es eben so schäumen, wie wenn Salben bereitet werden;* Hier. bene: *quasi cum unguenta bulliunt.* All. *vas unguentarium* interpretantur.

מִרְקַחַת f. *mixtura, confectio aromatum* Ezech. 30, 25. 2 Chron. 16, 14., metonym. *unguentum* 1 Chron. 9, 30.

רָקַם *variegavit, variis notis distinxit* (arab. رَقَمَ *punctis notavit, lineas duxit*) hinc *e versicoloribus liciis contexuit (bunt wirken)* v. Hartmann. Hebräerinn III, p. 138 sqq. Part. רֹקֵם subst. *textor liciorum versicolorum* (non, ut vulgo volunt, *acupictor, phrygio*) Exod. 26, 3. 27, 16. 28, 39. etc. — Pyh. רָקַם trop. de corpore humano e variis membris inter se junctis formato Ps. 139, 15.

רִקְמָה f. 1) *variegatum, versicolor* 1 Chron. 29, 2. Ezech. 17, 3. 2) *vestis e versicoloribus liciis contexta* (arab. رَقْمٌ) Ezech. 16, 10. 13.

27, 7. 16. 24. 26, 16. Dual. רִקְמָתַיִם *duae vestes versicolores* vel sec. alios *vestes ab utroque latere versicoloribus figuris distinctae* Jud. 5, 30. Plur. רִקְמוֹת Ps. 45, 15.

רָקֶם nom. propr. a) viror. Num. 31, 8. Jos. 13, 21. 1 Chron. 7, 16.; b) oppidi in tribu Benjamin Jos. 18, 27., quod nominatum nonnulli putant a floridis campis, in quibus exstructa erat, coll. arab. رَقْمَة *hortus (floribus distinctus) floridus, campus amoenus.*

רָקַע *tudit, pulsavit* humum pede (בְּרֶגֶל), ut solent homines vel indignabundi vel exultantes Ezech. 6, 11. 25, 6., deinde a) *contudit, conculcavit* 2 Sam. 22, 43. b) tundendo, calcando *diduxit*, ac gener. *expandit, extendit* (terram) Jes. 42, 5. 44, 24. Ps. 136, 6. (syr. ܪܩܥ *firmare, solidum* et *firmum facere* et arab. رَقَعَ *stipavit puteum*, ne corrueret). Infin. cum affixo רָקְעָךְ Ezech. 25, 6., fut. יִרְקַע 2 Sam. l. c. — Pih. tundendo *diduxit* (metalla) Exod. 39, 3. Num. 17, 4., adeoque *diductis* (metallis) *induxit* aliquid Jes. 40, 19. ubi v. Rosenm. — Pyh. part. מְרֻקָּע *diductum* (in laminas) Jer. 10, 9. — Hiph. *expandit* Job. 37, 18 (coelum).

רָקִיעַ m. *solidum* quodvis *diductum, expansum*, hinc *coelum* (*firmamentum* Augustinus dixit) super terris expansum (hoc enim antiquissimi homines *solidum* esse putarunt v. Voss ad Virgil. Geo. p. 586.) Gen. 1, 4. 6. 7. 8. Ps. 19, 2. *Crystallo* assimilatur Ezech. 1, 22. Dan. 12, 3. coll. Apoc. 4, 6. θάλασσα ὑαλίνη. In regim. רְקִיעַ Gen. 1, 14. 15. 17. 20. Ps. 150, 1. Conf. Fulleri *Miscell. S.* L. I. c. 6. et Hottingeri *Historia creat.* p. 70 sq.

רְקָעִים plur. m. *diductiones*, רִקְעֵי פַחִים *laminae diductae, latae* Num. 17, 3.

רָקַק I) *tenuis fuit* vel *factus est* (رَقَّ), *attenuatus est.* — II) *spuit, exspuit* i. q. ירק Levit. 15, 8.

רָקִיק m. *placenta tenuis, laganum* Exod. 29, 2. 23. Levit. 8, 26. Num. 6, 19. 1 Chron. 23, 29. Arab. رَقِيق est *tenue quid.*

רֹק m. *sputum* (talm. רקיקה *id.*) Jes. 50, 6. Job. 30, 10. *a facie mea non cohibent sputum* h. e. non verentur faciem meam conspuere; cum affixo רָקִּי Job. 7, 19., de quo loco v. sub בלע.

רַק m., רַקָּה 1) *tenuis* Gen. 41, 19. 20. 27. 2) abit in particulam *extenuandi* et *excipiendi*, significans *tantummodo, duntaxat* Gen. 6, 5. Deut. 2, 28. 1 Sam. 1, 13. Am. 3, 2. Prov. 13, 10. 2 Chron. 33, 17. al., *modo* (*dummodo*) Jes. 4, 1. *pane nostro vescemur, vestibus nostris amiciemur, modo dicamur uxores tuae*, Jos. 13, 6. Ubi negatio praecedit, רַק est *praeter* 2 Reg. 17, 18. 2 Chron. 5, 10., *praeterquam, nisi* 1 Reg. 15, 5. Jos. 11, 22. Gen. 14, 24. Passim ita dic. hoc voc., ut non extenuandi sed *confirmandi* vim habere videatur, quare vertunt: *profecto, revera, procul dubio*, Jud. 14, 16. רַק שְׂנֵאתַנִי *tu me profecto odisti*, Deut. 4, 6. רַק עַם־חָכָם וְנָבוֹן הַגּוֹי הַגָּדוֹל הַזֶּה *profecto sapiens et intelligens est magnus hic populus.* Sed cum sapientia duntaxat, cum nihil nisi sapientia in aliquo pop. esse dicitur, omnis simul dubitatio,

an *nequitia* in hos homines cadat. tollitur; possumus igitur voce *profecto* uti, cujus ibi sedes est, ubi affirmare h. e. dubitationis vel umbram tollere studemus, *es ist nur weise, lauter Weisheit* i. e. *wahrhaft weise.* Simil. Jud. l. c. *nil nisi odium adversus me geris,* tantum abest, ut de tuo in me animo dubitem, ut probe intelligam, te *revera* me odisse. In loco Ps. 32, 6. vide, annon trajecta sit haec vocula (ut graec. μόνον et vern. *nur* haud ita raro), ut sensus sit: *precare Deum, ita ingentes aquae,* quae multos hauriunt, *ad te unum non attingent, in den grössten Gefahren wirst du allein unberührt stehen.*

רַק vid. sub rad. רוּק.

רַקָּה f. *tempus (Schlaf),* pars capitis, a *tenuitate ossis,* Jud. 4, 21. 22. 5, 26., it. *gena* superior (cf. לְחִי) Cant. 4, 3. 6, 7.

רַקָּת urbs Naphtalitarum Jos. 19, 35. Simon. confert talm. רקה רקתא *ripa, litus.*

רַקּוֹן, c. artic. הָרַקּוֹן nom. propr. oppidi Danitar. ad mare mediterr. Jos. 19, 46.

רשׁ v. sub rad. רוּשׁ.

רָשָׁה radix Hebr. inusit., chald. et samar. *potuit, potestatem* sive *facultatem habuit,* aeth. ረሰየ: *fecit,* it. *concessit.* Inde est

רְשׁוּת m. *facultas, potestas* aliquid faciendi Esr. 3, 7.

רָשַׁם *signavit, consignavit* (רשׁם *scripsit*) Dan. 10, 21.

רְשַׁם chald. *id.* Dan. 5, 24. 25. 6, 10. 11. 13. 7, 17.

רָשַׁע 1) *impie, improbe egit, fecit (freveln)* Eccles. 7, 17. Dan. 9, 15. 1 Reg. 8, 47., sq. מִן pers. *in aliquem* (Jovam; propr. peccare atque ita se avertere a Jova) Ps. 18, 22. Opponitur voci צדק; a חטא vero ita discrepare videtur (cf. de Wette Comment. in Psalm. p. 99.), ut improbitatem eam significet, quae ex animo prava concupiscentia incitato oritur (coll. arab. رَشِعَ *magna cupiditate* et *concupiscentia fuit,* syr. ܪܫܥ *perturbatus est animo*) itaque eorum, quae inhoneste patrantur, probe sibi conscia est. 2) *improbitatis reus fuit* Job. 9, 29. 10, 7. (ubi fut. יִרְשָׁע). — Hiph. הִרְשִׁיעַ 1) *improbum (reum) declaravit* aliquem atque adeo *condemnavit* Exod. 22, 8. Deut. 25, 1. 1 Reg. 8, 32. Prov. 12, 2. 17, 15. Ps. 37, 33. 94, 21. Job. 32, 3. Jes. 54, 17. Huc referunt etiam 1 Sam. 14, 47., בְּכֹל־אֲשֶׁר יִפְנֶה יַרְשִׁיעַ *quocunque se vertebat, improbum, impium declaravit, ostendit* (hostem suum) i. e. vicit, superavit: clades enim, ut aliae calamitates publicae, pro *impietatis* poena habebatur. Ita Lxx. Vulg. Chald. Syr. 2) *improbe, impie egit, fecit* 2 Chron. 20, 35. 22, 3. Job. 34, 12. Dan. 12, 10., מַרְשִׁיעֵי בְרִית *improbe deserentes foedus* Dan. 11, 32. Conf. de hoc v. J. H. Pratje *comment.* inserta Bibliothecae Brem. novae Class. V, p. 78 sq.

רָשָׁע m., רְשָׁעָה f. 1) *improbus* (syr. ܪܫܝܥܐ), *ferox* (v. sub rad.) Prov. 2, 22. 3, 25. 4, 14. 28, 4. 1 Sam. 2, 9. (opp. חֲסִידִים) Jes. 11, 4. 2 Sam. 4, 11. Job. 3, 17. 8, 22. Jer. 5, 26. Ps. 1, 1. 4. 3, 8. 7, 10. (opp.

צַדִּיק) etc.; דֶּרֶךְ רָשָׁעָה *improbe agendi ratio, prava studia* Ezech. 3, 18. *Improbi* in Psalmis haud raro vocantur *gentiles a Jovae cultu alieni*, qui populum israelit. (עֲנִיִּים) vexant Ps. 9, 6. 17. 10, 2. 37, 12. 14. 84, 11. 125, 3. (passim parall. גּוֹיִם). Vix tamen huc pertinet, quod gentiles ἄνομοι appellantur 1 Macc. 2, 44. 3, 5. Fragm. Esther. 4. Actor. 2, 23. — Uno in loco Prov. 13, 6. voc. generale pro speciali positum videtur: *probus odit sermones fraudulentos, mendacia; improbus* h. e. *mendax sibimet ipsi ignominiam conflat*, v. Umbreit. ad h. l. 2) *injustus, malam causam habens* (oppos. צַדִּיק) Exod. 2, 13. 23, 1, 7. Deut. 25, 1., hinc *reus* Num. 35, 31. רָשָׁע לָמוּת *mortis reus*.

רֶשַׁע m. *improbitas, improbe agendi ratio* (כֶּסֶל *malitia*) Ezech. 3, 19. Ps. 5, 5. Prov. 4, 17. 1 Sam. 24, 13., שֵׁבֶט הָרֶשַׁע *sceptrum improbitatis* h. e. imperium improbi Ps. 125, 3. coll. Ezech. 7, 11., אֹצְרוֹת רֶשַׁע *thesauri improbi* h. e. male parti Mich. 6, 10., מֹאזְנֵי רֶשַׁע *lances improbae* i. e. dolosae, adulterinae Mich. 6, 11. Spec. pro *mendacio, fraude* dici videtur Prov. 8, 7. (opp. אֱמֶת), cf. supra רָשָׁע. Cum affixo רִשְׁעוֹ Deut. 9, 27. Ezech. 3, 19., plur. רְשָׁעִים *impie, improbe facta* Job. 34, 26.

רִשְׁעָה f. 1) *improbitas, impietas* Zach. 5, 8. Jes. 9, 17. Mal. 3, 15. Prov. 11, 5., spec. *mendacium, fraus* Prov. 13, 6., לָרִשְׁעָה adv. *impie* Ezech. 5, 6. 2) *improbe factum, scelus, delictum* Deut. 25, 2. Al. *culpa*.

מִרְשַׁעַת f. *improbitas, scelus*, metonym. de scelesto vel improbo homine 2 Chron. 24, 7., sicut lat. *scelus*.

רִשְׁעָתַיִם urbs Mesopotamiae Jud. 3, 8. 10.; nonnullis eadem videtur, quae رأس عين v. Golium ad *Alferg.* p. 242.

רֶשֶׁף m. 1) *ardor* Cant. 8, 6. רִשְׁפֵי אֵשׁ *ardores s. flammae ignis* et trop. רִשְׁפֵי קְנָאָה *ardores amoris* ibid. 2) *fulmen* Ps. 78, 48. coll. Exod. 9, 23. sq. Translate Ps. 76, 4. רִשְׁפֵי קֶשֶׁת *fulmina arcus* h. e. *sagittae* v. Rosenm. ad h. l. Huc bene revocant etiam Job. 5, 7. בְּנֵי רֶשֶׁף *filii fulminis* i. e. volucres, alites summa velocitate per aera lati v. Umbreit. ad h. l. 3) *pestis*, quo corpus *inflammatur* ac veneno inficitur (cf. חֵמָה *aestus* et *venenum*) Hab. 3, 5 (parall. דֶּבֶר) Deut. 32, 24 (parall. רָעָב). Alii interpretantur: *sagittae ardentes*, ut nuper etiam Rosenm., ita ut utriusque loci sensus hic sit: *morbis et ferro peribunt*. — Ita commode inter se conciliari possunt variae hujus voc. significationes; *ardoris* autem notio, quanquam e dialectis demonstrari nequit, satis tamen certa est e loco Cant. De origine vocis Schulzius ad Cocceii Lexic. II, p. 754. sic statuit: radicem esse syr. ܪܫܦ *repere, prorepere*. At, quanquam *repens, reptans* recte dici potest *pestis*, vix tamen hoc in *ardorem* i. e. *vehementem ignem* cadit, quippe qui non *repat* sed provolvatur. Ceterum D. Michaelis sententia (in Suppl. p. 2268 sqq. et *in Beurtheil. der Mittel* p. 298 sqq.) locis omnibus *alitis* significationem inferentis (coll. arab. رشف VIII. *in altum elatus est*), quanquam veterum interpretum auctoritate commendari possit, explosa jam est a viris doctis (v. Rosenm. ad Ps. 76, 4.). Cf. Th. Stegeri Com. de hoc voc. Kil. 1808.

רָשַׁשׁ *contudit, diruit, evertit* (syr. ܪܫܫ *contusus, percussus est* malleo); Poh. רוֹשֵׁשׁ Jer. 5, 17. — Pyh. *dirutus, destructus est* Mal. 1, 4. (ubi al. a רוּשׁ repetunt, sed v. Rosenm.).

תַּרְשִׁישׁ (*contundens, diruens*, verb. Pih. v. Gesen. L. p. 498?) 1) nom. propr. urbis nobilissimae, coloniae Phoenicum (Tyriorum) Jes. 23, 1. 6. 10. ad mare (Jes. 23, 1. Ps. 48, 8.) mediterraneum Jon. 1, 3. 4, 2. occidentem versus Gen. 10, 4. sitae, unde argentum, ferrum, plumbum etc. deportabantur Ezech. 27, 12. 25. coll. Jer. 10, 9. *Tarsum* in Cilicia esse, inepta conjectura Josephi fuit (coll. Judith. 2, 12 sq., sed v. Hieron. ep. ad Marcellam); nec Lxx. moramur, qui in prophetarum locis *Καρχηδών* interpretati sunt. Hodie nemo doctorum virorum dubitat, *Tartessum* in Hispania baetica dici. Ea fuit urbs perantiqua, a Phoenicibus condita, argenti, aeris ferrique ditissima v. Strabo III, p. 148. Diod. Sic. 5, 35 sqq. Plin. 3, 3. cf. Bocharti Phal. 3, 7. Michaelis Spicil. I, p. 82 sqq. Bredow *histor. Untersuch.* II, p. 260 sqq. — אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ a) *naves Tartessum petentes* Jes. 23, 1. b) *naves* quaevis *majores onerariae* (quas nostrates simil. vocabulo angusto *Indienfahrer* appellant) Jes. 2, 16. 60, 9. 1 Reg. 10, 22. 22, 49. De locis 2 Chron. 9, 21. 20, 36 sq. v. post Vitringam Comm. in Jes. I, p. 84. inpr. Bredow. l. c. p. 293 sqq. — 2) *gemmae* species, sic dicta haud dubie ab urbe *Tartessi* Exod. 28, 20. 39, 13. Ezech. 1, 16. 10, 9. 28, 13. Cant. 5, 14. Dan. 10, 6. *Chrysolithum* (recentioribus *topazium* dictum) vulgo intelligunt ex auctoritate Josephi et Lxx. Eum vero in Hispania nasci constat v. Braun vestit. sacerdot. 2, 17. et Bellermann. Urim u. Thummim p. 59 sqq.

רֶשֶׁת *rete* vid. sub rad. ירשׁ.

רָתַח *ferbuit, ebullivit* (syr. et chald. *id.*), in Kal non usitat., Pih. *ebullire fecit, fervefecit* Ezech. 24, 5. Pyh. Job. 30, 27 (26) מֵעַי רֻתָּחוּ *viscera mea fervent* i. e. animus aestuat, commovetur (v. המה). — Hiph. *fervefecit* Job. 41, 23 (22).

רֶתַח m. *ebullitio* Ezech. 24, 5.

רָתַם *ligavit, alligavit* (רתם) Mich. 1, 13. רְתֹם הָרֶכֶשׁ לָרֶכֶב *junge currum equis* (i. q. אָסַר מ Gen. 46, 29).

רֹתֶם com. (foem. 1 Reg. 19, 4. sec. Cthib), plur. רְתָמִים Ps. 120, 4. Job. 30, 4., vulgo sec. Hieron. et Judaeos *juniperus*, quam explicationem defendunt Hillerus in *Hierophyt.* P. I. c. 26. et J. Stengelius in *Biblioth. Brem.* Class. VII. Fasc. 5., rectius *genista* (*spartium junceum* L.) arabica et aegyptiaca in locis desertis et campis arenosis frequens, primum quod eadem sic vocatur in lingua arab. (رتم) et hispan., deinde quod umbram praebet cubantibus coll. 1 Reg. 19, 4. 5. add. Virgil. *Georg.* II, 434. 435. et Calpurn. *Eclog.* I., tum quod ejus radices sunt esculentae coll. Job. 30, 4., denique quod ejus usus est ad *ligandum* (v. rad.), ut constat ex Galeno, Plinio etc. unde Martialis: *Non pira, quae lenta pendent religata genista.* Quae singula in *juniperum* non cadunt. Conf. Schultensii *Commentarius* in Job. 30, 4. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 246. Oedmannus in *collect. ad hist. natur.*

bibl. spectantt. fasc. 2. c. 8. Forskâlii *Flora aeg. arab.* p. 216. De loco Ps. 120, 4. consulendus de Wettius est.

רְתָמָה statio Israelitarum, fortasse a copia *genistae* Num. 33, 18. 19.

רָתַק *ligavit, vinxit* (arab. رتق *clausit;* sicut et Germani *schliessen* dicunt pro *vincire*), Niph. Eccles. 12, 6. sec. Kri יֵרָתֵק חֶבֶל עַד אֲשֶׁר לֹא חַבְלֹ, quod vulgo ita interpretantur: *antequam solvatur funiculus argenteus* (coll. in altero membro נרוץ) ita, ut Conj. Niph., quemadmodum in aliis verbis Pihel, contrarium ejus significet, quod Kal exprimit. Sed cum hujus rei nulla exempla suppetant, satius est sec. Cthib legere: ירחק, quod librariorum errore facile poterat in ירתק corrumpi. — Pyh. *vinciri* Nah. 3, 10.

רְתוּקָה f., plur. רְתֻקוֹת *catenae* Jes. 40, 19.

רְתוֹק m. *catena* Ezech. 7, 23.

רַתּוּקָה f. *id.*, plur. רַתּוּקוֹת sec. Kri 1 Reg. 6, 21., sed Cthib habet רַתְּקוֹת, alia forma.

תַּרְתָּק v. sub lit. ת.

רָתַת rad. Hebr. non usitat., chald. syr. et samar. *tremuit, horruit,* i. q. רטט.

רַתָּה m. *terror* Hos. 13, 1. (chald. רְתִיתָא).

שׁ et שׂ

שׁ relat. v. sub אֲשֶׁר.

שָׁאַב *hausit* (chald. *id.*) aquam, vel sq. מַיִם Gen. 24, 13. 1 Sam. 7, 6. 9, 11. 2 Sam. 23, 16. Jes. 12, 3. vel absol. Gen. 24, 11. 19. 20. 44. Ruth. 2, 9. Part. שֹׁאֲבֵי מַיִם subst. *haustores aquae* i. e. vilissimi homines Deut. 29, 10. coll. Jos. 9, 21. 23. 27. Imper. f. שַׁאֲבִי Nah. 3, 14., fut. יִשְׁאַב Gen. 24, 20., plur. יִשְׁאֲבוּ 1 Sam. 7, 6.

מַשְׁאָב m., plur. מַשְׁאֲבִים Jud. 5, 11. *canales* potatorii (non *haustra,* ut cum aliis vertit Hollmannus).

שָׁאַג *rugiit;* propr. de *leone* dicitur (ὠρύεσθαι, non βρυχᾶσθαι v. Lobeck ad Soph. Ai. 320.) Am. 3, 8. Ps. 22, 14. 104, 21. Jud. 14, 5. Zeph. 3, 3., metaphor. de tonitru Job. 37, 4. Jer. 25, 30. (cf. Vopisc. in Probo c. 19. *leones rugitibus suis tonitrua* excitabant), de superbis militibus Ps. 74, 4., nec non (cf. המה) de hominibus graviter ingemiscentibus vel potius prae dolore clamantibus Ps. 38, 9. Lxx. bene: ὠρύεσθαι. Fut. יִשְׁאַג Job. l. c., plur. יִשְׁאֲגוּ Jer. 2, 15., in pausa יִשְׁאָגוּ Jer. 51, 38.

שְׁאָגָה f. *rugitus* leonis Job. 4, 10. Jes. 5, 29., trop. clamor ingemiscentium Ps. 22, 2. Job. 3, 24. In regim. שַׁאֲגַת Zach. 11, 3., cum affixo שַׁאֲגָתוֹ Ezech. 19, 7. Plur. שְׁאָגוֹת, cum affixo שַׁאֲגָתַי Job. 3, 24.

שָׁאָה propr. gravem sonum, *fragorem edidit*, hinc *cum fragore disruptus est, concidit* (arab. ثأى) Jes. 6, 11 (de urbibus), unde *vastandi* notio accedit v. Niph. et Hiph. — Niph. 1) *strepuit, tumultuatus est* (aquarum instar) Jes. 17, 12. 13. 2) *vastatus est* (v. Kal) Jes. 6, 11. (de terra israel.). — Hiph. *vastavit* (urbes) Jes. 37, 26. Infin. cum praefixo לַהֲשׁוֹת 2 Reg. 19, 25. pro לְהַשְׁאוֹת (v. Gesen. L. p. 137.). — Hithpah. הִשְׁתָּאָה *stupuit, obstupuit* (q. d. *animo vastatus*, perculsus *est* v. שׁמם), sq. לְ pers. (*jemandem staunen, so dass das Staunen ihm gilt*) *cum stupore, admiratione contemplatus est* Gen. 24, 21., ubi מִשְׁתָּאֵה est stat. constr. cf. Jes. 56, 10. et Gesen. L. p. 679.

שׁוֹא et שׁוֹאָה v. sub rad. שׁוֹא.

שַׁאֲוָה f. *fragor, procella strepens, tempestas* Prov. 1, 27. sec. Cthib, sed Kri habet שׁוֹאָה.

שְׁאִיָּה f. *vastatio, ruina* Jes. 24, 12. שְׁאִיָּה יֻכַּת־שַׁעַר h. e. confracta est porta ita, ut ruinam daret, ut ruina fieret. In pedestri oratione diceretur לִשְׁאִיָּה.

שֵׁאת f. *interitus, ruina* Thren. 3, 47.; contractum est ex שֶׁאֶת, ad formam קֶרֶת a קרה.

שֵׁת (pro שֵׁאת) *strepitus, tumultus* Num. 24, 17. בְּנֵי שֵׁת *filii tumultus* (Jer. 48, 45. בְּנֵי שָׁאוֹן) i. e. hostes populum Israelit. aggredientes, v. Verschuir. Dissertatt. phil. exeg. (Leov. 1773.) p. 16. et Rosenm. ad h. l., qui aliorum interpretationes perstringit.

שָׁאוֹן m. 1) *strepitus* ingens, *fremitus* aquarum Ps. 65, 8., clamantium Jer. 25, 31. 51, 55. Ps. 74, 23., armorum Hos. 10, 14. Am. 2, 2. (de loco Jer. 48, 45. v. sub שֵׁת) Jes. 66, 6. 25, 5., turbae hominum Jes. 5, 14. 13, 4. 24, 8. Jer. 25, 31. — 2) *pernicies, interitus, ruina* Ps. 40, 3. Jer. 46, 18.

שִׁיאוֹן (pro שִׁיאִיּוֹן?) nom. propr. oppidi in tribu Issaschar. Jos. 19, 19.

מְשׁוֹאָה f. vid. sub rad. שׁוֹא.

מַשּׁוּאָה f., unde plur. מַשּׁוּאוֹת Ps. 73, 18. et מַשֻּׁאוֹת Ps. 74, 3. vulgo *ruinae*. Sed a שׁאה non possit nisi מְשׁוּאוֹת oriri. Ut nunc scriptum est hoc voc., ad rad. נָשָׁא Hiph. (*decepit*) pertinet ac *loca fallacia, insidias* significat. Quod cum non cadat in Ps. 74, 3., satius est, h. l. cum Athia (v. Rosenm.) legere מַשֻּׁאוֹת a נשׂא *efferre* h. e. *evertere* (cf. graec. ἀναστῆναι).

תְּשׁוּאָה f. vid. sub rad. שׁוֹא.

שְׁאָט v. sub rad. שׁוּט.

שָׁאַל et שָׁאֵל (v. infra), arab. سأل, syr. ܫܐܠ, 1) petiit h. e. a) *poposcit, postulavit* Ps. 40, 7. 1 Sam. 12, 13., *ab* aliquo sq. מִן Ps. 2, 8. Esr. 8, 22., מֵאֵת Jos. 15, 18. Jud. 1, 14. 1 Sam. 8, 10., מֵעִם Deut. 10, 22.; etiam sq. dupl. acc. et pers. et rei Deut. 14, 26. Ps. 137, 3. Jes. 45, 11. (ubi v. Gesen.). Ita Lat. dicunt: *poscere, postulare aliquem aliquid.* b) *rogavit* (*bitten, erbitten*) 1 Reg. 3, 5., sq. acc. rei Jud. 5, 25.

1 Reg. 3, 10. 10, 13. 2 Chron. 1, 11., sq. acc. pers. 1 Reg. 2, 20., sq. acc. rei et מִן pers. Zach. 10, 1. Ps. 21, 5. vel מֵאֵת pers. Prov. 30, 7. Ps. 27, 4. vel מֵעִם Deut. 18, 16., sq. acc. et לְ pers. *rogare alicui aliquid* 1 Reg. 2, 22. לָמָּה אַתְּ שֹׁאֶלֶת אֶת אֲבִישַׁג לַאֲדֹנִיָּהוּ *cur rogas Adoniae Abisagam?*; adde: שְׁאֵלָה שְׁאָל (*Bitte vortragen*) 1 Reg. 2, 16. 20., הֶעְמֵק שְׁאָלָה *arduum petiisti* 2 Reg. 2, 10., הַעְמֵק שְׁאָלָה *profunda pete* Jes. 7, 11. v. sub עמק. Spec. est *mendicare* Prov. 20, 4. (arab. سأل V. *id.*, hinc سَائِل *mendicus*), et 2 Reg. 6, 5. *mutuum petere*, quo quidem plerique interpretes referunt etiam Exod. 3, 22. 11, 2. 12, 35; sed potest hic cum Lxx. commode reddi: *petere* v. Rosenm. ad Exod. 3, 22. — 2) interrogavit Deut. 13, 15. Jud. 4, 20., sq. acc. pers. Gen. 24, 47. 38, 21. 44, 19., sq. לְ pers. Job. 8, 8.; de *aliquo* vel *aliqua re* sq. עַל Neh. 1, 2., sq. לְ Gen. 26, 7. 32, 29. Jud. 13, 18. Jer. 6, 16. (hinc שְׁ לְשָׁלוֹם לְ Gen. 43, 27. Jer. 15, 5. 1 Sam. 10, 4. 17, 22. al. et שְׁ לְשָׁלוֹם סְ *de alicujus salute quaerere*, quod salutantes facere solent, coll. syr. ܫܠܡܐ *salutatio* in Assemani Bibl. I, p. 379.); sq. dupl. acc. et pers. et rei *interrogare aliquem aliquid* 2 Sam. 14, 18. Hagg. 2, 11. Spec. est: *consulere* sq. בְּ (*bei jem. fragen, nachfragen*), vel Jovam 1 Sam. 22, 13. 23, 4. (2 Sam. 16, 23.) Jud. 1, 1. 18, 5. vel Urim et Thummim Num. 27, 21. vel idola Ezech. 21, 21 (26) vel pythones Deut. 18, 11., sq. לְ pers in alicujus commodum, alicujus causa 1 Sam. 22, 13. Idem est: שְׁאַל פִּי יְהוָה Jos. 9, 14. Jos. 30, 2. — Praet. cum affixo וּשְׁאֵלֶךָ Gen. 32, 18., 1. p. שְׁאַלְתִּי et cum affixo שְׁאִלְתִּיו 1 Sam. 1, 20., שְׁאִלְתִּיהוּ Jud. 13, 6., plur. שְׁאִלְתֶּם Job. 21, 29. Infin. שְׁאֹל, imper. שְׁאַל Deut. 4, 32., cum ה paragog. in pausa שְׁאֵלָה Jes. 7, 11., foem. שַׁאֲלִי 1 Reg. 2, 20., plur. שַׁאֲלוּ Jer. 18, 13., fut. יִשְׁאַל Hos. 4, 12. Exod. 22, 13., plur. יִשְׁאֲלוּ Exod. 11, 2. in pausa יִשְׁאֲלוּ Jer. 50, 15., cum nun paragog. יִשְׁאֲלוּן Jos. 4, 6. 21. — Niph. נִשְׁאַל *sibi petiit* (*ἀιτεῖσθαι* med. v. Gesen. L. p. 239.) 1 Sam. 20, 6. 28. Neh. 13, 6. Inf. absol. נִשְׁאוֹל 1 Sam. l. c. — Pih. שִׁאֵל 1) *mendicavit* Ps. 109, 10. 2) *consuluit* sq. בְּ 2 Sam. 20, 18. — Hiph. הִשְׁאִיל propr. *dedit, concessit* alicui, quod ille petierat Exod. 12, 36. (al. *mutuum dedit*), deinde *dedit* gener. 1 Sam. 1, 28.

שְׁאַל chald. 1) petiit Dan. 2, 10. 11., sq. dupl. acc. Esr. 7, 21. 2) *interrogavit*, sq. לְ pers. Esr. 5, 9., sq. לְ pers. et acc. rei Esr. 5, 10. Fut. יִשְׁאַל.

שְׁאוֹל et שְׁאֹל com. locus subterraneus, in quo mortuorum umbrae (*manes*, רְפָאִים) congregantur, densissima caligine plenus, ᾅδης, *orcus*, *tartarus* Gen. 37, 35. Num. 16, 30. Job. 7, 9. Ps. 6, 6. 23, 4. 30, 10. 49, 20. Jes. 14, 9 sqq. 38, 18. Ezech. 31, 16 sq. 32, 21 sqq. Ps. 88, 11 sqq. al. v. Ammon. in Pauli Memorabb. IV. Ziegler Exc. 1. ad Prov. p. 381 sqq. de Wette bibl. Dogm. §. 114. de Zobel Magazin f. Interpret. I. Multi sic dictum putant ab arab. سأل med. Je *sidit, subsidit*, ut שְׁאוֹל sit *fundus* terrae (v. Schein. in Cant. Hisk. p. 25 sqq.); at vero non opus est ad Arabes confugere; *orcus* haud inepte dici videtur a שָׁאַל *poscere*, quippe qui omnes sine discrimine homines insatiabili quadam cupiditate (Prov. 27, 20. 30, 16.) *poscat* (unde *rapax* vocatur poetis latinis cf. Catull. 2, 28. 29., graecis ἁρπακτὴς Callim.

ep. 2, 6.); ac Syri eodem voc. ܫܐܘܠ de *inferno* (nec non de *limbo patrum*) utuntur, adde aethiop. ሲኦለ: Luc. 10, 15. — Cum ה *locali* שְׁאֹלָה Ezech. 31, 15. 16. 17.

שָׁאוּל (*postulatus*) nom. propr. Sauli, primi Israelitar. regis 1 Sam. 9, 2 sqq. 10, 11. 14. 11, 4 sqq. et aliorum Gen. 36, 37.; 46, 10 Exod. 6, 15.; 1 Chron. 6, 9. Patron. שָׁאוּלִי Num. 26, 13.

שְׁאֵלָה f. *petitio, rogatio, preces* Esth. 5, 7., meton. נָתַן שְׁאֵלָה *satisfacere* alicui *petenti, concedere id quod quis petiit* 1 Sam. 1, 27. Ps. 106, 15. Esth. 5, 6., בָּאָה שְׁאֵלָה *satisfactum est precibus* Job 6, 8. De formula שָׁאַל שְׁאֵלָה v. sub rad. In loco 1 Sam. 2, 20. sunt, qui cum Lxx. et Vulc. vertant: *commodatum*, sed non opus est v. 1, 27. Cum affixis שְׁאֵלָתִי 1 Sam. 1, 27. Esth. 5, 7. 8. 7, 3. et שֶׁאֱלָתִי Job. l. c., שְׁאֵלָתֵךְ Esth. 9, 12. et facta ex syriasmo syncope שֵׁלָתֵךְ 1 Sam. 1, 17., שֶׁאֱלָתָם Ps. l. c.

שְׁאֵלָה vel שְׁאֵלָא f. chald. Dan. 4, 14. pr. *quaestio*, deinde *caussa, res*, ut arab. مَسْأَلَة, quo vocabulo Arabs Erpenii Gen. 24, 66. Deut. 30, 4. usus est pro hebr. דָּבָר v. Schultens. *Opp. min.* p. 323.

שְׁאַלְתִּיאֵל (*rogavi Deum*) filius Jechoniae 1 Chron. 3, 17. Esr. 3, 2. Neh. 12, 1. Hagg. 1, 1., contr. שַׁלְתִּיאֵל Hagg. 1, 12. 2, 2., graec. Σαλαθιήλ Mt. 1, 12.

מִשְׁאָלָה f., plur. מִשְׁאָלוֹת *preces*, in regim. מִשְׁאֲלוֹת Ps. 37, 4., cum affixo מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ Ps. 20, 6.

שָׁאַן *tranquillus, securus fuit*, radix in Kal inusit., Syr. in Pah. (mutato א in Jod, ut in aliis verbis, quibus media radicalis א est) ܫܝܢ *tranquillavit, pacavit* et ܫܝܢܐ *pax, tranquillitas*. Pilel שַׁאֲנַן *tranquillus fuit, tranquille vixit* Jer. 30, 10. 46, 27. 48, 11. Job. 3, 18.

שַׁאֲנָן m., שַׁאֲנַנָּה foem. (Jes. 32, 9.) 1) *tranquillus, securus* Job. 12, 5. Jes. 33, 20. 2) in malam partem: *socors*, imo propter rerum suarum prosperitatem *insolens, fastuosus* Jes. 32, 9. 11. (parall. בֹּטֵחַ) Zach. 1, 15. Am. 6, 1. Ps. 123, 4. (v. שָׁלֵו). Subst. *insolentia, fastus* Jes. 37, 29.

שַׁלְאֲנָן vid. sub rad. שלה.

שָׁאַס unde part. plur. שֹׁאֲסַיִךְ, vid. in שסס.

שָׁאַף 1) *anhelavit* (arab. سأف et سؤف *auram traxit ad captandum, anhelavit*), trop. Jes. 42, 14. *spirabo et anhelabo* i. e. *in summam me iram effundam*; praegn. Eccles. 1, 5. *sol* אֶל מְקוֹמוֹ שֹׁאֵף *anhelat* h. e. summa c. contentione petit (*in*) *locum suum*. 2) *inhiavit, hiante ore captavit* Jer. 2, 24. 14, 6. שָׁאַף רוּחַ *aerem captare*, hinc trop. a) inhiare alicui rei h. e. summo ejus desiderio ferri Job. 7, 2. שָׁאַף צֵל *umbrae inhiare*, 36, 20. *morti inh.*, 5, 5. opibus alicujus (in quo loco interpretando lapsus esse videtur Umbreitius). Concise dicta sunt: Am. 2, 7. הַשֹּׁאֲפִים עַל־עֲפַר אֶרֶץ בְּרֹאשׁ דַּלִּים, quae cum Rosenm. ita ex-

plicabis: in hoc incumbunt, ut sit pulvis in capite tenuium h. e. ut eos in luctum conjiciant. b) *inhiare alicui* (homini) h. e. acriter eum persequi, vexare Ps. 56, 2. 57, 4. Am. 8, 4. Ezech. 36, 3. — Fut. יִשְׁאַף.

שָׁאַר *reliquus fuit, superfuit* (arab. سَئِرَ) 1 Sam. 16, 11. — Niph. נִשְׁאַר.

1) *reliquus factus est, superfuit* Jes. 24, 12. Gen. 7, 23. 42, 38., sq. dat. pers. Zach. 9, 7.; particip. נִשְׁאָר *superstes* Ezech. 6, 12. 2) *remansit* in aliquo loco Num. 11, 26. Exod. 8, 9., it. *mansit* Job. 21, 34. *responsiones vestrae manent malitia,* malitiosae. Quod Ezech. 9, 8. legitur, נֵאשָׁאַר videtur conflatum esse e duabus lectionibus נִשְׁאָר et אשאר (אֶשָּׁאַר), quae adhuc in nonnullis codd. deprehenduntur. — Hiph. הִשְׁאִיר 1) *reliquum fecit, reliquit* Obad. 5. Jer. 50, 20. Joel. 2, 14. Exod. 10, 12. Deut. 2, 34., sq. dat. pers. Deut. 28, 51. 1 Sam. 25, 22. 2) *reliquum habuit, retinuit* Num. 21, 35. Deut. 3, 3. עַד־בִּלְתִּי הִשְׁאִיר לוֹ שָׂרִיד *ut neminem reliquum sibi haberet, dass er keinen übrig behielt.*

שְׁאָר m. *reliquiae, reliquum, residuum* Esth. 9, 12. 16. Esr. 3, 8. Neh. 10, 29. etc., in regim. שְׁאָר Jes. 10, 19. 1 Chron. 11, 8.; שְׁאָר יָשׁוּב nom. symbol. filii Jesaiae Jes. 7, 3. coll. 10, 21.

שְׁאָר m. chald. *id.*, in regim. שְׁאָר Dan. 2, 18. Esr. 4, 7. 9. 10. 17., et שְׁאַר Esr. 7, 18. 20., stat. emphat. שְׁאָרָה Dan. 7, 7. 19.

שְׁאֵר m. *caro* (oppos. ossibus, non animo) Ps. 73, 26. 78, 20. 27. Prov. 5, 11. 11, 17. Jer. 51, 35. Mich. 3, 2. 3. voc. fere poet. Origo significationis non liquet. Sunt tamen, qui nominis rationem a *re sacrificali* derivandam esse putent, ita ut שְׁאֵר proprie sit *caro*, ab effuso sanguine et incensis ablegminibus *residua* (coll. arab. سائر *pars residua*) et partim sacerdotibus, partim possessoribus sacrificantibus in cibum cedens; unde etiam pro *cibo* sive *alimento* sumitur Exod. 21, 10. — Metonymice transfertur ad *consanguineos*, qui de eadem *carne* sunt Levit. 18, 6. 12. 13. 20, 19. 21, 2. 25, 49. Num. 27, 11. (ut בָּשָׂר), ita etiam שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ *consanguineus ejus* Levit. 25, 49. — Cum affixo שְׁאֵרִי Jer. 51, 35.

שַׁאֲרָה f. *consanguinitas,* meton. Levit. 18, 17.

שְׁאֵרִית f. *reliquiae, residuum* Ps. 76, 11. שְׁאֵרִית חֵמוֹת *residuum irae* divinae h. e. extrema, summa ira, v. DE WETTIUS ad h. l.; alibi meton. significat eos, qui ex clade superstites sunt 2 Sam. 14, 7. 2 Reg. 19, 4. 31. Jes. 14, 30. 15, 9. Ezech. 5, 10. Semel scribitur ex syriasmo: שֵׁרִית 1 Chron. 12, 38.

נֵאשָׁאַר v. sub ipsa rad.

מִשְׁאֶרֶת f. *alveus pistorius (mactra?)* dici videtur pro מִשְׂאָרָה שׁ et שׂ permutatis: quod in eo massa farinae *fervescit.* Similis permutatio literarum שׁ et שׂ occurrit infra sub rad. שׂער. Cum affixo מִשְׁאַרְתֶּךָ Deut. 28, 5. 17., plur. cum affixis מִשְׁאֲרוֹתֶיךָ Exod. 7, 28., מִשְׁאֲרֹתָם Exod. 12, 34.

שָׂאַר rad. Hebr. non usitat., arab. سار med. vau *ferbuit, efferbuit.*

שְׂאֹר m. *fermentum* Exod. 12, 15. 19. 13, 7. Levit. 2, 11. Deut. 16, 4., a *fervendo,* ut lat. *fermentum,* et graec. ζύμη a ζέειν; chald. סְאֹר *id.*

נְשָׂא v. sub rad. נשׂא.

שְׁבָא nom. propr. 1) gentis nobilissimae in Arabia felici, aromatum et auri lapidumque pretiosorum ditissimae 1 Reg. 10, 1 sqq. Ps. 72, 15. Jes. 60, 6. Jer. 6, 20., adeoque celebrem mercaturam facientis Ezech. 27, 22. Joel. 4, 8. Job. 6, 19., quae sec. Gen. 10, 28. et vetustas Arabum traditiones a *Joctane* originem ducebat cf. Bochart. Phal. 2, 26. Michael. Spicil. II, p. 182. Latiore sensu *Sabaei* pro *Arabibus* dicuntur Job. 1, 14. 15., in quo loco Nomades Arab. in terras finitimas incursionem facientes significantur. — 2) gentis a Cuschaeis natales repetentis Gen. 10, 7. — 3) gentis a Keturae stirpe ortae Gen. 25, 3. Sed recte judicarunt Vaterus (Comm. in Pent. I, p. 117.) et de Wettius (*Krit. d. israel. Gesch.* p. 117.), duas has gentes ad *unam* redire, cum utroque in loco *Dedanitae* iis jungantur, omnemque discrepantiam a scriptoribus, diversas earum origines sibi informantibus, proficisci. Rosenm. vero, auctore Josepho, statuit, *hunc* populum *Meroën* in Africa incoluisse (add. Joseph. Antiqq. VIII, 6.), ac profecto vix est, quod nuper contendit Gesenius, verisimile, *hos* Sabaeos non diversos esse ab illis, quos primo loco nominavimus; certe doceri non potest, eum, a quo tabula geneal. Gen. 10. profecta est, sibi non constitisse aut diversas hominum sententias collegisse.

שָׁבַב, rad. Hebr. non usitat. I) i. q. שָׁקַב *accendit* et intransit. *exarsit ignis*, v. שְׁבִיב. — II) i. q. chald. שַׁבַּב *fregit*. Hinc oritur שְׁבָבִים.

שְׁבִיב m. *flamma* Job. 18, 5.

שְׁבִיב m. chald. *id.*; stat. emphat. שְׁבִיבָא Dan. 3, 22., plur. שְׁבִיבִין Dan. 7, 9.

שְׁבָבִים m. plur. *fragmenta* Hos. 8, 6. v. Bochartı Hieroz. T. III, p. 504.

שָׁבָה *captum, captivum egit, abduxit* (chald. et syr. ܫܒܐ, arab. سبا *id.*), sive hominem Gen. 34, 29. Jer. 41, 10. 43, 12. 1 Reg. 8, 48. Ps. 137, 3. sive pecus 1 Chron. 5, 21.; it. de supellectile: *diripuit* 2 Chron. 21, 17. Particip. שׁוֹבִים *captivi* Jes. 61, 1., foem. שְׁבִיוֹת חֶרֶב *ferro captae* Gen. 31, 26. — Imp. שָׁבָה (pro שְׁבֵה) Jud. 5, 12., fut. per apocop. cum vau convers. וַיִּשְׁבְּ Num. 21, 1., foem. cum affixo in pausa תִּשְׁבֶךָּ Num. 24, 22. — Niph. נִשְׁבָּה *captivus abductus est* Gen. 14, 14. Exod. 22, 9. 1 Sam. 30, 3. 5. Ezech. 6, 9.

שֹׁבוֹ m. sec. Lxx. *achates* (Plin. 37, 54.) Exod. 28, 19. 39, 10. v. Bellermann Urim u. Thummim p. 52 sqq. Origo voc. non constat.

שְׁבִי m. 1) *captivus* Exod. 12, 29., f. שְׁבִיָּה *captiva* Jes. 52, 2. 2) subst. *captivitas* Esr. 2, 1. 9, 7. Neh. 7, 6. Deut. 21, 13., metonym. ipsi *captivi, turba captivorum* (سبى *captiva caterva*) Num. 31, 12. Deut. 21, 10. Jud. 5, 12. Jes. 20, 4. Ps. 68, 19. etc., it. *turba capti pecoris* Am. 4, 10. In pausa שִׁבִי Num. 21, 2. Deut. 28, 41., cum affixis שִׁבְיוֹ Deut. 21, 10., שִׁבְיָהּ Deut. 21, 13., שִׁבְיָךְ Jud. 5, 12, שִׁבְיָם Jer. 30, 10., שִׁבְיכֶם Num. 31, 19.

שִׁבְיָה f. *captivitas* Neh. 3, 36. Jer. 48, 46., metonym. ipsi *captivi*,

turba captivorum Deut. 21, 11. 32, 42. 2 Chron. 28, 5. 11. 13. 14. 15.

שִׁבְיָה et שִׁבְיָת f. *captivitas* Num. 21, 29., meton. *captivi* in formula: שִׁבְיָה, שׁוּב שִׁבְיָת *captivos reducere* Ps. 14, 7. Jer. 30, 3. 18. 49, 6. Am. 9, 14. Deut. 30, 3. Ezech. 39, 25. al. Sed haec formula passim etiam trop. legitur: *integritati, felicitati aliquem restituere* Ezech. 16, 53. Job. 42, 10. Hos. 6, 11., ubi v. Rosenm.

תִּשְׁבִּי *Thisbaeus* i. e. oppido *Thisbe* in Naphtalit. agris Tob. 1, 2. oriundus v. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 57.

שָׁבַח I) in Kal inusit., Pih. שִׁבַּח *laudavit* (ut chald. syr., arab. سبح, aeth. ሰብሐ:) Eccles. 8, 15., max. Deum Ps. 63, 4. 117, 1. 145, 4. 147, 12., it. *beatum praedicavit* Eccles. 4, 2. Hithpah. *gloriatus est* aliqua re sq בְּ 2 Chron. 16, 35. Ps. 106, 47. — II) *recessit*, it. *rejecit aliquid de aliqua re*, ut arab. سبخ, in Kal itidem inusitat., Pih. *sedavit, compescuit* Ps. 89, 10. fluctus maris, Prov. 29, 11. iram. Hiph. *id.* Ps. 65, 8. [Utramque significationem Schultensius de defect. §. 106 sq. et Vindic. p. 163 sq. ita inter se conciliat, ut verbo שׁבח propriam *mulcendi* potestatem tribuat, hinc: *mulcere aliquem laudibus*, ut Pacuvius dixit mulcere h. e. sedare fluctus].

שַׁבַּח chald. Pah. *laudavit* Dan. 2, 23. 4, 31. 34. 5, 21. 23.

שֵׁבֶט et frequentius שֵׁבֶט com. 1) virga i. e. a) *baculus*, quo quis castigatur Exod. 21, 20. Prov. 10, 13. 13, 24. 22, 8. Jes. 14, 5., hinc trop. שֵׁבֶט אֱלוֹהַּ Job. 21, 9. coll. 9, 34. 37, 13. et שֵׁבֶט אַף יְהוָה Jes. 10, 5. de calamitatibus, quibus Deus homines castigat; שֵׁבֶט פִּי יְהוָה Jes. 11, 4. de plagis, quas Deus immittere decrevit; 2 Sam. 7, 14. שֵׁבֶט אֲנָשִׁים sunt *plagae, poenae leves*, tolerabiles, modicae. b) *virga pastoris, pedum* Levit. 27, 32. Ps. 23, 4. Mich. 7, 14. c) *sceptrum* regis Esth. 4, 11. vel ducis Jud. 5, 14.; תּוֹמֵךְ שֵׁבֶט *sceptrum tenens* i. e. princeps, rex (Hom. σκηπτοῦχος) Am. 1, 5. (*baculum* pro sceptro dixit Flor. 3, 19.), meton. *imperium* Gen. 49, 10. Num. 24, 17. Zach. 10, 11. d) *decempeda*, meton. *portio demensa* Ps. 74, 2. Jer. 10, 16. 51, 19. e) *spiculum* 2 Sam. 18, 14. — 2) *tribus* israelit. (quae sceptro h. e. duci paret, fere ut germ. *Fähnlein*, de iis, qui vexillum sequuntur) Gen. 49, 16. Exod. 28, 21. Deut. 29, 21. Jos. 4, 5. 24, 1. 13, 7.; passim *familia* alicujus tribus (i. q. מִשְׁפָּחָה) Num. 4, 18. Jud. 20, 12. 1 Sam. 9, 21. Cum affixo שִׁבְטֵךְ Mich. 7, 14., plur. שְׁבָטִים 2 Sam. 18, 14., in regim. שִׁבְטֵי Exod. 24, 4. etc. — Origo voc. prorsus latet: nam quod vulgo conferunt, arab. سبط IV. et syr. ܐܫܒܛ, id significat non *expandere, extendere* gener., sed quod *tundendo* ac *percutiendo* fit.

שֵׁבֶט vel שִׁבֶּט com. chald. *tribus*, plur. in regim. שִׁבְטֵי Esr. 6, 17.

שַׁרְבִּיט *sceptrum* Esth. 4, 11. 5, 2. 8, 4., immissa lit. ר, quod passim fit, v. Gesen. L. p. 863 sq. coll. סַרְגֶּפֶת sub rad. סרג.

שְׁבָט m. *mensis* anni hebr. undecimus, maxima ex parte Februario respondens (syr. ܫܒܛ, arab. سَبَاط et شُبَاط) Zach. 1, 7.

שָׂבַךְ rad. Hebr. non usitat., arab. سبك *fundere* i. q. hebr. שָׁפַךְ. Inde oritur שׂוֹבָךְ nom. propr. ducis militum 2 Sam. 10, 16. 18., pro quo 1 Chron. 19, 16. 18. שׁוֹפָךְ.

שָׂבַךְ i. q. סָבַךְ.

שׂוֹבָךְ m. *perplexitas, rami perplexi* 2 Sam. 19, 8.

שְׂבָךְ m., plur. שְׂבָכִים *reticula* 1 Reg. 7, 17.

שְׂבָכָה f. 1) *opus reticulatum* 1 Reg. 7, 17. 18. 20. 2 Reg. 25, 17. Jer. 52, 22. 23. 2 Chron. 4, 13., *clathrum* 2 Reg. 1, 2.; plur. שְׂבָכוֹת 1 Reg. 7, 22. 41. 2) *rete* (arab. شَبَكَة) Job. 18, 8.

שַׂבְכָא f. chald. i. q. סַבְכָא, quod vid. suo loco.

שָׂבַל rad. Hebr. non usit. *processit, progressus est*, spec. de aquis: *fluxit* (arab. سيل IV.) et de spicis: *prodiit* (arab. IV. *id.*), syr. ܐܣܠ *direxit*.

שְׁבִיל m. voc. poet. *semita, via*, qua *proceditur* (arab. سَبِيل, syr. ܫܒܝܠܐ) Ps. 77, 20. Jer. 18, 15. sec. Kri; sed Cthib utroque in loco habet שְׁבוּל.

שֵׂבֶל m. Jes. 47, 2. vulgo sec. Schultens. in Animadvv. philol. *coma, caesaries*, a *fluendo, defluendo* (quo sensu *fluere* de *crinibus* etiam dixit Tibullus, *fluenter abundare* Apulejus), rectius (v. Gesen. ad h. l.) *syrma* vestis, arab. سَبَلَة.

שֶׂבֶל m. *termes*, a *crescendo*. Plur. in regim. שִׁבְלֵי Zach. 4, 12., quam tamen formam alii repetunt a שִׁבֹּל, ut dagesch sit euphon. cf. Jer. 4, 7.

שִׁבֹּלֶת f. 1) *fluxus aquae, flumen, Strömung, Strom* (ephraimitice סִבֹּלֶת) Jud. 12, 6. Ps. 69, 3. 16. Jes. 27, 12. 2) *spica* (arab. سُنْبُلَة, syr. ܫܒܠܬܐ, it. سَبَل) Job. 24, 24., plur. שִׁבֳּלִים Gen. 41, 5. 6. 7. 22—27. Ruth. 2, 2. Jes. 17, 5.

שׁוּבָל nom. propr. viror. Gen. 36, 20. 23. 29. 1 Chron. 2, 50. 4, 1. coll. syr. ܫܒܠܐ *directio*.

שַׁבְלוּל m. *limax, cochlea*, i. q. chald. תִּבְלָא (v. Bochart. Hieroz. Tom. II, p. 557.) Ps. 58, 9. כְּמוֹ שַׁבְלוּל תָּמֵס יֵהָלֵךְ *sicut limax liquescens* h. e. liquorem post se relinquens *abit, perit* v. Rosenm. ad h. l.

אַשְׁבֵּל nom. propr. filii Benjaminis Gen. 46, 21. 1 Chron. 8, 1. Nom. patron. אַשְׁבֵּלִי Num. 26, 38.

שִׁבֹּם urbs Rubenitarum Num. 32, 3., quae alibi שִׂבְמָה Num. 32, 38. Jos. 13, 19. 16, 8. 9. Jer. 48, 32. Origo voc. incerta: conjecturas non admodum probabiles v. in Simonis Onom. p. 108. 363.

שָׁבַן rad. Hebr. inusit., arab. شبن *mollis, succi plenus fuit.*

שׂוּט I) propr., ut videtur, i. q. arab. سطا *scutica percussit, flagellavit*, hinc a) *remigavit* (q. d. mare flagellavit); particip. praes. שָׂטִים subst. *remiges* Ezech. 27, 8. 26. b) *cursitavit, discurrit* (q. d. se ipsum flagellavit ad currendum) Num. 11, 8., it. *obiit, peragravit* terram (בָּאָרֶץ) Job. 1, 7. 2, 2. 2 Sam. 24, 2. 8., max. lustrandi caussa. — Pil. שׁוֹטֵט *discurrit* ad quaerendum aliquid Am. 8, 12. (ubi additur לְבַקֵּשׁ), *percurrit, peragravit* quaerendi lustrandive caussa sq. בְּ Jer. 5, 1. Zach. 4, 10. 2 Chron. 16, 9. Trop. *volumen, scripturam percurrere* i. e. studiose legere Dan. 12, 4. — Hithpal. הִתְשׁוֹטֵט *discurrit, cursi-*

tavit Jer. 49, 3 (in moenibus). — II) i. q. chald. et syr. ܫܛ *contemsit, sprevit* (hebr. בָּזָה v. Targ. Gen. 25, 34. Ps. 15, 4.); particip. praes. שָׂאט (ut קָאם Hos. 10, 14.) Ezech. 16, 57. 28, 24. 26.

שְׂאֵט m. *contemtus, contemtio*, hinc *fastus* Ezech. 25, 6. 36, 5. Cum affixo שְׂאָטְךָ.

שׁוֹט m. *flagellum, scutica* (arab. سَوْط) Prov. 26, 3. Nah. 3, 2. 1 Reg. 12, 11., transl. שׁוֹט לָשׁוֹן Job. 5, 21. *lingua calumniatrix;* alibi *flagellum* (Dei) est pro: calamitate (*plagam* etiam Lat. dicunt) Job. 9, 23. Jes. 10, 26., שׁוֹט שֹׁטֵף *flagellum inundans* i. e. exercitus terram invadens et vastans Jes. 28, 15. Simil. *Arabes* dicunt *scuticam effundere* (Cor. 88, 12. 89, 33.).

שַׁיִט m. 1) *id.* sec. Cthib Jes. 28, 15. 2) *remus* Jes. 33, 21.

שִׁטָּה m. *flagellum, scutica* Jos. 23, 13.

מָשׁוֹט m. *remus* Ezech. 27, 29.

מְשׁוֹט m. *id.*, petità formà a נשׁט Ezech. 27, 6.

שׂוּט *declinare, deflectere*, i. q. שָׂטָה; שָׂטֵי כָזָב *declinantes ad mendacium, fraudes* Ps. 40, 5.

שְׂטִים plur. m. *declinationes* a recto et honesto, *delicta, peccata* Hos. 5, 2.; etiam סְטִים Ps. 101, 3.

שׂוּךְ *sepire* (propr. *spinis*), *obsepire* (conf. cognatas radd. סגג, סכך et שכך; descendit a nom. שׂוֹךְ et שׂוֹכָה *spina*, unde שׂוֹךְ *punxit, transfixit spinâ, spinis horruit*, II. *obsepivit, spinis circummunivit*) Job. 38, 8. וַיָּסֶךְ בְּדָלָתַיִם יָם *et* (quis) *obsepsit foribus mare?* h. e. quis litoribus conclusit. Translate *obsepire alicujus viam* Hos. 2, 5. i. e. praecludere ita, ut evadere nequeat; *circa* (בְּעַד) *aliquem sepire*, sepem facere i. e. vel viam (liberationem e calamitatibus) praecludere Job. 3, 23. (cf. גדר Thren. 3, 7. 9.) vel tegere, in tutelam recipere aliquem Job. 1, 10. — Pil. שׂוֹכֵךְ *texere, contexere* (sepes enim frondibus inter se contextis finguntur) Job. 10, 11. de ossium et nervorum corporis humani connexione et compactione (Ps. 139, 13.), ut bene explicuit Rosenm.

שׂוֹךְ m. *ramus*, cum affixo שׂוֹכֹה (pro שׂוֹכוֹ) Jud. 9, 49. (syr. chald. *id.*).

שׂוֹכָה f. *id.* Jud. 9, 48.

שׂוֹכֹה (*locus septus*) nom. oppidi gemini in agris Jud. Jos. 15, 35. 47. 1 Sam. 17, 1. sec. Euseb. et Hieron. in nono ab Eleutheropoli lapide.

שְׂכִים et שְׂכוֹת plur. vid. sub rad. שׂכךְ.

מְסוּכָה, מְשׂוּכָה f. *sepes, spinetum* Mich. 7, 4. Prov. 15, 19. Sed מְשׂוּכָה v. sub rad. שָׂכַךְ.

שׂוּל m. *lacinia, ora* vestis Exod. 28, 33. 34., spec. *syrma* Jes. 6, 1. Nah. 3, 5. Jer. 13, 22., arab. ذَيْل. Sunt, qui istam notionem a *trahendo*

(coll. שׁאל et σύρμα a σύρειν) vel a *pendendo, defluendo* (coll. سال) derivent. Sed placet in voc. significatione extra dubitationem posita acquiescere.

שׂוּם m. *allium* (arab. ثُوم, syr. ܣܘܡܐ *id.*). Plur. שׂוּמִים Num. 11, 8. Conf. Celsii *Hierobot.* P. II, p. 53. [Chald. שֵׂם, *nomen*, vid. sub hebr. שֵׁם].

שׂוּם et שִׂים (syr. ܣܡ) τιθέναι: 1) posuit, collocavit Gen. 6, 16. 28, 11. Jos. 10, 27., sq. בְּ in aliquo loco (ut Graeci et Lat. dicunt; nostrates: *an einen Ort*) Gen. 31, 34. 44, 1. 50, 26. Num. 24, 21. Deut. 10, 2. Job. 13, 27. (sed sq. אֶל 1 Sam. 19, 13.), sq. עַל *imposuit* Gen. 9, 23. 22, 6. Levit. 8, 26. Num. 11, 11. Jud. 9, 48. 1 Reg. 18, 23. al. Adde has formulas: שׂוּם שִׂמְלֹת עָלָיו *induere, injicere sibi vestes* Ruth. 3, 3.; שׂוּם אֵשׁ *ignem admovere* 1 Reg. 18, 23. 25.; שׂוּם יָדַיִם vel כַּף לְ *manus injicere alicui* 2 Reg. 11, 16. 2 Chron. 23, 15. Job. 40, 32.: שׂוּם יָד עַל־פֶּה *manum ori imponere* i. e. *tacere* Job. 21, 5. 29, 9; שׂוּם בְּבֵית הָאֲבָנִים aliquem *in carcerem conjicere* 2 Chron. 18, 26.; שׂוּם מַחֲנֶה *castra ponere* advers. al. Jos. 8, 13. et omisso מַחֲנֶה 1 Reg. 20, 12. Ezech. 23, 24. coll. 1 Sam. 15, 2; שׂוּם רָאשִׁים *agmina disponere* Job. 1, 17. (cf. graec. τίθεσθαι τὰ ὅπλα); שׂוּם בָּנִים *liberos procreare, suscipere* Esr. 10, 44. (nostrates: *Kinder hersetzen*); שׂוּם חִטָּה *triticum plantare, serere* Jes. 28, 25. — Praeterea multae proficiscuntur ab hac *ponendi* notione significationes ac locutiones *tropicae*. Nam שׂוּם simplic. pro diversa locor. natura est: a) *proponere, exponere* alicui aliquid Job. 5, 8. b) *decernere, constituere, praecipere* Exod. 21, 13. coll. Gen. 47, 26., ut passim τιθέναι. c) *spondere*, propr. *pignus ponere, deponere* Job. 17, 3. (ubi seq. עָרַבְנִי); simil. arab. وضع Conj. III. et lat. *ponere* ap. Plaut. Curcul. 2, 3, 76. et Virgil. Eclog. 3, 36. Accedunt hae locutiones: d) שׂוּם פְּ עַל *praeponere, praeficere* aliquem alicui, *setzen über*, Exod. 1, 11. 5, 14. 1 Sam. 18, 5. e) שׂוּם עַל פְּ Exod. 5, 8. 22, 15. *imponere alicui aliquid* praestandum i. e. *imperare alicui aliquid*; alibi *imponere alicui aliquid* dicitur de plaga, quam velut onus in se suscipere debet Deut. 7, 15. sq. בְּ pers., max. vero de *crimine*, quod alicui imputatur, sq. בְּ pers. 1 Sam. 22, 15., sq. עַל Jud. 9, 24. Ezech. 4, 4., sq. לְ Deut. 22, 14. atque ita passim in *ulciscendi* notionem vertit. Simil. graec. τιθέναι εἰς τὴν τύχην *fato imputare*. f) שׂוּם דָּבָר בְּפִי פְּ Jes. 59, 21. v. sub פֶּה. g) שׂוּם שֵׁם לְ *nomen imponere, indere* alicui Dan. 1, 7. Simil. ὄνομα θεῖναί τινι. Sed alio sensu Jova dicitur aliquo in loco *nomen suum ponere* i. e. cultum, sacra sua constituere Deut. 12, 5. 21. 14, 24. 1 Reg. 9, 3. 2 Reg. 21, 4. Cf. שָׁכַן. h) שׂוּם לֵבָב *animum advertere, attendere* Jes. 41, 22. Hagg. 2, 15. (omisso לֵבָב Jud. 19, 30. Jes. 41, 20. Job. 34, 23.), sq. עַל rei Job. 1, 8., sq. אֶל Exod. 9, 21. Job. 7, 17., sq. לְ Job. 23, 6. (sed 1 Sam. 9, 20. est: *sollicitum esse de* aliqua re). Vicissim שׂוּם עַל לֵב Jes. 57, 1. 11. vel אֶל לֵב 2 Sam. 13, 33. vel בְּלֵב 1 Sam. 21, 13. est: *curare* aliquid, *commoveri* aliqua re (*zu Herzen nehmen*). Sic graec. θέσθαι ἐν φρεσί Odyss. 14, 227., ἐπὶ φρεσί Odyss. 18, 157., βάλλεσθαι ἐπὶ φρεσί Theocr. Idyll. 25., θέσθαι ἐπὶ θυμῷ Iliad. 15, 561. etc. Sed Ps. 50, 23. שׂוּם דֶּרֶךְ sc. עַל לֵב significat: *attendere ad viam* h. e. ad suam agendi rationem, eam diligenter considerare, ne prava secteris.

Cf. ἐπὶ φρένα θέσθαι τι Iliad. 10, 46. Denique in recentioribus libris שׂוּם עַל לֵב est: *decernere, secum constituere* Mal. 2, 2. Dan. 1, 8., ut syr. ܣܳܡ ܒܠܶܒܶܗ, ܒܪܶܢܝܳܐ. i) שׂוּם שֶׂכֶל *intelligentiam, sensum ponere* h. e. sensum scripturae aperire Neh. 8, 8. k) שׂוּם לְנֶגְדּוֹ sibi ante oculos ponere h. e. *respicere, respectum habere* Ps. 54, 5. 86, 14. l) שׂוּם בְּאָזְנֵי פ׳ *alicui indicare, significare* aliquid Exod. 17, 14. m) שׂוּם אַף *iram Dei* sibi *ponere* i. e. reponere, cumulare Job. 36, 13. coll. Rom. 2, 5. θησαυρίζειν ἑαυτοῖς θυμόν.

2) *constituit* talem vel talem, *in einen Zustand, ein Verhältniss setzen, reddidit* talem vel talem, graec. τιθέναι. Ita sq. dupl. accus. 1 Sam. 8, 1. וַיָּשֶׂם אֶת־בָּנָיו שֹׁפְטִים *constituit filios suos judices*, Ps. 39, 9. חֶרְפַּת נָבָל אַל תְּשִׂימֵנִי *ne constituas, reddas me opprobrium,* ne exponas me opprobrio, Ps. 40, 5. שָׂם יְהוָֹה מִבְטַחוֹ *Jovam faciens spem suam*, Ps. 105, 21. Ezech. 19, 5. Ps. 91, 9. Job. 31, 24. (simil. graec. θεῖναί τινα μάντιν, θ. τινα ἀτιμότερον); sq. acc. et לְ Gen. 45, 9. שָׂמַנִי אֱלֹהִים לְאָדוֹן *constituit me Deus dominum,* Exod. 2, 14. Jes. 5, 20. Job. 17, 12. 24, 25., Gen. 21, 13. וְגַם בֶּן הָאָמָה לְגוֹי אֲשִׂימֶנּוּ *etiam servae filium reddam gentem* (gentis conditorem); sq. acc. et כְּ Gen. 32, 13. שַׂמְתִּי אֶת־זַרְעֲךָ כְּחוֹל הַיָּם *reddam posteros tuos arenae maris similes* Jes. 14, 17. Hos. 11, 8. Gen. 48, 20. 1 Reg. 19, 2. Inde fit, ut שׂוּם passim non differat ab עָשָׂה: *facere, efficere* aliquid (*herstellen, aufstellen*); sic Exod. 10, 2. Ps. 78, 43. שׂוּם אֹתוֹת est *miracula edere, patrare*, sic Exod. 4, 11. מִי יָשׂוּם אִלֵּם *quis facit mutum?* Hinc sq. acc. rei et dat. pers. *alicui aliquid facere* est: *dare, concedere* alicui al., ut Exod. 15, 25. שׂוּם חֹק לְ *leges alicui dare*, 2 Sam. 23, 5. שׂוּם בְּרִית לְ *promissum alicui dare,* Num. 6, 26. שׂוּם שָׁלוֹם לְ, Jos. 7, 19. שׂוּם כָּבוֹד לְ *honorem alicui* dare, *tribuere*, Jes. 47, 6. שׂ׳ רַחֲמִים לְ *misericordiam alicui exhibere.* Simil. graec. θεῖναί τινι φόως Iliad. 6, 6., θ. τινι ἄλγεα Iliad. 1, 2.

Praet. שָׂם, infin. שׂוּם et שִׂים Job. 20, 4., infin. absol. שׂוֹם, imper. שִׂים Gen. 24, 2. Jud. 18, 19., c. he parag. שִׂימָה 1 Sam. 8, 5., fut. יָשִׂים, semel יָשׂוּם Exod. 4, 11., apoc. יָשֵׂם Num. 6, 26. Job. 13, 23., c. vau conv. וַיָּשֶׂם Gen. 2, 8. etc.

Hiph. *posuit*; non occurrit, nisi imper. הָשִׂימִי Ezech. 21, 21. (vel *attende* sc. לֵב, ut Schnurrerus interpretatur, vel *dispone te*) et particip. מֵשִׂים Job. 4, 20. sc. לֵב *advertens, attendens.* — Hophal Gen. 24, 33. וַיּוּשַׂם sec. Kri, sed Cthib habet וַיִּישַׂם, quod v. sub יָשַׂם.

שׂוּם chald. 1) *posuit*; hinc oriuntur formulae: שׂוּם טְעֵם *decrevit, edixit* Esr. 6, 1. 12. Dan. 3, 29. 4, 3., שׂוּם טְעֵם לְ *imperavit, praecepit* alicui Esr. 5, 3. 9.; שׂוּם טְעֵם עַל *animum advertit, attendit ad, rationem habuit* Dan. 3, 12. 6, 14.; שׂוּם שֻׁם דִּי פ׳ *decernere alicui nomen,* imponere alicui nomen Dan. 5, 12.; שׂוּם בָּל לְ *curam adhibuit, operam dedit* rei Dan. 6, 15. 2) *constituit,* reddidit talem vel talem sq. dupl. acc. Esr. 5, 14. — Particip. Pehil שִׂים Dan. 6, 27. Esr. 4, 19. et שׂוּם, unde novum praeterit. formatur שָׂמַת f. Dan. 6, 18. — Ithpehel אִתְּשָׂם 1) *positus est* Esr. 5, 8.; טְעֵם א׳ *edictum, decretum est* Esr. 4, 21. 2) constitutus, *redditus est* Dan. 2, 5. בָּתֵּיכוֹן נְוָלִי יִתְּשָׂמוּן *domus vestrae sterquilinia reddentur.*

אָסָם v. sub א lit.

תְּשׂוּמֶת, unde תְּשׂוּמֶת יָד Levit. 5, 21. i. e. *stipulatio, sponsio* (propr. *positio manus*); sec. all. ut Lxx. et Vulc. *traditum in manus, depositum.*

שׁוּן vel שִׁין *mingere,* radix Hebr. inusit., arab. شان, aethiop. ሠይነ: syr. ܬܘܢ, mutato שׁ in ת.

שַׁיִן vel שֵׁין m. *urina,* plur. cum affixo שֵׁינֵיהֶם sec. Cthib 2 Reg. 18, 27. Jes. 36, 12.; sed Kri, quae est Masoretharum verecundia, habet מֵימֵי רַגְלֵיהֶם *aquas pedum suorum.* Simili modo *aquam* etiam Latinos aliquando dicere pro *lotio* sive *urinâ,* observat Barthius in *Adversar.* L. XXXVI. c. 18.

שׁוּנֵם oppid. Issascharitar. Jos. 19, 18. 1 Sam. 28, 4. 2 Reg. 4, 18., fortasse *Sulem* Eusebii in quinto a Tabore lapide. Gentil. שׁוּנַמִּי 1 Reg. 1, 3. 2, 17. Origo nom. perobscura; conjecturas non admodum probabiles recenset Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 95.

שָׁוַע, in Kal inusitat., Pih. שִׁוֵּעַ *vociferari, clamare, plorare* Job. 35, 9. 36, 13. 29, 12. Jes. 58, 9. Jon. 2, 3. Ps. 18, 42., sq. אֶל *implorare* Ps. 30, 3. 28, 2. 31, 23. al. [Sed Pil. שִׁעֲשֵׁעַ et הָשַׁע Ps. 39, 14. vid. in rad. שׁעע].

שׁוּעַ m. *clamor, vociferatio, imploratio* Job. 30, 24.

שׁוֹעַ m. *id.* Jes. 22, 5.

שֶׁוַע m. *clamor, imploratio,* cum affixo שַׁוְעִי Ps. 5, 3.

שַׁוְעָה f. *id.* 1 Sam. 5, 12. Jer. 8, 19. Exod. 2, 23. Ps. 34, 16.

שׁוּעַ i. q. יָשַׁע *laxum, amplum esse,* hinc translate: *salute, felicitate frui.*

שׁוּעַ m. *opulentia, divitiae* Job. 36, 19., coll. arab. سَعَةٌ a وسع, quod in VIII. et X. significat: *liberalem esse.*

שׁוֹעַ m. *opulentus, dives* Job. 34, 19. Ezech. 23, 23.; it. *liberalis* Jes. 32, 5.

תְּשׁוּעָה et תְּשֻׁעָה (2 Sam. 19, 3.) f. 1) *conservatio, salus* Jud. 15, 8. 1 Sam. 11, 9. 13. Ps. 37, 39. 40, 11. 17. etc. 2) *victoria* (v. rad. יָשַׁע) 1 Sam. 11, 9. 13. 2 Sam. 19, 3. 23, 10. 2 Reg. 5, 1. v. יְשׁוּעָה s. v. יָשַׁע.

שׁוּף *contrivit, contudit* (v. Chald. in Targ. Onkel. Deut. 9, 21. cf. Scheid. Lib. Genes. p. 54.) Job. 9, 17., *feriit* Gen. 3, 15. *is feriet* (conteret) *tibi caput et tu feries ei* (punges) *calcem.* Ita jam Lutherus, praeeunte Samarit. (v. Winer. de Pentat. Sam. p. 31.) cf. Bodii Dissert. in h. l. Helmst. 1763. 4. Alii, in his Rosenm., collato arab. ساف (v. Schultens. Comment. in Job. p. 138.) hunc verborum sensum esse volunt: *is observabit caput tuum,* sc. ut conterat, *tu vero observabis* (v. Onkelos.) *ejus calcem,* sc. ut pungas eam. Sed illa interpretatio et facilitatis nota se commendat et plurimorum vett. explicatorum au-

ctoritate. Major dissensio est in loco Ps. 139, 11. חֹשֶׁךְ יְשׁוּפֵנִי explicando; sunt, qui ita reddant: *caligo me premet* h. e. occultabit (*premendi* enim voc. ap. Latinos quoque ita dicitur cf. Virg. Aen. 6, 828. *nocte premi*, Ovid. Trist. 1, 9, 12. *nubibus pressus*, Virg. Aen. 4, 148. *crinem fronde premere*, add. Plin. Paneg. 62. Lucan. 2, 521.); scil. a *conterendo* et *opprimendo* haud difficilis est transitio ad *premendi* notionem. Ita post Eichhornium in 3. h. libri edit. Gesenius et de Wettius. Michaelis vero (in Suppl. p. 2299.) coll. arab. شاف V. et VIII. vertit: *tenebrae me spectant* h. e. *observant*, qua interpretatione admissa ו ab initio v. 11. reddendum est: *ideo*, *quapropter*. Denique Rosenmuellerus שׁוּף i. q. נָשַׁף a נָשַׁף esse ratus, hanc explicationem ingressus est: *obscurabit*, *teget me caligo*. Praeiverant Abenesra et Kimchius, nec non Lxx. et Symmach. Nos optionem damus hanc illamve, quam primo loco posuimus, eligendi.

שׁוּק videtur duarum radd. arabb., quae antiquitus fortasse non diversae fuerunt, significationes complecti: a) ساق VII. *fluxit*, *progressus est*, v. derivatt.; b) شاق *desiderio affecit*, VII. *desideravit*, *concupivit* (verba *eundi* saepe transferuntur ad *cupiditatis* et *desiderii* notionem). — Hiph. הַשִּׁיק *abundavit*, *redundavit* Joel. 4, 13., aliqua re sq. acc. Joel. 2, 24. — Pil. שׁוֹקֵק *redundare*, *abundare fecit*, *ditavit* Ps. 65, 10. Alii, ut Dathius, quem Rosenm. sequi videtur: *irrigavit* (sec. Lxx. Vulg. Symmach.), quasi שׁוּק idem sit quod שָׁקָה, sicut בּוּז et בָּזָה, כּוּר et כָּרָה legitur.

שׁוּק m. *vicus*, *platea*, per quam *itur* et *curritur* (arab. سُوق *id.*) Prov. 7, 8. Eccles. 2, 4. 5., plur. שְׁוָקִים (v. Gesen. L. p. 574.) Cant. 3, 2.

שׁוֹק com. *crus*, *gressus* instrumentum (arab. سَاق *id.*), et hominum Jes. 47, 2. et animalium (*clunis?*) Exod. 29, 22. Levit. 7, 32. 33. Num. 6, 20., dual. שֹׁקַיִם *crura* Deut. 28, 35. Prov. 26, 7. (ubi v. Umbreit.) Cant. 5, 15. Adde has formulas: Jud. 15, 8. וַיַּךְ אֹתָם שׁוֹק עַל־יָרֵךְ (*er schlug sie am Schenkel bis zur Lende*) i. e. *confecit*, *ad internecionem cecidit*, Ps. 147, 10. *non delectatur* (Deus) *cruribus hominum* i. e. peditatu (opp. סוּס, *equitatus*).

שָׁק m. chald. *id.*, unde dual. vel plur. cum affixo שָׁקוֹהִי Dan. 2, 33.

תְּשׁוּקָה f. *appetitus*, *desiderium* (cf. arab. شَوْق) Gen. 3, 16. 4, 7. Cant. 7, 11.

שׁוּר I) (talm. סוּר) 1) *spectavit* Job. 7, 8. 24, 15. 34, 29. Num. 24, 17., *prospectavit*, *prospexit* Cant. 4, 8. 2) *contemplatus est* Job. 35, 5., hinc absol. *observavit* insidiose, *insidiatus* est Hos. 13, 7. Jer. 5, 26. 3) *animadvertit*, *respexit* Job. 33, 14. 35, 13., hinc *curavit* Hos. 14, 9. (opp. עִנָּה *affligere*). — Pil. שׁוֹרֵר *contemplatus*, *intuitus est* Job. 36, 24. v. ad h. l. Rosenm. et Umbreit.

II) *ivit*, *profectus est* (coll. arab. سير med. Je *incessit*, *profectus est*); sq. בְּ *cum aliqua re ivit* i. e. *obtulit* Jes. 57, 9. Particip. f.

plur. שָׁרוֹת *euntes*, subst. i. q. אֲרָחוֹת (quemadmod. Onkel. hebr. אֹרְחָה Gen. 37, 25. chaldaice שַׁיָּרָה interpretatur) *Züge, Handelszüge, Caravanen, catervae, agmina commeantium* Ezech. 27, 25. Ita jam Kimchius explicuit, v. Rosenm. ad h. l.

III) i. q. שִׁיר *cecinit*, v. infra. Cet. cf. sub שׁוֹר *murus* et שׁוֹר *bos*.

שׁוּר m. 1) *murus* (arab. سُور, syr. ܫܘܪܐ, Assemani Bibl. or. I, p. 370.) Ps. 18, 30. Gen. 49, 22. Plur. שׁוּרוֹת Job. 24, 11. Saepius non legitur; de origine voc. vide sub שׁוּרָה. 2) nom. propr. oppidi ab oriente Aegypti (Gen. 16, 7. 20, 1. 1 Sam. 15, 7. 27, 8.) sec. Josephum *Antiq.* VI, 7, 2. *Pelusii* ad Nili ostium; unde מִדְבַּר שׁוּר Exod. 15, 22. *desertum Schur* procul dubio est desertum ingens, Asiam ab Aegypto secernens, quod Arabibus *Gophar*, جُفَار, dicitur v. Koehlerus ad Abulfedae *tab. Syr.* p. 3. 4. Muelleri *satura observv.* c. 4. Michaelis ad Abulfedae *Aeg.* p. 14. 15.

שׁוּרָה f. *murus*, plur. שׁוּרוֹת Jer. 5, 10. Ita ex vett. interpretum fide, cf. Rosenm. ad h. l.

שׁוֹר epicoen. *bos* (arab. ثَوْر, chald. תּוֹר, syr. ܬܘܪܐ, graec. ταῦρος) Exod. 21, 28. 29. Levit. 7, 23. Num. 18, 17. Deut. 14, 4. Job. 21, 10. etc., semel collect. *armentum* (ut בָּקָר) Gen. 32, 5 (6). Origo voc. non liquet.

תְּשׁוּרָה *munus* 1 Sam. 9, 7. v. שׁוֹר n. 2. Syr. ܫܘܪܐ *viaticum*, Vulg: *sportula*.

שׁוֹר I) *principatum tenere, gerere* Jud. 9, 22. (Hos. 12, 5.) v. שׂרר. Hiph. הֵשִׁיר *ad principatum evexit, principem constituit* Hos. 8, 4. ubi v. Rosenm. — II) i. q. שָׂרָה *contendit, certavit* Hos. 12, 5., ubi statim sequitur וַיּוּכַל *et praevaluit;* quare non possumus cum Rosenm. facere, qui vertit: *superior fuit* a שׁוֹר n. 1. — III) i. q. סוּר *recessit* Hos. 9, 12. v. Rosenm. — IV) *serravit, dissecuit* 1 Chron. 20, 3. i. q. chald. et syr. נסר *incidit, secuit, serravit.* — V) rad. inusit., unde שׁוּרָה, quod vide.

שׁוּרָה f. Jes. 28, 25. i. q. arab. سُورَة *series, ordo*, hinc שָׂם חִטָּה שׁוּרָה *serens triticum per ordinem* (ut Hieron. vertit), quod ubi fit, largior existit messis. Etiam talm. שׁוּרָה est *linea, series, ordo.* Aliorum explicationes recensent Rosenm. et Gesen. ad h. l. Verb. שׂוּר videtur arab. proprie significasse: *ex ordine collocavit;* inde dic. سُور *murus* (ordo lapidum), سِوَار *armilla* etc.

מְשׁוּרָה v. sub rad. משׂר.

שׁוּשׁ radix inusit., quam *albedinis* et *canitiei* significationem habuisse, ex derivatis colligimus (cf. יָשִׁישׁ).

שַׁיִשׁ m. *marmor candidum, alabastrites*, syr. ܫܝܫܐ 1 Chron. 29, 2.

שֵׁשׁ m. 1) *marmor candidum* Cant. 5, 15. Esth. 1, 6. 2) *byssus* Aegypt. tenuissima (i. q. בּוּץ in libris recentioribus) Prov. 31, 22.

Exod. 25, 4. 26, 1.; שֵׁשׁ בְּגַדֵי *vestes byssinae* Gen. 41, 42. Passim *linum* etiam *tenuissimum* (בַּד) hoc voc. significari (Exod. 39, 28.), ostendit Hartmannus Hebraeerinn III, p. 37 sqq. Videtur autem שֵׁשׁ, ut alia multa, aegypt. voc. esse, in hebraici similitudinem corruptum: copt. enim ϣⲉⲛϣ, *Schensch, byssus* dicitur. Conf. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 13. et Forster de *bysso* p. 5. adde Celsii *Hierobot.* P. II, p. 259. Braun de *vestitu sacerd.* lib. I, p. 94. Faber ad Harmari *observv. de Oriente* T. II, p. 380. Ceter. semel pro שֵׁשׁ in Cthib est שֵׁשֶׁר Ezech. 16, 13., fortasse paronomasiae caussa, sequitur enim מְשֻׁי. [Aliud vid. infra suo loco].

שׁוֹשַׁן m. 1) *lilium* (ut chald. syr. arab.) 1 Reg. 7, 19., a summo *candore*, de quo conf. Paschalius de *coronis* L. III. c. 8.; hinc *κρίνον λευκὸν* apud Theocrit., *ἀργεννὸν* et *λευκόχροον* in *Epigram.*, *lilium candidum, canens* et *album* apud Ovid. v. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 383. Ipsum voc. *σοῦσον lilium* legitur ap. Athen. Deipnosoph. 12, 1. Dioscor. 3, 116. 2) שׁוֹשַׁן עֵדוּת Ps. 60, 1. nom. instrumenti *musici*, a forma *lilii*; *cymbalum* fortasse est, cujus figura quam bene cum *lilio convallium* conveniat, ostendit Lampius in Ps. 45. *Exercitat.* I. §. 14. conf. Theod. Hasaeus in *Biblioth. Brem.* Class. I, p. 67. 68. Certe etiam Botanicis nostris genus *lilii*, alias *intortum* et *martagum* dictum, *cymbalum* vocatur. 3) nom. propr. *Susorum*, urbis Persiae (Susianae) nobilissimae, in qua Persarum reges hiemem agere solebant Esth. 1, 2. 5. Neh. 1, 1. Dan. 8, 2., dictae (si Athenaeo et Stephano Byz. fides) a *liliis* (pers. سوسان s. سوسام), quibus ista regio abundabat. Sed alii nomen derivant a pehlvico voc. *schus* i. e. *amoenus* v. Rosenm. *Alterth.* I, 1, p. 302 sqq. 309. Baehr ad Ctes. p. 124.

שׁוּשָׁן (ita scrib. ex Masorethar. auctoritate) m. *lilium* 1 Reg. 7, 22. 26. Plur. שׁוּשַׁנִּים Cant. 2, 16. 4, 5. 5, 13. 6, 2. 3. 7, 3., de instrumentis *musicis*, ad formam *liliorum* factis, Ps. 45, 1. 69, 1. 80, 1.

שׁוֹשַׁנָּה f. *id.* 2 Chron. 4, 5. Hos. 14, 6. Cant. 2, 1. 2.

שׂוּשׂ et שִׂישׂ *gaudere, laetari* Jes. 65, 18. Ps. 19, 6. Job. 3, 22., aliqua re sq. בְּ Job. 39, 21. Jes. 61, 10. 65, 19. Ps. 40, 17. 119, 14., sq עַל Ps. 119, 162. Deut. 28, 63. 30, 9., semel sq. acc. (suffixi) Jes. 35, 1. — Imp. שִׂישׂ Thren. 4, 21., fut. יָשִׂישׂ Ps. 19, 6. 35, 9., semel יָשֹׂשׂ Jes. 35, 1.

שָׂשׂוֹן (tanquam a שָׂשָׂה) m. *gaudium* Ps. 45, 8. Jes. 22, 13. Jer. 7, 34. Esth. 8, 16. 17. etc., metonym. id, de quo gaudetur Ps. 51, 10. 119, 111. Jer. 15, 16. Joël. 1, 1. 12. In regim. שְׂשׂוֹן Ps. 51, 14.

מְשׂוֹשׂ m. *gaudium* Jes. 24, 8. 62, 5. Thren. 5, 15., metonym. materia gaudii Ps. 48, 3. Jes. 24, 11. 32, 14. 65, 18. Jer. 49, 25. Hos. 2, 11. Thren. 2, 15. In regim. מְשׂוֹשׂ Ps. 48, 13. Job. 8, 19.

שׂוּת et שִׁית i. q. שׂוּם 1) posuit Ps. 88, 7. 110, 1., שׂוּת מוֹקְשִׁים *ponere laqueos* (insidias struere) Ps. 140, 6., מַחֲנֶה שׂ *ponere castra* Ps. 3, 7. Jes. 22, 7., חֹק שׂ *ponere modum, terminum* Job. 14, 13., semel *ponere* h. e. partu edere *pullos* Ps. 84, 4. Sq. עַל Gen. 46, 14. 48, 14. Ruth. 4, 16. 1 Sam. 2, 8. vel לְ Ps. 21, 4. *imponere*, hinc עֲדִי עָלָיו שׂ *ornamenta sua sibi injicere, induere* Exod. 33, 4., trop. sq. עַל pers. et acc. rei

alicui aliquid imponere i. e. vel officium injungere Exod. 21, 22. vel *crimen imputare, crimini dare* Num. 12, 11. (poet. Ps. 9, 21. שׁוּת מוֹרָה *terrorem alicui immittere, incutere*), sq. acc. pers. et עַל *praeponere, praeficere aliquem alicui* Gen. 41, 33. Sq. עִם *componere, conferre, comparare cum* Job. 30, 1. Ceterum adde has formulas: a) שׁ פָּנִים אֶל *oculos convertere in, prospectare versus al.* Num. 24, 1., שׁ עֵינָיו sq. infin. c. לְ *moliri, agitare aliquid* Ps. 17, 11. b) שׁ לֵב *animum advertere* Ps. 62, 11. 1 Sam. 4, 20., sq. לְ 2 Sam. 13, 20. Prov. 22, 17. 27, 23. Jer. 31, 21. vel אֶל Job. 7, 17. *animum advert. ad aliq., rationem habere alicujus.* c) שׁ פִּיו בַּשָּׁמַיִם *os suum in coelis ponere* h. e. grandia loqui, summam sibi auctoritatem arrogare Ps. 73, 9. d) שׁ יָדוֹ עַל־שָׁנַיִם *arbitrum se interponere* Job. 9, 33. e) שׁ יָד עִם פ׳ *alicui se adjungere, facere cum al.* Exod. 23, 1. — Paucis in locis intransitive vel reflex. dicitur: Job. 38, 11. פֹּה יָשִׁית בִּגְאוֹן גַּלֶּיךָ *hic ponatur* (terminus, sc. חֹק) *contra fluctuum tuorum superbiam*, Ps. 49, 15. כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שִׁתּוּ *ovium instar collocantur in orco* (detruduntur in orcum). Sed Job. 10, 20. שִׁית מִמֶּנִּי omissum est יָדְךָ: pone *a me* h. e. *retrahe manum tuam*, desiste *a me.*

2) *constituit, reddidit* aliquem talem vel talem (*in einen Zustand, Lage, Verhältniss setzen*) sq. dupl. acc. שַׂתַּנִי תּוֹעֵבוֹת לָמוֹ sq. *reddidisti me ipsis abominabilem* Ps. 84, 7. 88, 9. 21, 7. Jes. 5, 6. נָשִׂיא אֲשִׂימֶנּוּ *principem eum constituam, reddam* 1 Reg. 11, 34.; sq. acc. et לְ Jer. 2, 15. וַיָּשִׂימוּ אַרְצוֹ לְשַׁמָּה *reddiderunt terram ejus desertam* (desolatam) 15, 16.; sq. acc. et כְּ Jes. 16, 3. שִׂיתִי כַלַּיְלָה צִלֵּךְ, Ps. 83, 14. Hos. 2, 5. Huc pertinet etiam Jer. 3, 19. אֵיךְ אֲשִׁיתֵךְ בַּבָּנִים *qualem te reddam, habeam inter filios!* Deinde שׁוּת passim est i. q. עָשָׂה *facere, efficere* (fere ut nostr. *herstellen*) Gen. 3, 15. *inimicitiam ponam* i. e. efficiam *inter te* etc. (cf. τιθέναι φιλότητα Iliad. 4, 83.); שִׂית אֹתוֹת *miracula facere, patrare* Exod. 10, 1.; sq. dat. i. q. נָתַן *dedit* Gen. 4, 25. *prolem mihi dedit Deus;* adde Hos. 6, 11., ubi nonnulli intransit. explicant: *tibi quoque facta, parata est messis,* sed v. Rosenm. ad h. l.

Infin. absol. שׁוֹת Jes. 22, 7., inf. constr. שִׂית, imper. שִׂית, fut. יָשִׁית, apoc. יָשֶׁת Num. 12, 11. Job. 9, 33., c. vau conv. וַיָּשֶׁת.

Hoph. הוּשַׁת Exod. 21, 30. sq. עַל *imponi.*

שִׂית m. *vepres* Jes. 5, 6. 7, 23. 24. 25. 9, 17. 27, 4., sic dictus putatur, quod circa hortos, segetes et arbores *poni* solet. Cum affixo שִׁיתוֹ Jes. 10, 17., sicut ab עִיר fit עִירָה Gen. 49, 11.

שִׁית m. *ornatus, habitus,* ab *apponendo* vel *imponendo* (v. radic. 1. a.) Ps. 73, 6. Prov. 7, 10.

שָׁת, plur. m. שְׁתוֹת *fundamenta*, quae *ponuntur*, jaciuntur; trop. Ps. 11, 3. כִּי הַשָּׁתוֹת יֶהֱרָסוּן *si fundamenta destructa sunt* i. e. si respubl. ad extremam desperationem adducta est. Aquila: θεμέλια, Chald. אֲשִׁיתָא. Hinc Gesenius nuper, assentiente Bernstenio (n. krit. Journ. d. Theol. II, p. 226.), explicuit etiam locum Jes. 19, 10. *fundamenta ejus* (Aegypti), h. e. proceres, principes civitatis, *contusa, fracta sunt.* Aliorum conjecturas, quae partim a literarum immutatione proficiscuntur, v. ap. Rosenm. ad h. l.

שֵׁת nom. propr. *Sethi* Gen. 4, 25. 26. 5, 3. al. [Alia v. sub radd. שְׁאָה et שָׁתָה].

שְׁזַב chald., Pelil s. Pelel (v. Wineri Gramm. chald. p. 39.).

שֵׁזִיב *liberavit* Dan. 3, 28. 6, 28., infin. cum affixis שֵׁזָבוּתָךְ 6, 21., שֵׁזְבוּתַהּ 6, 15., שֵׁזְבוּתָנָא 3, 17., fut. יְשֵׁזִיב 3, 17., cum affixis et nun epenthet. יְשֵׁזְבִנָּךְ 6, 17., יְשֵׁזְבִנְכוֹן 3, 15. — Saepius in Targum. legitur. Syr. ܫܙܒ *id.*

שָׁזַף *conspexit, vidit* Job. 20, 9. (ubi שְׁזָפַתְהוּ pro שְׁזָפַתְהוּ) 28, 7. Cant. 1, 6. In postremo tamen loco alii vertere malunt: *signavit, notas inussit* (coll. arab. شزب *signum, nota*), et Ewaldus: *adussit*, quasi idem sit q. שָׂרַף. Neutro opus est, nec Schultensii argutiae (ad Job. l. c.) quemque magnopere morabuntur.

שָׁזַר *torsit filum a dextra ad sinistram*, ut arab. شزر, *zwirnen* v. Hartmann Hebräerinn III, p. 66. — Hoph. שֵׁשׁ מְשֹׁזָר *fila byssina retorta (gezwirnte Baumwolle)* Exod. 26, 1. 31. 36. 27, 9. 18. 28, 6. 8. 15. etc.

שָׁחַד *donavit, munus dedit* Job. 6, 22.; sq. acc. pers. *donavit aliquem* Ezech. 16, 33., ubi fut. f. תְּשַׁחֲדִי cum chateph kamez sub lit. guttur.

שֹׁחַד m. *munus* (syr. ܫܘܚܕܐ *id.*) 1 Reg. 15, 19. 2 Reg. 16, 8., maxime id, quo judex corrumpitur Exod. 23, 8. Deut. 10, 17. 1 Sam. 8, 3. Ps. 15, 5. Jes. 1, 23. etc.

שָׁחָה propr. *subsidere, deprimi, se inclinare* (cf. radd. cognat. שׁוּחַ et שָׂחַח), in Kal non legitur, Hiph. הִשְׁחָה *depressit, fregit* (animum) Prov. 12, 25. — Hithpal. הִשְׁתַּחֲוָה in genua procumbens frontem humi posuit (Jes. 60, 14. Gen. 19, 1. 42, 6.), *prostravit se, provolutus est* (προσκυνεῖν), quo quidem modo Orientales honorare solent a) homines sive dignitate *superiores* 2 Sam. 9, 8. 14, 33. 18, 21. 28. 24, 20. 1 Reg. 1, 23. 53. 2, 19. Ruth. 2, 10. (hinc meton. *obsequium alicui praestare, se submittere* Ps. 45, 12.), sive *aequales* Gen. 23, 7. 37, 7. 9. 33, 10. etc. conf. Hyde de *relig. Pers.* p. 6 sq.; constr. cum לְ (Esth. 3, 2. Gen. 23, 7. 1 Reg. 1, 23. 31. Gen. 49, 8.) vel לִפְנֵי (2 Sam. 14, 33. Gen. 23, 12.) ejus, cui honores exhibentur; b) *Deum* ipsum, quem precibus adeunt 1 Sam. 1, 3. Gen. 22, 5. Ps. 95, 6. 1 Reg. 1, 47. Jer. 16, 11. 22, 9. Ps. 5, 8. Ezech. 8, 16. (in quo postremo loco מִשְׁתַּחֲוִיתֶם est partic. cum pron. person., ex aramaismo v. Ewald. Gram. p. 489.), hinc חִשׁ generatim est: *precibus venerari*, Deum Gen. 47, 31. 1 Reg. 1, 47. — Infin. הִשְׁתַּחֲוֹת Gen. 37, 10. Levit. 26, 1. et more Chald. הִשְׁתַּחֲוָיָה 2 Reg. 5, 18., imper. f. הִשְׁתַּחֲוִי Ps. 45, 12., fut. יִשְׁתַּחֲוֶה 2 Sam. 15, 32. Esth. 3, 2., per apocopen וַיִּשְׁתַּחוּ (cum vau *quiesc.*) Gen. 18, 2. Exod. 18, 7., sic in foem. Exod. 34, 8. Jos. 5, 14.; plur. יִשְׁתַּחֲוּוּ Gen. 49, 8., et abjecto vau, ex ה geminato orto, יִשְׁתַּחֲוּ sec. Cthib Gen. 27, 29. etc.

שְׁחוֹת f. *fovea* Prov. 28, 10.

שְׁחִית f. *id.*, unde plur. שְׁחִיתוֹת Ps. 107, 20. Thren. 4, 20.

תִּשְׁתַּחֲוָיָה v. sub ipsa rad.

שָׁחָה *natavit* (chald. et syr. ܫܚܐ) Jes. 25, 11. — Hiph. *natare fecit*, per hyperbol. pro *humectavit* (lacrimis) Ps. 6, 7.

שָׁחוּ (Sâchu) m. *natatio* Ezech. 47, 8.

שָׁחַח *sidere, subsidere* Hab. 3, 6 (de montibus), *incurvare se* Ps. 10, 10., *incurvatum subsidere* Job. 38, 40 (de quadrupedibus), hinc *deprimi* Jes. 2, 11. 17., *submittere se* Jes. 60, 14. Prov. 14, 19. Job. 9, 13., trop. aerumnis *confici, confectum, afflictum esse* Ps. 107, 39. 35, 14. 38, 7. 44, 26. Thren. 3, 20. — Praet. 3. plur. שָׁחֲחוּ Job. 9, 13. et defective שָׁחוּ Prov. 14, 19., fut. יִשַּׁח. — Niph. *depressus est* Jes. 2, 9. 5, 15. Praegnanter de voce *fracta* et *attenuata* legitur Jes. 29, 4. מֵעָפָר תִּשַּׁח אִמְרָתֵךְ *e pulvere audietur vox tua exilis.* Atque inde sunt, qui explicent etiam Eccles. 12, 4. יִשַּׁחוּ כָּל־בְּנוֹת הַשִּׁיר *frangentur omnes filiae cantus* i. e. frangentur omnium avium voces. Alii vero interpretantur: *inertes, ineptae, debiles evadent* (fractis earum viribus). Illud magis placet. — Hiph. הִשַּׁח *depressit, humiliavit* Jes. 25, 12. 26, 5. — Hithpah. aerumnis *confectus*, animo *fractus est* Ps. 42, 7. 10. 12. 43, 5.

שַׁח m. *depressus, demissus*, שַׁח עֵינַיִם *dejectus oculis*, tristis vultu Job. 22, 29.

שָׁחַט 1) *jugulavit, jugulando mactavit* (arab. سحط *id.*) Gen. 37, 31. Jes. 22, 13., max. victimam Levit. 1, 5. 3, 2. 14, 51. Jes. 66, 3. Hos. 5, 2. Ezech. 40, 39. Exod. 12, 21. (praegnant. Exod. 34, 25.), adeo humanam Jes. 57, 5. 2) *interfecit, occîdit* hominem Jer. 39, 6. 2Reg. 25, 7., חֵץ שָׁחַט *sagitta mortifera* Jer. 9, 8. sec. Cthib, ubi v. Rosenm. 3) trop. זָהָב שְׁחוּט 2Chron. 9, 15. 16. 1Reg. 10, 16. 17. propr. est *aurum jugulatum* i. e. *mixtum* et *alio metallo temperatum;* nam verba *secandi* (v מהל) et *jugulandi* transferri solent ad mixturam cum liquoris (coll. سحط *aqua diluit vinum*, lat. *jugulare Falernum* Martial. 1, 19.) tum metallorum. Aliis est *aurum splendidum* (vocabula enim *acuminis* ad *splendorem* referuntur, vid. suo loco חָרוּץ), aliis *expansum, diductum*, quasi dictum sit pro שָׁטוּחַ. — Fut יִשְׁחַט Levit. 4, 33. etc. Infin. c. he parag. שַׁחֲטָה Hos. 5, 2., ut אַהֲבָה Deut. 19, 9. דַּאֲבָה Jer. 31, 12. — Niph. *jugulatus, mactatus est* Num. 11, 22. Levit. 6, 25.

שַׁחֲטָה Hos. 5, 2. v. sub rad. Kal.

שְׁחִיטָה f. *jugulatio, mactatio* victimarum 2 Chron. 30, 17.

שָׁחַט *expressit* uvas (chald. סחט, arab. سحط) Gen. 40, 11.

שָׁחִיס v. sub שָׁחַשׁ.

שַׁחַל m. *leo*, voc. poet., Prov. 26, 13. Job. 4, 10. 10, 16. 28, 8. Hos. 5, 14. 13, 7., sec. Opitium et Majum a *rugitu*, coll. rad. arab. سحل *vocem sonumque in pectore reciprocavit*, سحال *vox in pectore reciprocata*, spec. *rugitus*, sec. Bochart. (Hieroz. I, p. 717.) propr. *leo nigricans* Syriae (Plin. H. N. 8, 17.) coll. שָׁחַר *niger*, permutatis inter se ר et ל.

שְׁחֵלֶת f. Exod. 30, 34. sec. Lxx. ὄνυξ i. e. *unguis odoratus* (*blattam byzantinam* medici dicunt), operculum conchylii, purpurae operculo simile odoremque suavissimum, si comburitur, spargens v. Dioscorid. L. II. c. 8. Scheuchzer *physica sacra* §. 798. Forskål descript. animall. p. 143. *Ungula* dici potuit a rad. سحل *laevigavit*. Cum vero reliquae suffimenti sacri species ex *resina* vel *gummi* quodam constarent, Bochartus Hieroz. L. V. c. 20. et Dan. Weymarus in dissert. de *suffitu aromatico* c. 1. §. 4. intelligere maluerunt *bdellium*, cui Plinius L. XII. c. 19. *candidos ungues* tribuit, quodque a Galeno vocatur *bdella onyx*, a Damocrate et Dioscoride ὄνυχι ἐοικός, arab. per metathesin خشل; cf. syr. ܫܕܠ *stillavit, exsudavit*: est enim *bdellium* gummi, quod ex arbuscula quadam *exsudavit* et *destillavit*. Sed praevalet antiquorum interpretum paene omnium et Talmudistarum in priore ista significatione consensus.

שָׁחַן rad. Hebr. inusit., chald. et syr. ܫܚܐ *caluit, incaluit, ulceravit*, arab. سخن *incaluit, inflammatus est*.

שְׁחִין m. *pustula ardens, ulcus* Exod. 9, 9. 10. 11. Levit. 13, 18. 19. 20. 2 Reg. 20, 7. etc. שְׁחִין מִצְרַיִם Deut. 28, 27. *lepra*, spec. *elephantiasis* cf. Job. 2, 7. v. Plinius XXVI. §. 5.

שָׁחַת radix Hebr. non usit., chald. *tabuit*, arab. سخف *tenuis ac macer evasit*.

שְׁחִיף m. *tenuitas*, Ezech. 41, 16. *tenuitas ligni* i. e. *lignum tenue* et *leve*; arab. سخيف *tenuis fili vestis*, et gener. *omne tenue*.

שַׁחַף m. sec. Lxx. et Vulg. *larus* (*Meeve*), avis *carnis* fere *expers* Levit. 11, 16. Deut. 14, 15. v. Bocharti *Hieroz.* P. II. lib. II. c. 18.

שַׁחֶפֶת f. *tabes, phthisis* Levit. 26, 16. Deut. 28, 22., arab. سحاف *id.*

שָׁחַץ rad. Hebr. non usitat., arab. شخص *sustulit se, per superiora latus fuit*. Inde oritur:

שַׁחַץ m. *elatio, superbia* (arab. شخص); בְּנֵי שַׁחַץ Job. 28, 8. 41, 26. *filii superbiae* h. e. *ferae superbae, feroces*.

שָׁחַק *detrivit, attrivit* Job. 14, 19., *contrivit* Exod. 30, 36., trop. hostes contrivit, *delevit* Ps. 18, 43. Fut. יִשְׁחַק. Arab. سحق, chald. syr. sab. ܫܚܩ *id.*

שַׁחַק m. 1) *pulvis*, terra *attenuata* et *comminuta*, Jes. 40, 15. 2) *nubes*, proprie *tenuis* (arab. سحق *tenuis, nubes*, مساحيق السماء *tenuia coeli*, notante Michaele in *Suppl.* p. 2313.), plur. שְׁחָקִים *nubes* Ps. 77, 18. 78, 23. Prov. 3, 20. Deut. 33, 26. Ps. 36, 6. Jes. 45, 8.

etc., per metonymiam *coelum* Ps. 18, 12. Job. 37, 18. 35, 5. Deut. 33, 26. Prov. 8, 28., it. in singul. (collect.) Ps. 89, 7. 38.

שָׂחַק i. q. צחק 1) *risit* Prov. 29, 9. Eccles. 3, 4., sq. אֶל pers. *arrisit* Job. 29, 24., sq. עַל *risit, derisit, irrisit* aliq. Ps. 52, 8. Job. 30, 1. (at sq. בְּ *bei etwas lachen* Prov. 1, 26.), sq. לְ *ridendo contemsit* Ps. 2, 4. Job. 5, 22. 39, 7. 41, 21. Prov. 31, 25 (ubi UMBREITIUS sine caussa loquendi usum deseruit). 2) *lusit*, deinde musicâ adhibitâ *saltavit* Jud. 16, 27. Praet. plur. שָׂחֲקוּ Thren. 1, 7., infin. constr. שְׂחָק, fut. יִשְׂחַק, plur. in pausa יִשְׂחָקוּ Ps. 52, 8. — Pih. שִׂחֵק 1) *jocatus est* Prov. 26, 19. 8, 31. 2) *lusit* Job. 40, 29 (24), quemadmodum solent infantes Zach. 8, 5. et bestiae Job. 40, 15 (20) Ps. 104, 26., nec non ii, qui parvulis proeliis contendunt, *tumultuantur* 2 Sam. 2, 14. 3) *cecinit* et voce et instrumentis musicis (nostrates etiam dicunt: *spielen*) 1 Sam. 18, 7. Jer. 15, 17., deinde *choreas egit, saltavit* accinentibus tympanis vel cantoribus Jud. 16, 25. 2 Sam. 6, 5. 1 Chron. 13, 8. Jer. 31, 4. — Infin שַׂחֵק, fut. יְשַׂחֵק, plur. יְשַׂחֲקוּ 2 Sam. 2, 14. — Hiph. *irrisit, derisit* sq. עַל 2 Chron. 30, 10.

שְׂחוֹק et שְׂחֹק m. 1) *risus* Ps. 126, 2. Prov. 14, 13. Job. 8, 21. Eccles. 2, 2. 7, 3. 6. 7., *irrisio, ludibrium*, metonym. Job. 12, 4. Jer. 20, 7. 48, 26. 27. 39. Thren. 3, 14. 2) *lusus, jocus* Prov. 10, 23.

מִשְׂחָק m. *irrisio, ludibrium* Habac. 1, 10.

שָׁחַר I) *niger fuit* vel *factus est, denigratus est* (syr. ܫܚܪ *denigravit*) Job. 30, 30., praegn. עוֹרִי שָׁחַר מֵעָלַי *cutis mea nigrescit* et recedit *a me*. Cet. v. nomm. derivata שְׁחוֹר, שְׁחוֹר, שָׁחֹר, שַׁחַר. — II) *quaesivit, sectatus est* Prov. 11, 27 (bonum). Lxx. ζητεῖν. — Pih. שִׁחֵר studiose *quaesivit* Job. 7, 21. Prov. 7, 15. sq. acc., Job. 24, 5. sq. לְ (*nach etw. suchen*); trop. *sectari, studere, operam dare* Prov. 8, 17. 1, 28.; *qui filium suum amat* מְשַׁחֲרוֹ מוּסָר *quaerit ei castigationem* h. e. non solum non praetermittit castigandi opportunitatem, sed studiose captat (וֹ pro לוֹ v. GESEN. L. p. 729.) Prov. 13, 24.; *Deum quaerere* est eum *desiderare* Ps. 63, 2. Jes. 26, 9. vel *ad eum se pia mente convertere* Ps. 78, 34. Job. 8, 5 (ubi constr. c. אֶל). cf. דרשׁ. [Sunt, qui hanc verbi significationem, cujus nullum in dialectis vestigium superest, a nom. שַׁחַר *aurora* repetant, ut propr. sit: *mane, mature fecit* aliquid, hinc *festinavit, acceleravit* cet. cf. arab. سحر IV. VIII. *mane fuit, venit, fecit* et chald. הִשְׁחִיר].

שָׁחֹר et שְׁחוֹר m., שְׁחוֹרָה foem. *niger* Levit. 13, 31. 37. Zach. 6, 2. 6. Cant. 1, 5. 5, 11.

שְׁחֹר m. *nigredo* Thren. 4, 8.

שַׁחַר m. *aurora* (arab. سَحَر), fortasse a colore ex rubro nigricante, Job. 38, 12. Am. 4, 13. Ps. 57, 9. Gen. 19, 15. Poet. ei tribuuntur palpebrae Job. 3, 8. 41, 10. (v. עַפְעַפַּיִם), alae Ps. 139, 9. ad significandam miram ejus celeritatem, qua per coelos diffunditur (Joel. 2, 2.); בֶּן־שַׁחַר *lucifer* Jes. 14, 12. Adverb. *primâ aurorâ, primâ luce, primo mane* Ps. 57, 9. 108, 3. (talm. שַׁחֲרִית *tempus matutinum*). — Trop. de *felicitate post calamitates* denuo affulgente (Jes. 58, 8.) Jes. 8, 20.

(simil. arab. سحرة), quem locum bene *explicuit* von Cölln in Keil u. Tzschirner Analectt. II, p. 57 sqq. Eidem *aurora mali* Jes. 47, 11. est *aurora, felicitas post calamitatem oritura;* recte, opinor: cum *primordia, praeludia mali,* ut interpretati sunt Kocherus et Rosenm., vix dici possint *aurora mali.* — De אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר v. sub lit. א. In loco Joel. 2, 2. sunt, qui *crepusculum* interpretentur coll. arab. سحرة, sed non opus est, v. Rosenm. ad h. l.

שַׁחֲרוּת f. *juventus* Eccles. 11, 10. q. aurora aetatis, vitae.

שְׁחַרְחֹרֶת f. *pernigra* Cant. 1, 6.

מִשְׁחָר m. *aurora,* cui per metaphor. tribuitur uterus, unde *ros* provenit Ps. 110, 3.

שִׁיחוֹר et defective שִׁחוֹר, שִׁחֹר propr. *niger, μέλας,* 1) *Nilus* (qui etiam Graecis a turbidis et limosis aquis *μέλας* dicebatur v. Serv. ad Virg. Geo. 4, 291.) Jes. 23, 3 (ubi in altero membro sequitur יְאֹר) Jer. 2, 28. v. Vitringa ad locum Jesaiae. Eundem Jos. 13, 3. 1 Chron. 13, 5. dici, inde apparet quod aliis quoque in locis (Gen. 15, 18. Jes. 27, 12.) *Nilus* extremus Palaestinae terminus ponitur. 2) שִׁיחוֹר לִבְנַת Jos. 19, 26. est *Belus* v. sub לבנת.

שָׁחַת (arab. سحت) *corrupit, perdidit,* in Kalinusit., Niph. נִשְׁחַת *corruptus est* a) physice Jer. 13, 7. 18, 4., spec. *vastatus est* Exod. 8, 20.; b) ethice Gen. 6, 11 sq. Ezech. 20, 44. — Pih. שִׁחֵת 1) *corrupit,* perdidit vel vastando Gen. 9, 11. 19, 13. Jos. 22, 33. (terram), vel evertendo et destruendo Jer. 48, 18. Ezech. 26, 4. Gen. 13, 10. (oppida, muros), vel exstirpando Num. 32, 15. Jes. 14, 20. (populum), vel occidendo Gen. 6, 17. 9, 15. 2 Sam. 1, 14. 24, 16., it. male impendendo Prov. 23, 8. וְשִׁחַתָּ דְּבָרֶיךָ הַנְּעִימִים *perdes verba tua amoena.* Adde has formulas: Mal. 2, 8. שַׁחֵת בְּרִית *perdere, evertere foedus* h. e. irritum reddere, Am. 1, 11. שַׁחֵת רַחֲמָיו *perdere* h. e. deponere, *exuere misericordiam suam,* Ezech. 28, 17. *corrumpis prudentiam tuam propter splendorem tuum* h. e. splendore tuo ita captus es, ut non amplius prudenter agas. Praegn. Gen. 38, 9. *perdidit semen suum* (effundendo) *in terram.* 2) *perdite egit* (aethiop. ሰሐተ:), i. q. שִׁחֵת דְּדָכָיו, Exod. 32, 7. Deut. 32, 5., הֶעֱמִיקוּ שִׁחֵתוּ perditissime *egerunt* Hos. 9, 9. — Praet. 2. p. שִׁחַתָּ Ezech. 28, 17., plur. שִׁחַתֶּם Mal. 2, 8. Infin. שַׁחֵת, c. affixo שַׁחֶתְכֶם Ezech. 5, 16.

Hiph. הִשְׁחִית *corrupit,* perdidit Ruth. 4, 6 (agrum, *zu Grund richten*) Gen. 19, 14. 2 Reg. 18, 25. (urbem) Jer. 38, 29 (terram) 51, 20 (regnum) Deut. 9, 26 (populum) 2 Sam. 11, 1 (hostes) 2 Chron. 24, 23. 1 Sam. 26, 15 (hominem, i. e. *trucidare, interficere*) Prov. 11, 9 (affligendo, vexando); מַלְאָךְ הַמַּשְׁחִית *angelus perditor, percussor* 2 Sam. 24, 16. et simpl. הַמַּשְׁחִית Exod. 12, 23. 1 Sam. 13, 17. Quod in Pss. 57. 58. 59. 75. titulis legitur, אַל תַּשְׁחֵת *ne corrumpas,* cum Abenesra, Rosenmuellero all. carminis, ad cujus modum illi psalmi cantandi essent, primordium esse censemus. Aliam conjecturam, vix probandam, v. ap. Pfeiffer. *Musik d. Hebr.* p. 58. — הִשְׁחִית דַּרְכּוֹ Gen. 6, 12. vel עֲלִילוֹתָיו Zeph. 3, 7., ac saepius omissis his voce. Jud. 2, 19. Ps. 14, 1. Deut. 31, 29. Jes. 1, 4. Ezech. 16, 47.: *perdite egit.* —

Hoph. part. מָשְׁחָת *corruptus* Prov. 25, 26.; foem. מִשְׁחַת neutr. *corruptum* Malach. 1, 14. per syncopen pro מָשְׁחֶתֶת.

שְׁחַת chald. *id.*, unde Part. Pehil f. שְׁחִיתָה *corruptum* Dan. 2, 9. Aliud est

שְׁחִיתָה f. chald. *perdite factum, delictum* Dan. 6, 5.

שַׁחַת m. *corruptio, putredo* Job. 17, 14. Aliud v. sub rad. שׁוּחַ.

מַשְׁחִית m. propr. *perdens* (particip. Hiph.), hinc a) Jer. 5, 26. *laqueus, decipula;* b) abstract. *corruptio, perditio, pernicies* Exod. 12, 13. 2 Chron. 20, 23. 22, 4. Ezech. 5, 16. 9, 6. 25, 15. Dan. 10, 5. etc. הַר הַמַּשְׁחִית dicitur *mons oliveti* prope Hierosolymam 2 Reg. 23, 13., nec non regnum Babylon. Jer. 51, 25., propter sacrorum profanorum superstitiones; אִישׁ מַשְׁחִית Prov. 28, 24. *vir perditionis* h. e. *perditor, praedo;* בַּעַל מַשְׁחִית Prov. 18, 9. qui sua *perdit, homo prodigus;* חָרָשֵׁי מַשְׁחִית *artifices perditionis* i. e. perdendi periti Ezech. 21, 36.

מַשְׁחֵת m. *perditio*, cum affixo מַשְׁחֵתוֹ Ezech. 9, 1.

מִשְׁחַת m. (vel potius foem. per syncopen ex מִשְׁחֶתֶת, ut מְשָׁרַת ex מְשָׁרֶתֶת) *corruptio, deformitas*, metonym. *corruptum, deforme* Jes. 52, 14.

מָשְׁחָת m. *corruptio* Levit. 22, 25. Aliud vid. in rad.

שִׁטָּה f. *acacia, spina aegyptia* (Mimosa nilotica L.) Jes. 41, 19. v. Bochartus in *Hieroz.* P. II, p. 402. et in *Phaleg* L. I. c. 4. Salmasius in *Homonym. Hyles Jatr.* c. 102. Andr. Muellerus in *Glossar. S.* p. 97 sq. Celsius in *Hierobotan.* P. I, p. 499 sq. Seb. Rau in dissert. de *iis, quae ex Arabia in usum Tabernaculi fuerunt petita* p. 17 sq. Winer. Lexic. bibl. I, p. 12 sq. coll. Hieronym. ad Joël. 3. et Mich. 6. Arab. سَنْطٌ et صِنْطٌ (etiam شَجَرَةٌ ٱلْأَقَاقِيَةُ), Aegyptiis *schont*, ϢⲞⲚⲦ v. *Repertorium litt. bibl. et orient.* T. XIII, p. 12., unde patet, שִׁטָּה dictum esse pro שִׁנְטָה. Plur. שִׁטִּים *ligna acaciae* Exod. 25, 5. 10. 13. 23. 28. 26, 15. 26. 32. 37. etc. — נַחַל הַשִּׁטִּים Joel. 4, 18. *vallis acaciarum* sita fuit trans Jordanem in Moabitarum finibus. Dic. etiam שִׁטִּים simpl. Jos. 2, 1. Num. 25, 1. Mich. 6, 5.

שׂטָה (cf. שׂוּט) *declinavit* in latus, *deflexit, recessit* (chald. et syr. ܣܛܐ; cf. etiam Schultens. ad Prov. 4, 15. et ad Harir. p. 34.), trop. מֵעַל דֶּרֶךְ רָעִים Prov. 4, 15., אֶל דַּרְכֵי זוֹנָה 7, 25.; spec. de uxoribus, quae adulterium committunt sq. תַּחַת הָאִישׁ Num. 5, 19. 20. 29. et simpl. Num. 5, 12. Fut. יִשְׂטֶה, apoc. יֵשְׂטְ Prov. 7, 25.

שֵׂט m. v. sub rad. שׂוּט.

שָׁטַח *expandit* (chald. et syr. ܫܛܚ, arab. سطح, aeth. ሰፍሐ:) Job. 12, 23. שֹׁטֵחַ לַגּוֹיִם Deus *expandit*, late habitare jubet *gentes*. Alibi est, ut arab., *aliquid humi stratum expandere*, ut ossa etc. Jer. 8, 2. 2 Sam. 17, 19. Num. 11, 32. Fut. יִשְׁטַח. — Pih. שִׁטַּח *expandit* Ps. 88, 10 (brachia).

מִשְׁטָח m. *locus expansionis* Ezech. 26, 5. 14.

מִשְׁטוֹחַ m. *id.* Ezech. 47, 10.

שָׂטַם *odit, odio habuit, odio persecutus est* sq. acc. pers. Job. 30, 21. Gen. 27, 41. Ps. 55, 4. Fut. יִשְׂטֹם.

מַשְׂטֵמָה f. *infestatio, odium* Hos. 9, 7. 8. All. perperam *laqueus, decipula;* coll. syr. ܣܛܡ *vinxit, compedivit.*

שָׂטַן *infestus fuit, adversatus est* (chald. syr. ܣܛܢ, arab. شَطَنَ) sq. acc. pers. Ps. 38, 21. 109, 4. Zach. 3, 1 (ubi infin. c. affixo שְׂטָנוֹ). Particip. שָׂטָן *adversarius* Ps. 71, 13. 109, 20. 29.

שָׂטָן *adversarius* (arab. شَيْطَانٌ, syr. ܣܛܢܐ) Num. 22, 22. 2 Sam. 19, 23., spec. in foro Ps. 109, 6.; it. *hostis* (in bello) 1 Sam. 29, 4. 1 Reg. 5, 4. 11, 14. 23. 25. In libris post exilium babylonicum scriptis הַשָּׂטָן Job. 1, 7. 2, 2 sqq. Zach. 3, 1. 2. et שָׂטָן 1 Chron. 12, 1. est *diabolus, Satanas,* qui homines apud Deum calumniatur (Apoc. 12, 10. ὁ κατήγωρ) iisque adversatur. Vanam eorum (v. Herder *Geist d. hebr. P.* II, p. 19. Eichhorn in 3. huj. libri edit. Ilgen carm. Job. p. 125 sqq.) sententiam, qui in locis Jobi הַשָּׂטָן (a שׂוּם) legi et *circuitorem* explorandis hominum moribus a Deo destinatum intelligi malunt, bene jam refutavit Bauerus (bibl. Theol. des A. T. p. 197 sq.).

שִׂטְנָה f. accusatio, δίκη Esr. 4, 6. Est quoque nomen propr. *fontis* (q. d. *causa adversationis* et *contentionis*) Gen. 26, 21.

שָׁטַף 1) *largiter effundi* (chald. *id.*, arab. شَطَفَ, ב et ף inter se permutatis, *diffudit se,* VII. *fluxit aqua*), de imbribus Jes. 28, 2. Ps. 78, 20. Ezech. 13, 13., de fluminibus, quae extra ripas diffluunt: *superfundi, exundare, redundare* Jes. 30, 28. 66, 12. Ps. 78, 20.; trop. de agminibus, quae *sese effundunt* Dan. 11, 10. 40. coll. Jes. 28, 15., de equo, qui *concitato cursu ruit* Jer. 8, 6. coll. chald. שְׁטַף *festinavit, cucurrit cum impetu.* — 2) transit. sq. acc. a) *inundavit* (aqua) Jer. 47, 2.; *obruit* atque adeo *hausit* Jes. 43, 2. Ps. 69, 3. 124, 4. Cant. 8, 6.; *alluendo abstulit* Jes. 28, 17. Job. 14, 19.; *fluendo attulit,* trop. Jes. 10, 22. *decreta est pernicies, quae, ubi effusa fuerit, justitiam afferet.* Sic Gesenius. Alii intransit.: *exundans, irruens juste, jure.* — 3) fecit, ut aquae aliquid obruerent h. e. *perfudit, abluit* aliquid aquis 1 Reg. 22, 38. Levit. 10, 11. Ezech. 16, 9. — Niph. 1) *inundari* agmine hostium Dan. 11, 22. 2) *ablui* Levit. 15, 12. — Pyh. שִׁטַּף *ablui* Levit. 6, 21.

שֶׁטֶף et שֵׁטֶף m. 1) *effusio* Job. 38, 25 (imbris), trop. Prov. 27, 4. שֶׁטֶף אַף *effusio,* exundatio *irae,* Dan. 11, 22. זְרֹעוֹת הַשֶּׁטֶף *agmina effusionis* h. e. quae se in aliquam terram superfundunt. 2) *inundatio* Nah. 1, 8. Ps. 32, 6., trop. pro re subito ingruente Dan. 9, 26.

שָׁטַר radix Hebr. inusit., arab. سطر propr. *scripsit, delineavit,* hinc سيطر *praefuit ut inspector, recto ordine constituit* rem. Part. pras. שֹׁטֵר *praefectus, magister* (Targ. סַרְכָּא, סַרְכָּן), arab. مسيطر,

Prov. 6, 7.; spec. שֹׁטְרִים appellantur: a) magistratus civiles et quidem *α)* praefecti populi israel. in Aegypto Exod. 5, 6 sqq. et in deserto Arab. Num. 11, 16. Deut. 29, 9. 31, 28. (ubi copul. cum זְקֵנִים) Deut. 1, 15. 20, 9. (ubi cum שֹׁפְטִים) 16, 18. Jos. 8, 33. 23, 2. 24, 1. (ubi c. שֹׁפְטִים); *β)* praefecti oppidorum israel. Deut. 16, 18. 1 Chron. 23, 4. 26, 29. 2 Chron. 19, 11. 34, 13. b) magistratus *militares* 2 Chron. 26, 11. qui cum סָפְרִים junguntur cf. Fulleri Miscell. p. 377 sqq. Selden de Synedr. 1, 15. — Alii ex auctoritate Lxx., qui fere ubique γραμματεῖς interpretati sunt, coll. arab. سطر *scripsit*, significari putant eos magistratus, quorum curae *tabulae genealogicae* demandatae erant v. Michael. *mos. Recht* I, p. 244 sqq. *Suppl.* p. 2319. Jahn *Archaeol.* II, 1, p. 59 sq.; sed hoc vix conciliari potest cum locis Exod. 5. et all. v. Vater Comment. in Pentat. III, p. 537.

מִשְׁטָר m. *principatus, imperium, dominatus* Job. 38, 33., ubi v. Rosenm.

שְׁטַר m. chald. *latus* Dan. 7, 5., alibi in Targum. et syr. סְטַר, arab. سطر; atque ita videtur l. c. reponendum esse.

שַׁי m. *munus* Ps. 68, 30. 76, 12. Jes. 18, 7., fortasse ab arab. شبى *voluit*, II. *adduxit* (unde شى *res, aliquid*).

שִׁיא vid. sub rad. נשׂא.

שִׁיאוֹן jugum Hermonis Deut. 4, 48. (ut patet ex serie orationis), quod alibi שִׂרְיוֹן appellatur. Nomen fortasse decurtatum est ex נְשִׂיאוֹן (*elatio, locus sublimis*) v. Simon. Onom. p. 348.

שֵׂיבָה vid. sub rad. שׂוּב et שׂוּב.

שִׂיב *canum esse* vel *fieri, canescere, incanescere* (arab. شاب med. Je, syr. ܫܳܒ *id.*) 1 Sam. 12, 2.

שָׂב (particip. praes.) m. *canus, senex* Job. 15, 10.

שָׂב m. chald. *id.*, plur. emphat. שָׂבַיָּא Esr. 5, 9., in regim. שָׂבֵי Esr. 5, 5. 6, 7. 8. 14.

שֵׂיב vel שֵׂב m. *canities, senectus* (arab. شيب *prima canities*), cum affixo שֵׂיבָה 1 Reg. 14, 4.

שֵׂיבָה f. *id.* Gen. 15, 15. Deut. 32, 25. Jud. 8, 32. 1 Chron. 29, 28. Jes. 46, 4. Hos. 7, 9., metonym. ipse *homo canus, senex* Levit. 19, 32. Ruth. 4, 15.

שִׂיג m. 1 Reg. 18, 27. vid. sub rad. שׂוּג.

שִׂיד *tegere, obducere, oblinere calce* (arab. شيد *id.*) Deut. 27, 2. 4.

שִׂיד m. *calx* Deut. 27, 2. 4. Jes. 33, 12. Am. 2, 1.

שָׂיָה, unde fut. apoc. in pausa תְּשִׂי Deut. 32, 18. Nos auctoribus Eichhornio et Rosenm. arab. سوى IV. *missum fecit, praetermisit* conferre

malumus (ut תְּשִׁי effictum sit ad form. יְהִי), quam GESENIUM secuti arab. سَهِيَ *oblitus fuit, neglexit.* Conspirant Lxx. ἐγκατέλιπες, VULG. *dereliquisti.*

שֵׂיֶה et שֶׂה com. unum de pecudum grege, *ovis* vel *capra* (quae collect. צֹאן *pecus* vocantur), arab. سَاهٌ (pro شَاهَةٌ) Gen. 30, 32. Exod. 12, 3. 4. 22, 1. Levit. 12, 8. Jud. 6, 4. Ezech. 34, 17. Num. 15, 11., שֵׂה עִזִּים, שֵׂה כְּבָשִׂים *pecus ovillum, pecus caprinum* Deut. 14, 4.; spec. *ovis* Jes. 53, 7. Cum affixis שְׂהֵיהוּ 1 Sam. 14, 34. et שֵׂיוֹ Deut. 22, 1.

שֵׂיזִב chald. vid. supra שָׂזַב.

שִׂיחַ 1) *meditari*, max. de rebus divinis, Ps. 77, 4. 7., sq בְּ rei Ps. 77, 13. 119, 15. 23. 27. 48. 78. 148., spec. דִּבְרֵי נִפְלְאֹתֶיךָ אָשִׂיחָה *verba mirabilium tuorum* (factorum) *meditabor* h. e. carmen meditabor, quo mirabiliter a te gesta celebrem; hinc absol. est: *carmen meditari, canere* Jud. 5, 10., sq. בְּ *canere, carmine celebrare* aliquid Ps. 105, 2. 2) *gemere, queri* Ps. 55, 18. Job. 7, 11. 3) *loqui*, sq. לְ *ad* aliq. Job. 12, 8., sq. acc. Prov. 6, 22. תְּשִׂיחֶךָ, quod UMBREITIUS apposite vertit: *sie wird dich unterhalten;* sq בְּ rei, *de* qua quis loquitur Ps. 69, 13. [De loco Gen. 24, 63. v. sub שׂוּחַ]. — Pih. שׂוֹחֵחַ *meditari* Ps. 143, 5., sq. acc. rei: *cogitare, perpendere* aliquid Jes. 53, 8. — [Non repugnamus iis, qui hoc voc. cum arab. ساح *exspatiari* (v. sub שׂוּחַ) cognationis quodam vinculo copulatum esse statuunt. Cogitando enim exspatiatur quasi animus]. Cet. v. sub nom. שִׂיחַ n. 2.

שֵׂחַ m. *cogitatio*, cum affixo שֵׂחוֹ Am. 4, 13.

שִׂיחַ m. 1) *sermo* 2 Reg. 9, 11., spec. *sermo querulus, querela* Ps. 55, 3. 64, 2. Job. 21, 4. 9, 27. 1 Sam. 1, 16. Prov. 23, 29., שָׁפַךְ שִׂיחוֹ *querelam suam effundere* h. e. in querelam effundi. *Moerorem* animi nusquam significat. In loco 1 Reg. 18, 27., ubi de Baale legitur: כִּי שִׂיחַ לוֹ, mirifice dissentiunt viri docti. Alii enim ita interpretantur: *nam meditatio ipsi est* h. e. animo aliquid volvit, in cogitatione ita defixus est, ut vos non possit curare, Lxx. ὅτι ἀδόλεσχία αὐτῷ ἐστί. Alii: *confabulatio ipsi est*, ut CHALD., alii *verbum* h. e. *res, negotium ipsi est* (fere, ut SYR.). Sed magis placet vertere: *ambulatio ipsi est* cf. שׂוּחַ; copulantur enim verba דֶּרֶךְ et שִׂיג. 2) *frutex, virgultum* Gen. 2, 5. Job. 12, 8. 30, 4., plur. שִׂיחִים Gen. 21, 15. Job. 30, 7. Syr. ܣܘܚܐ *germen, virgultum*, coll. ܐܣܘܚ *pullulavit, germinavit.*

שִׂיחָה f. *meditatio*, quae ad res divinas spectat, *Andacht*, Job. 15, 4., meton. Ps. 119, 97. 99.

שַׁיִט vid. sub rad. שׁוּט.

שִׁילֹה vid. sub rad. שׁלה.

שִׂים v. sub שׂוּם.

שַׁיִן vel שֵׁין vid. sub rad. שׁוּן.

שֵׁיצָא vel שֵׁיצִי chald. v. sub rad. יָצָא.

שִׁיר et שׁוּר *cecinit* (fortasse propr. *protulit, ebullire fecit*, ab arab. سار med. Je, coll. נבע) Ps. 65, 14. Jud. 5, 1., sq. acc. carminis Ps. 7, 1. 137, 4., sq. acc. rei vel pers., quae carmine celebratur Ps. 59, 17. 89, 2. 106, 12.; sq. לְ pers. est vel: *audiente aliquo canere (einem vorsingen)* Jes. 5, 1., vel alicui i. e. *in honorem alicujus canere*, carmen alicui dicare Ps. 7, 1. 13, 6. 27, 6. 33, 3. Exod. 15, 21. Sed Prov. 25, 20. שָׁר בַּשִּׁירִים vix signif.: *carmina canere* (unde enim praeverbium בְּ?), sed junctis iis, quae sequuntur, עַל לֶב־רָע, ita interpretare: *wer singt Liedern zum betrübten Herzen, wer sich mit Liedern wendet ans betrübte Herz.* Particip. שָׁרִים *cantores*, שָׁרוֹת *cantatrices* 2 Sam. 19, 37. — Infin. et imp. שִׁיר 1 Sam. 18, 6. Exod. 15, 21., fut. יָשִׁיר, apocop. c. vau conv. וַיָּשַׁר Jud. 5, 1., semel יָשַׁר Job. 33, 27. — Pil. שׁוֹרֵר *cecinit* 2 Chron. 29, 28. Zeph. 2, 14. Job. 36, 24. (v. tamen sub שׁוּר I.). Particip. מְשׁוֹרֵר *cantor* 1 Chron. 6, 18. 9, 33. Neh. 12, 28 sqq. — Hoph. הוּשַׁר *cani* Jes. 26, 1.

שִׁיר m. 1) *canticum, carmen* (arab. شِعْر) Jud. 5, 12. Ps. 30, 1. Eccles. 7, 5. Ezech. 33, 32. etc., tam sacrum quam profanum Eccles. 7, 5. Jes. 24, 19., tam laetum quam triste Ps. 120. 124. 129.; שִׁיר הַשִּׁירִים Cantic. 1, 1. *canticum canticorum* h. e. canticum praestantissimum, eximium coll. 1 Reg. 8, 27. In loco 2 Chron. 29, 28. שִׁיר cum Kimchio pro בַּעַל שִׁיר *cantor* dictum putant nonnulli; sed possis levi mutatione facta מְשֹׁרֵר legere. 2) *cantus instrumentorum* Neh. 12, 28. (nisi hic est infin. verbi שִׁיר), hinc כְּלֵי שִׁיר *instrumenta musica* Am. 6, 5. 1 Chron. 16, 42. al.

שִׁירָה f. *canticum, carmen* Exod. 15, 1. Num. 21, 18. Deut. 31, 19 sqq. Is. 18, 1. Jes. 5, 1. 23, 15. Plur. שִׁירוֹת Am. 8, 3.

שַׁיִשׁ vid. sub rad. שׁוּשׁ.

שִׁישַׁק nom. propr. regis Aegyptiorum, qui fuit Jerobeami aequalis 1 Reg. 11, 40. 14, 25. 2 Chron. 12, 5. Videtur esse *Sesocchis*, cujus mentio fit ap. Manethonem. Nominis originem nemo adhuc explicuit.

שַׁיִת et שִׁית vid sub rad. שׁוּת.

שָׁכַב I) *fudit, effudit*, ut arab. سكب, in Kal inusit., Hiph. Job. 38, 37. v. Rosenm. ad h. l. — II) *decubuit, recubuit*, ut syr. ܫܟܒ (fortasse cohaeret cum rad. I. q. d. *se effudit, profudit* in solum, in lectum, ut poetae lat. passim) Num. 23, 24. Ezech. 4, 4. (ubi v. Rosenm.), *cubuit* Ps. 57, 5. Jes. 14, 8. 43, 17. Thren. 2, 21. Spec. dicitur a) de dormientibus: *cubitum ivit* Ruth 3, 4. Prov. 3, 24. Gen. 19, 33. 1 Sam. 3, 5. Ps. 3, 6. 4, 9., *cubuit* 1 Sam. 26, 7. Prov. 6, 9. Jes. 56, 10. Jon. 1, 5. 1 Sam. 3, 2. 2 Sam. 4, 5. al.; hinc: *quievit* Eccles. 2, 23.; b) de aegrotantibus 2 Reg. 9, 16.; c) de morientibus 2 Sam. 7, 12. Deut. 31, 16. 1 Reg. 2, 10. 11, 43. 14, 20. 15, 8. etc. (ubi formula שָׁכַב עִם אֲבֹתָיו de morte *ducum* vel *regum* legitur) et mortuis Job. 3, 13. Jes. 14, 18., עַל עָפָר Job. 21, 26., שֹׁכְבֵי קֶבֶר Ps. 88, 6. cf. οἱ κείμενοι vitâ functi ap. Leon. Diac. p. 73. add. Fischer ad Anacr. 4, 9. κεῖσθαι mortuum esse Jacobs ad Philostr. Im. p. 359; d) de *concumbentibus* cum muliere, sq. עִם Gen. 39, 7. Exod. 22, 18. Deut. 22, 23. 25. 2 Sam.

12, 11., sq. אֵת Num. 5, 19. Gen. 34, 7. Ezech. 23, 8. Levit. 19, 20., semel de muliere cum viro concumbente Gen. 19, 32. Infin. שִׁכַּב Gen. 34, 7., unde c. affixo שָׁכְבָהּ Gen. 19, 33., et שְׁכַב, unde שָׁכְבְךָ Deut. 6, 7., imp. שְׁכַב, c. he parag. שָׁכְבָה Gen. 39, 7., fut. יִשְׁכַּב Levit. 15, 4. etc. — Niph. *comprimi* (de mulieribus) Jes. 13, 16. Zach. 14, 2. sec. Kri; sed Cthib habet שׁגל, quod minus honestum videbatur Masorethis. — Pyh. *id.* sec. Kri Jer. 3, 2. — Hiph. *decumbere, cubare fecit* i. e. *prostravit* 2 Sam. 8, 2., *reposuit, deposuit, collocavit* 1 Reg. 19, 17. 3, 20., *quiescere fecit, compescuit* Hos. 2, 20. De loco Job. 38, 37. v. sub n. 1. — Hoph. *se projecit, decubuit* Ezech. 32, 19. 32., *cubuit* 2 Reg. 4, 32.

שִׁכְבָה 1) *cubatio* Exod. 16, 13. 14. שִׁכְבַת הַטָּל *ros jacens, stratus;* alii, praeeunte Abenesra, *effusio, descensus roris* coll. שכב n. l., sed vid. Rosenm. ad h. l. 2) שִׁכְבַת זָרַע *concubitus seminis* h. e. *effusio seminis in coitu* Levit. 15, 16 — 18. 32. 19, 20. 22, 4. Num. 5, 13.

שִׁכְבַת f. *concubitus;* נָתַן אֶת שִׁכְבָתוֹ בְּאִשָּׁה *concumbere cum femina* Levit. 18, 23. 20, 15. Num. 5, 20., it. אֶל־אִשָּׁה Levit. 18, 20.

מִשְׁכָּב m. 1) *cubatio* vel dormientis 2 Sam. 4, 5. vel aegrotantis Ps. 42, 4. vel mortui Ezech. 32, 25.; spec. *concubitus* Levit. 18, 22. 20, 13. Num. 31, 17. 18. Jud. 21, 11. 12. 2) locus ubi cubatur a) *lectus* Exod. 7, 28. Prov. 7, 17. Job. 33, 15. 2 Sam. 13, 5. Jes. 57, 8. (עָלָה מִשְׁכָּב *cubile adscendit,* incestum commisit Gen. 49, 4.), etiam is, in quo interdiu somnum capiunt (*Sopha, Divan*) Ps. 4, 5. 36, 5. 149, 5.; b) *sepulcrum* Jes. 57, 2.; c) *lectus feralis, feretrum* 2 Chron. 16, 14. — Plur. a) מִשְׁכָּבִים, in regim. מִשְׁכְּבֵי Levit. 18, 22. b) מִשְׁכָּבוֹת, cum affixo מִשְׁכְּבוֹתָם Ps. 149, 5.

מִשְׁכַּב m. chald. *lectus, cubile* dormientium Dan. 2, 28. 29. 4, 2. 7. 10. 7, 1.

שְׁכָה. Huc revocant locum Jer. 5, 8. סוּסִים מוּזָנִים מַשְׁכִּים הָיוּ (*ut*) *equi bene pasti* (vel potius: *libidine inflammati*) *oberrant,* ita ut שכה non differat a שגה, cf. aethiop. ሰከየ: *erravit, oberravit.* Alii, Judaeos secuti, מַשְׁכִּים repetunt a rad. שכם, v. Rosenm. ad h. l.

שָׂכָה radix Hebr. inusit., i. q. chald. סְכָא *speculatus, contemplatus est,* syr. ܣܟܐ *exspectavit, speravit,* samar. *desideravit.*

שְׂכִוִי m. Job. 38, 36. *species comparens, imago,* spec. *φαινόμενον coelestе* v. Umbreit. ad h. l. Aliis, invita orationis serie, est *intellectus, mens.* Talmudici *gallum* intellexerunt, quos contra Bochartum defendit Saubertus in *Oper. Posthum.* p. 18. 19.

שְׂכוּ (*specula?* cf. chald. סְכוּת) nomen propr. loci, ubi insignis puteus erat 1 Sam. 19, 22.

מַשְׂכִּית f. *adspectus,* hinc *species, forma* Jes. 2, 16. כָּל־שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה Vulg. *omne quod visu pulchrum est.*

מַשְׂכִּית f. *effigies, figura, imago* Prov. 25, 11. מַשְׂכִּיּוֹת כֶּסֶף *imagines, figurae argenteae,* Ezech. 8, 12. חַדְרֵי מַשְׂכִּית *conclavia figuris*

(idolorum) ornata, Levit. 26, 1. אֶבֶן מַשְׂכִּית *lapis in quo figurae sunt caelatae*, pro quo מַשְׂכִּית simpl. Num. 33, 52. 2) *imaginatio, opinio* Prov. 18, 11.; מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב *consilia animi* Ps. 73, 7.

שָׁכַח et שָׁכֵחַ *oblitus est* Gen. 27, 45., sq. acc. Job. 39, 18. Ps. 78, 10. Jes. 49, 15. Jer. 44, 9. Deut. 24, 19., sq. infin. c. praeverbio מִן Ps. 102, 5. Crebro leguntur hae formulae: a) *oblivisciturr* aliquis *Dei* Deut. 6, 12. 14. 32, 18. Jud. 3, 7. 1 Sam. 12, 9. Ps. 106, 21. vel legis divinae Ps. 119, 61. 83. 176. Hos. 4, 6. vel nominis div. Ps. 44, 21. b) *Deus obliviscitur* h. e. curam deponit alicujus Ps. 10, 12. Jes. 49, 14. vel *Deus obliviscitur gratiae, benignitatis suae* h. e. deponit eam Ps. 77, 10. — In loco Ps. 137, 5. *si oblitus fuero Hierosolymorum* תִּשְׁכַּח יְמִינִי, supplendum est pron. 1. pers.: *obliviscatur mei dextra mea* h. e. destituat me v. Rosenm. ad h. l. Praet. f. in pausa שָׁכְחָה Prov. 2, 17., 2. p. שָׁכַחְתָּ (cum patach furtivo sub ח) Jer. 13, 25., plur. cum affixis שְׁכַחְתֻּנִי Jer. 2, 32. et שְׁכַחְתֹּנִי Jer. 18, 15., fut. יִשְׁכַּח Deut. 4, 31. etc. — Niph. נִשְׁכַּח *oblivioni traditus est* Eccles. 2, 16. 9, 5. Jes. 65, 17. Ps. 9, 19. Jer. 20, 11., praegn. Deut. 31, 21. — Eleganter Job. 4. dicuntur metallici, qui de funibus pendent, נִשְׁכָּחִים מִנִּי רֶגֶל *oblivioni traditi a pede* sc. quod pes iis non praestat ministerium. — Pih. שִׁכַּח *in oblivionem adduxit* aliquid Thren. 2, 6. — Hiph. *in oblivionem adduxit* aliquem Jer. 23, 27. — Hithpah. *oblivioni traditus est* Eccles. 8, 10.

שָׁכֵחַ m. *obliviscens* Jes. 65, 11.; plur. in regim. שִׁכְחֵי Ps. 9, 18.

שְׁכַח chald. *invenit*. Ithpehel הִשְׁתְּכַח *inventus est* Dan. 2, 35. 6, 24. Esr. 6, 2.; praet. 3. foem. הִשְׁתִּכְחַת Dan. 5, 11. 12. 14. 27. 6, 8. — Aphel הַשְׁכַּח 1) *invenit* Dan. 6, 5. 6. 12. Esr. 4, 15.; 1. praet. הַשְׁכַּחַת pro הַשְׁכְּחַת Dan. 2, 25. 2) *nactus est* Esr. 7, 16.

שָׁכַךְ *desedit* Gen. 8, 1 (aqua), *demisit se* (auceps) Jer. 5, 26., trop. Esth. 2, 1. *ira regis consedit, resedit, sedata est*, 7, 10. — Hiph. הִשְׁכִּיךְ *sedavit* Num. 17, 20.

שָׂכַךְ I) i. q. שׂוּךְ *texuit, nexuit, sepivit* v. derivatt. — II) *texit, obtexit, operuit*, ut rad. סכך Exod. 33, 22. Sed Pih. שׂוֹכֵךְ vid. in rad. שׂוּךְ.

שׂךְ (*soch*) m. *sepes*, qua horti, agri etc. *sepiuntur*. Cum affixo שֻׂכּוֹ Thren. 2, 6.

שֵׂךְ m. *vepres* (arab. شَوْك). Plur. שְׂכִים Num. 33, 55.

שָׂכָה f., unde plur. שְׂכוֹת propr. *spinae, aculei*, hinc *tela acuta, missilia*, arab. شَوْكَة.

שַׂכִּין m. *culter* (chald. סַכִּין et arab. سكّين) Prov. 23, 2. Ratio originis non liquet.

שָׁכַל I) *orbus fuit* vel *factus est, orbatus est* (arab. شَكِلَ) 1 Sam. 15, 33. Jes. 49, 21. Gen. 43, 14. אֲנִי כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי *cum orbatus ego*

fuero, orbatus ero h. e. aequo animo feram, esto, si aliter non ceciderit (Esth. 4, 16.); alii: *ut* jam *orbatus sum* (Josepho et Simeone), ita nunc *orbatus ero* (Benjamine). Sq. acc. Gen. 27, 45. *cur utriusque vestrum orba fiam?* Fut. יִשְׁכַּל. — Pih. שִׁכֵּל 1) *orbavit, orbum reddidit* 1 Sam. 15, 33. Levit. 26, 22. Jer. 15, 7. Hos. 9, 12. Ezech. 5, 17. 36, 12. Deut. 32, 25. מִחוּץ תְּשַׁכֶּל־חֶרֶב *foris orbat gladius* h. e. trucidat juvenes, Thren. 1, 20. 2) *abortare fecit* 2 Reg. 2, 19. (quo efficitur, ut, quae jam mater sibi videbatur, orba redderetur), ac saepius intransit. *abortavit* (Varro R. R. 2, 4. 24.) Exod. 23, 26. Gen. 31, 38. Job. 21, 10., hinc *sterilis fuit* Mal. 3, 11 (vitis). — Hiph. 1) *orbavit* absol. (hostis) h. e. juvenes civitatis occîdit Jer. 50, 9. 2) *abortavit* Hos. 9, 14. — II) v. sub voc. אֶשְׁכֹּל.

שְׁכוֹל m. *orbitas* (reipubl. h. e. civium et militum inopia) Jes. 47, 8. 9.; Ps. 35, 12. *orbitas animi* i. e. summa tristitia, consolationis inopia.

שַׁכּוּל m., שַׁכֻּלָה foem. 1) *orbatus* 2 Sam. 17, 8. Prov. 17, 12. Hos. 13, 8. Jer. 18, 21. 2) *liberis, catulis, pullis carens* Cant. 4, 2. 6, 6.

שִׁכֻּלִים m. plur. *orbitas* Jes. 49, 20.

אֶשְׁכּוֹל m. 1) propr. *racemus*, unde acini pendent, hinc *uvae*, sive *cypri* Cant. 1, 14. sive *palmae* 7, 8. (arab. إِثْكَالٌ et عِثْكَالٌ, ا in ع mutato, *botrus dactylorum* vel *palmae ramus dactylos ferens*) sive, quod maxime usitatum, *vitium* vel adjectis vocc. הַגֶּפֶן Cant. 7, 9., עֲנָבִים Gen. 40, 10. Num. 13, 24. 25., vel absol. Mich. 7, 1. Jes. 65, 8. Uno in loco Gen. 40, 10., cum אַשְׁכְּלֹת ab עֲנָבִים distinguantur, hoc *uvas maturas*, illud *racemos cum botris immaturis* significat. De origine vocis inter se dissentiunt viri docti. Sed praestat, cum Coccejo, Verpoortenio (Fascic. dissertatt. p. 335 sqq.) et all. a rad. شكل *ligavit* repetere (racemus enim est complexus acinorum inter se *devinctorum* et colligatorum, cf. עֵנָב), quam Gesenio auctore conferre rad. aeth. ተከለ: *plantavit*, unde ne vitis quidem commode dici poterat, nedum racemus. Plur. in regim. אַשְׁכְּלוֹת Cant. 7, 9. et אַשְׁכֹּלוֹת 7, 8., cum affixo אַשְׁכְּלֹתֶיהָ Gen. 40, 10. — 2) nom. propr. vallis in Palaestina meridionali Num. 13, 23. 24. 32, 9. Deut. 1, 24. quae vitibus ferax v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 157.

מְשַׁכֵּלָה f. (particip. Pih.) *abortus* 2 Reg. 2, 21.

שַׁכְלֵל vel שַׁכְלֵל vide sub rad. כלל.

שָׂכַל I) 1) propr. *adspexit* (cf. chald. סְכַל) v. Hiph., hinc *intellexit* (cf. vern. *Einsicht*), *intelligens, prudens fuit, prudenter egit* 1 Sam. 18, 30 — Pih. שִׂכֵּל Gen. 48, 14. שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו q. d. intelligentes fecit, praestitit *manus suas* h. e. *prudenter, consulto* sic *imposuit manus suas* v. Rosenm. ad h. l. Sed alii (coll. arab. شكل *ligavit, plexuit*) reddunt haec verba: *perplexas, transversim posuit manus suas* v. Eichhorn. in 3. huj. libri edit. In eundem sensum Lxx. ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας, Vulg. *commutans manus*, Syr. ܘܫܚܠܦ ܐܝܕܘܗܝ. — Hiph. הִשְׂכִּיל 1) *ad-*

spexit Gen. 3, 6. נֶחְמָד לְהַשְׂכִּיל arbor *delectabilis adspectu* (Lxx. ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι), hinc *consideravit, animum advertit, attendit* Jes. 44, 18., sq. acc. Deut. 32, 29. Ps. 106, 7., sq. עַל Prov. 16, 20., sq. אֶל Neh. 8, 13., sq. לְ Prov. 21, 12., sq. בְּ Ps. 101, 2. Dan. 9, 13., passim addita vel *admirationis* Ps. 64, 10. vel *curae* Ps. 41, 2. notione. 2) *intellexit, prudens evasit* Ps. 2, 10. 94, 7. Jes. 41, 20., *intelligens, prudens fuit, sapuit* Ps. 36, 4. 119, 99., *prudenter egit* Jer. 20, 11. 23, 5.; particip. מַשְׂכִּיל a) *intelligens, prudens* Prov. 10, 5. 19. 14, 35. Job. 22, 2. Dan. 12, 3., sq. בְּ alicujus *rei intelligens, peritus* Dan. 1, 4. b) *probus, pius* Ps. 14, 2. Dan. 11, 33. 12, 3. (v. חָכְמָה). Infin. הַשְׂכִּיל et הַשְׂכֵּל *intelligentia, prudentia* Prov. 21, 16. Jer. 3, 15. Job. 34, 35.; מוּסַר הַשְׂכֵּל *castigatio prudentiae* h. e. quae parit prudentiam Prov. 1, 3., הַשְׂכִּיל בְּ alicujus *rei intelligentia* Dan. 1, 17. 3) *bono successu usus est, prospere* rem *gessit* sq. acc. rei 1 Reg. 2, 3., *felix fuit* Jer. 23, 5. Jes. 52, 13. Prov. 17, 8. (ubi v. Umbreit.), sq. לְדַרְכָיו 1 Sam. 18, 14., sq. בְּכֹל Jos. 1, 7. 4) *intelligentem fecit, docuit*, sq. acc. pers. Neh. 9, 20. Prov. 16, 23. Ps. 32, 8., sq. לְ pers. Prov. 21, 11., sq. dupl. acc. Dan. 9, 22. לְהַשְׂכִּילְךָ בִּינָה. De voce מַשְׂכִּיל subst. v. sub. derivv. — II) i. q. סכל *stultum esse*, v. שְׂכְלוּת.

שְׂכַל chald. *id.*, Ithpahal part. מִשְׂתַּכֵּל sq. בְּ *attendens* Dan. 7, 8.

שֵׂכֶל et שָׂכֶל m. 1) *intellectus, intelligentia, prudentia* 1 Sam. 25, 3. Prov. 13, 15. 16, 22. Ps. 101, 10. Job. 17, 4. 2 Chron. 2, 11. Eccles. 10, 6. etc.; בְּשֵׂכֶל *prudenter, sapienter* 1 Chron. 26, 14., שׂוּם שֵׂכֶל Neh. 8, 8. *impertire aliquem intelligentiâ, intelligentem reddere;* it. in malam partem: *astutia, dolus* Dan. 8, 25. 2) *felicitas, prosperitas* Prov. 3, 4., ubi v. Umbreit. — Cum affixo שִׂכְלוֹ Prov. 12, 8.

שְׂכְלוּת f. Eccles. 1, 17. i. q. סִכְלוּת (ut haud pauci libri habent) *stultitia.*

שִׂכְלְתָנוּ f. chald. *prudentia, intelligentia* Dan. 5, 11. 12. 14.

מַשְׂכִּיל m. *carmen* Ps. 47, 8. et in Pss. 32. 42. 44. 45. 52. 53. 54. 55. 74. 78. 88. 89. 142. titulis, coll. arab. شعر *intelligentia*, deinde *poesis.* Aliis est *ligata oratio* coll. שכל v. Michaelis Suppl. p. 2323., vel *implexa* h. e. poetica *oratio;* aliis denique *carmen didacticum;* sed hoc in paucos tantummodo Psalmos, qui ita inscripti sunt, cadit. Singularem opinionem protulit nuper Kaiserus *hist. Einleit. in d. Psalm.* p. 118 sq.

שֶׁכֶם m. (ad formam chald. לָחֶם Dan. 5, 1.), semel in pausa שֶׂכֶם Ps. 21, 13. 1) *humerus*, vel potius utriusque *humeri posterior compages* (cf. כָּתֵף et עֹרֶף), *dorsum*, cui onus imponitur Gen. 9, 23. 21, 14. Ps. 81, 7. (unde aethiop. ሰከመ: *bajulavit, portavit*) et verbera infliguntur Jes. 3, 9. Adde has phrases: a) הֲפָנוֹת שְׁכֶמוֹ *vertere* (cervicem) *tergum* i. e. abitum parare 1 Sam. 10, 9.; שִׂים פְּ שְׁכֶם *facere, ut quis tergum vertat, det* h. e. in fugam conjicere Ps. 21, 13. (cf. עֹרֶף). b) Jes. 9, 5. וַתְּהִי הַמִּשְׂרָה עַל שִׁכְמוֹ *erit principatus in ejus humeris (dorso)* i. e. sustinebit imperium. Hinc נָתַן עַל שֶׁכֶם פְּ *alicui aliquid demandare, committere* Jes. 22, 22. c) Gen. 49, 15. וַיֵּט שִׁכְמוֹ לָסְבֹל

inclinavit humeros ad bajulandum h. e. servituti se submisit. d) Jo' 31, 36. עַל שִׁכְמִי אֶשָּׂאֶנּוּ *in humeris gestarem eum* (libellum accusationis) h. e. prae me ferrem, omnium conspectui exponerem. e) Zeph. 3, 9. לְעָבְדוֹ שֶׁכֶם אֶחָד *ad colendum* Jovam *uno humero* h. e. uno omnium consensu, uno animo. Simil. syr. ܟܬܦ ܚܕ. Metaphora ducta ab iis, qui oneri ex aequo subjiciunt humeros. 2) *latus* alicujus rei, hinc *tractus* (cf. arab. منكب *humerus* et *latus, ora, tractus terrae*) Gen. 48, 22. alii: *portio* v. Rosenm. 3) *Sichemum*, urbs in tribu Ephraim, Levitis concessa Gen. 12, 6. 33, 18. Jos. 24, 25. 32. Jud. 8, 31. 1 Reg. 12, 1. 25. etc., post exil. babyl. caput civitatis samaritanae. Posita fuit in *dorso* montis. Romanis vocatur *Neapolis* (*Flavia Neapolis*), quod nomen paullulum depravatum usque hodie tenent Arabes: نابلوس v. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 118 sqq. Winer. Lexic. bibl. II, p. 634. Cum he parag. שְׁכְמָה Hos. 6, 9., in pausa שְׁכֶמָה Jos. 24, 1.

שִׁכְמָה f. *humerus, dorsum* Job. 31, 22. Alii libri habent שְׁכֶמָה *dorsum ejus.*

שָׁכַם, in Kal inusit., Hiph. הִשְׁכִּים 1) *mane surrexit*, sive addito בַּבֹּקֶר Job. 1, 5. Gen. 19, 27. 20, 8. 28, 18. Exod. 24, 4., sive omisso Gen. 19, 2. Exod. 32, 6. Jos. 8, 14. Jud. 6, 38. 2 Sam. 15, 2. Cant. 7, 13. Passim cum alio verbo copulatum pro adverbio est: *mane* Hos. 6, 4. כַּטַּל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ *ros mane disparens*, Ps. 127, 2. מַשְׁכִּימֵי קוּם *mane surgentes.* Infin. absol. הַשְׁכֵּם *mane* Prov. 27, 14. 1 Sam. 17, 16. — Translate est: *studiose, summo studio aliquid fecit, instituit* Zeph. 3, 7. הִשְׁכִּימוּ וְהִשְׁחִיתוּ עֲלִילוֹתָם *studiose corruperunt actiones suas*, summo studio perverse egerunt; alibi infinit. הַשְׁכֵּם Jer. 26, 5. אֲשֶׁר אָנֹכִי שֹׁלֵחַ אֲלֵיכֶם וְהַשְׁכֵּם וְשָׁלֹחַ *quos ego misi ad vos summo studio* h. e. iterum iterumque, 7, 13. 25. 11, 7. 25, 3. 32, 33. 35, 14. 15. 44, 4. 2 Chron. 36, 15., semel more chald. אַשְׁכִּים Jer. 25, 3.

[In dialectis non est hujus significationis vestigium, nisi Ewaldo auctore Gr. p. 217. conferre velis aethiop. ሰከመ: *bajulavit, portavit*, ut הִשְׁכִּים propr. sit: *bajulare* camelos, onus camelis imponi jussit, quod ab iis, qui in itineribus sunt, summo mane fieri solet; at vero hoc longius repetitum mihi videtur].

שָׁכַן et שָׁכֵן 1) *subsidere, considere* Exod. 24, 16. Num. 9, 17. (nubes), hinc *procumbere, accumbere* Ps. 94, 17., atque inde 2) *cubare* Deut. 33, 10. Num. 24, 2. Jud. 5, 17 (sq. עַל *incubare* Jos. 3, 5.), *positum, collocatum esse* Jos. 22, 19., deinde *quiescere* (arab. سكن) Ps. 16, 9. Prov. 7, 11. Nah. 3, 18. 3) a) *habitare, incolere* (arab. سكن *id.*) Gen. 14, 13. Num. 23, 9. 2 Sam. 7, 10. Deut. 33, 12. Jer. 51, 13. (etiam de avibus Ezech. 31, 13.), sq. ב loci Mich. 4, 10. Jud. 8, 11. Gen. 26, 2., sq. acc. loci Jes. 33, 16. Deut. 12, 5. Ps. 68, 7.; שָׁכַן אֶרֶץ *terram incolere* secure, ita ut ab hostibus non agiteris Prov. 2, 21. 10, 30. Ps. 37, 29., omisso voc. אֶרֶץ Ps. 37, 27. 102, 29; שֹׁכְנֵי עָפָר *habitantes pulverem* i. e. sepulcrum Jes. 26, 19.; Pahul שְׁכוּן *habitans* Jud. 8, 11. Semel de Deo: שֹׁכֵן עַד *in aeternum habitans* coelos. Trop. in aliqua re habitare est *tenere, possidere* aliquid Prov. 8, 12. שָׁכַן

עֶרְמָה *prudentiam possidere.* Simil. arab. سكن *familiaris fuit.* b) *habitatum esse* Jes. 13, 20. Jer. 46, 26. 50, 39. Cf. יָשַׁב. Fut. יִשְׁכֹּן, plur. foem. תִּשְׁכֹּנָה Ezech. 17, 23. — Pih. שִׁכֵּן *habitare fecit* Num. 14, 30., addita *securitatis* notione Jer. 7, 7. Praeterea Jova dicitur שִׁכֵּן שְׁמוֹ i. e. locum eligere, ubi solennibus sacris colatur, *sedem suam sanctam figere* Deut. 12, 11. 14, 23. 16, 6. 25, 2. Neh. 1, 9. Inde sunt, qui explicent Ps. 78, 60. אֹהֶל שִׁכֵּן בָּאָדָם sc. שְׁמוֹ *tentorium, quod inhabitare fecit nomen suum.* Sed possis etiam ita interpretari: *tentorium, quod figi, collocari jusserat* v. supra n. 2. Jos. 22, 19., cf. Hiph. — Hiph. 1) *collocavit* Gen. 3, 24. (aliquem), Jos. 18, 1. (tentorium). 2) *habitare fecit* Ezech. 32, 4., trop. Job. 11, 14. *ne habitare facias (sinas) in tentorio tuo nequitiam,* Ps. 7, 6. כָּבוֹדִי לֶעָפָר יַשְׁכֵּן *habitare faciat me* h. e. *prosternat in pulverem.*

שְׁכַן chald. *habitavit* Dan. 4, 18. — Pahel שַׁכֵּן *habitare fecit (nomen suum* v. hebr. Hiph.) Esr. 6, 12.

שָׁכֵן m., שְׁכֵנָה et שְׁכֵנֹת f. 1) *habitans, incola* Jes. 33, 24., in regim. שְׁכֶן Hos. 10, 5. 2) a) *accola* Jer. 49, 18. 50, 40. Ps. 44, 14. 79, 12. b) *vicinus* Prov. 27, 10. Jer. 6, 21. Exod. 12, 4., plur. Ezech. 16, 26. Ruth. 4, 17.

שָׁכֵן m. *habitaculum,* unde cum affixo שְׁכֵנִי Deut. 12, 5.

מִשְׁכָּן m. (arab. مَسْكَن) 1) *habitaculum* hominum Hab. 1, 6. Ps. 87, 2. Ezech. 25, 4. Job. 18, 21. (trop. *sepulcrum* Jes. 22, 16.), animalium Job. 39, 6., Dei Ps. 46, 5. 84, 2. 132, 5., ubi מִשְׁכְּנוֹת יְהוָה de templo. 2) spec. *tabernaculum* Ps. 78, 28. Cant. 1, 8., מִשְׁכַּן הָעֵדוּת Exod. 38, 21. Num. 1, 50. 10, 11. et מִשְׁכָּן simpl. Exod. 25, 9. 26, 1 sqq. 35, 21. 40, 5. Levit. 17, 4. Jos. 22, 29. Ps. 78, 60. al. de *tabernaculo sacro.*

מִשְׁכָּן m. chald. *habitaculum* (Dei) Esr. 7, 15.

שָׁכַר 1) *largo potu se replevit, ad satietatem usque bibit* (sic chald. syr. aeth. et arab. سكر) Hagg. 1, 6. אֵין לִשְׂכָרָה *non est (sufficit), ut large bibi possit,* Gen. 43, 34. Cant. 5, 1.; — saepius: *inebriavit se, inebriatus est* Gen. 9, 21. Jes. 49, 26. דָּמָם יִשְׁכָּרוּן *sanguine suo* (invicem) *inebriabuntur;* Pahul שְׁכוּר *inebriatus, ebrius* Jes. 51, 21. Alibi trop. dicuntur illi, qui a Deo transversi acti suam sibimet ipsis afferunt perniciem, *inebriati* esse Jes. 29, 9. 51, 21. Nah. 3, 11. Thren. 4, 21. Jer. 25, 27. — Pih. *inebriavit* Hab. 2, 15. 2 Sam. 11, 13., trop. (v. Kal) Jes. 63, 6. Jer. 51, 7. — Hiph. *inebriavit* trop. a) ut Kal et Pih. Jer. 51, 57. 48, 26.; b) Deut. 32, 42. אַשְׁכִּיר חִצַּי מִדָּם *inebriabo,* satiabo *sagittas meas sanguine* hostium. Ita post. Arab. de gladio, hasta etc. v. Rosenm. ad h. l. — Hithpah. *ebrium se simulavit, ebrium egit* 1 Sam. 1, 14. — II) i. q. arab. شكر *praemio, mercede donavit;* v. אַשְׁכָּר.

שֵׁכָר m. *potus inebrians, temetum* (arab. سَكَر et سُكْر), vel vinum Num. 28, 7. (v. Onkel. ad h. l.) vel *sicera* h. e. vinum ex frugibus, velut ex hordeo (ζῦθος Aegypt. v. Diodor. Sicul. 1, 20. 34. Herodot. 2, 77. Hieronymus ad Jes. 19, 10.) aut ex palmarum succo et dactylis

(v. Dioscorides 4, 40. Plinius VI, 28. XIII, 4. XIV, 16.) confectum Levit. 10, 9. Num. 6, 3. Deut. 14, 26. Jes. 24, 9. 29, 9. 28, 7. Mich. 2, 11. Prov. 20, 1. 31, 6. etc. Semel videtur *vinum medicatum*, aromatibus conditum significare Jes. 5, 22. v. Michael. in Potti Sylloge III, p. 49 sqq.

שִׁכּוֹר et שִׁכֹּר m., שִׁכֹּרָה foem. *inebriatus, ebrius* 1 Sam. 1, 13. 25, 36. Prov. 26, 9. Jes. 19, 14. etc., 1 Reg. 16, 9. שֹׁתֶה שִׁכּוֹר *bibens* ita ut *ebrius* fieret; trop. Ps. 107, 27. Jes. 28, 1. — Plur. שִׁכּוֹרִים Joël. 1, 5.

שִׁכָּרוֹן m. *ebrietas* Ezech. 39, 19.

אֶשְׁכָּר (cum א prosthet.) m. *donum, munus* (v. rad. n. 2.) Ps. 72, 10., cum affixo Ezech. 27, 15. אֶשְׁכָּרֵךְ *donum tuum* h. e. tibi datum.

שָׂכַר *mercede conduxit* (coll. arab. شكر v. שָׂכָר n. 2.) Gen. 30, 16. 2 Sam. 10, 6. Jud. 9, 4. Deut. 23, 5. Jes. 46, 6. Prov. 26, 10., mercede *corrupit, subornavit* Neh. 6, 12. 13. Esr. 4, 5. — Niph. *mercede conductus est* 1 Sam. 2, 5. — Hithpah. *pro mercede se elocavit* (al. *mercedem sibi lucravit*) Hagg. 1, 6.

שָׂכִיר m., שְׂכִירָה foem. (Jes. 7, 20.) *mercede conductus, mercenarius* Exod. 12, 45. Levit. 19, 13. 25, 6. 53. Jer. 46, 21. Deut. 15, 18. Job. 7, 1. 2. Jes. 17, 14., in quo postremo loco שְׁנֵי שָׂכִיר sunt, ut recte docuit Rosenm., anni suis finibus accurate circumscripti; mercenarii enim non patiuntur, tempori aliquid addi, nec illi, qui conduxerunt, aliquid demi.

שָׂכָר m. *merces* operae elocatione promerita (coll. arab. شُكْر *merces*) Gen. 30, 28. Exod. 22, 15. Deut. 15, 18. Num. 18, 31.; deinde generatim *praemium* Gen. 15, 1. 2 Chron. 15, 7. Ps. 127, 3. Eccles. 9, 5.

שֶׂכֶר m. *merces* Jes. 19, 10 (עֹשֵׂי שֶׂכֶר *mercenarii*), deinde *praemium* Prov. 11, 18.

יִשָּׂשכָר nom. propr. quinti Jacobi filii Gen. 30, 18. 35, 23. et tribus israel. ab eo ortae Num. 1, 8. 7, 19. Jos. 17, 10. 19, 17. etc. Ut nunc scriptum est, videtur conflatum ex יִשָּׂא שָׂכָר *fert mercedem* v. Gen. 30, 18., sed puncta voc. referenda sunt ad form. יִשָּׂכָר.

מַשְׂכֹּרֶת f. *merces*, cum affixo מַשְׂכֻּרְתִּי Gen. 31, 7. 41., it. *praemium* Ruth. 2, 12.

שֵׁל v. sub אֲשֶׁר.

שֵׁל vid. sub rad. שׁלה.

שַׁלְאֲנָן vid. infra sub rad. שׁלה.

שָׁלַב i. q. arab. ثلب *crenatim frangere*. Inde formatum est Pyh. part. plur. foem. מְשֻׁלָּבוֹת asseres *crenatim incisi*, ut alter alteri ex opposito responderet eique *inhaereret, asseres crenatis commissuris uniti* Exod. 26, 17. 36, 22., coll. rad. chald. שׁלב (arab. transpos. لسب) *inhaesit*.

שֶׁלֶב m., plur. שְׁלַבִּים 1 Reg. 7, 28. 29. *commissurae* vel potius *limbi, taeniae* inhaerentes.

שֶׁלֶג m. *nix* Exod. 4, 6. Num. 12, 10. 1 Chron. 11, 22. Ps. 51. 9. 147, 16. Prov. 25, 13. etc. (arab. ثَلْجٌ, chald. syr. sam. תַּלְגָּא): מֵי שֶׁלֶג *aquae nivis* h. e. purissimae Job. 9, 30. cf. Jes. 1, 18., בְּיוֹם שֶׁלֶג *die, quo ninxerat, die nivali* (all. *nivali* tempore) 2 Sam. 23, 20. — Inde formatum est verbum in

Hiph. הִשְׁלִיג *nivis colorem traxit*, hinc *albuit tanquam nive tectus* Ps. 68, 15.: *cum omnipotens reges dispersisset in ea* (terra), *albuit* sc. ossibus trucidatorum cf. Virgil. Aen. 5, 865. 12, 36. Horat. Serm. 1, 8. Sed Schnurrero in Diss. philoll., תַּשְׁלֵג in תִּשְׁלַג mutato, haec placuit interpretatio: *quando omnip. fuderit reges pro eo* (populo), *recreabitur in umbra* coll. ثَلْجٌ trop. *tranquillo et laeto animo esse*, أَثْلَجَ in IV. *laetitia aliquem affecit*, quasi *refrigeravit*; quemadmodum قَرَّ signif. 1) *friguit* 2) *laetus evasit.*

שָׁלָה i. q. שָׁאֲלָה vid. sub rad. שאל.

שָׁלָה I) *erravit* ex incuria, *aberravit*, i. q. chald. שְׁלָא (quod in Targum. pro שגה et שגג ponitur Ps. 119, 21.), in Kal inusit, Niph. *erravit, delictum, peccatum per imprudentiam commisit* 2 Chron. 29, 11. Hiph. *decepit, fefellit* 2 Reg. 4, 28. — II) שָׁלָה et שָׁלַו *tranquillus* et *securus fuit, prosperâ fortunâ tranquille usus est* Thren. 1, 5. Jer. 12, 1. Ps. 122, 6. Job. 12, 6.; praet. שָׁלוּ Job. 3, 25. — III) i. q. שָׁלַל *extraxit, excussit* Job. 27, 8. כִּי יִשְׁלֹל אֱלוֹהַּ נַפְשׁוֹ *quando extraxerit Deus animam ejus* sc. e corpore, quod est animae quasi receptaculum aut vagina (cf. Dan. 7, 15.). Ita post Syr. et Chald. Rosenm. Umbreit. alii. Ingeniosâ Schnurreri (Diss. philoll. p. 268 sq.) conjecturâ non opus est.

שְׁלָה chald. *tranquillus fuit*, part. Pehil שְׁלֵה Dan. 4, 1.

שַׁלֵו m. et cum Jod שַׁלְוִי (Job. 21, 23.), שַׁלְוָה foem. 1) *tranquillus* 1 Chron. 4, 40. Zach. 7, 7., spec. prospera fortuna tranquille utens Job. 16, 12. 21, 23. Subst. *tranquillitas* Job. 20, 20. 2) *securus, socors* atque adeo *impius* Ezech. 23, 42. — Plur. in regim. שַׁלְיֵי Ps. 73, 12.

שַׁלְוִי m. *tranquillus* Jer. 49, 31.

שַׁלְוֵי m. *tranquillitas*, unde cum affixo שַׁלְוָי Ps. 30, 7.

שַׁלְוָה f. 1) *id.* Ps. 122, 7. Prov. 17, 1. Ezech. 16, 49., hinc *pax* Jer. 22, 21., בְּשַׁלְוָה *in pace, pacis tempore* h. e. subito, ex improviso Dan. 8, 25. 11, 21. 2) *securitas, socordia, impietas* Prov. 1, 32.

שַׁלְוָה f. chald. *tranquillitas*, cum affixo שַׁלְוְתָךְ Dan. 4, 24.

שֶׁגֶל m. *error, delictum* 2 Sam. 6, 7. v. rad. I.

שַׁלֵי m., unde in pausa בַּשַּׁלֵי 2 Sam. 3, 27. adv. vel *tranquille* (h. e. remotis arbitris, seorsum) vel (si ad וַיַּשְׁחֵהוּ referas) *per dolum* (v. שָׁלָה n. 1.), ut Vulg. et Lxx. (ἐν δόλῳ).

שַׁלְיָה f. propr. (ut arab. سَلًى) *membrana tenuis obvolvens foetum*

bruti vel hominis; deinde *secundae*, quod ex utero *extrahuntur* (v. שׁלה n. 3.) Deut. 28, 57.

שַׁלְאֲנָן m. Job. 21, 23. (compos. ex 2 synonymis שָׁלָה et שַׁאֲנָן) *plane tranquillus.*

שָׁלוּת f. chald. *error, delictum,* per apocopen שָׁלוּ Dan. 6, 5. Esr 4, 22. 6, 9. et sec. Kri Dan. 3, 29, ubi Cthib habet שָׁלָה vel שֻׁלָה, aliâ formâ.

שִׁילֹה (pr. *tranquillitas,* ad form. קִימוֹשׁ, קִיטוֹר all.), it. שִׁלֹה, שִׁילוֹ, שִׁלוֹ, nom. oppidi in tribu Ephraim Jos. 22, 9., ubi tabernaculum sacrum collocatum fuit a Josuae usque ad Eli tempora Jos. 18, 1. 19, 51. 21, 2. 1 Sam. 1, 3. 3, 21. 14, 3. 4, 3. 1 Reg. 2, 27. Ps. 78, 60. Jer. 7, 12. v. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 138 sqq. Inde oritur nom. gentil. שִׁילֹנִי 1 Reg. 11, 29. 12, 15. Neh. 11, 5. — In loco Gen. 49, 10. admodum vexato, sunt qui hanc ipsam urbem dici existiment (v. Fullerus in nott. crit. ad h. l. p. 130 sqq.), ut sensus verborum: עַד־כִּי יָבוֹא שִׁילֹה (שִׁלֹה, שִׁילוֹ, שִׁלוֹ: nam libri multum fluctuant, v. de Rossi ad h. l.) hic sit: Juda principatum (quo per desertum arab. utebatur, Num. 2, 3 sqq. 10, 14.) tenebit, *usque dum perveniatur Siluntem* (cf. 1 Sam. 4, 12.), unde reliquae tribus in suos quaeque agros discedebat, vel *dum venietur Siluntem* h. e. dum Silunte collocatum erit tabernaculum sacrum (h. e. ex mente poetae: perpetuo). Sed magis placet eorum interpretatio, qui שִׁילֹה de *tranquillitatis* aureae *auctore* h. e. de Messia dictum putant (v. Onkel. et Targ. Hieros., adde Rosenm. ad h. l.) coll. Ezech. 21, 32 (27), quanquam etiam Geddesii, Vateri et Gesenii interpretatio: *donec veniat* (contingat Israelitis) *tranquillitas* (et securitas ab hostibus), haud ineptum sensum exhibet. Aliis conflatum videtur hoc nom. ex שׁ et לה (לוֹ): *donec veniat is, cui* (cujus) est sc. sceptrum, principatus, h. e. Messias, vel (ut nuper voluit Staehelinus in Comment. sing. ad Gen. 49. Basil. 1827. 4. p. 12.) *donec, quod ei est, veniat* (h. e. *jus ejus*) cf. Lxx. τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. Alias explicationes v. ap. Jac. Alting. in *Schilo* s. de vaticin. Jacobi. Franecq. 1660. 4., ap. Rosenm. in Scholl. et ap. Vaterum in Comment. I, p. 320 sqq. Adde commentationes singul. Huthii (Erlang. 1745.), Genselii (Lips. 1781.), Wirsingii (Altorf. 1785.), Coingi (Marb. 1791.), Mössleri (Viteb. 1808.).

שַׁלְהֶבֶת vid. sub להב.

שְׂלָו f., in pausa שְׂלָו et sec. Kri שְׂלָיו Exod. 16, 13. Num. 11, 32. Ps. 105, 40., *coturnix* (arab. سَلْوَى), sec. Schultensium in *Origin. hebr.* T. II, p. 73. 74. dicta a *pinguedine*, coll. arab. سلا IV. *pinguis fuit*, et alio *coturnicis* nomine سمانى, similiter a *pinguedine*, quo alluditur Ps. 78, 31. Plur. שַׂלְוִים Num. 11, 31. — Singularis est sententia Jobi Ludolfi in *Commentar.* ad *Histor. Aethiop.* p. 168 sq. et in Append. II. P. II., qui *locustae* speciem intelligit: quam comprobant Wormius de *Corrupt. Antiquit. Hebr.* L. II. c. 14. Scheuchzerus in *Specim. Physic. S.* de *locustis* §. 15 sq et Frid. Hasselquist. in *Itinerar. Palaest.* p. 251. De *attelabo, locustae* specie, ob soni vicinitatem (q. d. הַשְּׂלָו, mutato ש in ת) exponunt Majus et Clericus. Dubia tamen in contrarium moverunt Buddeus in *Histor. Eccles. V. T.* T. I, p. 472 sq. Cy-

BRIANUS in *Continuat.* FRANZII *Histor. animal.* p. 1394 sq., denique RUDBECKIUS fil. in *Ichthyologia Bibl.* P. I., qui novam viam ingressus, rectum שֶׁלַח explicuit per gothicum *sylv* i. e. *piscis:* fuisse ergo שְׁלָחִים *pisces volatiles;* quod ipsum placuit J. D. MICHAELI in *Relation. Litterar. Hamburg.* an. 1749. p. 17. Sed vanae sunt hae conjecturae, nec quidquam valent ad evertendam eam sententiam, quae et vett. interpretum auctoritate et linguae arab. usu commendatur v. FABRI notas ad HARMARI *observv. de Oriente* T. II, p. 437 sqq. et WINER. Lexic. bibl. II, p. 731.

שָׁלַח 1) *misit* i. e. a) missum fecit, *loslassen* Gen. 49, 21. אַיָּלָה שְׁלֻחָה *cerva missa,* libere vagans (sed v. infra sub n. 2.), hinc trop. Ps. 50, 29. פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה *os tuum misisti* (frenis quasi solvisti) *ad malum* h. e. permittis, ut os tuum mala, perniciosa proferat; sq. מִן vel מֵעַל *remisit ab, loslassen von,* ut יָד *manum suam remittere, retrahere ab* 1 Reg. 13, 4. Cant. 5, 4. — b) πέμπειν, *schicken,* sq. acc. rei vel pers. Gen. 38, 17. 43, 8. 45, 5. Jos. 18, 4. Jes. 6, 8. 48, 16., semel more chald. sq. לְ 2 Chron. 17, 7., שָׁלַח קָשָׁה 1 Reg. 14, 6. *missus dura* h. e. concise ad dura perferenda v. EWALD Gr. p. 590.; ad *aliquem mittere, ablegare* aliquem sq. אֶל Jer. 42, 6. Hos. 5, 13. Gen. 37, 13. Exod. 3, 10. 7, 16. al., sq. עַל Neh. 6, 3. Jer. 29, 31., mittere ad aliquid peragendum sq. infin. c. לְ praefixo Jes. 61, 1. Num. 14, 36.; *alicui* aliquid mittere, sq. לְ pers. Gen. 32, 19. 45, 23. Jud. 3, 15. 2 Chron. 2, 8. (sed *litteras mittere alicui, ad aliq.* sq. אֶל Esth. 9. 20. 30. Jer. 29, 25.); saepe omissus est acc. pers. Gen. 31, 4. וַיִּשְׁלַח יַעֲקֹב וַיִּקְרָא לְרָחֵל *misit et arcessivit Rahelem* h. e. misit, qui arcesseret, arcessendam curavit, 41, 8. Exod. 9, 7. Num. 22, 10. 1 Sam. 4, 4. Jos. 2, 3. al. (additis verbis nuncii Jos. 10, 3. 4. Gen. 38, 28. 1 Reg. 20, 5. 1 Sam. 11, 7.); alibi nuntius mitti perhibetur בְּיַד *per aliquem* 1 Reg. 2, 25. 1 Sam. 16, 20. Prov. 26, 6. Concise dicta haec sunt: 1 Reg. 5, 23. *ad locum* אֲשֶׁר תִּשְׁלַח אֵלַי *quem mihi* (per nuntios) *indicasti,* 1 Reg. 20, 9. כֹּל אֲשֶׁר שָׁלַחְתָּ אֶל־עַבְדְּךָ *omnia quae mihi* (per legatos) *indicasti, praecepisti,* Jer. 42, 5. 43, 1. al. Denique passim sq. dupl. acc. et pers. et rei est: *mandare alicui* (nuntio) *aliquid* (q. d. πέμπειν τινά τι h. e. πράξαντά τι) 2 Sam. 11, 22. 1 Reg. 14, 6. Jes. 55, 11. — Trop. Deus dicitur *mittere (immittere)* vel plagas et calamitates Thren. 1, 13. Jos. 24, 12. vel auxilium Ps. 20, 3. 111, 9. coll. 43, 3. vel verbum suum, oraculum Jes. 9, 7. Ps. 107, 20. 147, 15. v. Pih. Simil. πέμπειν dicitur max. ap. HOMER. — 2) *protendit, extendit* manum Gen. 8, 9. 48, 14. Exod. 4, 4. Ezech 8, 3. (max. de Deo plagas inferente Job. 1, 11. Exod. 3, 20. 9, 15. al.) vel digitum Jes. 58, 9. (sc. ad alios irridendos et contumelia afficiendos) vel id, quod manu tenetur, ut scipionem 1 Sam. 14, 27. Ps. 110, 2., ut falcem Joel. 4, 13.; sq. אֶל vel עַל vel לְ *extendere, intendere ad aliq.,* ut *manum* 1 Chron. 13, 10. Jud. 5, 26. coll. 2 Sam. 6, 6. Sed frequentius haec formula: שָׁלַח יָדוֹ אֶל, בְּ significat a) *manum admovere* alicui rei i. e. aggredi aliquid Job. 28, 9.; b) *manus inferre* alicui rei (Cic. Off. 2, 15.) i. e. suscipere aliquid Exod. 22, 8. Esth. 9, 10. et omisso voc. יָד Obad. 13., fere, ut nostrates dicunt: *Hand an etwas legen;* c) *manum inferre, inficere* alicui, *vim inferre* al. Gen. 37, 22. Esth. 8, 7. Ps. 55, 21. Exod. 24, 11. — Particip. Pahul שָׁלוּחַ *extensus* i. e. *gracilis* Gen. 49, 21. sec. nonnullos

interpr., v. tamen sub 1. — Infin. שְׁלַח Num. 22, 15. et שַׁלַּח Jes. 58, 9., imp. שְׁלַח Exod. 4, 4., cum he paragog. שַׁלְחָה 1 Sam. 16, 11., cum affixo שַׁלְּחֵנִי Jes. 6, 8., fut. יִשְׁלַח Gen. 3, 22. De plur. תְּשַׁלַּחְנָה, qui Obad. 13. Jud. 7, 26. pro sing. poni videtur, cf. Ewald. Gr. p. 272. Partic. praes. שֹׁלֵחַ 2 Reg. 1, 6., cum affixo שֹׁלַחֲךָ 1 Sam. 21, 3. etc.

Niph. *missus est;* infin. absol. נִשְׁלוֹחַ Esth. 3, 13. — Pih. שִׁלַּח 1) *misit* i. e. a) missum fecit, *fortlassen* (oppos. *coercuit, retinuit*) Gen. 32, 27. 1 Sam. 19, 17. 20, 22. 24, 20., *liberum dimisit* (vinctum, detentum) Exod. 4, 23. 5, 2. Levit. 14, 7. Deut. 22, 7. 1 Reg. 20, 42. Zach. 9, 11. coll. Jes. 32, 20., *manumisit* (servum) v. sub חָפְשִׁי, *dimisit* h. e. discedere, abire passus est Jud. 7, 8. (Job. 22, 9. Gen. 31, 24., spec. *filiam* e domo sua *dimittere* h. e. *elocare* Jud. 12, 9.), abeuntem deduxit, *prosecutus est* (προπέμπειν) Gen. 18, 16. 12, 20. 31, 27. Sq. acc. pers. et בְּ vel בְּיַד *permittere* aliquem alicui, *überlassen* Ps. 81, 13. Job. 8, 4. Trop. שִׁלַּח פֶּרַע *capillum promittere* Ezech. 44, 20. cf. graec. *ἰέναι κόμας* Odyss. 6, 231., *ἐθείρας ἰέναι* Iliad. 19, 383. b) consulto a se amovit, abire jussit quacunque demum ratione: α) *schicken, πέμπειν* Jes. 43, 14., sq. acc. pers. (*legavit, ablegavit*) Jes. 10, 6. 57, 9. Gen. 19, 13. 28, 6., sq. acc. rei 1 Sam. 6, 3. Sq. עַל *ad* aliq. 2 Chron. 32, 31. Sed *hoc* tamen rarissime legitur; frequentius sq. עַל Ezech. 5, 17. vel אֶל Ezech. 14, 19. vel בְּ Levit. 16, 25. Ezech. 7, 3. Ps. 106, 15. Jer. 8, 17. Deut. 32, 24. 2 Reg. 17, 25. Ps. 78, 45. est: *immisit* (Deus) *alicui* aliquid (plagam, v. c. feras, famem, pestem etc.); simil. graec. *ἰέναι* ap. Hom.; β) *demittere* Jer. 38, 6. 11. *in puteum funibus demiserunt;* γ) cum vi dictum i. q. *jacere*, ut *sagittas, mittere* 1 Sam. 20, 20. (coll. *ἰέναι βέλος, δόρυ* etc.), *ignem* mittere, *admovere* Hos. 8, 14. Am. 1, 4.; sed legitur etiam vicissim: *in ignem mittere* aliquid (ea adeo, quae mitti non possunt, ut oppida) i. e. *igni comburere* Jud. 1, 8. 20, 48. 2 Reg. 8, 12.; δ) i. q. *emittere, ejicere, expellere* Gen. 3, 23. 1 Reg. 9, 7., hinc שִׁלַּח אִשָּׁה *repudiare uxorem* Deut. 21, 14. 22, 19. Jer. 3, 1. Mal. 2, 10. Jes. 50, 1. coll. 27, 8.; ε) *projicere, abjicere* Eccles. 11, 1. *mitte,* projice *panem tuum in mare,* Job. 29, 6. חֶמְאָתָם תְּשַׁלַּחְנָה *dolores suos* h. e. foetus cum dolore *mittunt, edunt,* Job. 30, 11. רֶסֶן מִפָּנַי שִׁלְּחוּ *frenum coram me projecerunt* i. e. omnem mei reverentiam deposuerunt; *propellere* Job. 30, 12.; ζ) i. q. *excitare* Prov. 6, 14. *contentiones mittit, excitat,* auctor earum est, 16, 28.; η) *rivos mittere* h. e. fluere facere Ps. 104, 10. coll. *ἰέναι ῥόον* Iliad. 12, 25. — 2) *expandit, extendit* Ezech. 17, 7. 31, 5. Jer. 17, 8. Ps. 80, 12. (ramos, radices); שִׁלַּח יָד sq. לְ pers. *manum extendere, protendere, porrigere* alicui (susteritandi, succurrendi caussa) Prov. 31, 20., sq. בְּ *manum immisit, attulit* (capiendi caussa) Prov. 31, 19.; שִׁלַּח לְאֻמִּים *gentes* extendere, *dilatare* h. e. late habitare jubere. — Pyh. שֻׁלַּח 1) *missus factus* h. e. *omni disciplina solutus,* suo arbitrio commissus *est* Prov. 29, 15. נַעַר מְשֻׁלָּח *ein losgelassener Knabe; dimissus est* Gen. 44, 3., *relictus, desertus est* Jes. 27, 10. 2) *missus, ablegatus est* Prov. 17, 11. Dan. 10, 11. Obad. 1. Jud. 5, 15., *ejectus, repudiatus est* Jes. 50, 1., *excussus est* Jes. 16, 2 (nidus avium), *deductus, prolapsus est* Job. 18, 8. — Hiph. sq. בְּ *immisit* (Deus) alicui hostem, famem, feras etc. Levit. 26, 22. Ezech. 14, 13. Am. 8, 11. 2 Reg. 15, 37.

שְׁלַח chald. 1) *misit* Dan. 3, 2. 28. 5, 24. Esr. 7, 14., sq. acc. rei Esr. 4, 17., sq. עַל *ad* al. Esr. 4, 11. 5, 7. 17. 2) *extendit* manum, sq. לְ *manum afferre, aggredi* Esr. 6, 12.

שֶׁלַח m. 1) *missile, telum*, quod in hostem *emittitur* Joel. 2, 8. Neh. 4, 11. 2 Chron. 23, 10 (ubi cum affixo שִׁלְחוֹ) 32, 5., בְּשֶׁלַח *telis perire, confici* Job. 33, 18. 36, 12. (arab. سِلَاح et سِلَاح *arma, sagitta, gladius*). 2) *propago*, ab arbore *emissa*; plur. שְׁלָחִים Cant. 4, 13. 3) nom. *propr.* viri, qui fuit *Arphachsadi* filius Gen. 10, 24. (de quo conjectur. v. ap. Bochart. in Geogr. sacr. 2, 13.), et piscinae hierosolymitanae ad rad. montis Sion Neh. 3, 15., alibi שִׁלֹחַ Jes. 8, 6.

שִׁלֹחַ (*emissio* h. e. *effusio* aquae) fons prope Hierosolyma, sed extra urbem, vicinus tamen moenibus Jes. 8, 6., Σιλωάμ (Joa. 9, 7.). De situ ejus accuratius definiendo ambigunt viri docti. Omnes propemodum, qui Hierosolyma adierunt, ad orientem deprehendisse sibi visi sunt, perantiquae obsecuti famae, sed Hamelsveldius (bibl. Geogr. II, p. 182.) et Gesenius ad Jes. l. c. contendunt, ab occasu brumali situm eum fuisse, adducti in hanc sententiam iis, quae ap. Joseph. de bello Jud. 5, 4, 2. leguntur, at v. Rosenm. (*Alterth.* II, 2, p. 251.) probabiliter contra eos disputantem.

שִׁלֹחִים urbs tribus Judae Jos. 15, 32. v. Simon. Onom. p. 261.

שִׁלְחָה f., plur. שִׁלְחוֹת *propagines* Jes. 16, 8.

שִׁלּוּחִים m. plur. *dimissio* a) uxoris: *repudium* Exod. 18, 2., meton. *libellus repudii* Mich. 1, 14.; b) filiae e domo paterna, meton. *dos* 1 Reg. 9, 16.

שֻׁלְחָן m. *mensa* Jud. 1, 7. 2 Sam. 9, 7. 2 Reg. 4, 10. Jes. 28, 8. etc., fortasse sic dicta, quod *extenditur* et *distenditur*, dum instruitur, quo modo etiam Homerus *τανύειν τράπεζαν* aliquoties dixit, vid. Eustathius ad *Odyss.* X, 370.; אֹכְלֵי שֻׁלְחָנְךָ *Esser deines Tisches* (h. e. *an der Tafel*) *convictores tui* 1 Reg. 2, 7.; שֻׁלְחַן הַפָּנִים *mensa panum facierum* Num. 4, 7., שֻׁלְחַן הַמַּעֲרֶכֶת *id.* 1 Chron. 28, 16.; שֻׁלְחַן יְהוָה *mensa Jovae* i. e. *ara* Mal. 1, 7.; עָרַךְ שֻׁלְחָן *instruere mensam* (coenam) Ps. 23, 5. Jes. 65, 11. Prov. 9, 2. Plur. שֻׁלְחָנוֹת 2 Chron. 4, 8. Ezech. 40, 39. 40. 41. 42., in regim. שֻׁלְחֲנוֹת 1 Chron. 28, 16.

מִשְׁלַח m 1) *locus*, quo *mittuntur*, aguntur pecudes ad pascendum, *pascuum* Jes. 7, 25., fere ut germ. *Trift* a *treiben*, cf. מִדְבָּר. 2) sq. יָד vel יָדַיִם *res, in quam* manus *immittitur* Deut. 12, 7. 15, 10. 23, 21. 28, 8. 20.

מִשְׁלוֹחַ m. 1) *missio* Esth. 9, 19. 22. 2) sq. יָד *res, in quam* manus *immittitur* Jes. 11, 14.

מִשְׁלַחַת f. *missio* Ps. 78, 49., *dimissio* Eccles. 8, 8.

שָׁלַט voc. recentius: *dominatus est in* sliq. (arab. سلط), sq. עַל Neh. 5, 15, sq. בְּ Eccles. 8, 9.; *dominus factus est* rei sq. בְּ Eccles. 2, 19., hinc *subegit* sq. בְּ Esth. 9, 1. Fut. יִשְׁלַט. — Hiph. הִשְׁלִיט *dominari fecit*

Ps. 119, 133. sq. ב, *potestatem dedit* alicui aliquid faciendi sq. infin. c. ל Eccles. 5, 18. 6, 2.

שְׁלַט chald. 1) *dominatus est in* al. sq. ב Dan. 2, 39. 5, 7. 16., it. *vim habuit in*, sq. ב: לָא שְׁלַט נוּרָא בְּגִשְׁמֵהוֹן *non habuit ignis vim in iis* Dan. 3, 27. 2) *irruit in* al. atque ita *in potestatem suam redegit*, sq. ב Dan. 6, 25 (ubi praet. 3. plur. שְׁלִטוּ). Fut. יִשְׁלַט. — Aphel הַשְׁלַט *dominari fecit, dominum constituit* Dan. 2, 38. 48.

שֶׁלֶט m. *scutum*, quo fit ut manus *valeant* et dominentur (coll. Homer. ἀσπὶς κραταιὴ *Iliad.* 3, 349. 15, 45.). Plur. שְׁלָטִים 2 Reg. 11, 10. 1 Chron. 18, 7. 2 Chron. 23, 9. Jer. 51, 11., in regim. שִׁלְטֵי 2 Sam. 8, 7. Cant. 4, 4. Ezech. 27, 11. Ea voc. interpretatio nititur et locorum contextu et Judaeorum auctoritate. Accedit Chaldaeus, qui 1 Chron. 18. תַּרְסִין et 2 Chron. 23. עֲגִילָא posuit, quo utroque voc. *scutum* significatur. Vulg. uno in loco 2 Chron. *peltas* habet. Reliqui explicatores antiqui vel *pharetras* vel *jacula* vel *brachialia* (χλιδῶνας) cet. interpretantur, et *pharetras* quidem dici putarunt etiam Jarchius, Michaelis (coll. سَلَطٌ *sagitta*), Rosenm. ad Ezech. 27, 11., nec tamen e loco Jer. 51, 11., quo illi potissimum utuntur, id necessario consequitur.

שַׁלִּיט m., שַׁלְטָת foem. 1) *potestatem habens in*, sq. ב Eccles. 8, 8. Gen. 42, 6.; subst. *princeps* Eccles. 7, 19. 10, 5. 2) *impudens* Ezech. 16, 30., coll. arab. سَلِيطَةٌ *mulier, clamosa* et *impudens*.

שַׁלִּיט m. chald. *potens* Dan. 2, 10. 4, 22., sq. ב *potestatem habens in* al. Dan. 4, 14. 29. 5, 21.; subst. שַׁלִּיט *princeps* Dan. 5, 29. Esr. 4, 20.; neutr. לֵא שַׁלִּיט sq. infin. c. praefixo ל: *non licet*, non conceditur potestas Esr. 7, 24.

שַׁלְטָת f. v. sub שַׁלִּיט hebr.

שַׁלְטָן m. *potens* Eccles. 8, 4., sq. ב *potestatem habens in* Eccles. 8, 8.

שַׁלְטוֹן m. chald. *dominus, magistratus* Dan. 3, 2. 3.

שָׁלְטָן m. chald. *dominatus, imperium* (arab. سُلْطَانٌ) Dan. 7, 6. 14., emphat. שָׁלְטָנָא Dan. 7, 27., in regim. שָׁלְטַן Dan. 7, 14., cum affixis שָׁלְטָנָהּ Dan. 4, 19., שָׁלְטָנַהּ Dan. 3, 33. 6, 27. 7, 14. 26., שָׁלְטָנְהוֹן Dan. 7, 12. Plur. שָׁלְטָנִין, emphat. שָׁלְטָנַיָּא *regna* Dan. 7, 27.

שָׁלַךְ in Kal inusitat., Hiph. הִשְׁלִיךְ 1) j e c i t, *projecit, conjecit* 2 Reg. 3, 25. Ps. 147, 17. Eccles. 3, 5. Gen. 21, 15. (הִשְׁלִיךְ גּוֹרָל *sortes jecit* Jos. 18, 8. 10.), sq. אֶל Gen. 37, 20. Num. 19, 6. Deut. 9, 21. 2 Reg. 23, 12. Jer. 36, 23. 51, 63. vel ב Exod. 32, 24. Mich. 7, 20.: *projecit, conjecit in* (undas, ignem, foveam etc.); הִשְׁלִיךְ עַל רֹאשׁ מ *conjecit, jaculatus est* aliquid (lapidem) *in caput alt.* Jud. 9, 53. coll. Num. 35, 20. 22. (ellipt. Job. 27, 22. יִשְׁלֹךְ עָלָיו וְלֹא יַחְמֹל *jacit in eum* sagittas *nec parcit*), sq. ל alicui (cani) aliquid *projecit* Exod. 22, 31., הִשְׁלִיךְ מִיָּדוֹ *e manu* aliquid *abjecit* Jud. 15, 17., בַּעַל vel הִשְׁלִיךְ מֵעָלָיו *abjicere, deponere*

aliq. Ps. 2, 3. Ezech. 18, 32., hinc ה׳ etiam absol. est *abjicere (von sich werfen)* 2 Reg. 7, 15. Ezech. 20, 7.; sq. מִן loci *ejicere* e Neh. 13, 8. Translate dicuntur hae phrases: a) אַחֲרֵי גַּוּ vel אַחֲרֵי ה׳ *conjicere aliquid* vel *aliquem post se* h. e. curam ejus deponere, eum negligere, contemnere Ps. 50, 17. 1 Reg. 14, 9. Neh. 9, 26. Jes. 38, 17. Ezech. 23, 35. b) ה׳ עַל יְהוָה *in Jovam* aliquid *conjicere* h. e. *curae ejus committere*, commendare Ps. 55, 23. cf. גלל. c) יְהוָה ה׳ אֹתוֹ מֵעַל פָּנָיו *Jova eum rejecit*, curam ejus abjecit Jer. 7, 15. 2 Reg. 13, 23. 24, 20. 2 Chron. 7, 20.; etiam absol. Ps. 71, 9. d) נַפְשׁוֹ ה׳ נִגֵּד *summo vitae periculo se exposuit* Jud. 9, 17. Simil. παραβάλλεσθαι τὴν ψυχήν Iliad. 9, 322. e) Deut. 29, 27. וַיַּשְׁלִיכֵם אֶל־אֶרֶץ אַחֶרֶת *et* conjecit, *ejecit* eos (incolas), transtulit *in aliam terram*, cf. Am. 4, 3. f) Ps. 60, 10. 108, 10. עַל אֱדוֹם אַשְׁלִיךְ נַעֲלִי vel: *in Edomitas conjicio calceum meum*, quod fortasse fuit dominationis symbolum (cf. Castelli Lex. col. 2342.), vel: *Edomitis projicio calceum meum*, tanquam servis eum portaturis. Utram explicationem eligas, sensus hic est: Edomitas subigo, subjicio mihi. — 2) *dejecit, evertit* Jer. 9, 18 (castella), trop. Job. 18, 7. *dejicit, evertit*, perdit *eum suum ipsius consilium*. — Hoph. הָשְׁלַךְ et הָשְׁלָךְ 1) *jactus, conjectus, projectus est* 2 Sam. 20, 21. Jer. 14, 16. Ezech. 16, 5. 19, 12. (sq. לָאָרֶץ), sq. ל *projectus est alicui* Jer. 36, 30. *corpus ejus projicietur, objicietur frigori (wird preisgegeben werden)*; sq. מִן *ejectus est* Jes. 14, 19., trop. sq. עַל Ps. 22, 11. עָלֶיךָ הָשְׁלַכְתִּי מֵרֶחֶם in te (Jovam) conjectus sum, conjeci me h. e. *tibi, curae tuae me commisi*. 2) *dejectus, eversus est* Dan. 8, 11.

שֶׁלֶךְ m. Levit. 11, 17. Deut. 14, 17. Bochart o (Hieroz. II, 2, 21.) et Oedmanno (Collect. fasc. 3. p. 68.), praeeuntibus Lxx., *catarrhactes, Pelecanus Bassanus* L., de summis scopulis et e sublimi aëre in aquas, ut praedam inde extrahat, *se dejiciens*.

שַׁלֶכֶת f. 1) vel *dejectio* (foliorum), ut Chald. interpretatus est, vel *caesura* arboris, qua *dejicitur*, ut recentt. interpretes Jes. 6, 13. 2) nom. propr. portae templi 1 Chron. 26, 16.

שָׁלַל propr. *traxit, extraxit* (ut arab. سَلَّ) Ruth. 2, 16.; deinde *detraxit*, hinc *spoliavit, diripuit* aliquem Hab. 2, 8. Ezech. 39, 10. Zach. 2, 12. Jer. 50, 10., *diripuit, rapuit* aliquid Ezech. 26, 12.; שָׁלַל שָׁלָל *praedam agere* Jes. 10, 6. Ezech. 29, 19. Praet. defect. שָׁלוֹת, pidr. שָׁלְכָה, infin. absol. defect. שׁל Ruth. l. c., infin. constr. שְׁלֹל Ezech. 38, 12. 13. Fut. plur. תָּשֹׁלּוּ, cum affixo יִשְׁלְלוּךָ Habac. l. c. — Hithpoh. אִשְׁתּוֹלַל (chald. pro הִשְׁתּוֹלֵל) *spoliatus est* i's. 76, 6. Jes. 59, 15. [יָשַׁל vid. sub rad. נשל].

שָׁלָל m. *spolium*, hosti *detractum*, it. generatim: *praeda (spolia)* Gen. 49, 27. Exod. 15, 9. Ps. 68, 13. Prov. 1, 13. Jes. 8, 1. 4., etiam de pecore 1 Sam. 15, 19.; בָּזַז שָׁלָל vel שָׁלַל *praedam agere* 2 Chron. 28, 8.; שְׁלַל דָּוִד *spolia Davidis* h. e. a Davide acta 1 Sam. 30, 20.; וְהָיְתָה לּוֹ נַפְשׁוֹ לְשָׁלָל *erit ei vita pro praeda* h. e. vivus servabitur Jer. 21, 9. In loco Jud. 5, 30. צָבַע רִקְמָתַיִם לְצַוְּארֵי שָׁלָל malumus cum Schnurrero vertere: *bina tegmina acu picta collis jumentorum* (v. supra), quam cum Hollmanno: *duas versicolores collo praedatorum*, ita ut שָׁלָל

dictum sit pro אִישׁ שָׁלֵל. — 2) *lucrum* Prov. 31, 11., coll. germ. *Ausbeute.*

שָׁלֵל m. 1) *spoliatus, exutus* vestibus Mich. 1, 8. v. Rosenm. ad h. l. 2) *captus, captivus* Job. 12, 17. 19.

שָׁלַם 1) *integer* h. e. *incolumis, salvus fuit* (ut arab. سلم) Job. 9, 4. 22, 21. 2) *integer factus, completus, consummatus, absolutus est* 1 Reg. 7, 51. Neh. 6, 15. (de opere) Jes. 60, 20 (de tempore); מִשְׁלַם *finis.* 3) petita significatione a nomine שָׁלוֹם: *pacem habuit, coluit,* hinc שָׁלֵם *pacificus* 2 Sam. 20, 19., שָׁלְמִי *familiaris meus* Ps. 41, 10. — Pot. יְשַׁלֵּם. — Pih. שִׁלֵּם et שִׁלַּם 1) *perfecit, absolvit* 1 Reg. 9, 25 (domum), *persolvit* vota Jes. 19, 21. Ps. 61, 9. 50, 14. Eccles. 5, 3., sacrificia Hos. 14, 3. 2) *compensavit* (damna) Exod. 21, 36. Levit. 5, 16., hinc *reddidit* 2 Reg. 4, 7. Ps. 37, 21., *rependit* aliquid Jer. 16, 18. 32, 18., alicui 2 Reg. 9, 26. Ps. 62, 13. Jud. 1, 7. Deut. 7, 10. sq. dat. pers. (v. גָּמַל), *remuneratus est* aliquem sq. acc. pers. Ps. 31, 24., aliquem aliqua re sq. dupl. acc. Ps. 35, 12.; אֶת־צַדִּיקִים יְשַׁלֵּם טוֹב *pios remuneratur felicitas* i. e. pii felicitatem tanq. praemium reportant Prov. 13, 21.; אֲשַׁלֵּם נֶחָמִים לוֹ *remunerabor eos* pro calamitatibus, quas perpessi sunt, *solatiis* v. Rosenm. 3) *integrum, incolumem servavit, praestitit* Job. 8, 6. — Pyh. 1) *persolvi* Ps. 65, 2 (de votis). 2) *rependi* Jer. 18, 20., it. *praemio* facinorum *affici* sive in bonam Prov. 13, 13., sive in malam partem 11, 31. 3) מְשֻׁלָּם *qui pacem habet cum* al., *amicus* al. Jes. 42, 19. All. i. q. arab. مُسْلِم *qui se totum Deo tradidit* v. Hiph. — Hiph. הִשְׁלִים 1) *absolvit, finem fecit* Jes. 38, 12 sq., *perfecit* (decreta) Jes. 44, 26. 28. Job. 23, 14. 2) *pacem fecit (junxit)* vel *coluit cum al.* sq. עִם 1 Reg. 22, 45. Deut. 20, 12., sq. אֶת 2 Sam. 10, 19. Jos. 10, 1.; it. pace facta *se in ditionem tradidit, in fidem dedidit* sq. אֶל Jos. 11, 19. (arab. سلم III. *pacem fecit,* IV. *dedidit se*). Semel caus.: fecit ut quis secum pacem jungeret, *amicum sibi reddidit* Prov. 6, 7. — Hoph. Job. 5, 23. חַיַּת הַשָּׂדֶה הִשְׁלְמָה לָךְ *ferae agrestes pacatae, familiares tibi erunt.*

שְׁלַם chald. *absolvit, perfecit* (opus) Esr. 5, 16. — Aphel *finem fecit, exitum imposuit* Dan. 5, 26., it. *restituit, reddidit* Esr. 7, 19.

שָׁלֵם m., שְׁלֵמָה foem. 1) *absolutus (zu Stand gebracht, beendigt)* 2 Chron. 8, 16., *perfectus, consummatus* (ad summum fastigium adductus) Gen. 15, 16. 2) *integer* i. e. a) qui justum suum vel numerum vel magnitudinem habet, גְּלוּת שְׁלֵמָה *captivitas integra* h. e. ingenti et pleno numero Am. 1, 6. 9., אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת *lapides integri* h. e. nondum caesi vel dolati Deut. 27, 6. Jos. 8, 31. et alio sensu אֶבֶן שְׁלֵמָה *pondus integrum, justum* Deut. 25, 15. Prov. 11, 1.; b) qui justam suam conditionem servavit, *incolumis, salvus* Gen. 33, 18. Nah. 1, 12. 3) *pacatus, pacem colens* sq. עִם Gen. 34, 21., spec. עִם יְהוָה *Deo deditus* 1 Reg. 8, 61. 11, 4. 15, 3., et absol. 1 Chron. 28, 9. 2 Chron. 15, 17. coll. سلم IV. *commisit res suas Deo,* مُسْلِم muham-

medicae religionis assecla; לֵבָב שָׁלֵם *animus pius* 2 Reg. 20, 3. 2 Chron. 16, 9. 4) nom. propr. Hierosolymorum Gen. 14, 18. Ps. 76, 3., arab. شَلَمٌ et شَلَّمٌ, graec. Σόλυμα Joseph. Antt. 1, 10.

שָׁלוֹם m. 1) adject. a) *integer* Jer. 13, 19. הָגְלָה יְהוּדָה כֻּלָּהּ הָגְלָת שְׁלוֹמִים *captiva abducta est tota Judaea, abducti sunt* (cives) *integri* h. e. pleno numero: deinde i. q. incolumis, salvus 2 Sam. 20, 9. Gen. 43, 27. Job. 5, 24. b) *tranquillus, securus* Ps. 69, 23., *pacem colens* cum aliq., *amicus* Ps. 55, 21. — 2) substant. *integritas*, qua alicujus res florent, *incolumitas*, *salus* qua quis fruitur (arab. سلام) Jes. 48, 18. Deut. 29, 29., hinc שָׁאַל לְ לְשָׁלוֹם *interrogare aliquem de salute* h. e. interr. an bene valeat Gen. 43, 27. 1 Sam. 10, 4. 17, 22. etc. (raro de rebus, 2 Sam. 11, 7. וַיִּשְׁאַל לִשְׁלוֹם הַמִּלְחָמָה h. e. interrogabat, an res prospere gererentur, *ob's im Felde gut stünde*, 2 Reg. 5, 21.), hinc רָאָה, פָּקַד, יָדַע שְׁלוֹם פ׳ *videre, cognoscere, an quis* bene *valeat* Gen. 37, 14. 1 Sam. 17, 18. Esth. 2, 11. (concisius 2 Reg. 10, 13.), hinc formula: הֲשָׁלוֹם לְ *an* bene *valet* (hic vel hic) Gen. 29, 6. 2 Reg. 4, 26. coll. 2 Sam. 18, 29., hinc acclamatio: שָׁלוֹם *vale* 2 Sam. 18, 28. vel שָׁלוֹם לְךָ 1 Chron. 12, 18., nec non לֵךְ לְשָׁלוֹם 1 Sam. 1, 17. 20, 42, לֵךְ בְּשָׁלוֹם 2 Sam. 15, 9., quibus verbis abeuntem prosequi solent, ut Latini dicunt: *vale*, cf. Mr. 5, 34. Luc. 7, 50. et Assemani Bibl. or. I, p. 376. Spec. שָׁלוֹם significat a) *pacem*, qua quis fruitur (nam pacis tempore res nostrae integrae sunt et incolumes) Levit. 26, 6. Jud. 4, 17. Ps. 29, 11. 1 Sam. 7, 14., עָשָׂה שָׁלוֹם לְ *pacem concedere alicui* Jos. 9, 15. Jes. 27, 5., קָרָא לְשָׁלוֹם לְ *pacem offerre alicui* Deut 20, 10. Jud. 21, 13., עָנָה שָׁלוֹם אֵת פ׳ *pacem* oblatam *accipere* Deut. 20, 11., מַלְאֲכֵי שָׁלוֹם *nuntii pacis* Jes. 33, 7., בְּשָׁלוֹם *pace, pacis tempore* 1 Reg. 2, 5. Job. 15, 21., אִישׁ שָׁלוֹם *pacificus* Ps. 37, 37., דִּבְרֵי שָׁלוֹם *verba pacifica* Deut. 2, 26.; b) *concordiam* Ps. 34, 15. Prov. 12, 20. Zach. 6, 13.; c) *tranquillitatem* animi Ps. 4, 9. 2 Reg. 4, 23., וַתֹּאמֶר שָׁלוֹם *dixit, tranquillo* (bono) *animo esto*; huc pertinet formula crebro obvia: שָׁלוֹם לְךָ, לָכֶם *bono animo esto, estote*, qua ad confirmandos animos utuntur Gen. 43, 23. Jud. 6, 23. 19, 20. Dan. 10, 19. coll. 1 Sam. 20, 21., sed vide tamen, an non haec form. rectius explicetur: *salus tibi erit*, salutem tibi nuncio, cf. Luecke ad Joh. II, p. 397. Cet. seriores Judaei, Arab. et Syri his verbis ad salutandos homines utuntur, cf. etiam arab. قال السلام i. e. *salutavit, valedixit*, et Pesch. Mr. 9, 15. Rom. 16, 3.; d) *amicitia* vel gratia, qua quis ap. aliquem floret Ps. 41, 10. Jer. 20, 10. 38, 22., מָצָא שָׁלוֹם Cant. 8, 10. i. q. מָצָא חֵן, דִּבְרֵי שָׁלוֹם Ps. 28, 3. *amice*, comiter *loquentes*; adde 1 Reg. 2, 13. הֲשָׁלוֹם בֹּאֶךָ i. e. *num pacato, benevolo animo venis?*

שְׁלָם m. chald. *salus* Esr. 4, 17. Dan. 3, 31. 6, 26. (in epistolis).

שֶׁלֶם m. *sacrificium eucharisticum* Am. 5, 22., q. d. *compensatio* beneficiorum divinorum, ut german. *danken* sumitur pro *retribuere*, et *Dank* pro *mercede* et *retributione*, coll. verbo שלם in Pih. n. 2. Simil. lat. *hostia* dicitur ab *hostio* i. e. *penso, aequo*. Legitur etiam זֶבַח שְׁלָמִים Levit. 3, 1. 7, 11 sqq. Num. 7, 17 sqq. Plur. שְׁלָמִים Exod.

20, 21. Jos. 22, 27. et זִבְחֵי שְׁלָמִים Exod. 24, 5.; in regim. שַׁלְמֵי Levit. 10, 14., cum affixo שַׁלְמֵיכֶם Levit. 7, 32. Num. 10, 10.

שְׁלֹמֹה (*pacificus*) *Salomo*, rex Israel., 2 Sam. 5, 14. 1 Reg. 1, 10 sqq. 2, 1 sqq. Cant. 3, 7. 8, 11. Jer. 52, 20. etc., syr ܫܠܡܘܢ, arab. سُلَيْمَان.

שְׁלוֹמִית (*retributio?*) nom. propr. et feminarum Levit. 24, 11. 1 Chron. 3, 19. et virorum 2 Chron. 11, 20. Esr. 8, 10. 1 Chron. 23, 9. 18.

שׁוּלַמִּית nom. propr. *puellae*, quae in Cant. celebratur Cant. 7, 1.; Vulg. *pacifica*.

שֶׁלֶם m. *compensatio, retributio* Deut. 32, 35.

שִׁלּוּם m. Mich. 7, 3. et שִׁלֻּם Hos. 9, 7. *id.*, plur. שִׁלּוּמִים Jes. 34, 8.

שִׁלְמָה f. *retributio, punitio* Ps. 91, 8.

שַׁלּוּם nom. propr. viror. 2 Reg. 15, 10. 22, 14. Esr. 2, 42. 7, 2. Neh. 3, 12. 1 Chron. 7, 13. Jer. 22, 11. etc.

שַׁלְמוֹן m., plur. שַׁלְמֹנִים *mercedes, praemia*, quibus quis corrumpitur Jes. 1, 23.

שַׁלְמַן v. sub שלמנאסר.

שַׁלְמָא fortasse nomen *Kenitarum*, posterorum soceri Mosis, ut apud Chaldaeos, q. d. *pacifici* h. e. *foederati* Israelitarum. J. D. Michaelis in *Suppl.* p. 2329.

שַׁלְמַנאֶסֶר nom. propr. regis Assyriae 2 Reg. 17, 3. 18, 9. (cf. Tob. 1, 2. 4 Esr. 4, 12. 6, 18.), sec. Bohlen. i. q. pers. شرمان ازر (permutatis ל et ר literis) i. e. *verecundus erga ignem*. Idem nomen videtur esse שַׁלְמַן Hos. 10, 14., ubi cf. Rosenm.

שַׂלְמָה f. transpositis litteris i. q. שִׂמְלָה *vestis* (quod vid. infra) Exod. 22, 8. 1 Reg. 11, 29. 30. Ps. 104, 2. Mich. 2, 8. Deut. 24, 13.; plur. שַׂלְמוֹת Jos. 9, 5. 1 Reg. 10, 25., cum affixo שַׂלְמֹתֵיהֶם Jos. 9, 13. — Est etiam nom. propr. patris Boasi Ruth. 4, 20., qui Ruth. 4, 21. שַׁלְמוֹן et 1 Chron. 2, 11. שַׁלְמָא vocatur.

שָׁלַף *extraxit* (chald. *id.*) telum ex vulnere Jud. 3, 22., gladium e vagina 1 Sam. 17, 51., hinc *strinxit* gladium Jud. 8, 20. 9, 54. Num. 22, 23. (שֹׁלְפֵי חָרֶב *stringentes gladium* i. e. armati Jud. 8, 10. 20, 20.) coll. Job. 20, 25., *detraxit* sibi, *exuit* calceum Ruth. 4, 7. 8., *evellit* Ps. 129, 6.

שָׁלֶף Gen. 10, 26. 1 Chron. 1, 20. *Salepeni*, in media Arabia felici v. Bochartı *Phal.* c. 16. p. 113. Michaelis *Spicil.* T. II, p. 154.

שָׁלֹשׁ et שְׁלוֹשׁ f., שְׁלֹשָׁה m., in regim. שְׁלֹשׁ f. ante makkeph שְׁלֹשׁ־ (Exod. 21, 11.), שְׁלֹשֶׁת m.: tres (arab. ثَلَاثٌ, ثَلَثَةٌ, aram. תְּלָת, תְּלָתָא); שָׁלֹשׁ

שָׁנִים *tres anni* Gen. 11, 13., שְׁלֹשׁ עָרִים *tria oppida* Deut. 4, 41., it. עָרִים שָׁלֹשׁ Jos. 21, 32., שְׁלֹשָׁה בָנִים *tres filii* Gen. 6, 10., שְׁלֹשׁ סְאִים *tria sata* (trias satorum) Gen. 18, 6., שְׁלֹשֶׁת יָמִים *tres dies, triduum* Gen. 30, 36.; c. affixis שְׁלָשְׁתָּם *tres illi* Num. 12, 4., שְׁלֹשְׁתְּכֶם *tres vos* Num. 12, 4. — Pro ordinali *tertius* legitur Esth. 3, 12. 8, 9. 12. 9, 1. 1 Chron. 25, 20. 2 Reg. 13, 1. — Plur. שְׁלֹשִׁים *triginta* Gen. 5, 3. 16. Exod. 12, 40. 41. Levit. 27, 4. Num. 4, 3., it. *trigesimus* 1 Reg. 16, 23. 29. 2 Reg. 13, 10. 15, 8. 13. 17. 2 Chron. 15, 19. 16, 1. 12. Neh. 5, 14. etc. Inde formatum est verbum in Pihel

שִׁלֵּשׁ 1) *in tres partes divisit* Deut. 19, 3. 2) *tertium* aliquid *fecit*, q. d. *tertiavit* 1 Reg. 18, 34. 3) *tertio die* aliquid *fecit* 1 Sam. 20, 19. — Pyhal part. מְשֻׁלָּשׁ, foem. מְשֻׁלֶּשֶׁת *triplicatus, triplex* Eccles. 4, 12. Ezech. 42, 6., it. *triennis* Gen. 15, 9.

שְׁלִישִׁי m., שְׁלִשִׁית s. שְׁלִישִׁת fem. *tertius* Gen. 2, 14. Exod. 19, 1. 16. Levit. 7, 17. 18. Num. 7, 24. Jos. 9, 17. etc., plur. שְׁלִשִׁים 1 Sam. 19, 21.; Num. 2, 24. שְׁלֹשִׁים וְסָעָה *tertii* (tribus agminibus, tripartito agmine) *proficiscentur*; שְׁלִשִׁים subst. *tabulata tertia* (suprema) Gen. 6, 16. Ezech. 42, 3. — Foem. sign. etiam *tertiam partem* Num. 15, 6. 7. 2 Sam. 18, 2. 2 Reg. 11, 5. 2 Chron. 23, 4. Neh. 10, 33. Ezech. 46, 14. Zach. 6, 3. etc., cum affixo שְׁלִשִׁיתֵךְ (cum jod superfluo pro שְׁלִשִׁתֵךְ) *tertia pars tui* Ezech. 5, 12., cum he paragog. שְׁלִשִׁתָה *tertia vice, tertium* Ezech. 21, 19. (alibi בַּשְּׁלִשִׁית 1 Sam. 3, 8.); הַשְּׁלִשִׁית, praemisso מָחָר, est *perendie* 1 Sam. 20, 12.

שְׁלִשׁ et שָׁלִשׁ 1) *mensurae* species, *tertiam* partem totius alicujus continens, vulgo *triens* s. *triental*; sec. Lud. de Dieu id. q. סְאָה, quae est *tertia* pars ephae, coll. aethiop. mäsäles (quod in versione N. T. ponitur pro σάτον) Ps. 80, 6. (ad quem loc. v. Ewald. Gr. p. 592.) Jes. 40, 12. 2) plur. שָׁלִשִׁים instrumentum musicum, aliis *trichordium*, al. *triangulum* sive *trigonum* 1 Sam. 18, 6. v. Pfeiffer *Musik d. Hebr.* p. 56. 3) plur שָׁלִשִׁים milites nobiliores a) in exercitu Aegyptiorum, qui cum רֶכֶב et מֻרְכָּבוֹת componuntur Exod. 14, 7. 15, 4. b) in exercitu Israel., qui inter regum satellites referuntur 1 Reg. 9, 22. 2 Reg. 10, 25, et cum שָׂרֵי רֶכֶב 1 Reg. l. c. copulantur. Quales fuerint et unde nomen acceperint, definiri non potest. Lxx., qui Exod. 15, 4. ἀναβάται τριστάται interpretantur, videntur *milites de curribus pugnantes* significare velle; nam *trini* in singulis curribus stare solebant, auctore Origene in Caten; hos autem milites dignitate reliquos omnes superasse, haud incredibile est. Sed possis tamen etiam *lectissimos milites, robur militum* dici existimare, eadem fere ratione, qua ap. Romanos *triarii*. Hos in curribus (in quibus maximum istarum gentium robur inerat) constitutos et prae ceteris satellitum cohorti additos esse, nemo mirabitur. *Praefectus* שָׁלִשִׁים appellatur 1 Chron. 12, 18. רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁי (רֹאשׁ הַשָּׁלִשִׁים 2 Sam. 23, 8.) atque idem significari videtur sing. שָׁלִשׁ 2 Reg. 7, 2. 9, 25. 15, 25., nec audiendus Jahnius est (*Archaeol.* II, 2, p. 477.), qui hanc significationem omnibus istis locis intulit.

שְׁלִישִׁי 1) *triarius* (v. שָׁלִשׁ n. 3.), unde 2 Sam. 23, 8. רֹאשׁ הַשְּׁלִשִׁי *praefectus triariorum*, de singul. v. Ewald. Gr. p. 296. 2) plur.

שָׁלִישִׁים *principalia, nobilia, excellentia* sec. Kri Prov. 22, 20., sed Cthib nabet שְׁלֹשׁוֹם *nudius tertius* i. e. *jam dudum.*

שָׁלִשָׁה nom., ut videtur, regionis Palaestin. 1 Sam. 9, 4., in qua situm fuit oppidum בַּעַל שָׁלִשָׁה 2 Reg. 4, 42., quod ap. Eusebium scribitur *Beth Schalischa.*

שְׁלִשִׁים plur. m. *ii, qui sunt tertiae generationis, pronepotes* Gen. 50, 23. Exod. 20, 5. 34, 7. Num. 5, 9. Deut. 14, 18.

שְׁלִשׁוֹם *nudius tertius* (copulat. c. תְּמוֹל) synecdoch.: a) תְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם Exod. 5, 8. Ruth. 2, 11. et גַּם תְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם 1 Chron. 11, 2. 2 Sam. 5, 2.: *olim.* b) כִּתְמוֹל שִׁלְשׁוֹם *ut heri, nudius tertius* i. e. *ut antehac* Gen. 31, 6. c) מִתְּמוֹל שִׁלְשׁוֹם Deut. 19, 6. et גַּם מִתְּמוֹל גַּם מִשִּׁלְשׁוֹם Exod. 4, 10.: *jam pridem.* De loco Prov. 22, 20. v. sub שָׁלִישִׁי.

מִשְּׁלֹשׁ m. *trias* Gen. 38, 24.

שָׁם propr. *ibi,* de loco (arab. ثَمَّ, syr. ܬܡܢ, chald. תָּם) Gen. 2, 12. Deut. 10, 5. Ps. 133, 3. Job. 3, 17. Am. 7, 12. etc.; אֲשֶׁר שָׁם Exod. 20, 18. 2 Chron. 6, 11., saepius, una pluribusve vocibus interpositis, שָׁם - - אֲשֶׁר Gen. 13, 3. 2 Sam. 15, 21. Jer. 7, 12. al.: *ubi;* שָׁם - - שָׁם *hic illic* Jes. 28, 10.; מִשָּׁם v. infra. Passim jungitur cum verbis *motus,* ut vertendum sit *eo* Deut. 1, 37. 1 Sam. 2, 14. 2 Reg. 19, 32. etc. Simil. graec. ἐκεῖ pro ἐκεῖσε ponitur v. Winer. Grammat. N. T. p. 171., quod quomodo per synchysin explicari debeat, facile patet (cf. sub part. ב). Hinc אֲשֶׁר שָׁם *quo* Jer. 19, 14. 1 Reg. 18, 10. — Λ *loci* significatione ad *temporis* translatum est in his: Ps. 14, 5. שָׁם פָּחֲדוּ פָחַד *tum timebunt metum,* Ps. 132, 7. שָׁם אַצְמִיחַ קֶרֶן לְדָוִד *tum crescere faciam cornu Davidi.* Simil. lat. *ibi* et graec. ἐκεῖ. — Cum he paragog. שָׁמָּה *eo* Gen. 19, 20. Num. 35, 6. Jud. 18, 17. 2 Reg. 6, 14. etc., passim *ibi* Jer. 18, 2. 1 Chron. 4, 41. al. (sed sejungendi sunt loci Gen. 23, 13. Exod. 29, 42. etc.; nostrates etiam dicunt: *einen wohin begraben*); אֲשֶׁר שָׁמָּה *quo* Gen. 20, 13. Num. 35, 25. Deut. 30, 3. Jer. 16, 15., *ubi* Ruth. 1, 7. 2 Reg. 23, 8. (sed noli huc referre Jer. 13, 7. Exod. 29, 42.). — Cum praefixo: מִשָּׁם *inde:* a) de loco 1 Sam. 4, 4. 1 Reg. 9, 28. 2 Reg. 23, 12. etc., אֲשֶׁר מִשָּׁם *unde* Deut. 9, 28.; b) de tempore Hos. 2, 17.; c) i. q. *a quo, a qua re, e quo, e qua re* etc. (ut lat. *inde, unde* sexcenties) 1 Reg. 17, 13. עֲשֵׂה לִי מִשָּׁם עֻגָה *fac mihi inde* (ex illa farina) *placentam.* Sed Gen. 10, 14. huc non traxerim; nec illis assentior, qui מִשָּׁם pro שָׁם poni volunt; nam Jes. 65, 10. לֹא יִהְיֶה מִשָּׁם עוֹל וְנָקֵן recte verteris: *non existet, orietur inde infans aut senex;* Am. 9, 4. מִשָּׁם אֲצַוֶּה אֶת־הַחֶרֶב וַהֲרָגַתַם concise dictum est pro: *praecipiam gladio, qui inde,* ex ista gente, *prodiit, ut occidat* etc.; denique Job. 39, 29. neminem morabitur, cum nostrates etiam dicant: *von dort erspäht er seinen Raub.*

שֵׁם m. 1) nomen (arab. اِسْم et سِمٌ, aeth. ስም, syr. ܫܡܐ, samar. שמא) Gen. 17, 5. 15. 2 Reg. 23, 34. al., קָרָא שֵׁם לְ vel קָרָא שֵׁם פ *nomen alicui imponere* v. sub קָרָא (ὄνομα καλεῖν τινα); עַל שֵׁם פ Deut. 3, 14. 25, 6. Neh. 7, 63. et בְּשֵׁם פ Jos. 19, 47.: *ex, de nomine alicujus* (vocari); בְּשֵׁם פ *alic. nomine* i. e. auctoritate Esth. 2, 22. 3, 12. Exod.

5, 23., יָדַע בְּשֵׁם *aliquem nomine* h. e. accurate *nosse* i. e. singulari benevolentia amplecti Exod. 33, 12.; בְּשֵׁמוֹת *nominatim* 1 Chron. 12, 30. Esr. 10, 16.; מָחָה שֵׁם פ׳ Deut. 9, 14. 2 Reg. 14, 27. Ps. 9, 6., אָבַד שֵׁם פ׳ Deut. 12, 3., הִכְרִית שֵׁם פ׳ Jos. 7, 9. Zach. 13, 2. coll. Ruth. 4, 10., הִשְׁמִיד שֵׁם פ׳ 1 Sam. 24, 22. coll. Ps. 48, 19.: *nomen* i. e. *memoriam alic. delere*, adde Prov. 10, 7. — Meton. denotat a) *famam* (ut ὄνομα et *nomen* v. DE LA CERDA ad VIRGIL. Aen. 1, 613.) Gen. 9, 27. Deut. 26, 19. Jer. 13, 11. Ezech. 34, 29., hinc אַנְשֵׁי שֵׁם Num. 16, 2., et אַנְשֵׁי שֵׁמוֹת 1 Chron. 5, 24. *viri clari, nobiles*, et contra בְּנֵי בְלִי שֵׁם *filii hominis obscuri, ignobilis* Job. 30, 18., עָשָׂה vel שׂוּם לוֹ שֵׁם Gen. 11, 4. Jes. 32, 20. 2 Sam. 7, 23. *nomen* consequi, *famam colligere*. Hinc simpl. de *bona fama* legitur Prov. 22, 1. Eccles. 7, 1.; contra שֵׁם רָע est *mala fama*, qua quis proscinditur, *criminatio* Deut. 22, 14. 19. Neh. 6, 13. b) *monumentum*, quo alicujus *nomen*, *memoria* servatur, 2 Sam. 8, 13. Jes. 55, 13. Sed loc. Gen. 11, 4. huc non pertinet v. DEYLING. Observv. III, p. 36 sqq. et SCHARBAU Parerga philol. III, p. 152. — שֵׁם יְהוָה sexcenties significat (non ipsam Dei naturam, qualis per se est, sed) *numen Jovae*, quatenus ab hominibus cognoscitur, colitur, celebratur. Hinc istae formulae: *nomini Jovae templum exstruere* (dedicare) 1 Reg. 3, 2. 8, 17. 20., *nomen Jov. amare* Ps. 5, 12. Jes. 56, 10. vel *nosse* Ps. 9, 11. vel *revereri* Ps. 81, 6. 91, 14. 99, 3. Jes. 59, 19. vel *invocare* Jer. 11, 21. 26, 9. Jes. 65, 1. vel *celebrare* Jes. 24, 15. 25, 1. Ps. 140, 14. Joel. 2, 26., *in nomine Jov. fiduciam reponere* Jes. 50, 10. coll. Prov. 18, 10. contra *nomen profanare* Jer. 34, 16. Ezech. 20, 39. 43, 7. Am. 2, 7., *nom. Jov. contemnere* Mal. 1, 6.; hinc ipse Jova dicitur *nomen suum ponere* (שׂוּם) vel *collocare* (שָׁכַן) aliquo in loco h. e. locum eligere, ubi sacris solennibus colatur Deut. 12, 5. 11. 14, 23. 24. (v. sub his vv.) coll. 1 Reg. 8, 29., *propter nomen suum* (לְמַעַן שְׁמוֹ) aliquid *facere* h. e. vel ut majestatem suam hominibus declaret Ps. 109, 21. 25, 11. vel pro ea, quae in ipso esse creditur, majestate (benignitate) Ps. 79, 9. 106, 8. 1 Reg. 8, 41. Jes. 48, 9. Ezech. 20, 44. Ab his locis paullulum differunt illi, in quibus בְּשֵׁם יְהוָה aliquis dicitur servari vel vindicari Ps. 20, 2. 54, 3. 89, 25. 124, 8. Jes. 30, 27., sed hic quoque Jovae nomen significatur, non per se spectatum, sed quatenus et quoniam ab aliquo homine colitur; nam: *vindicor* (ab hostibus) vel *vinco* (hostes) בְּשֵׁם יְהוָה *nomine Jovae* est: auxilio ejus Dei, quem meum agnovi, quem pia mente veneror; nemo enim בְּשֵׁם יְהוָה servatur, nisi qui est inter קֹרְאֵי בְשֵׁם יְהוָה. Denique Exod. 23, 21. שְׁמִי בְּקִרְבּוֹ *nomen meum in eo* (angelo), non videtur nisi hoc significare: is meo nomine (auctoritate) aget, meam quasi majestatem inter vos repraesentabit, adeo ut ei tanquam mihimetipsi obtemperare debeatis. Cet. cf. in N. T. Joa. 12, 25. Rom. 2, 24. 9, 17. al. — Cum affixis שְׁמִי Gen. 48, 16. שְׁמֶךָ 17, 5., in pausa שְׁמֶךָ 12, 2. Jud. 13, 17., cum ה paragog. שְׁמָה Jer. 29, 25. Plur. שְׁמוֹת, in regim. שְׁמוֹת Gen. 25, 13., cum affixo שְׁמוֹתָן Ezech. 23, 4. etc. — 2) nom. propr. *Semi*, filii Noachi Gen. 5, 32. 7, 13. 9, 18 sqq., cujus posteri (h. e. gentes ab eo oriundae) recensentur 10, 22 sqq.

Originem voc. probabiliter repetunt (v. HILLERI Gram. hebr. p. 425.) a rad. יָשַׂם, arab. وسم *designavit*, IV. *notavit*, unde وسم *designatio, nomen*, سمة *signum*.

שֵׁם m. chald. *id.* Dan. 4, 5. Esr. 5, 1. 10. et שֵׂם, unde cum affixo שְׁמֵהּ Dan. 2, 20. 26. 4, 5. 5, 12. Plur. שְׁמָהָן, in statu emphat. שְׁמָהָא, unde in regim. שְׁמָהָת Esr. 5, 4., cum affixo שְׁמָהָתְהוֹן vel, ut alii legunt, שְׁמָהָתְהוֹן Esr. 5, 10.

שְׁמוֹאל vid. infra sub rad. שׁמל.

שַׁמְגַּר rad. quadril., Hebr. non usit., arab. سمكر *valde aquosum, serosum fuit* lac. Inde proficiscitur שַׁמְגַּר nom. propr. suffetis israel. Jud. 3, 31. 5, 6.

שָׁמַד in Kal inusit., Hiph. הִשְׁמִיד *diruit, destruxit* Jes. 23, 11. Levit. 26, 30. Num. 33, 52., *perdidit, delevit* Am. 2, 9. 1 Sam. 24, 12. (v. שֵׁם), spec. gentes, reges, regna etc. Deut. 2, 22. 6, 15. 1 Reg. 15, 29. Ezech. 14, 9. Hos. 1, 4. Am. 9, 8. Ps. 106, 34. al. Infin. הַשְׁמֵד *excisio, interitus* Jes. 14, 23.; cum praefixo לַהַשְׁמִיד (pro לְהַשְׁמִיד) Jes. 23, 11., c. affixis praeter regulam הַשְׁמִידְךָ Deut. 7, 24. et הַשְׁמִידָם Jos. 11, 14. — Niph. *dirutus est* Hos. 10, 8., *vastatus est* Jer. 48, 8., *deletus est, excisus est* Prov. 14, 11. Jes. 48, 19., spec. de populis Jer. 48, 42. Deut. 4, 26. 28, 20. nec non hominibus singulis Gen. 34, 30. Ps. 37, 38. Jud. 21, 16.

שְׁמַד chald. *id.*, Aphel infin. הַשְׁמָדָה *perdere* Dan. 7, 26.

שָׁמָה Hebr. inusit., arab. سما *altus fuit.*

שָׁמַיִם m. plur. *coeli* (tanq. a sing. שָׁמַי) Deut. 28, 62. Exod. 24, 10. Jos. 10, 13. Ps. 97, 6. etc. i. e. propr. nubium ac siderum complexus, qui fornicis instar terram superne tegere videtur (Gen. 1, 6. 8.), unde pluvia, tanquam per fenestras (Gen. 7, 11. Mal. 3, 10. 2 Reg. 7, 2. 19.), delabitur, nixus ille columnis (Job. 26, 11. coll. 2 Sam. 22, 8.). Deinde vero dicitur etiam pro *sede Jovae* (Deut. 33, 26. 4, 39. Ps. 2, 4. 115, 3. 1 Reg. 8, 30.) et *angelorum* (Gen. 28, 17.), הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ *rerum universitas* Gen. 1, 1. Hagg. 2, 6. Ps. 148, 13. Jes. 37, 16. Ps. 2, 12. al., שְׁמֵי שְׁמֵי קֶדֶם *coeli antiquissimi* Ps. 68, 34., שָׁמַיִם וּשְׁמֵי שָׁמַיִם Deut. 10, 14. 1 Reg. 8, 27. 2 Chron. 2, 5. *coeli altissimi*, sanctissimi. In libris recentt. (cf. tam. Gen. 24, 3. 7.) Jova passim vocatur: אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם Jon. 1, 9. 2 Chron. 36, 23. Esr. 1, 2. Neh. 1, 4. 2, 4. 20., אֵל הַשָּׁמַיִם Ps. 136, 26., quod quidem nomen videtur Sabaeismo opponi, nec multum differt a יְהוָה צְבָאוֹת. — Cum ה paragog. שָׁמָיְמָה *versus coelum* Gen. 15, 5. Exod. 9, 8. 10. Jos. 8, 20., eod. sensu legitur שָׁמַיִם, הַשָּׁמַיִם 1 Sam. 5, 12. 1 Reg. 8, 22. 2 Reg. 2, 1. Ps. 139, 8. Prov. 23, 5. et עַל הַשָּׁמַיִם *versus coelum* Exod. 9, 23.; sed מִן־הַשָּׁמַיִם est *coelitus* 2 Reg. 1, 14. 2 Sam. 21, 10.; תַּחַת הַשָּׁמַיִם *sub coelis* h. e. in terris Job. 28, 24. (ὑπὸ τὸν οὐρανόν Plato Tim. p. 23. Act. 2, 5.), מִתַּחַת ה׳ *e terris* Exod. 17, 14. Deut. 7, 24.

שְׁמַיִן plur. m. chald. *id.*, emphat. שְׁמַיָּא Dan. 4, 8. 10. 7, 2.; metonym. *Deus* Dan. 4, 23. cf. v. 14. 22. (*coelum* pro *Deo* in scriptis Judaeorum et gentilium frequenter occurrere, multis exemplis probant auctores laudati a Lampio in *Commentar. in Joh.* T. I, p. 561. Wolfio et Wetstenio ad Matth. 21, 25. et Schlichtero in *Decimis S.*

p. 58., add. Deylingii *Observat. S.* P. I. n. 24.); אֱלָהּ שְׁמַיָּא *Deus coelorum* Esr. 5, 11. 6, 9. 7, 12. Dan. 2, 18. 37. v. sub hebr.

שָׂמַח et שָׂמֵחַ (Neh. 12, 43.) *laetatus est* (plus, quam *gavisus est* v. Cic. Tusc. 4, 31.) Ps. 16, 9. Jes. 65, 13. Eccles. 3, 12. 11, 9., sq. integra sententia Neh. 12, 43. וַיִּשְׂמְחוּ כִּי הָאֱלֹהִים שִׂמְּחָם *laetati sunt, quod Deus ipsos exhilaraverat,* Job. 31, 25., sq. עַל Jon. 4, 6. Jes. 9, 16., sq. בְּ 1 Sam. 2, 1. Deut. 33, 18. Ps. 106, 5. 122, 1., sq. לְ spec. de gaudio, quod ex alienis malis percipitur (cf. Cic. Verr. 5, 46.) Jes. 14, 8. Mich. 7, 8. Ps. 35, 19. 38, 17. Jes. 14, 8. (cf. tamen Job. 31, 29. Ps. 35, 15.). Res inanimatae *laetari* dicuntur Jes. 14, 8. Prov. 13, 9. אוֹר צַדִּיקִים יִשְׂמָח *lux justorum laete,* clare *lucet* (opp. דָעַךְ). Ceterum saepe occurrunt hae formulae: a) שׂ׳ בַּיהוָֹה Ps. 9, 3. 32, 11. 63, 12. 97, 12. b) שׂ׳ לִפְנֵי יְהוָֹה de iis, qui sacras epulas in atrio tabernaculi vel templi instituunt Deut. 12, 7 sqq. 14, 26. 16, 11. 26, 11. [Arab. سمح est: *beneficus, liberalis, clemens, lenis fuit,* cf. vicissim טוֹב]. — Infin. שְׂמֹחַ Eccles. 3, 12. Imp. שְׂמַח Prov. 5, 18., fut. יִשְׂמַח Ps. 14, 7.— Pih. שִׂמַּח *laetitia affecit, laetitiam attulit* Deut. 24, 5. Prov. 10, 1. 27, 11. Hos. 7, 3. Ps. 19, 9. 86, 4. 45, 9., שַׂמֵּחַ שִׂמַּח *magnâ laetitiâ affecit* Jer. 20, 15.; *de al. re* (alienis malis) sq. עַל Thren. 2, 17., sq. לְ Ps. 30, 2., sq. מִן 2 Chron. 20, 27. שִׂמְּחָם יְהוָֹה מֵאֹיְבֵיהֶם *laetitia eos affecit Jova ab* (de) *hostibus suis.* — Hiph. הִשְׂמִיחַ *laetitia affecit* Ps. 89, 43.

שָׂמֵחַ m., שְׂמֵחָה f. *laetus* 2 Reg. 11, 14. Esth. 5, 9. 14. Prov. 15, 13., sq. אֶל (אֱלֵי) rei Job. 3, 21., sq. מִן rei Eccles. 2, 10., sq. infin. cum praefixo לְ Prov. 2, 14. שְׂמֵחִים לַעֲשׂוֹת רָע *laetantur facere malum;* הָיָה שָׂמֵחַ i. q. שָׂמַח Deut. 16, 15. etc. Plur. in regim. שְׂמֵחֵי Ps. 35, 26. et שִׂמְחֵי Jes. 24, 7.

שִׂמְחָה f. *laetitia* (differt a גִּיל *exultatio,* cf. Ps. 43, 4.) 1 Reg. 1, 40. 1 Chron. 12, 40. Neh. 8, 12. 17. Ps. 4, 8. 100, 2. 45, 16. Prov. 10, 28. etc., spec. ea, quae laetis vocibus se prodit Neh. 12, 43. Deut. 16, 13. Gen. 31, 27. 2 Chron. 23, 18. 29, 30.; meton. laetitiae materies Jes. 51, 11. Ps. 43, 4., hinc 2) *voluptas, delectamentum* Prov. 21, 17., עָשָׂה שִׂמְחָה *voluptates parare, adhibere* Neh. 8, 12. 12, 27. 2 Chron. 30, 23. — Plur. שְׂמָחוֹת Ps. 16, 11. 45, 16.

שָׁמַט 1) *misit, missum fecit, omisit* agrum Exod. 23, 11. h. e. requiem dedit agro, *remisit* Deut. 15, 2. debitum (cf. arab. سمّط), sq. מִן *remisit* manum *ab* al. Jer. 17, 4. (שָׁמַטְתָּה מִנַּחֲלָתְךָ intermittes agri tui hereditarii culturam v. Rosenm.); *demisit* vel potius *praecipitavit, deturbavit* 2 Reg. 9, 33. (syr. et sab. ܫܡܛ *evellit, laxavit, evaginavit*). 2) intrans. se ipsum quasi missum fecit h. e. *se revellit, avellit* 2 Sam. 6, 6. שָׁמְטוּ הַבָּקָר *revellebant se* (i. e. revellere nitebantur) *boves* a curru. Syr. ܐܫܬܡܛܘ ܠܗ ܬܘܪܐ. Sed Vulg. *calcitrabant,* Chald. *propulerant eam* (arcam) *boves.* — Niph. Ps. 141, 6. נִשְׁמְטוּ בִידֵי סֶלַע שֹׁפְטֵיהֶם (si) *deturbati sunt judices* (principes) *eorum a lateribus rupis* i. e. de rupe, tum audient (homines reliqui) verba

mea. Alii: *soluti et diffusi sunt per rupes,* sed ita vix tolerari potest בְּיִדֵי סֶלַע. — Hiph. *remisit* debitum Deut. 15, 3.

שְׁמֶטָה f. *remissio* debitorum Deut. 15, 1. 2., hinc שְׁנַת־הַשְּׁמִטָּה *annus remissionis* i. e. septimus quivis Deut. 15, 9. 31, 10.

שָׁמַךְ i. q. סָמַךְ *incubuit, recubuit.*

שְׁמִיכָה f. *stragulum, vestis stragula* Jud. 4, 18. Cf. syr. ܫܡܝܟܐ.

שָׁמַל 1) arab. شمل *cinxit, circumdedit,* v. שִׂמְלָה cf. Hartmann Hebräerinn III, p. 299. — 2) הִשְׁמִיל et הִשְׂמְאִיל v. sub שְׂמֹאל.

שְׂמֹאל et (cum vau otioso) שְׂמֹאוֹל m. 1) *latus sinistrum, laevum* (v. יָמִין) Eccles. 10, 2.; יַד־שְׂמֹאל *manus* sinistri lateris h. e. *sinistra, laeva* Jud. 3, 21. Ezech. 39, 3. (יַד־שְׂמֹאלָם *sinistra eorum* Jud. 7, 20.), it. שְׂמֹאל omisso nom. יָד *manus sinistra* Gen. 48, 14. Jud. 16, 29. Dan. 12, 7. Jon. 4, 11. Cant. 2, 6.; *a sinistra, laeva* est: מִשְׂמֹאל 1 Reg. 7, 49., c. affixo Exod. 14, 22. מִשְׂמֹאלָם *a sinistra eorum* 2 Sam. 16, 6. 1 Reg. 22, 19. Neh. 8, 4. Zach. 4, 3. 11., sq. לְ Ezech. 1, 10. (*jem. zur linken*); *ad sinistram, laevam, sinistrorsum:* שְׂמֹאל Num. 22, 26. Deut. 5, 32. Jes. 54, 3. et עַל שְׂמֹאל Gen. 24, 49. 2 Sam. 2, 19. 2) *aquilo, septentrio* s. pars mundi borealis (conf. יָמִין) Job. 23, 9.; מִשְׂמֹאל *a septentrione (nördlich)* Jos. 19, 27., sq. לְ *(nördlich von)* Gen. 14, 15. cf. Rosenm. *Alterth.* I, 1, p. 144. Arab. شِمَالٌ et شَمَالٌ *id.* Inde formatum est verbum in Hiph.

הִשְׂמְאִיל et ex syriasmo הִשְׂמְאִל *sinistrâ manu egit, sinistrâ, laevâ usus est* (pro dextrâ) 1 Chron. 12, 2., it. *ad sinistrum latus deflexit, sinistrorsum se vertit* 2 Sam. 14, 19. Ezech. 21, 21. Gen. 13, 9. Jes. 30, 21.

שְׂמָאלִי et שְׂמַלִי m., שְׂמָאלִית f. *qui est ad latus sinistrum, sinister* 1 Reg. 7, 21. 2 Chron. 3, 18. Ezech. 4, 4. Levit. 14, 15. 16. 26. 27. 2 Reg. 11, 11. 2 Chron. 23, 10.

שִׂמְלָה f. *vestis* et virorum et mulierum (Deut. 22, 5.), spec. *exterior,* qua corpus, maxime vero latus *sinistrum, cingitur* et *circumdatur* (Gen. 9, 23., v. rad. n. 1.), ut dextra manus libera maneat, observante Dav. Millio in dissert. de *commutatione vestium utriusque sexus prohibita* §. 16., qua ratione etiam Graeci sua ἱμάτια, Romani *togas* atque chlamydas suas gestabant (arab. شملة *vestimentum totum corpus involvens*) Gen. 9, 23. Deut. 10, 18. Jud. 8, 25. Prov. 30, 4. Jes. 3, 6. 7. Exod. 22, 26., v. Schroeder. ad Jes. 3. p. 267. Conf. Feriarius de *re vestiar.* P. II. L. I. c. 6. et L. IV. c. 8. Apulejus *Metamorphos.* L. X. *Ephebica chlamyda sinistrum tegebat humerum,* Hartmann Hebräerinn III, p. 299 sqq. Pauperibus etiam pro *lodice* (lecto) fuit Deut. 22, 17. — Plur. שִׂמְלוֹת Gen. 45, 22. Exod. 3, 22., cum affixo שִׂמְלוֹתָיו Gen. 37, 34. Jos. 7, 6.

שָׁמַם 1) intransit. a) *vastari, desolari, vastatum, desolatum esse* Ezech. 33, 28. 35, 12.; שׁוֹמֵם *vastatus* Thren. 1, 4. (ubi plur. chald. שׁוֹמְמִין) 3, 11. Jes. 49, 8., it. *desolatus* h. e. filiis h. e. incolis destitutus Thren.

1, 13.; plur. foem. שֹׁמֵמוֹת subst. *vastata* Ezech. 36, 4., *ruinae* Dan. 9, 18. Jes. 61, 4. Semel de muliere: *solitaria* h. e. caelebs *fuit* Jes. 54, 1. 2Sam. 13, 20. b) *attonitum esse, stupere, obstupescere* (v. חרב: stupor enim facit, ut animus quasi devastetur h. e. extra se rapiatur) 1Reg. 9, 8. Jer. 18, 16., sq. עַל Jes. 52, 14. Ezech. 26, 16. 27, 35. Levit. 26, 32. Jer. 2, 12. Job. 17, 8. Ps. 40, 16. Huc referunt etiam 2Chron. 7, 21. הַבַּיִת הַזֶּה לְכֹל־עֹבֵר עָלָיו יִשֹּׁם, ita ut לְ sit nominativi index; satis inepte. Vertas: *haec domus omni transeunti (eam) vastata erit, wird sich als Ruine darstellen.* — 2) transit. *vastavit* Ezech. 36, 3. (ubi שַׁמּוֹת est pro infinit.); שׁוֹמֵם subst. *vastator* Dan. 9, 27., פֶּשַׁע הַשֹּׁמֵם Dan. 8, 13. et שִׁקּוּץ הַשֹּׁמֵם Dan. 12, 11. *impietas, abominandum vastatoris* (coll. 11, 31.) i. e. altare, quod Antiochus Epiph. arae holocaustorum imponi et Diis consecrari jussit (1Macc. 1, 54. 6, 3.) v. Bertholdt. Dan. II, p. 522. — Fut. יִשֹּׁם 1Reg. 9, 8., plur. יָשֹׁמּוּ Ps. 40, 16. al. Sed יֵשֵׁם v. sub יָשַׁם. — Niph. 1) *vastatus est* Zeph. 3, 6. Joel. 1, 17. Jer. 12, 11., *desolatus, desertus* (ab hominibus) *est* Jes. 33, 8. 54, 3. Jer. 33, 10. Zach. 7, 14. (ubi אַחֲרֵיהֶם est *post eorum deportationem*) Ps. 69, 26. Levit. 26, 22. 2) *attonitus, admiratione perculsus est, stupuit, obstupuit* Jer. 4, 9., sq. עַל Job. 18, 20. — Poh. particip. מְשֹׁמֵם 1) *devastans, vastator* Dan. 11, 31. שִׁקּוּץ מְשֹׁמֵם i. q. שִׁקּוּץ שׁוֹמֵם v. sub Kal; Dan. 9, 27. שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם videntur dici *simulacra Deorum* in templo collocata. 2) *vehementer stupens, attonitus* Esr. 9, 3. 4. — Hiph. הֵשִׁם 1) *vastavit, desolavit* Levit. 26, 31. 32. Ps. 79, 7. Jer. 10, 25. 49, 20. Num. 21, 30. (terram), it. morbis *confecit* gentem 1Sam. 5, 6. 2) a) *attonitum reddidit, obstupefecit, in stuporem conjecit* aliquem Ezech. 32, 10. sq. עַל; addita *torporis* et *silentii* notione Job. 16, 7. (ubi v. Umbreit.). b) *obstupuit* Mich. 6, 13. Job. 21, 5., addita *torporis* notione Ezech. 3, 16. Infin. הַשֵּׁמֵם Mich. l. c., imp. plur. הַשֵּׁמּוּ (in pausa pro הָשִׁמּוּ) Job. 21, 5., fut. יָשֵׁם, chald. יְשִׁים Jer. 49, 20. Num. 21, 30. — Hoph. *vastatum, desolatum esse.* Infin. (more chald.) cum affixo foem. sed emisso mappik, הָשְׁמָהּ Levit. 26, 34. 2Chron. 36, 21. et cum praefixo בָּהְשָׁמָהּ (pro בָּהָשְׁמָהּ) Levit. 26, 43. — Hithpoh. הִשְׁתּוֹמֵם, semel הִשּׁוֹמֵם (Eccles. 7, 16.) 1) *se ipsum vastavit, destruxit* Eccles. l. c. 2) *stupuit, obstupuit* Jes. 59, 16. 63, 5., *attonitus fuit* Dan. 8, 27., *ad desperationem adductus est* Ps. 143, 4.

שְׁמַם chald., unde Ithpohal אֶשְׁתּוֹמַם *obstupuit, attonitus fuit* Dan. 4, 16.

שָׁמֵם m., שְׁמֵמָה f. *vastus, desolatus* Thren. 5, 18. Dan. 9, 17. Jer. 12, 11.

שְׁמָמָה f. 1) *desolatio, desolatum, locus vastus* Exod. 23, 29. Levit. 26, 33. Jos. 8, 25. Jes. 1, 7. Jer. 4, 27. Ezech. 6, 14. etc. Plur. שְׁמָמוֹת, in regim. שִׁמְמוֹת Jer. 51, 26. 63. 2) *stupor* Ezech. 7, 27. נָשִׂיא יִלְבַּשׁ שְׁמָמָה *princeps induet stuporem*, principem invadet stupor (parall. יְדֵי עַם הָאָרֶץ תִּפְחַדְנָה). Vulg. *princeps induet moerorem.*

שִׁמָּמוֹן (verbale pihelicum) f. *desolatio, locus vastus* Ezech. 35, 7., plur. שִׁמָּמוֹת Jer. 25, 12. Ezech. 35, 9.

שַׁמָּה f. 1) *vastitas, desolatio* 2Chron. 30, 9. Ps. 12, 19. 73, 19.

Jes. 5, 9. 13, 9. Jer. 2, 15. 14, 7. 18, 16. etc., plur. שַׁמּוֹת Ps. 46, 9. 2) *stupor* Jer. 8, 21., metonym. objectum sive materia stuporis Deut. 28, 37. 2 Reg. 22, 19. 2 Chron. 29, 8. Jer. 5, 30. 19, 8. 25, 9. etc.

שִׁמָּמוֹן m. *stupor, torpor* Ezech. 4, 16. 12, 19.

מְשַׁמָּה f. 1) *locus desolatus, vastus* Ezech. 6, 14. 33, 28. 29. 35, 3., plur. מְשַׁמּוֹת Jes. 15, 11. Jer. 48, 34. 2) *stupor*, meton. Ezech. 5, 15. הָיְתָה מְשַׁמָּה לַגּוֹיִם *facta est stupor gentium.*

שָׁמַם rad. Hebr. non usitat., cf. سمّ *veneno infecit.*

שְׁמָמִית vel (sec. alios codices) שְׁמָמִית f. Prov. 30, 28. sec. Bochartum in *Hieroz.* P. I. L. IV. c. 7. *stellio, lacertae venenatae* species (Graecis hodiernis voce cognata σαμιαμίνθη vel θαμιάμιθος), arab. سَامُّ أَبْرَصَ. (vid. *Relatt. Malabar.* continuat. XIV, p. 1010. et XXXIX, p. 429.). Schultensio (ad Prov. 30, 28.) *salamandra* placuit, animal stellioni quam simillimum, sed adhuc pestilentius v. Plinius lib. 29. c. 4.

שָׁמַן vel שָׁמֵן *pinguescere, pinguefieri* (arab. سمن *pinguis fuit*) Deut. 32, 15. Jer. 5, 28. Fut. יִשְׁמַן. — Hiph. 1) *pinguem reddidit*, trop. Jes. 6, 10. *pingue redde cor hujus populi* i. e. torpens, omni sensu carens coll. Ps. 119, 70. Simil. lat. *pinguis, crassus*, graec. παχὺς dicitur. 2) *pinguem se reddere (sich mästen), pinguescere, pinguefieri* Neh. 9, 25.

שָׁמֵן m., שְׁמֵנָה f. (arab. سمين) *pinguis* Jes. 30, 23. Gen. 49, 20. (panis) Num. 13, 28. Neh. 9, 25. (terra) Ezech. 34, 14. (pascuum); it. *crassus* i. e. *validus* Jud. 3, 29.

שֶׁמֶן m. 1) *pinguedo* Ps. 109, 24. Jes. 25, 6. 28, 1. 4., *obesitas, corpulentia* Jes. 10, 27. 2) *oleum* (a *pinguedine*) Gen. 28, 18. Exod. 25, 6. Levit. 2, 1. Num. 4, 16. Deut. 8, 8. etc., עֵץ שֶׁמֶן *oleaster* 1 Reg. 6, 23. Neh. 8, 15. Jes. 41, 19. (opp. זַיִת *oleae* generosae). 3) *unguentum* Prov. 21, 17. Ps. 133, 2. Jes. 1, 6. Cant. 1, 3. — Cum affixo שַׁמְנִי Eccles. 16, 18. Hos. 2, 7., plur. שְׁמָנִים Am. 6, 6., cum affixo שְׁמָנַיִךְ Cant. 4, 10.

שְׁמַנִּים m. plur. *pinguedines*; Gen. 27, 28. יִתֵּן לְךָ אֱלֹהִים מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ *dabit tibi Deus de pinguedine* terrae i. e. agros fertilissimos (parall. מִטַּל הַשָּׁמַיִם), 27, 39. מִשְׁמַנֵּי הָאָרֶץ יִהְיֶה מוֹשָׁבֶךָ וּמִטַּל הַשָּׁמַיִם מֵעַל i. e. *carebit terrae pinguedine habitatio tua* etc. (nam Rosenmuelleri explicatio, qui ad מִטַּל ה׳ h. l. addendum existimat יֵרֵד לְךָ, asperitate laborat). Libri utroque loco exhibent מִשְׁמַנִּים v. infra.

אַשְׁמָן (c. א prosthet.) *pinguis*, plur. אַשְׁמַנִּים Jes. 59, 10. Subst. *pinguia loca, pingues regiones* coll. Dan. 11, 24. Ita Dathius, Doederlinus, Gesenius. Aliorum explicationes v. ap. Rosenm. et Gesen. ad h. l.

מִשְׁמָן m. *pinguedo* Jes. 17, 4.; plur. מִשְׁמַנִּים a) *loca pinguia, regiones pingues* Dan. 11, 24. b) *pingues, obesi* h. e. validi Jes. 10, 16. Ps. 78, 31.

מַשְׁמָן m.; plur. מַשְׁמַנִּים *carnis partes pingues* Neh. 8, 10.

שְׁמֹנָה f., שְׁמֹנֶה m. (arab. ثَمَانٍ) *octo*, שְׁמֹנֶה שָׁנִים *octo anni* Jud. 3, 8., בֶּן־שְׁמֹנֶה שָׁנָה *octo annos natus* 2 Reg. 22, 1., שְׁמֹנֶה מַעֲלוֹת *octo gradus* Ezech. 40, 34.; פָּרִים שְׁמֹנָה *juvenci octo* Num. 29, 29.; foem. in regim. Gen. 17, 12. בֶּן־שְׁמֹנַת יָמִים *puer octo dies natus*, Num. 2, 24.; it. *octavus* 1 Chron. 24, 15. 25, 15. 2 Chron. 29, 17. 1 Reg. 15, 1. Jer. 52, 29. etc. — Plur. שְׁמֹנִים *octoginta* Gen. 5, 25. 26. 28. Exod. 7, 7. Jud. 3, 30. 1 Sam. 22, 18. etc.

שְׁמִינִי m., שְׁמִינִית f. *octavus* Exod. 22, 29. Levit. 9, 1. Num. 6, 10. 1 Reg. 6, 38. Levit. 25, 23. Foem. שְׁמִינִית 1 Chron. 15, 21. et in inscriptione Psalmorum 6. et 12. plurimis videtur fuisse instrumentum musicum vel *octochordon* vel quod reliquis *octavâ* (ut Musicis dicitur) responderit, quale est, quod *Violam* vulgo vocant. Sed cum 1 Chron. l. c. copulatum sit c. עַלָּמוֹת, praestat *modum musicum*, Forkelio auctore, intelligere et quidem *gravissimum (Grundweis, Grundton)*.

שָׁמַע et שָׁמֵעַ (chald. syr. aeth. arab. سَمِعَ) audivit Jes. 6, 9. Gen. 18, 10. Prov. 18, 13., sq. acc. rei Gen. 3, 10. 24, 52. 27, 34. Exod. 37, 17. Zeph. 2, 8. (sq. בְּ Job. 26, 14. ἀκούειν τινός), sq. כִּי et integrâ sententiâ Gen. 42, 2. 2 Sam. 11, 26. 2 Reg. 3, 21., sq. acc. pers. et particip. Gen. 37, 17. שְׁמַעְתִּי אֹמְרִים *audivi dicentes*, Jer. 26, 7. וַיִּשְׁמְעוּ אֶת־יִרְמְיָהוּ מְדַבֵּר *audiverunt Jeremiam dicentem*; paullo aliter 1 Sam. 17, 28. וַיִּשְׁמַע אֱלִיאָב בְּדַבְּרוֹ *audivit Eliabum cum diceret*. Spec. a) cum attentione: *auscultavit* Gen. 23, 8., sq. לְ Job. 31, 35., sq. בְּ Job. 37, 2., sq. אֶל Jes. 46, 3. 12., de Deo: *exaudivit, precibus locum dedit* sq. acc. Gen. 17, 20. Ps. 6, 10. 10, 17. Exod. 2, 24. 22, 22. Ps. 54, 4., sq. אֶל Gen. 16, 11. 30, 22. 1 Reg. 8, 30., sq. בְּקוֹל Gen. 30, 6. Deut. 1, 45. (arab. سمع الى *audientiam dedit*); b) cum voluptate sq. בְּ Ps. 92, 12.; c) cum assensu et obsequio: hinc *obedivit* Jes. 1, 19. 1 Sam. 15, 22., sq. אֵת Jos. 1, 18. Jud. 2, 17., sq. אֶל Gen. 28, 7. Deut. 18, 19. Jos. 1, 17. 2 Reg. 18, 31. 32., frequentius sq. בְּקוֹל et לְקוֹל Gen. 3, 17. 21, 17. 27, 13. Exod. 18, 19. Deut. 26, 14. Jos. 24, 24. Jud. 2, 20. 1 Sam. 12, 15. Zeph. 3, 2. Ps. 58, 6. etc. (sicut graec. ἀκούειν τινός et lat. *audire* vel *auscultare* pro *obedire* veniunt, conf. Vechneri *Hellenolex.* L. II. c. 5.); לֵב שֹׁמֵעַ *animus obsequens, obsequiosus* 1 Reg. 3, 9. (sed Prov. 21, 28. שֹׁמֵעַ rectius praeeunte Umbreitio cum לָנֶצַח junxeris); d) metaphorice: *intellexit* Gen. 11, 7. 42, 23. 2 Reg. 18, 26. Jes. 36, 11. Jer. 5, 15. (simil. graec. ἀκούειν et ἐπαΐειν). — Praet. 2 foem. שָׁמַעְתְּ (cum patach furtivo) 1 Reg. 1, 11. et cum jod paragog. שָׁמַעְתִּי Jer. 4, 19., plur. in pausa שָׁמְעוּ Jud. 2, 17. 2 Reg. 17, 14. Infin. absol. שָׁמוֹעַ Exod. 15, 26., constr. שְׁמֹעַ Num. 30, 9. Deut. 17, 12. et plene Jes. 28, 12. Jer. 19, 15., cum ה paragog. שְׁמֹעָה, quod ubi affixum accedit, in ת mutatur, שִׁמְעָתְךָ Jes. 30, 19. Imper. שְׁמַע Gen. 21, 12., cum ה paragog. שִׁמְעָה Ps. 17, 1., in pausa שְׁמָעָה Dan. 9, 19., plur. in pausa שִׁמְעוּ Jes. 42, 18. Ezech. 33, 30., plur. foem. שְׁמַעְנָה et abjecto ת, שִׁמְעֶינָה (cum patach furtivo) Gen. 4, 23. Fut. יִשְׁמַע Exod. 6, 30. Deut. 18, 19. etc.

Niph. נִשְׁמַע 1) *auditus est* 1 Sam. 1, 13. 17, 31. Jes. 60, 18. Ps. 19, 4., sq. לְ pers., *a qua* quid auditur, famâ percipitur Neh. 6, 1. 7.; it. *exauditus est* Dan. 10, 12., imperson. 2 Chron. 30, 27. וַיִּשָּׁמַע בְּקוֹלָם *auscultatum est* (a Deo) *voci eorum*, auditae sunt eorum preces; *cum attentione audiri* atque adeo respici, curari Eccles. 9, 16. 2) *auscultantem, obedientem se praebuit, obedivit* sq. לְ pers. Ps. 18, 45. — Pih. *audire fecit* aliquem (aliquid) sq. acc. pers. h. e. *indicavit, nunciavit* alicui 1 Sam. 15, 4., וַיְשַׁמַּע שָׁאוּל אֶת־כָּל־הָעָם לַמִּלְחָמָה *invitavit, praeconio excitavit populum ad pugnam* 1 Sam. 23, 8. — Hiph. הִשְׁמִיעַ 1) *sonum, clamorem edere*, qui ad aures accidat Jer. 48, 4., addito בְּקוֹל *voce* Ezech. 27, 30., spec. *canere* vel voce vel instrum. music. Neh. 12, 42. 1 Chron. 15, 19. 28. coll. arab. سَمَاع *cantus*. 2) *audire fecit* aliquem aliquid sq. dupl. acc. Ps. 143, 8. Cant. 2, 14. Jud. 18, 25. 2 Reg. 7, 6. אֲדֹנָי הִשְׁמִיעַ אֶת־מַחֲנֵה אֲרָם קוֹל רֶכֶב וְקוֹל סוּס *dominus audire fecit castra Syr. strepitum curruum et equorum.* De loco Ezech. 36, 15. v. Rosenm. 3) *exaudire fecit* Deum preces Jes. 58, 4. 4) *nunciavit, annunciavit* sq. acc. rei Jes. 45, 21. Ps. 106, 2., sq. acc. pers. *cui* quid nunciatur Jes. 44, 8. 48, 5., sq. dupl. acc. et pers. et rei Jes. 48, 6. 5) *vocavit, convocavit, evocavit* Jer. 50, 29. 51, 27. 1 Reg. 15, 22. — Infin. excluso לְ praef. לַשְׁמִיעַ Ps. 26, 7., fut. apoc. תַּשְׁמַע Jud. l. c.

שְׁמַע chald. *audivit* Dan. 3, 7. 10. 5, 23. 6, 15., sq. עַל *de* al. Dan. 5, 14. 16. Fut. יִשְׁמַע. — Ithpehel dicto *audientem se praebuit, obedientem se praebuit* Dan. 7, 27.

שֶׁמַע et שְׁמַע m. *auditio, auditus* Job. 42, 5., deinde *id quod auditur* vel *auditum est* h. e. a) *sonus, clangor* (*cantum* exponit Schultens. in *Opp. min.* p. 208., nam سَمَاع *auditio* nonnunquam sumitur pro غِنَاء *cantus, musica*) Ps. 150, 5. cf. צִלְצַל. b) *fama, rumor* (arab. سَمَاع, graec. ἀκοή) Exod. 23, 1. Jes. 23, 5. כַּאֲשֶׁר שֶׁמַע לְמִצְרַיִם *quando fama Aegyptiis* accidit, ad eos perfertur, Hos. 7, 12. כְּשֶׁמַע לַעֲדָתָם *ut fama* (nuncius) *coetui* accidit, ad eum perlata est; *fama alicujus* est ea, quae *de* aliquo affertur 1 Reg. 10, 1. Job. 28, 22. Gen. 29, 13., hinc c. affixis שִׁמְעִי Jes. 66, 19., שִׁמְעֲךָ Hab. 3, 2. Deut. 2, 25.

שִׁמְעוֹן *Simeon*, filius Jacobi, Gen. 29, 33. 34, 25. 35, 23. Exod. 1, 2. et tribus ab eo oriunda Num. 1, 6. 2, 12. Jud. 1, 3. etc.

שֹׁמַע m. *fama, rumor*, cum affixo שָׁמְעוֹ *fama de eo* Jos. 6, 27. 9, 9. Jer. 6, 24. Esth. 9, 4.

שְׁמוּעָה et שִׁמְעָה f. *auditio* h. e. id quod auditur: a) *rumor, nuncius* 2 Chron. 9, 6. 2 Reg. 17, 7. Jes. 37, 7., max. tristis Jer. 10, 22. Dan. 11, 44. 1 Sam. 4, 19. 2 Sam. 4, 4. Ezech. 7, 26., hinc *nuncius bonus* שְׁמוּעָה טוֹבָה vocatur Prov. 15, 30. 25, 25.; spec. de nuncio, qui a prophetis affertur, Jes. 53, 1. Jer. 49, 14. Obad. 1.; b) *institutio, doctrina*, quae alicui traditur Jes. 28, 9.

שְׁמוּאֵל (pro שְׁמוּעְאֵל) *Samuel* 1 Sam. 1, 20. 2, 18. etc. Ps. 99, 6.

Jer. 15, 1. Alii ejusd. nom. commemorantur Num. 34, 20. 1 Chron. 7, 2.

הַשְׁמָעוּת f. (verbale ex Hiph.) Ezech. 24, 26. לַהַשְׁמָעוּת אָזְנַיִם *ut audire faciat aures.*

מִשְׁמָע m. *id de quo auditur, auditum* Jes. 11, 3.

מִשְׁמַעַת f. 1) *auditio, audientia, (ad audiendum) admissio, aditus* ad regem, unde cum affixis מִשְׁמַעְתְּךָ (in pausa) *admissio ad te* 1 Sam. 22, 14., מִשְׁמַעְתּוֹ *admissio ad se* 2 Sam. 23, 23. 1 Chron. 11, 25. 2) *obedientia,* per metonym. posito *abstracto* pro *concreto, obedientes* Jes. 11, 14.

שָׁמַץ i. q. arab. شمص *propulit* (v. שָׁמְצָה), hinc propulit verba i. e. *celeriter locutus est;* شُمَاصٌ *festinatio.*

שֶׁמֶץ m. *susurrus,* ψιθυρισμός (ut vertit Symmachus) i. e. sonus raptim prolatus atque ita cito evanescens Job. 4, 12. 26, 14. Ita post Castellum omnes fere interpretes. Sed Chald. Syr. et Ar. vertunt: *paucum, exiguum.*

שְׁמָצָה f. *impulsio,* hinc *strages* Exod. 32, 25. Sic post *Hubigantium* interpretes paene omnes v. rad. Sed vett. *infamia, ignominia, irrisio* (Hier. *ignominia sordis,* quasi sit ex שֵׂם et צֹאָה), quam explicationem probavit etiam Schultens., coll. arab. شمع *lusit, risit,* II. *ludibrio exposuit, risui habuit.*

שָׁמַר. Hujus verbi significationes in latinorum custodiendi et servandi (*observandi*) unoquoque fere omnes continentur. Notat enim: 1) *custodivit,* sive a) angustiore sensu, ut custodes et excubitores solent, *bewachen, hüten,* 1 Sam. 7, 1. Neh. 13, 22. Gen. 2, 15. 3, 24. 30, 31. 2 Chron. 12, 10., trop. Prov. 21, 23. (*os suum custodire*) Mich. 7, 5., hinc שֹׁמֵר subst. *custos, vigil* Cant. 3, 3., etiam pecoris (ut est ap. Virgil.) 1 Sam. 17, 20., trop. de prophetis Jes. 21, 11. 62, 6.; sive b) latiore: prudentia sua et circumspectione *tuitus est, servavit* aliquem vel aliquid, *behüten, bewahren,* max. de Deo homines tuente Ps. 12, 8. 16, 1. 25, 20. 41, 3. Prov. 2, 8.; passim sq. אֶל pers. 1 Sam. 26, 15. vel עַל Prov. 6, 22. 1 Sam. 26, 16. (*wachen über jem.*); ubi מִן sequitur, est *custodire, defendere ab al.* Ps. 121, 7. 140, 5. Prov. 21, 23., atque sic semel intransit. *se custodire* h. e. abstinere *ab al.* Jos. 6, 18. — 2) *servavit, asservavit, recondidit, aufheben,* Exod. 22, 6., it. *conservavit, retinuit,* ut benignitatem Dan. 9, 4. Neh. 9, 32., iram Am. 1, 11. (hinc simpl. *irasci pergere* Jer. 3, 5. coll. Ps. 103, 9.), spec. *custodire* mente vel *memoriâ* aliquid (ut Lat. etiam loquuntur, graec. φυλάττεσθαί τι) Gen. 37, 11. Ps. 130, 3. Mal. 2, 7., unde explicandus locus Job. 10, 14. וּשְׁמַרְתָּנִי *et meminisses mei* tanquam peccatoris. — 3) *observavit, attendit* ad aliq., *beobachten,* sq. acc. 1 Sam. 1, 12., etiam in malam partem: *speculari* sq. acc. Ps. 56, 7. Job. 13, 27. 33, 11., sq אֶל Job. 14, 16. Spec. שָׁמַר עִיר 2 Sam. 11, 16. *oppidum observare* (obsidere). — 4) *servavit, observavit, custodivit, legem* vel normam, *beobachten* (opp. *migravit*) Gen. 17, 9. 10. Deut. 33, 9. (foedus) 4, 2. Prov. 19, 16. 28, 4. Exod. 15, 26. Levit. 18, 26. 1 Reg.

11, 10. (jussa) Exod. 12, 17. 23, 14. Levit. 26, 2. Deut. 5, 12. Jes. 56, 2. 6. (stata tempora) 1 Reg. 3, 6. 8, 24. (promissa) coll. 2 Chron. 6, 15.; huc spectat etiam formula: שָׁמַר דֶּרֶךְ אֱלֹהִים Job. 23, 11. Ps. 37, 34. 119, 57. vel שׁ׳ אָרְחוֹת צַדִּיקִים Prov. 2, 20. Sq. infin. Num. 23, 12. אֶשְׁמֹר לְדַבֵּר i. e. *eloqui studebo*, 2 Reg. 10, 31. — 5) *coluit, observavit* (Cic. Mur. 34. Virg. Geo. 4, 212.) aliquem (Jovam) Hos. 4, 10. Zach. 11, 11. Ps. 37, 7. — Praeter. 3. sing. cum he paragog. שְׁמָרָה Am. 1, 11., infin. c. suff. שְׁמָרְךָ Exod. 23, 20., שָׁמְרָם Jos. 10, 18., imper. c. he paragog. שָׁמְרָה Ps. 25, 20., cum affix. שָׁמְרֵנִי Ps. 16, 1., fut. יִשְׁמֹר, c. affixo et nun epenth. יִשְׁמְרֶךָ Prov. 4, 6., 3. foem. c. affixo תִּשְׁמוּרֵם Prov. 14, 3. cf. Gesen. L. p. 306.

Niph. נִשְׁמַר 1) *custodiri, servari, behütet werden* Ps. 37, 28. 2) reflex. *se custodire ab* al. re h. e. vel a) *sese abstinere ab* al. (v. Kal 1. b.) Deut. 23, 10. 1 Sam. 21, 5. Jud. 13, 13. sq. מִן; vel b) *sibi cavere ab* al. sq. מִן Jer. 9, 3., sq. מִפְּנֵי Exod. 23, 21., sq. בְּ 2 Sam. 20, 10., sq. infin. Exod. 19, 12. הִשָּׁמְרוּ לָכֶם עֲלוֹת בָּהָר *cavete vobis, ne montem conscendatis*, sq. integrâ sententiâ, cui praemissum est פֶּן Deut. 4, 23. Gen. 24, 6.; saepe etiam absol. legitur הִשָּׁמֵר vel הִשָּׁמֶר לְךָ 1 Sam. 19, 2. Jes. 7, 4. Deut. 4, 9. Adde לְנַפְשׁוֹ vel הִשָּׁמֵר בְּנַפְשׁוֹ *vitae suae cavere* Deut. 4, 15. Jer. 17, 21. — Pih. *observare, sectari, colere* aliquem (numen) Jon. 2, 9. — Hithpah. הִשְׁתַּמֵּר 1) *observare (studiose)* legem vel normam aliq. Mich. 6, 16. 2) sq. מִן *(studiose) sibi cavere ab* al. Ps. 18, 24. 2 Sam. 22, 24. — Cet. v. sub שָׁמִיר n. 2.

שָׁמִיר com. 1) i. q. سَمُرٌ, *spina*, collect. *spinae* Jes. 5, 7. 7, 23. 24. 25. 9, 17. 27, 4. 32, 13. (q. d. *custodita* et *tuta* ab accessu et tactu, sec. all. quod spinetis agri et horti sepiuntur) v. Celsii *Hierobot.* T. II, p. 187. Trop. Jes. 10, 17. *vepres et spinas ejus* (urbis Hierosol.) *uno die consumet* (ignis), ubi de hostibus Israelit., qui iis quasi vulnera inflixerunt, agitur. 2) i. q. سَامُورٌ *adamas* Jer. 17, 1. Ezech. 3, 9. Zach. 7, 12., fortasse sic dictus, quod *clavo* (مِسْمَارٌ, מַסְמֵר) assimilabatur: adamante enim incisuras faciebant. 3) nom. propr. urbis a) in montanis Ephraim Jud. 10, 1.; b) in montanis Judae Jos. 15, 48. v. Relandi *Palaest.* p. 989.

שֶׁמֶר m., plur. שְׁמָרִים *faeces* (vini), sic dictae, quod vino faecibus incumbenti sapor et odor *conservatur* (chald. שַׁמֵּר *defaecavit*, אִשְׁתַּמֵּר *in faecibus resedit*) Ps. 75, 9., hinc שְׁמָרִים מְזֻקָּקִים Jes. 25, 6. *faeces purgatae* h. e. *vinum defaecatum* v. Rosenm. ad h. l. Alibi duplex haec phrasis קָפָא עַל־שְׁמָרָיו Zeph. 1, 12. et שָׁקַט עַל־שׁ׳ Jer. 48, 11. *incubare faecibus suis* tropice legitur de iis, qui magna rerum suarum tranquillitate fruuntur.

שְׁמֻרָה f., plur. שְׁמֻרוֹת *palpebrae*, quippe oculos *custodientes* Ps. 77, 5. Syr. ܬܡܪܐ *id.*

שְׁמֻרָה f. *custodia* Ps. 141, 3.

שִׁמֻּרִים m. plur. *observationes, celebratio* (festi) Exod. 11, 42.

אַשְׁמוּרָה f. *vigilia* h. e. ap. vett. Hebraeos (v. Wineri Lexic. bibl. II, p. 470.) tertia pars noctis, quam vigiles et milites excubiis agendis implere debebant Ps. 90, 4. In regim. אַשְׁמֻרָה Exod. 14, 24. Jud. 7, 18. 1 Sam. 11, 11., plur. אַשְׁמֻרוֹת Ps. 63, 7. 119, 148. Thren. 2, 19.

מִשְׁמָר m. 1) *custodia* h. e. a) locus, ubi quis custoditur, *carcer* Gen. 40, 3 sqq. 42, 17. Num. 15, 34., locus, ubi quis excubias agit, it. *statio* Jer. 51, 12. Neh. 7, 13., deinde meton. ut ap. Lat. *custodia* (Flor. 4, 11.) et *excubiae* de ipsis excubitoribus Job. 7, 12. Neh. 4, 3. 16. 1 Chron. 26, 16. — 2) *id quod custoditur* Prov. 4, 23. *mentem tuam custodi* מִכָּל־מִשְׁמָר *prae omni custodia* h. e. ita, ut omnia alia, quae tibi custodienda sunt, postponas. Hinc Neh. 13, 14. מִשְׁמָרִים *sunt ea, quae custodiri, observari debent* h. e. ritus et cerimoniae sacrae sec. Vulg. — 3) *observantia, reverentia*, meton. Ezech. 38, 7. *esto iis* לָהֶם לְמִשְׁמָר *observantiae* h. e. esto iis dux, quem observent.

מִשְׁמֶרֶת f. 1) *custodia* i. e. custodiendi actio 2 Reg. 11, 5. 6., *conservatio* Exod. 12, 6. 16, 32., *observatio, ministerium*, quod alicui injunctum est Num. 3, 31. 4, 27. 31., hinc de Levitis, quorum fuit sacra ministeria ap. tabernaculum et templum facere (non solum excubiis agendis) Num. 1, 53. 3, 28. Levit. 8, 35. 2 Chron. 13, 11. Semel: *reverentia, studium*, quod alicui exhibetur, 1 Chron. 12, 29. *magna eorum pars* שֹׁמְרִים מִשְׁמֶרֶת בֵּית שָׁאוּל i. e. *fecit, sensit cum domo Sauli.* — 2) *locus ubi custodia agitur, statio* Jes. 21, 8. Hab. 2, 1., et meton. de ipsis custodibus et excubitoribus Neh. 7, 3. 12, 9. 13, 30. — 3) *id quod custoditur* vel *conservatur* 1 Sam. 22, 23., *id quod observatur, praeceptum, ritus* etc. Gen. 26, 5. Levit. 18, 30. 22, 9. 2 Chron. 23, 6. — Cum affixo מִשְׁמַרְתּוֹ Deut. 11, 1., plur. מִשְׁמָרוֹת 1 Chron. 9, 23. Neh. 12, 8., in regim. מִשְׁמְרוֹת Neh. 7, 3. etc.

שִׁמְרוֹן urbs Zebulonitarum Jos. 11, 1. 19, 15., quae etiam שִׁמְרוֹן מְרוֹן Jos. 12, 20. dici videtur; Graeci tamen duorum, non unius loci, nomen esse putant.

שֹׁמְרוֹן (v. 1 Reg. 16, 24.) f. nom. propr. a) urbis *Samariae* in media Palaestina, quae inde ab Omrio caput regni israelitici fuit, 1 Reg. 16, 18. 24. 29. 22, 37. 2 Reg. 3, 1. 13, 1. 18, 9. 10. Jer. 23, 13. Ezech. 16, 46., hinc רֹאשׁ אֶפְרַיִם Jes. 7, 9. Ab Herode magno nomen *Sebastes* accepit Joseph. Antiqq. 15, 8, 5. bell. Jud. 1, 21, 2. v. Wineri Lexic. II, p. 597. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 112 sqq.; b) terrae israeliticae h. e. ejus, quae (post Salomonis decessum) regi Israel. parebat 1 Reg. 13, 32. 2 Reg. 27, 26. 23, 19. Am. 3, 9. Hos. 8, 5. 6. — Inde est nom. gentil. שֹׁמְרִנִי 2 Reg. 17, 29.

שֹׁמְרַיִן chald. *Samaria* urbs Esr. 4, 10. 17.

שְׁמַשׁ chald. (et syr.) *ministravit*, in Pehal inusit., Pahel fut. plur. cum affixo יְשַׁמְּשׁוּנֵהּ *ministrant illi* Dan. 7, 10. emisso dagesch forti.

שֶׁמֶשׁ com. (m. Ps. 104, 19. 19, 6.) *sol* (arab. شمس et syr. ܫܡܫܐ) Gen. 15, 12. 17. Exod. 16, 21. Levit. 22, 7. Deut. 4, 19. 47. Jos. 8, 19. Jud. 5, 31. Cum affixis שִׁמְשֶׁךָ Jes. 60, 20., שִׁמְשָׁהּ Jer. 15, 9.; עַד־חֹם הַשֶּׁמֶשׁ *donec incaluerit sol* h. e. *donec dies in meridiem verterit* Neh. 7, 3., לִפְנֵי־שֶׁמֶשׁ vel *quamdiu sol lucet* Ps. 72, 17. i. e.

poet. semper, nunquam non coll. Ps. 89, 37. vel *in sole, ad solem* Job. 8, 16., ut לְעֵינֵי שֶׁמֶשׁ 2Sam. 12, 11., חָזָה שֶׁמֶשׁ vel רָאָה Ps. 58, 9. Eccles. 6, 5. 11, 7. *solem videre* h. e. *in lucem edi, vivere* (רָאָה אוֹר Job. 3, 16.). Metaph. Deus dicitur *sol* i. e. lux *alicujus* Ps. 84, 12. coll. Jes. 60, 19 sq. — Plur. שְׁמָשׁוֹת *pinnae* Jes. 54, 12. (Lxx. ἐπάλξεις) sic dictae a *sole*. Scil. orientales radios solis tanquam *cornua* sibi repraesentant, quibuscum *pinnae* simile quid habent. Arabibus etiam شمس est *pecten*, et *pinnae murorum* non male *pectines* dici possunt v. Fabri *Archaeol.* p. 294.

בֵּית שֶׁמֶשׁ v. sub בֵּית.

שִׁמְשׁוֹן (*sol parvus?* cf. שַׁהֲרוֹן a שַׁחַר) nom. *Simsonis* Jud. 13, 21. 14, 5 sqq. 15, 1 sqq., graec. Σαμψών Hebr. 11, 32., arab. شمشون.

שֵׁן *dens* vid. sub rad. שנן.

שָׂנְאָ vid. in שנה.

שָׂנֵא *odit, odio habuit* (arab. سنأ, syr. ܣܢܐ) sive aliquem Prov. 29, 10. Jes. 66, 5. Ps. 31, 7. 2Sam. 5, 8. sive aliquid Jes. 1, 14. Am. 5, 21. Ps. 97, 10. Prov. 1, 22.; partic. שֹׂנֵא subst. *osor, inimicus* Deut. 4, 42. Ps. 35, 19. 38, 20. 106, 10. (c. affixo שֹׂנְאֵךְ Exod. 23, 5.), f. שֹׂנְאָה *inimica* Ezech. 16, 27. Passim hoc verb. comparative explicandum esse docent, ita ut significet: *minus amare* Gen. 29, 30. 31. Deut. 21, 15. Prov. 13, 24. (coll. Mt. 6, 24. Rom. 9, 13.); sed hoc est orationem extenuare, nec debebat hoc praeceptum denuo inculcare Tholuccius ad Rom. l. c. — Praet. 2. p. c. affixo שָׂנֵאתָנִי Jud. 14, 16., plur. c. affixo שְׂנֵאוּנִי Ps. 25, 19. Infin. absol. שָׂנוֹא Jud. 15, 2., constr. שְׂנֹא Gen. 37, 5. 8. Ps. 36, 3. et ex forma quiescentium tertiae he שְׂנֹאת Prov. 8, 13., semel שִׂנְאָה Deut. 1, 27., fut. יִשְׂנָא etc. — Niph. *odio haberi* Prov. 14, 17. 20. — Pih. part. מְשַׂנֵּא subst. *osor, inimicus*, cum affixo מְשַׂנְאַי (emisso dagesch) Ps. 55, 13. Job. 31, 29., plur. in regim. מְשַׂנְאֵי Ps. 81, 16., cum affixo מְשַׂנְאֶיךָ Deut. 32, 41. Ps. 18, 41.

שְׂנָא chald. *id.*, unde part. שָׂנֵא, plur. שָׂנְאִין *osores* Dan. 4, 16.

שָׂנִיא masc. inusit., unde foem. שְׂנִיאָה *exosa* Deut. 21, 15.

שִׂנְאָה f. *odium* Num. 35, 20. 2Sam. 13, 15. Ps. 109, 3. 5. Prov. 10, 12. 18. Eccles. 9, 1. etc. In regim. שִׂנְאַת Deut. 1, 27. Ps. 25, 19., cum affixo, retracto accentu vel ob pausam vel ob vicinitatem accentus sequentis, שִׂנְאָתְךָ, et cum jod superfluo (quale est Ps. 9, 15. et Ezech. 5, 12.) שִׂנְאָתֶיךָ Ezech. 35, 11.

שָׂנַב radix Hebr. inusit., arab. سنب *frigidus fuit*, v. Schultens. ad Prov. 7, 6.

אֶשְׁנָב m. *cancelli, clathri fenestrae*, per quos aura frigidior *perspirat* (gall. *Jalousie*) Jud. 5, 28. Cum affixo אֶשְׁנָבִי Prov. 7, 6.

שָׁנָה I) et aliquoties שָׁנָא, fortasse propr. (coll. arab. سنى et syr. ܫܢܐ) *transiit*, hinc 1) *in aliam conditionem transiit, abiit* h. e. *mutavit se, mutatus est* Thren. 4, 1. (in deterius), alibi de animo: Mal. 3, 6. *non mutor ego* (Deus) h. e. non muto animum et consilia mea; in

malam partem שֹׁנִים *qui animum suum mutarunt* i. e. *rebelles, factiosi* Prov. 24, 21. Sq. מִן *diversum esse a* Esth. 1, 7. 3, 8. 2) *iteravit* (arab. et syr. ܫܢܐ *id.*), quod fit, ubi ab altera actione ad alteram *transis*, 1 Reg. 18, 34. Neh. 13, 21. Job. 29, 22., sq. dat. pers. לֹא שָׁנָה לוֹ *non iteravit ei* sc. ictum 2 Sam. 20, 10. 1 Sam. 26, 8., sq. ב rei, quae iteratur, repetitur Prov. 26, 11. כְּסִיל שֹׁנֶה בְאִוַּלְתּוֹ *stultus iterat, repetit stultitiam suam* (stulte factum), 17, 9. *qui tegit offensiones, conciliat amicitiam*, sed שֹׁנֶה בְדָבָר i. e. *qui aliquid* (quod ingratum accidit) *repetit* h. e. denuo in memoriam revocat (vel si hoc durius videatur: *qui verbum aliquod ap.* alios *repetit*, ad alios defert) *is separat amicos.* — Fut. יִשְׁנֶה, semel יִשְׁנָא Thren. 4, 1. — Niph. *iterari* Gen. 41, 32. — Pyh. שִׁנָּה 1) *mutavit* 2 Reg. 25, 29. Jer. 52, 33. (vestes) Ps. 89, 35. (promissum), max. in malam partem: *mutavit jus* i. e. pervertit Prov. 31, 5., *mutavit faciem* al. i. e. deformavit, corrupit Job. 14, 20., *mutavit mentem suam* (טַעֲמוֹ) h. e. insanum, insanientem se simulavit 1 Sam. 21, 14. Ps. 34, 1. (samar. et syr. ܫܢ *insanivit*, unde ܫܘܢܝܐ *delirium* cf. Assemani Bibl. orient. I, p. 50. 371.). Sq. לְ loci praegn. Esth. 2, 9. וַיְשַׁנֶּהָ וְאֶת־נַעֲרוֹתֶיהָ לְטוֹב בֵּית הַנָּשִׁים i. e. *transtulit eam - - in meliorem gynaecei locum* (ܫܢ Pah. *id.*). 2) *variavit* i. e. iterum iterumque mutavit Jer. 2, 36. שִׁנָּה אֶת־דַּרְכּוֹ *viam suam variare* i. e. mox has mox illas partes sequi. — Hithpa. *se mutavit* h. e. vestes mutavit 1 Reg. 14, 2.

II) i. q. arab. لسن *luxit, splenduit*, v. שָׁנַי.

שְׁנָא chald. *mutavit se, mutatus est* Dan. 6, 17 (18.), max. in deterius Dan. 3, 27. 5, 69., hinc *diversus fuit* sq. מִן Dan. 7, 3. 19. 23. 24. — Pahel *mutavit* Dan. 4, 13 (ubi 3. plur. pro impersn. est), מִמְלַּת מַלְכָּא שַׁנּוּ *mandatum regis mutarunt* h. e. neglexerunt, non exsecuti sunt Dan. 3, 28. — Partic. praet. f. מְשַׁנְיָה (emisso dagesch) *diversa* Dan. 7, 7. — Ithpahal אִשְׁתַּנִּי *mutatus est* Dan. 2, 9., max. in deterius: *deformatus, turpatus est* Dan. 3, 19. 7, 28. — Aphel *mutavit* Dan. 4, 21. 6, 9. 16. 7, 25.; it. praeceptum *neglexit, migravit* Esr. 6, 11. 12.

שָׁנָה f. annus, q. d. *iteratio ejusdem cursus solis* (arab. سنة, syr. ܫܢܬܐ), fere, ut graec. ἐνιαυτός (Stobaei eclog. ed. Heeren. I, p. 236.) et lat. *annus* propr. *orbem* significat coll. Tibull. 4, 1, 169. et Eurip. Orest. 1661. (vicissim *orbes* pro *annis* ponuntur Virgil. Aen. I, 273.) Gen. 5, 3. Exod. 6, 16. Levit. 9, 3. Num. 1, 3. Deut. 1, 3. Jos. 5, 6. etc.; שָׁנָה שָׁנָה *quotannis* Deut. 14, 22., שָׁנָה בְּשָׁנָה *id.* Levit. 25, 53. Deut. 15, 20. 1 Sam. 1, 7. 1 Reg. 5, 11., מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה *id.* 1 Sam. 7, 16.; בְּשֶׁבַע שָׁנִים לַיהוּא *anno septimo* (pr. *im Jahr sieben*) *Jehu* 2 Reg. 12, 2., בִּשְׁנַת שְׁתַּיִם לְיוֹאָשׁ *anno secundo Joasi* 2 Reg. 14, 1., שְׁנַת חֲמִשִּׁים שָׁנָה *annus quinquagesimus* Levit. 25, 10., בִּשְׁנַת שֵׁשׁ מֵאוֹת שָׁנָה *anno sexcentesimo* Gen. 7, 11., שְׁנַת שַׁבָּתוֹן *annus sabbathi* i. e. septimus quisque. — Dual. שְׁנָתַיִם *duo anni, biennium* Gen. 11, 10. 2 Sam. 14, 28. 1 Reg. 15, 25., שְׁנָתַיִם יָמִים *id.* Gen. 41, 1. (v. sub יוֹם). — Plur. a) שָׁנִים Gen. 5, 6. Exod. 21, 2. Levit. 19, 23. Joel. 2, 25. (in quo postremo loco *locustae annos comedisse* dicuntur h. e. pro-

ventum annorum), in regim. שְׁנֵי Gen. 23, 1. Exod. 6, 16. 18. 20., cum affixis שְׁנֵיהֶם Job. 36, 11.; b) poet. שְׁנוֹת, in regim. שְׁנוֹת Deut. 32, 7. Ps. 77, 6., cum affixo שְׁנוֹתֶיךָ Ps. 102, 25. Job. 10, 5.

שְׁנָא vel שְׁנָה f. chald. *id.* In regim. שְׁנַת Dan. 7, 1. Esr. 4, 24. 5, 13., plur. שְׁנִין Dan. 6, 1. Esr. 5, 11.

שֵׁנָה *somnus* vid. sub rad. ישן.

שְׁנַיִם dual. m. (in regim. שְׁנֵי) et שְׁתַּיִם f. (v. de hac voc. forma Gesen. L. p. 611. et, qui secus existimat, Ewald. Gr. p. 90.), in regim. שְׁתֵּי *duo*, q. d. *iterata, geminata* (arab. ثَنَى) Gen. 6, 19. 20. Exod. 22, 3. 8. Num. 1, 35. Deut. 17, 6. Jos. 2, 1. etc.; שְׁנַיִם שְׁנַיִם *bini* Gen. 7, 9. 1 Chron. 26, 17., שְׁנֵיהֶם *duo illi* Gen. 2, 25. Exod. 22, 8., שְׁתֵּיהֶן *duae illae* Ezech. 23, 13. Foem. dic. etiam pro ordinali 1 Reg. 15, 25. 2 Reg. 1, 17. 15, 32. Dan. 2, 1. Neh. 5, 14. et pro adv. *iterum* Neh. 13, 20. Job. 40, 5., *bis* 2 Reg. 6, 10.; בְּשִׁתַּיִם *iterum* Job. 33, 14.— Seq. עֶשֶׂר *decem* semper scribitur שְׁנֵים Gen. 17, 20. 25, 16. 35, 22. 42, 13. etc. et שְׁתֵּים Gen. 14, 4. Exod. 15, 27. Levit. 24, 5.

שֵׁנִי m., שֵׁנִית f. *secundus* Gen. 1, 8. Exod. 1, 15. 2, 13. Num. 1, 1. Jos. 6, 14. Jud. 6, 25. 26. 28. Neh. 13, 11. etc.; plur. שֵׁנִים Gen. 6, 16. Num. 2, 16. Foem. שֵׁנִית etiam adverb. *iterum* Gen. 22, 15. Levit. 13, 5. Jos. 5, 2. 2 Sam. 14, 29. etc.

שָׁנִי m. propr. *color fulgens* et quasi igneus (v. rad. 2.), spec. *coccineus, coccus* (cf. זְהוֹרִי chald. *coccus* a זהר *splendere*) Jos. 2, 18. Cant. 4, 3. Gen. 38, 28. 30. Jer. 4, 30.; תּוֹלַעַת שָׁנִי Exod. 25, 4. Num. 4, 8. et שְׁנִי תוֹלַעַת Levit. 14, 4. *id.*; plur. שָׁנִים *(vestes coccineae?)* Jes. 1, 18. Prov. 31, 21. cf. Bochart Hieroz. III, p. 527 sqq. Istum autem colorem praebent animalcula scutata (*coccos* Latini vocant, Arabes قرمس), quae ex foliis ilicis lecta una cum ovis in pulverem rediguntur v. Kirby *Einleit. in die Entomol.* I, p. 351. — Alios interpretes, qui שָׁנִי *δίβαφον* fuisse putant (coll. rad. n. 1.), bene refutavit Braun. de vestitu sacerd. p. 237 sqq.

שְׁנָאן m. *iteratio*, unde *millia iterationis* i. e. *multa millia* Ps. 68, 18.

מִשְׁנֶה m. (propr. *iteratio*) 1) a) *ordo secundus* 2 Reg. 23, 4. כֹּהֲנֵי הַמִּשְׁנֶה *sacerdotes secundi ordinis, sac. secundarii*, Gen. 41, 43. מֶרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה *currus secundi ordinis, secundarius* (quo vehuntur, qui secundi sunt a rege); in recentioribus libris passim pro adject. est: *secundus, secundarius* (ordine). Ita legitur de filio vel fratre secundo partu editis 1 Sam. 8, 2. 1 Chron. 5, 12., de scyphis secundi ordinis Esr. 1, 10., de pecore secundi ordinis h. e. viliore 1 Sam. 15, 9., spec. de eo, qui est *secundus (proximus)* a rege 2 Chron. 28, 7. coll. 1 Sam. 23, 17. Esth. 10, 3.; b) *pars secunda* (atque adeo minus nobilis), spec. urbis Zeph. 1, 10. (ubi v. Rosenm.) 2 Reg. 22, 14., fortasse *suburbium*. 2) *duplicatum, duplum* Gen. 43, 15. Exod. 16, 15. 22. Jes. 61, 7. Jer. 17, 18. Zach. 9, 12. Job. 42, 10. 3) *exemplar (Copie)* q. d. *iteratio autographi* Deut. 17, 18. Jos. 8, 32. — In regim. מִשְׁנֵה

Jer. 16, 18., cum affixo מִשְׁנֵהוּ 1 Sam. 17, 13., plur. מִשְׁנִים Esr. 1, 10. etc.

שְׂנִיר (*lorica*, ut arab. سَنَوَّر), quo nomine Amoraei montem *Hermonem* vocitarunt Deut. 3, 9. Ezech. 27, 5. Sed angustiore sensu legitur hoc voc. Cant. 4, 8. 1 Chron. 5, 23. v. Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 235. Cf. שִׁרְיוֹן.

שָׁנַן *acuit, exacuit* (chald. *id.*, arab. سَنَّ) Deut. 32, 41 (ensem), hinc שָׁנוּן *acutus* Ps. 45, 6. Jes. 5, 28. Prov. 25, 18. (de telis); trop. *linguam acuere* Ps. 64, 4. 140, 4. h. e. sermone vulnerare, acriter, aspere dictis aliquem petere. — Pih. שִׁנֵּן sq. acc. rei est dat. pers.: alicui aliquid *inculcavit (einschärfen)* Deut. 6, 7. — Hithpol. Ps. 73, 21. כִּלְיוֹתַי אֶשְׁתּוֹנָן *renes meos exacutus* h. e. acutis doloribus cruciatus *sum*.

שֵׁן (sq. makkeph שֶׁן) com. *dens* (pr. *acutus*; arab. سِنٌّ, chald. syr. ܫܢܐ, aethiop. ሰኑ:) Exod. 21, 24. 27. Levit. 24, 20. Deut. 19, 21. Prov. 28, 19. Thren. 2, 16. Job. 13, 14 (ubi *carnem suam in dentibus ferre, auferre* est; summa cum anxietate vitae suae consulere, v. Umbreit. ad h. l.) etc., spec. *dens elephanti, ebur* 1 Reg. 10, 18. 22, 38. 2 Chron. 9, 17. Ps. 45, 9. Cant. 5, 14. 7, 5. Ezech. 27, 6. 15. Am. 3, 15. 6, 4. — Metaph. שֵׁן סֶלַע *cacumen montis, scopulus* 1 Sam. 14, 4. 5. Job. 39, 28. (v. syr. in Assemani Bibl. orient. II, p. 222.). — Cum affixo שִׁנּוֹ Exod. 19, 21. Dual. שִׁנַּיִם *utraque series dentium, dentes* Gen. 49, 12. 1 Sam. 2, 13. Prov. 10, 27. Am. 4, 6., in regim. שִׁנֵּי Ps. 3, 8. Jer. 31, 29., cum affixo שִׁנֵּימוֹ Ps. 35, 16. 58, 7.

שֶׁנְהַבִּים m. plur. *dens elephantorum, ebur* (ut Chald. Lxx. explicant) 1 Reg. 10, 22. 2 Chron. 9, 21., sec. Bochartum compos. ex שֵׁן *dens*, et arab. اقهبان h. e. *elephas*. Alias derivationes habent Majus *Hist. animal.* p. 133 sq. et Hillerus in *Syntagm. Hermeneut.* p. 237., sed levibus conjecturis innituntur omnes; id unum certum, primam vocis syllabam esse שֵׁן, v. Faber in *Archaeolog. Hebr.* P. I, p. 401.

שְׁנִינָה f. *acute dictum, dicterium*, הָיָה לִשְׁנִינָה *in ludibrium verti, ludibrio exponi* Deut. 28, 37. 1 Reg. 9, 7. Jer. 24, 9. 2 Chron. 7, 20.

שָׁנַס in Kal inusit., Pih. שִׁנֵּס *accinxit, succinxit* (lumbos) 1 Reg. 18, 46. In dialectis non superest; sed eam, quam proposuimus, significationem suadet et loci natura et vett. intptum auctoritas. Lxx. συνέσφιγξε, Chald. et Syr. זָרֵיז, Vulg. *accinctis lumbis*.

שִׁנְעָר Gen. 10, 10. 11, 2. 14, 1. Zach. 5, 11. Dan. 1, 2. nom. regionis circa Babylonem (v. Bocharti *Phaleg* lib. 1. c. 5.), quae quam late patuerit, non constat. Sunt, qui eam a monte *Singara* (سنجار v. Schultens. Index geogr. s. h. v., ὁ Σιγγάρας ὄρος ap. Ptolem.) in Mesopotamia (Ammian. Marcell. 18, 5. 20, 6. 25, 7.) excurrisse putent v. Wahl *Asien* p. 609. cf. Michaelis in *Spicil.* T. I, p. 231. De origine vocis conjecturas parum probabiles habent Hieron. et Simonis in Onom. p. 446.

שָׁסָה *praedatus est* Ps. 44, 11., sq. acc. vel pers. 1 Sam. 14, 48. vel rei Hos. 13, 15. 1 Sam. 23, 1. Jer. 50, 11. *diripuit*. Partic. plur. שֹׁסִים *praedatores, direptores* Jes. 17, 14. Jud. 2, 14. 2 Reg. 17, 20. — Pohel שׁוֹסָה (pro שׁוֹסָה) *diripuit* Jes. 10, 13.

שָׁסַס *diripuit* Ps. 89, 42. Jud. 2, 14. 1 Sam. 17, 53. Part. praes. שָׁאֵס ex syriasmo pro שֹׁסֵס, plur. cum affixo שֹׁאֲסֶיךָ Jer. 30, 16. sec. Cthib — Niph. נָשַׁס *direptus est* Zach. 14, 2. Jes. 13, 16.

מַשְׁסָה f. *direptio, praedatio, praeda* 2 Reg. 21, 14. Jes. 42, 22. Jer. 30, 16. Zeph. 1, 13. et sec. Kri Jes. 42, 24., ubi Cthib habet מִשְׁסָה vel מְשִׁסָּה aliâ formâ. Plur. מִשְׁסוֹת Habac. 2, 7.

שָׁסַע *fidit, diffidit*. Part. שֹׁסֵעַ פַּרְסָה שֹׁסַע שֹׁסֵעַ (pro שֹׁסֵעַ) Levit. 11, 7., f. שֹׁסַעַת שֹׁסַעַת פַּרְסוֹת Levit. 11, 3. Deut. 14, 6. vel simpl. שֹׁסַעַת Levit. 11, 26.: *findens ungulas* h. e. fissas habens ungulas; פַּרְסָה הַשְׁסוּעָה *ungula fissa* Deut. 14, 7. — Pih. *scidit* Levit. 1, 17., *discidit, laceravit* Jud. 14, 6., transl. שׁ בַּדְּבָרִים *verbis* aliq. *dilaceravit* i. e. increpuit atque ita *cohibuit* 1 Sam. 24, 8.

שֶׁסַע m. *fissura* ungulae Levit. 11, 3. 7. 26. Deut. 14, 6.

שָׁסַף in Kal inusit., Pih. שִׁסֵּף *discidit, dissecuit* in frusta 1 Sam. 15, 33.

שָׁעָה I) *spectavit*, hinc *circumspexit* (auxilium) 2 Sam. 22, 42., saepius *respexit* translato sensu a) *respexit* aliquem, *rationem* alicuj. *habuit*, de Deo Gen. 4, 4. וַיִּשַׁע יְהוָה אֶל־הֶבֶל *respexit Jova Abelem et ejus oblationem* h. e. placuit, acceptum fuit Deo Abelis munus. b) *respexit ad* aliq., *intuitus est, spectavit* aliquem sc. auxilium ab eo exspectans, et quidem sq. אֶל Jes. 17, 8. vel עַל Jes. 17, 7. 31, 1. vel בְּ Exod. 5, 9. c) *respexit, observavit* aliquid (legem div.) Ps. 119, 117. — 2) sq. מִן et מֵעַל *oculos avertit, respexit ab* aliq., trop. *missum fecit aliquem* Jes. 22, 4. Job. 7, 19. 14, 6. — Hiph. Ps. 39, 14. הָשַׁע מִמֶּנִּי *respice a me* h. e. desiste a me (forma est tanq. verb. עע). — Hithpa. *circumspexit, dispexit* (auxilium) Jes. 41, 10., sed 41, 23. cum antiquis intptibus נִשְׁתָּעָה (c. he paragog.) vertes: *invicem nos adspiciemus* h. e. certabimus, pugnabimus (v. רָאָה) cf. Gesen. ad h. l. [et הִשְׁתַּעְשַׁע שְׁעֲשַׁע v. sub rad. שעע].

II) i. q. שׁעע *oblitus, praestrictus est* oculus Jer. 32, 3., ut syr. ܫܥܥ. Ita post Kimchium Rosenm. et Gesen.

שְׁעָה f. chald. 1) *momentum* temporis (a *spectando*, ut nostr. *Augenblick*), arab. ساعة et syr. ܫܥܬܐ Dan. 4, (16) 19. v. Schultens. in *Opp. min.* p. 223., deinde *hora* (ut arab. et syr.), sed non legitur nisi ap. Daniel. idque in hac formula proverbiali בְּהּ שְׁעָתָא (v. Wineri Gramm. chald. p. 96.) *hac ipsa hora* (*zur Stunde*) h. e. illico, confestim 3, 6. 15. 4, 30. 5, 5.

מִשְׁעֵי, unde מִשְׁעֵי Ezech. 16, 4. deducunt, v. sub rad. שׁעה.

שָׁעַט rad. Hebr. non usitat., arab. شعط II. *contundere.*

שַׁעֲטָה f. *strepitus, sonitus* (ungularum); in regim. שַׁעֲטַת Jer. 47, 3.

שַׁעַטְנֵז m. Levit. 19, 19. Deut. 22, 11. Aliis est vocabulum originis semiticae: *heterogeneum, ex diversae materiae filis contextum*, compos. vel ex שַׁע עַט נֵז i. e. *mixtura vestis filo* i. e. *vestis mixta filo*, ita ut שַׁע sit a שעשע *commiscuit*, עַט ab עטה *amicire, vestire*, et נֵז a נוז chald. *fila contorquere* (unde נוז *netum*), vel sec. Bochartum *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 45. ex שעט *miscuit* et נוז. Aliis est vocab. copticum; et Forsterus quidem (de bysso p. 95.) *Shontnes* (h. e. *byssinum complicatum* seu *fimbriatum*) analogice componi posse credit.

שָׁעַל radix Hebr. inusit.; plerumque conf. arab. شعل *confertus, compressus fuit*, sed perquam dubia est haec v. significatio.

שָׁעָל et שַׁעַל m. 1) *vola* Jes. 40, 12. (ubi c. affix. שָׁעָלוֹ), *pugillus*, syr. ܫܥܠܐ *id.*; plur. שְׁעָלִים 1 Reg. 20, 10., in regim. שַׁעֲלֵי (quod est a sing. שַׁעַל) Ezech. 13, 19.

שׁוּעָל m. 1) *vulpes* Neh. 3, 35., arab. ثعالة et ثعلب. Plur. שֻׁעָלִים Jud. 15, 4. Thren. 5, 18. et שְׁעָלִים Ps. 63, 11. Cant. 2, 15. Ezech. 13, 4. In historia Simsonis Jud. 15. שׁוּעָלִים comprehendere posse genus illud animalium, quod Turcae et Persae *Schagal* (شَغَال, arab. ثُعَالَة) vocant, post Bochartum contendit Simonis in dissert. de *usu itinerariorum orientalium* §. 7. Idem videtur Hasselquisto in *Itinerar. Palaestin.* p. 550., qui p. 271. frequentia esse animalia illa juxta Gazam Philistaeorum testatur. Sed non opus est. Contra vero Ps. 63, 11. cum שְׁעָלִים dicantur cadavera devorare, canes istos aureos significari vix dubium v. Bochart. Hieroz. Tom. II, p. 190 sqq. 2) nom. loci, q. d. *terra vulpium*, a copia vulpium 1 Sam. 13, 17. v. exempla locorum a vulpibus denominatorum ap. Bochartum in *Phal.* p. 682.

שַׁעַלְבִּי (*vulpes* cf. ثعلب) Jud. 1, 35. 1 Reg. 4, 9. seu שַׁעַלְבִּין Jos. 19, 42. oppidum Danitar., unde nom. gentil. שַׁעַלְבֹנִי 2 Sam. 23, 32. 1 Chron. 11, 33. Idem esse putant שַׁעֲלִים 1 Sam. 9, 4.

מִשְׁעוֹל m. *via angusta* Num. 22, 24.

שָׁעַן in Kal inusit., Niph. נִשְׁעַן *innixus fuit, incubuit* sq. עַל 2 Sam. 1, 6. (hastae) Job. 8, 15, spec. נִשְׁעַן עַל יָד i. c. *manui alicujus innixum incedere, prodire* (ut reges orient. solent) 2 Reg. 5, 18. 7, 2. 17. Longe frequentius trop. dicitur *inniti* alicui vel pers. vel rei, qui fiduciam in eo reponit, sq. עַל Mich. 3, 11. Jes. 10, 20. 31, 1. 2 Chron. 16, 7., sq. אֶל Prov. 3, 5., sq. בְּ Jes. 50, 10., hinc נִשְׁעָן absol. est *se sustinuit* Job. 24, 23. — 2) *reclinavit se* in aliquid (*sich anlehnen*), sq. עַל Jud. 16, 26. et de regione: Num. 21, 15. נִשְׁעַן לְגִבוּל מוֹאָב *acclinat se finibus moab*, i. e. imminet finibus moab. — 3) *recubuit* (pr. in cubitum innixus est) Gen. 18, 4.

מִשְׁעָן m. *fulcrum*, hinc *adminiculum* (vitae sustentandae) Jes. 3, 1., *praesidium* 2 Sam. 22, 19. Ps. 18, 19. (de Jova).

מַשְׁעֵן m. et מַשְׁעֶנֶת f. *adminiculum*. Utrumque conjungitur Jes. 3, 1. ad innuendum *omnis generis adminicula* et *subsidia, fortiora* et *debiliora, majora* et *minora* (sic quoque Arabes hoc sensu masculina et foeminina copulant observante Schultensio ad Harir. p. 36.).

מַשְׁעֶנֶת f. *baculus, scipio*, cui quis *innititur* Jud. 6, 21. 2 Reg. 4, 31. 18, 21. Jes. 36, 6. Ezech 29, 6. Cum affixo מִשְׁעַנְתִּי 2 Reg. 4, 29. Plur. מִשְׁעֲנוֹת (tanquam a sing. מִשְׁעָנָה), cum affixo מִשְׁעֲנֹתָם Num. 21, 19.

שָׁעַע chald. et syr. *oblevit (polivit, mulsit*, trop. *blanditus est)* in hebr. intransit. *oblitus fuit* (oculus) Jes. 29, 9. v. שִׁעָה Hiph. — Pil. שִׁעְשַׁע *mulsit* h. e. *oblectavit* Ps. 94, 19., intrans. *oblectatus, delectatus est* Jes. 11, 8., aliqua re sq. acc. Ps. 119, 70. Jes. 11, 8. — Pyl. שֻׁעְשַׁע *mulsus, permulsus est*, ut infantibus fieri solet Jes. 66, 12. *(geliebkost werden)*. — Hiph. imper. הָשַׁע *obline (excoeca)* Jes. 6, 10. (aliud v. sub שעה). — Hithpal. הִשְׁתַּעְשַׁע 1) *sibimet ipsi oculos oblevit, semet-ipsum excoecavit* Jes. 29, 9. ubi v. Rosenm. 2) *se oblectavit, delectatus est* sq. בְּ Ps. 119, 16. 47.

שַׁעֲשׁוּעִים m. plur. *oblectationes, deliciae* Prov. 8, 30. 31. Jer. 31, 20. Ps. 119, 24 sqq. Jes. 5, 7.

שָׁעַף i. q. סָעַף, quod vide.

שְׂעִפִּים *cogitationes* v. sub rad. סעף.

שַׂרְעֲפִים f. plur. *id.* Ps. 94, 19. 139, 23., immissa, ut passim fit, ר litera.

שָׁעַר. Tres sunt radd. I) שׁגר *fissus est, rimam egit* et *post se reliquit*, chald. et syr. חרע (unde etiam chald. תְּרָעָא *ruptura, apertura*, it. *janua*). — II) *aestimavit, judicavit* (arab. سعر *pretium constituit* annonae, et chald. שְׁעַר *aestimavit*) Prov. 23, 7. in quem l. v. Umbreit. — III) i. q. שׁער *horruit*.

שַׁעַר m. 1) *mensura, modus* Gen. 26, 12. v. rad. n. 2. Chald. שְׁעַר et שִׁיעוּר (Mischna 1, 37. 166.) *id.* 2) *porta* (arab. ثغر chald. et syr. תָּרַע) sive castrorum Exod. 32, 26. 27., sive templi Jer. 7, 2. Ezech. 8, 5. 10, 19. 40, 9 sqq., sive oppidi Gen. 23, 18. Deut. 18, 6. Jos. 2, 7. Jud. 5, 8. Neh. 12, 30. Ps. 147, 13., sive (in libris posterioribus) palatii regii (pers.) Esth. 2, 19. 21. (hinc pro *aula* regia Esth. 4, 2. 6., ut hodienum *porta ottomanica* est pro aula ott. v. chald. תָּרַע); *portae terrae* alicujus sunt aditus, qui hostibus terram aggressuris patent Jer. 15, 7. (simil. arab. ثغور) coll. Nah. 3, 13. — Sed in portis oppidorum orient. cum judicia haberentur, שַׁעַר passim legitur pro *foro* Deut. 25, 7. Ruth. 4, 1. Job. 5, 4. Jes. 29, 21. Thren. 5, 14. Am. 5, 10. 12. 15. Prov. 22, 22. 24, 7. Eodem ad confabulandum, ad spectandum, ad emendum vendendumve convenire solebant cives Gen. 19, 1. Ruth. 4, 11. 1 Sam. 4, 18. 2 Sam. 18, 4. Thren. 1, 4. 2 Reg. 7, 18. Prov. 31, 23., hinc Ps. 69, 13. יֹשְׁבֵי שָׁעַר de hominibus otiosis v. Rosenm. ad h. l. Alibi porta meton. dic. pro *oppido* ipso, max. in hac form. בְּשַׁעֲרֵי פ *intra al. portas* Exod. 20, 10. Deut. 12, 14. 15, 22

16, 5. 26, 12. — Cum ה paragog. *locali* שַׁעְרָה Deut. 22, 15. 25, 7. Jes. 22, 7., plur. שְׁעָרִים, in regim. שַׁעֲרֵי 1 Sam. 17, 52. Neh. 2, 8., cum affixis שְׁעָרֶיךָ, שַׁעֲרֵיהֶם Ezech. 21, 20.

Nomina portarum Hierosolymorum, quarum in V. T. mentio fit, haec fere sunt: 1) שַׁעַר־הַגַּיְא *porta vallis* (Neh. 2, 13. 15. 3, 13. 2 Chron. 26, 19.) in latere urbis occidentali, quae nomen accepisse videtur a valle Gichon 2 Chron. 33, 14. 2) שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת vel contracte הַאַשְׁפּוֹת *porta sterquilinii* (Neh. 12, 31. 2, 13. 3, 13. 14.) in eod. latere, quae nomen non tam a sordibus ibi congestis, quam inde potius traxisse videtur, quod ibi stercora ad ignes nutriendos congerebantur; Josephus vocat *Βηθσω* (בית צואה) h. e. *locum, ubi fimus est*, quanquam non addit interpretationem graecam, sine dubio veritus, ne quid pejus de hac urbis parte sentirent Romani. Alibi vocat *portam Essaeorum*. Sequebatur 3) in latere occidentali שַׁעַר הָעַיִן *porta fontis* (Neh. 2, 14. 3, 15. 12, 37.) sc. Siloah. 4) שַׁעַר הַמַּיִם *porta aquae* (Neh. 3, 26. 12, 37.) in latere urbis superioris orientali, et quidem extrema hujus lateris porta, quia prima erat, ad quam veniebat, qui a *porta fontis* in latere occidentali austrum versus et hinc orientem versus tendebat. Nomen traxit a vicino torrente *Kidron*. 5) in latere orientali שַׁעַר הַסּוּסִים *porta equorum* h. e. ubi forum erat equis vendendis destinatum (Neh. 3, 28. Jer. 31, 40. coll. 2 Chron. 23, 15. 2 Reg. 11, 16.). 6) in eod. latere orientali שַׁעַר הַצֹּאן *porta ovium*, προβατικὴ (Neh. 3, 1. 12, 39.) sic dicta, vel quod ibi forum erat, in quo oves sacrificiis destinatae venales prostabant, vel quod oves immolandae per eam in templum ducebantur. Erat porta, quae rectà e regia in templum ducebat, et a qua pons, qui utrumque montem Moria et Zion junxit, initium sumebat, adeoque porta sacra, unde etiam prae reliquis exstruebatur et sola consecrabatur sollenniter Neh. 3, 1. Munita erat duabus utrimque turribus, austrum versus turre *Meah*, et a septentrione turre *Chananeel* Neh. 3, 1. 12, 39. coll. 37. 7) in eodem latere orientali שַׁעַר הַדָּגִים *porta piscaria* (Neh. 3, 3. Zeph. 1, 10.), ita fortasse dicta, quod pisces ibi venales prostabant. 8) שַׁעַר הַיְשָׁנָה *porta vetus* (Neh. 3, 6. 12, 39.) sita inter portam piscariam et inter portam Ephraim, adeoque aut ad latus orientale aut boreale. Jam vero ad boreale latus sita esse non potuit: nam hoc cingebatur muro admodum lato; at qui v. c. a porta ovium ad murum istum latum tendebat, prius pervenit ad portam *veterem* Neh. 3, 6. 8. Ergo ad latus orientale sita erat. Eadem fortasse est שַׁעַר הָרִאשׁוֹן Zach. 14, 10. 9) שַׁעַר אֶפְרַיִם *Ephraimitarum porta* ad latus boreale Neh. 8, 16. Amplum ad illam erat forum Neh. 8, 16., et sine dubio eadem dicitur שַׁעַר בִּנְיָמִין (Jer. 37, 13. 38, 7. Zach. 14, 10.), quia aeque ad tribum Benjamin atque ad tribum Ephraim ducebat. 10) שַׁעַר הַפִּנָּה *porta anguli* (2 Chron. 26, 9. Jer. 31, 38. Zach. 14, 10.) ad latus urbis boreale. De שַׁעַר הַחַרְסוּת Jer. 19, 2. magnopere ambigitur (v. Rosenm.), hae autem videntur templi portae fuisse: a) שַׁעַר הַמִּפְקָד *porta senatus* Neh. 3, 31. b) שַׁעַר הַמַּטָּרָה *porta custodiae* Neh. 12, 39., quemadm. שַׁעַר סוּר 2 Reg. 11, 6., שַׁעַר הָעֶלְיוֹן 15, 35., שַׁעַר הַמֶּלֶךְ 1 Chron. 9, 18., שַׁעַר שַׁלֶּכֶת 26, 16., שַׁעַר הַיְסוֹד 2 Chron. 23, 5., שַׁעַר הֶהָחוֹשׁ Jer. 36, 10. cf. Faber *Archaeol.* I, p. 336 sqq. Hamelsveld. bibl. Geogr. II, p. 76 sqq. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 216 sqq.

שַׁעֲרַיִם *(binae portae)* nom. propr. oppidi in tribu Jud. Jos.

15, 36. 1 Sam. 17, 52. 1 Chron. 4, 31. Simil. arab. بابين est nom. loci in Arabia ap. Jacubum.

שׁוֹעֵר m. *janitor* 2 Reg. 7, 10. 2 Chron. 31, 14., plur. שֹׁעֲרִים 2 Reg. 7, 11. 1 Chron. 9, 17. 18. 24. 26., in regim. שֹׁעֲרֵי 2 Chron. 23, 4.

שׁוֹעָר m. *horribilis, foedus* (v. rad. n. 3.). Plur. שֹׁעָרִים Jer. 29, 17 (de ficubus).

שַׁעֲרוּר m. *horrendus, perquam horribilis,* unde foem. שַׁעֲרוּרָה *horribile* quid Jer. 5, 30. 23, 14. Inde fit

שַׁעֲרוּרִי m. *id.*, foem. שַׁעֲרוּרִיָּה sec. Kri Hos. 6, 10. (ubi Cthib habet שַׁעֲרִירִיָּה) et alia terminatione foem. שַׁעֲרֻרִית Jer. 18, 13.

שָׂעַר *horruit* (φρίσσειν) i. e. a) propr. *asper, hirtus fuit (emporstarren),* ut comae (cf. Job. 4, 15.), aristae etc. (Hesiod. Op. 540. Iliad. 23, 599., *mare horret fluctibus* Accius, *hastae horrentes* et *horret ager aristis* Virg. etc.) v. derivv. cf. arab. شعر *pilosus fuit;* hinc b) terrore, metu correptus stupuit, *schaudern, Schauder empfinden* Jer. 2, 12 (שָׂעַר שַׂעַר) Ezech. 27, 35. 32, 10., sq. עַל caussae Ezech. 32, 10., sq. acc. Deut. 32, 17 (ubi de *horrore numinis,* quemadm. Val. Flacc. dixit) cf. φρίσσειν τινά Iliad. 11, 383. adde Jacobs. ad Anthol. palat. p. 1057.; c) *procellosus fuit* (cf., quod Ovidius habet, *horret tempestas*), et sq. acc. transit. *turbine disjecit* (ut סער) Ps. 58, 10., ubi v. Rosenm. Fut. יִשְׂעַר, plur. יִשְׂעֲרוּ. — Niph. נִשְׂעֲרָה impers. ventus, *tempestas furit, procellosum est* Ps. 50, 3. — Pih. *turbine disjecit* Job. 27, 21. — Hithpah. *procellae instar* h. e. cum impetu *irruit* sq. עַל Dan. 11, 40.; Arabes etiam *procellis* frequenter proelia et bella assimilant v. Kuypers *ad varia V. T. loca* p. 4.

שָׂעִיר 1) *pilosus, hirsutus* Gen. 27, 11., foem. plur. שְׂעִירוֹת 27, 23.; שְׂעִיר עִזִּים Gen. 37, 31. Levit. 4, 23. *pilosus caprarum* h. e. *caper, hircus* et שָׂעִיר absolut. Dan. 8, 21. Levit. 4, 24., plur. שְׂעִירֵי עִזִּים Levit. 16, 5. Num. 7, 87., foem. שְׂעִירַת עִזִּים *capra* foemina Levit. 4, 28. 5, 6. Numina in hircorum speciem efficta venerati sunt olim Israelitae Levit. 17, 7. 2 Chron. 11, 15. cf. Bocharti Hieroz. T. III, p. 825. Diversi ab his sunt daemones שְׂעִירִים, qui in locis desertis degere perhibentur Jes. 13, 21. 34, 14. Haec erant monstra sylvestria (Luth. bene *Waldteufel*) in hircinam assimilata formam, quae sibi effinxerat superstitio orientalium, v. Hieron. Cf. Bocharti Hieroz. III, p. 847. et Gesen. in Jes. I, p. 465 sq. 2) שְׂעִירִים *imbres* vel potius *pluviae subitae,* quae cutem *horrere* faciunt (*Regenschauer*) Deut. 32, 2.

שֵׂעִיר propr. *horridus, hirsutus* 1) nom. viri Choritae Gen. 36, 20 sqq. (ut graec. Λάσιος, lat. Capella, Hirtius), a quo (ut vulgo creditur) 2) nomen duxit mons et regio *Seir* in finibus Idumaeae haud procul a mari mortuo Gen. 14, 6. 32, 3. 36, 8. Deut. 1, 2. 2, 1. Jos. 15, 10. 24, 4. 2 Chron. 20, 10. Ezech. 35, 2. etc., hod. جبال v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 126. Sec. alios (cf. Josephi Antiqq. 1, 19.) sic dicebatur ab *Esavo* (*hirsuto* quippe), cujus posteri hanc regionem occuparunt Deut. 2, 12. 2 Chron. 20, 10. (quanquam alibi ipse Esavus in his montibus sedes habuisse legitur Gen. 32, 3. 33, 14. 16.). Sed quidni potius a *densis silvis* montem *Seir* nominatum arbitremur (conf. infra שְׂעִירָה)?

שְׂעִירָה Jud. 3, 26. nom. propr. fortasse saltus, de cujus tamen situ nihil constat; coll. arab. شَعَار *arbores perplexae.* Aliud v. sub שָׂעִיר.

שֵׂעָר m. *pilus* vel potius coll. *pili* (arab. sing. شَعْرَة *pilus*, collect. شَعْر *pili*) Zach. 13, 4. Levit. 13, 3. 10. 21.; קָרְקַד שֵׂעָר *vertex pilosus* Ps. 68, 22., בַּעַל שֵׂעָר *homo pilosus* 2 Reg. 1, 8., אַדֶּרֶת שֵׂעָר *pallium e pilis confectum* Gen. 25, 25.; it. *coma, capillus* Cant. 4, 1. Num. 6, 5.

שְׂעַר m. chald. *coma* Dan. 3, 27. 7, 9.

סַעַר m. 1) *procella, turbo* Jes. 28, 2. pro סַעַר, quod vid. 2) *horror* Job. 18, 20. Ezech. 27, 35. 32, 10. 3) *pilus, capillus* Jes. 7, 20.

שַׂעֲרָה f. *pilus* Jud. 20, 16., hinc plur. שַׂעֲרוֹת, constr. שַׂעֲרוֹת Ps. 40, 13. 69, 5., it. *capillus* Job. 4, 15. 1 Sam. 14, 46. 2 Sam. 14, 11. (ubi stat. constr. שַׂעֲרַת), cum affixo שַׂעֲרָתוֹ 1 Reg. 1, 52.

שְׂעֹרָה f. *hordeum* (planta) Exod. 9, 31. Deut. 8, 8. Job. 31, 40. Jes. 28, 25. Joël. 1, 11. (שְׂעֹר et שְׂעֹרָה *id.*), sic dictum, quod *pilosum* est et *hirsutum*, sicut lat. *hordeum* q. d. *horridum*, quo sensu et Homerus *Iliad.* 23, 600. *segetes* φρίσσειν, et Virgilius *Georg.* III, 199. *segetes horrescere* dixit. Plur. שְׂעֹרִים *hordea* (grana) Levit. 27, 16. Num. 5, 15. Ruth. 2, 17. etc.

שַׂעֲרָה f. *turbo* (i. q. סַעֲרָה) Job. 9, 17. Nah. 1, 3.

שַׁעְשְׁגַז nom. eunuchi pers. Esth. 2, 14., coll. pers. ساسكن *servus pulcharum* (foeminarum).

שָׁפָה I) i. q. syr. ܫܦܐ *limavit*, Pih. *aequavit, complanavit*, in Kal non usitat., Niph. הַר נִשְׁפֶּה Jes. 13, 2. i. e. *mons planus* (Lxx. ὄρος πέδινον), *ein flacher Berg*; all. *mons nudus* (arboribus), *kahler Berg*, sed hanc vim inesse in voce syr., doceri non potest. Quod alii vertunt (ipse etiam Gesenius in interpr. germ.) *mons altus*, id, quanquam Saadiae auctoritatem prae se fert, effici nequit; nam arab. شفو *eminuit; prominuit* (quo voc. Rosenm. etiam utitur, quanquam is in verbo שפה explicando sibi non constat), unde sumtum sit, non apparet. — II) fortasse i. q. talm. שִׁפָּה *contrivit*, it. *colavit, percolavit* v שֶׁפֶה cf. Hartmann. thes. ling. ebr. III, p. 115. — Pyh. Job. 33, 21. שֻׁפּוּ עַצְמֹתָיו *nuda fiunt ossa ejus* sc. carne. Sed v. Kal. Magis placet: *contrita sunt ossa ejus*, coll. chald. שפה *attritus, contritus fuit.*

שְׁפִי, in pausa שָׁפֵי m. *collis planus* (coll. syr. ܫܦܝ *planities*) Num. 23, 3. Plur. שְׁפָיִים et שְׁפִים Jes. 41, 18. 49, 9. Jer. 3, 2. 21. 4, 11. 7, 29. etc.

שֶׁפֶה f. *caseus* sec. vett. intptes v. Bochartus in *Hieroz.* P. I. lib. 2. c. 52. cf. rad. n. 2. Plur. in regim. שִׁפּוֹת 2 Sam. 17, 29.

שִׁפְמִי urbs (*colli*, ut videtur, inaedificata) in tribu Juda Num. 34, 10. 11., quae etiam numero plur. שִׁפְמוֹת 1 Sam. 30, 28. vocatur. Gentil. שִׁפְמִי legitur 1 Chron. 27, 27.

שָׂפָה f. propr. *extremitas*, ora (شفا, ܣܦܬܐ), ut vestis Exod. 28, 32., cortinae Exod. 26, 4. 36, 11., vasis 1 Reg. 7, 26. 2 Chron. 4, 5., maris aut fluvii (*ripa*) Gen. 41, 3. Exod. 2, 3. 7, 17. 2 Reg. 2, 13. Dan. 12, 8., (*littus*) Gen. 22, 17. Exod. 14, 30. 1 Reg. 4, 19., it. terrae alicujus (*terminus* extremus) Jud. 7, 22. Sed spec. dic. de extremitate oris et signif., max. in duali שְׂפָתַיִם (constr. שִׂפְתֵי) labrum, labium (شفا et شفة, chald. סְפָה, סִפְתָא) Ps. 22, 8. Dan. 10, 16. Hab. 3, 3. 1 Sam. 1, 13. Cant. 5, 13.; *aperire labia* Job. 11, 5. 32, 20. i. e. loqui incipere, *aperire labia alicujus* Ps. 51, 17. i. e. facere, ut quis loqui (laudes praedicare) possit, חָשַׂךְ שְׂפָתָיו *labia sua cohibere* h. e. linguae temperare Prov. 10, 19., נִיב שְׂפָתַיִם *proventus labiorum* h. e. oratio (celebratio Dei) Jes. 57, 19. coll. Hebr. 13, 15. καρπὸς χειλέως, אִישׁ שְׂפָתַיִם *loquax, garrulus* Job. 11, 2. (eod. fere sensu פֹּתֶה שְׂפָתָיו Prov. 20, 19.), עֲרַל שְׂפָתַיִם *praeputiatus labiis* h. e. balbutiens Exod. 6, 12., דְּבַר שְׂפָתַיִם passim *verba futilia* 2 Reg. 18, 20. Prov. 14, 23. Quemadmodum שָׂפָה in his formulis tanquam loquendi instrumentum spectatur, ita persaepe meton. dicitur a) de ipsa loquela et *sermone* Job. 12, 20. Prov. 22, 11., max. respectu habito animi, unde proficiscuntur sermones, עִקֵּשׁ שְׂפָתָיו *perversus labia* Prov. 19, 1., שִׂפְתֵי דַעַת *sermones prudentes* Prov. 14, 7., שִׂפְתֵי חֲלָקוֹת *sermones blandi* Ps. 12, 4., שְׂפָתַיִם דֹּלְקִים *labia flagrantia* i. e. sermones intimam amicitiam mentientes Prov. 26, 23. adde Prov. 12, 19. 17, 4. Zeph. 3, 9.; b) de *lingua* et *dialecto* Gen. 11, 7 sqq., שְׂפַת כְּנַעַן *lingua cananitica* Jes. 19, 18., עַם עִמְקֵי שָׂפָה מִשְּׁמוֹעַ *populus profundioris linguae, quam ut intelligatur* h. e. linguae barbarae intellectu difficilis Jes. 33, 19.

שֶׂפֶת f. *labium*, unde plur. in regim. שִׂפְתוֹת Eccles. 10, 12., cum affixo שִׂפְתוֹתֶיךָ Ps. 45, 3.

שָׂפָם m. *mentum* Levit. 13, 25. Ezech. 24, 17. 22. Mich. 3, 7., spec. *barba* 2 Sam. 19, 25.

שָׁפַח radix Hebr. inusit., aethiop. ሰፈሐ: *expandit, extendit, diffudit.* Conveniunt arab. فسح et صفح, nec non سفح. Ab hac rad. commode derivari possunt מִשְׁפָּחָה et מִשְׁפַּחַת, sed quo modo שִׁפְחָה inde oriatur, non liquet; certe, quod Gesenius nuper statuit, rad. *serviendi ministrandique* notionem habuisse, id audacius quam probabilius est. Vid. tamen Mahn *Berichtig.* p. 160.

שִׁפְחָה f. *ancilla*, serva (masc. עֶבֶד) Gen. 16, 1. Exod. 11, 5. Levit. 19, 20. 1 Sam. 25, 41. etc. In regim. שִׁפְחַת Gen. 16, 8. 25, 11., cum affixo שִׁפְחָתִי Gen. 16, 2. 5. etc., plur. שְׁפָחוֹת Gen. 12, 16. 2 Reg. 5, 26., cum affixo שִׁפְחוֹתָיו Gen. 32, 22.

מִשְׁפָּחָה 1) *genus* animalium Gen. 8, 19. (ab *extendendo, diffundendo* dict.), *gens* hominum, sive angustiore sensu ita ut fere sit pro *familia* (quas plures comprehendunt tribus) Exod. 6, 14 sqq. Levit. 25, 47. Zach. 12, 12. Esth. 9, 28. Num. 1, 2. 26, 5 sqq. Deut. 29, 17. Jos. 7, 14 sqq. etc., aut pro *tribu* ac *stirpe* Gen. 10, 18 sqq. 12, 3. Ps. 107, 41. Jos. 7, 17., sive latiore ita ut *populum* significet Am. 3, 1. Mich. 2, 3. Jer. 8, 3. 25, 9. Ezech. 20, 32. coll. Ps. 22, 28. Metaph. de rebus inanimatis Jer. 15, 3. *quatuor familiae* (poenarum) i. e.

quatuor genera. — In regim. מִשְׁפַּחַת Levit. 25, 47. Num. 3, 21., c. affix. מִשְׁפַּחְתִּי Gen. 24, 38., מִשְׁפַּחְתָּם Jud. 18, 2.; plur. מִשְׁפָּחוֹת Ps. 107, 41., in regim. מִשְׁפְּחוֹת Exod. 6, 15. 19. 24., cum affixo מִשְׁפְּחֹתָיו 1 Sam. 10, 23. etc.

שָׁפַח i. q. arab. سفح *defluere*, it. intransit. *effudit*, vid. נסך. Pih. שִׁפַּח Jes. 3, 17. שִׁפַּח אֲדֹנָי קָדְקֹד בְּנוֹת צִיּוֹן *defluere faciet dominus verticem* (capillos verticis) *Sionitarum* h. e. *decalvabit verticem Sion.*, ut recte explicuit Hieron. v. Rosenm. et Gesen. ad h. l.

מִשְׁפָּח *effusio* sanguinis Jes. 5, 7. coll. arab. سَفَّاح *effusor sanguinis, homo cruentus.*

שָׁפַט (semel שְׁפֹט extra pausam 1 Sam. 7, 17.) 1) *judicavit, jus dixit (richten)* Job. 22, 13. Ezech. 44, 24. Ps. 58, 12., sq. acc. pers. Exod. 18, 22. 26. Deut. 16, 18. Jes 11, 4. Dan. 9, 12., שָׁפַט מִשְׁפָּט *judicium exercere, judicem sedere* Ps. 82, 1.; שׁ מִשְׁפַּט אֱמֶת Zach. 7, 9. et שׁ בְּצֶדֶק Prov. 31, 9. et שׁ מֵישָׁרִים Ps. 75, 3. *recte judicare;* שׁ בֵּין Gen. 31, 53. Jes. 2, 4. Mich. 4, 3. שׁ בֵּין - - בֵּין 1 Sam. 24, 16. Gen. 16, 5. *arbitrum esse inter* etc. Persaepe ita legitur, ut ex orationis contextu vel defendendi absolvendique vel condemnandi notio accedat: a) *jus suum dare, reddere* alicui Jes. 1, 7. Ps. 10, 18. 26, 1. 82, 3., שׁ מִשְׁפַּט פ eod. sensu Jer. 5, 28. Thren. 3, 59., praegnant. sq. בְּיַד 2 Sam. 18, 19. שָׁפְטוֹ יְהוָה מִיַּד־אֹיְבָיו *vindicabit eum Jova ex potestate inimicorum* Ps. 43, 1. 1 Sam. 24, 16. b) *condemnavit, punivit* Eccles. 3, 17. 1 Sam. 3, 13. Ezech. 7, 3. Obad. 21. Ps. 109, 31. — 2) *texit* (v. דוּן) Jud. 16, 31. 1 Reg. 3, 9. 2 Reg. 23, 22. v. שׁפט. — Niph. נִשְׁפַּט 1) *judicatus est* Ps. 9, 20. 37, 33. 2) reciproc. *contendit, disceptavit* Jes. 59, 4. 43, 26., sq. עִם pers Joel. 3, 7 (4, 2.) 2 Chron. 22, 8., sq. אֶת Prov. 29, 9. Ezech. 17, 20. 20, 35., sq. לְ Jer. 25, 31., sq. עַל rei, *de* qua contenditur Jer. 2, 35., it. sq. acc. Ezech. 17, 20. 1 Sam. 12, 7. Ubi de Jova dicitur, passim habet sensum *puniendi*, poenas infligendi Ezech. 20, 35. 38, 22. 66, 16. — Pohel, unde part. cum affixo מְשֻׁפָּטִי *judex meus* (al. *disceptans mecum*) Job. 9, 15.

שְׁפַט chald. *judicavit*, unde part. שָׁפֵט *judex*, plur. שָׁפְטִין Esr. 7, 25.

שׁוֹפֵט (partic. praes.) subst. 1) *judex* Deut. 16, 18. 21, 2. Jos. 23, 2. 1 Chron. 26, 29. etc. 2) *regnator, princeps* Ps. 2, 10 (parall. מלכים) Am. 2, 3 (parall. שרים). Ita appellantur etiam, qui post Josuae obitum, urgente necessitate, Israelitarum res ab hostium subito irruentium injuriis vindicarunt et, pace restituta, partim summum magistratum gesserunt (ut Samuel) Jud. 2, 16. 17. Ruth. 1, 1. 2 Reg. 23, 22. v. Riegler in Bertholdts theol. Journ. VII, 1 sqq. Wineri Lexic. bibl. II, 575. Eodem nomine vocati sunt summi Carthagin. magistratus Liv. 30, 7. 32, 46. Aristot. Polit. 2, 11.

שְׁפוּט m. *judicium* (Jovae) i. e. *poena* 2 Chron. 20, 9.

שִׁפּוּט m. *id.*, plur. שִׁפּוּטִים Ezech. 23, 10. (nisi potius a שְׁפוּט declinatur, v. Gesen. L. p. 559.).

שֵׁפֶט m., plur. שְׁפָטִים *judicia* (Dei) i. e. *poenae* Exod. 6, 6. 7, 4.

Num. 33, 4. Prov. 19, 29. Ezech. 5, 10. 15. etc., cum affixo שְׁפָטַי Ezech. 14, 21.

מִשְׁפָּט m. 1) *judicium* i. e. a) quod exercetur a judice (*Gericht*) Levit. 19, 15. 35. Deut. 1, 17. Ps. 7, 7. 35, 23. Prov. 16. 10., עָשָׂה מִשְׁפָּט *judicium exercere, jus dicere* 1 Chron. 18, 14. 1 Reg. 7, 7., נָגַשׁ אֶל־הַמִּשְׁפָּט vel הָלַךְ *ire, pergere ad judicem* Deut. 25, 1. Job. 34, 23., בּוֹא בַמִּשְׁפָּט עִם פ׳ *cum aliquo ad judicem pergere* i. e. aliq. *in jus adducere* Ps. 143, 2. Job. 9, 32., בַּעַל מִשְׁפָּטִי *adversarius meus* in foro Jes. 50, 8. b) quod judex tulit, *sententia* judicis 1 Reg. 20, 14. Ps. 17, 2., max. ea, qua poena alicui constituitur Jer. 48, 21. 52, 9. 2 Reg. 25, 6. Zeph. 3, 8. (מִשְׁפַּט מָוֶת *sententia mortifera* Deut. 21, 22.), hinc plur. *judicia Dei* sunt poenae, quas Deus hominibus infligit Ps. 19, 10. 119, 75. — 2) *caussa* (forensis) Job. 23, 4., hinc עָרַךְ מִשְׁפָּט *instruere, orare caussam* Job. 13, 18., הִקְרִיב מִשְׁפָּט לְפָנֵי פ׳ *caussam deferre ad aliq.* Num. 27, 5., עָשָׂה מִשְׁפָּט אֶת פ׳ *alic. caussam agere* 1 Reg. 8, 45. Deut. 10, 18.; it. *crimen*, quod ad judicem adducitur, מִשְׁפַּט דָּמִים *crimen capitale* Ezech. 7, 23. Jer. 51, 9. — 3) *jus* Deut. 16, 19. 18, 3. 21, 17. 1 Sam. 2, 13. 8, 9. 10, 25. Job. 31, 13. Jer. 32, 7., *justum* Deut. 32, 4. Jes. 5, 7. (מֹאזְנֵי מִשְׁפָּט *bilances justae* Prov. 16, 11.), *justitia* Prov. 1, 3. Deut. 32, 4. Jer. 22, 15., unde בְּמִשְׁפָּט *juste* h. e. *aeque* Jer. 10, 24., לַמִּשְׁפָּט *ex aequo* 30, 11. — 4) *lex, statutum* Exod. 24, 3. Deut. 7, 11. Ps. 18, 23. 19, 10. Jer. 5, 4. 2 Chron. 33, 8. Levit. 18, 4. 5. 19, 37. Ezech. 20, 25. etc., max. de legibus divinis, (כַּמִּשְׁפָּט *secundum legem, legi convenienter* 2 Chron. 35, 13.), *norma* quaevis Exod. 26, 30.; מַה־יִּהְיֶה מִשְׁפַּט הַנַּעַר וּמַעֲשֵׂהוּ *quae erit lex* (norma vivendi) *hujus pueri, quaeve agendi ratio* (huic normae consentanea)? Jud. 13, 12. — 5) *mos, consuetudo, institutum* Gen. 40, 13. 1 Sam. 27, 11. Ezech. 5, 7. 2 Reg. 11, 14. 17, 26., *modus, habitus* 2 Reg. 1, 7. מָה מִשְׁפַּט הָאִישׁ Vulg. *cujus figurae et habitus est vir ille?*

שָׁפַךְ 1) *fudit, effudit* (chald. et arab. سفك et سفح) Jes. 57, 6 (libamen), max. שָׁפַךְ דָּם *effudit sanguinem* Ezech. 24, 7. 1 Reg. 18, 28., quod passim est: *caedem fecit, commisit* 1 Reg. 2, 31. Gen. 9, 6. 37, 22. Ezech. 22, 6. 1 Sam. 25, 31. Transl. a) לֵב vel נֶפֶשׁ שׁ׳ *animum suum effundere* i. e. in querelas effundi Thren. 2, 19. Ps. 142, 3., vel desideria sua aperire Ps. 62, 9. 1 Sam. 1, 15., ut nostrates dicunt, *sein Herz ausschütten.* (De loco Ps. 42, 5. v. sub voc. עַל). b) *effundere contumeliam* vel *spiritum suum in* al. dicitur Jova Ps. 107, 40. Joel. 2, 28 (3, 1.), quando largiter aliquem vel contumelia vel spiritu suo impertit. — 2) *aggessit, adaggeravit* (terram) Ezech. 26, 8. (nostr. dicunt: *aufschütten*). — Nipb. נִשְׁפַּךְ 1) *effusus est* 1 Reg. 13, 3. 4. Deut. 12, 27., trop. *jecur meum in humum effusum est* Thren. 2, 11, *ut aqua effusus sum* Ps. 22, 15. i. e. penitus afflictus, toto animo consternatus sum. De phrasi: *sanguis effunditur* Gen. 9, 6. v. sub Kal. 2) *profusus est* Ezech. 16, 36 (de pecunia), ad quem l. v. Rosenm. — Pyb. שֻׁפַּךְ *effusus est* Num. 35, 33., trop. Ps. 73, 2. כְּאַיִן שֻׁפְכוּ אֲשֻׁרָי (sec. Kri) *propemodum effusi fuissent gressus mei* h. e. parum abfuit, quin laberer (simil. *equo effusum* Livius dixit pro *delapso*, et *humi fusum* Virgilius pro *humi prostrato*). — Hithpah. הִשְׁתַּפֵּךְ *effundi*; trop. *anima mea effunditur* i. e. vel in querelas effundor (v.

Kal) vel summo dolore misere excrucior Job. 30, 16., sed Thren. 2, 12. eadem formula significat *exhalo animam*, *exspiro*, ut recte Vulg. vertit.

שֶׁפֶךְ m. *locus* ubi quid *effunditur* Levit. 4, 12.

שְׁפֹכֶת f. *testiculus*, quo urina et semen virile *effunditur* Deut. 23, 2.

שָׁפַל *humilem esse vel reddi*, *deprimi* Jes. 40, 4 (de monte), deinde *dejici* Jes. 10, 33. 32, 29. (de silva), trop. de voce: *attenuari*, *frangi* Eccles. 12, 4. coll. Jes. 29, 4., de hominibus: dignitate et potentia exui, *deprimi*, de statu suo *deturbari* Jes. 2, 9. 11. 5, 15. 10, 33.; שָׁפַל רוּחַ (inf.) *demissum*, *modestum esse animo* Prov. 16, 19. — Hiph. הִשְׁפִּיל *humilem reddere*, *deprimere*, *dejicere* Jes. 25, 12. 26, 5. Ezech. 17, 24., הַשְׁפִּילוּ שְׁבוּ humilem reddite sessionem h. e. *in humili loco considite* Jer. 13, 18., הַמַשְׁפִּילִי לָרְאוֹת (Gesen. L. p. 547.) sc. עֵינַיִן *demittit oculos ad videndum* (quae in terris gerantur). Alibi trop. *deprimere* aliquem (potentem vel fastuosum) Ps. 18, 28. 75, 8. 147, 6. Prov. 29, 23., *affligere* Job. 22, 29. ubi acc. pron. supplendus est v. Umbreit.

שְׁפַל chald. *id.*, Aphel *depressit* (potentem) Dan. 5, 19. 7, 24.; הַשְׁפֵּל לִבְבָה *animum demittere*, *se submittere* Dan. 5, 22.

שָׁפֵל m., שְׁפֵלָה f. *humilis* Ezech. 17, 6. 24. (arbor), *depressus* Levit. 13, 20 sq., (trop. a) i. q. *ignobilis*, *vilis* 2 Sam. 6, 22. Mal. 2, 9 Ezech. 17, 14. 29, 14. 15., *afflictus* Ps. 138, 6. Job. 5, 11. b) שְׁפַל רוּחַ Prov. 29, 23. Jes. 57, 15. *demisso*, *submisso animo*. — In loco Ezech. 21, 31. habes masc. c. he paragog. שְׁפֵלָה v. Ewald. Gr. p. 322.

שְׁפַל m. chald. *humilis* Dan. 4, 14.

שִׁפְלָה m. *humilitas* i. e. ignobilitas Eccles. 10, 6., it. *miseria*, *conditio misera* Ps. 136, 23. (ubi c. aff. שִׁפְלֵנוּ).

שִׁפְלָה f. *humilitas* Jes. 32, 19.

שְׁפֵלָה f. *locus humilis*, *regio depressior* Jos. 11, 16., spec. regio campestris ad mare mediterran. a Joppe usque ad fines Aegypt. patescens Deut. 1, 7. Jos. 9, 1. Jud. 1, 9. Jer. 17, 26. Obad. 19. Zach. 7, 7. etc. Cum affixo שְׁפֵלָתוֹ sec Kri Jos. 11, 16., sed Cthib habet שְׁפֵלָתָהּ, cum affixo foem., quod referendum ad praeced. אֶרֶץ vel עֲרָבָה. Cf. Reland. in *Palaest.* p. 187 sqq.

שִׁפְלוּת f., unde Eccles. 10, 18. שִׁפְלוּת יָדַיִם *demissio*, *remissio manuum* i. e. *segnities*.

שִׁפְמִי vid. supra sub שֶׁפֶם.

שָׁפָן m. 1) animal quadrupes Levit. 11, 5. Deut. 14, 7., in rupibus degens Ps. 104, 18. et prudentia eminens Prov. 30, 26.; plur. שְׁפַנִּים. Multi sec. Rabbinos *cuniculum* dici putant, a rad. سفن *abrasit*, *everrit*. Sed praestat cum Lxx. χειρογρύλλιον h. e. *murem jaculum* (arab. يربوع), qui habet posteriores pedes prioribus longiores, intelligere v. Bocharti Hieroz. Tom. I, p. 1001 sqq. Oedmanni Collect. IV, p 48 sqq. Hasselquist Itiner. p. 277 sqq. Nec obstat, quod Shawius dicit, istud

animal in *arena* cuniculos agere; est enim muris jaculi species, quae, teste PENNANTO, in rupibus degit (*Damar Israel* vocat SHAWIUS). Ceterum cf. rad. شفن, quae habet notionem *astutiae* et *solertiae*, unde شَفَن *ingenio pollens, astutus, intelligens* Prov. 30, 26. — 2) nom. propr. virorum 2 Reg. 22, 3. 12. Jer. 36, 10.; Jer. 26, 24. 39, 14. 2 Reg. 22, 12. etc.

שָׂפַן i. q. צפן et ספן *tegere, occultare;* Deut. 33, 19. שְׂפֻנֵי טְמוּנִים *thesauri absconditi.*

שָׂפַע rad. Hebr. inusit., chald. et syr. *affluxit, abundavit, redundavit.*

שֶׂפַע m. *affluentia, abundantia* Deut. 33, 19.

שִׂפְעָה f. *copia,* in regim. שִׂפְעַת Job. 22, 11. 38, 34., spec. *copia* sive *magna vis* hominum 2 Reg. 9, 17. (ubi tamen, cum stat. regim. locum habere non possit, שִׂפְעַת videtur absol. esse) vel animalium Jes. 60, 6. Ezech. 26, 6.

שָׂפַף rad. Hebr. inusitat., v. stat.

שְׂפִיפֹן m. Gen. 49, 17. species serpentis majoris, *cerastes* sec. HIERON. (v. PLIN. H. N.) vel *haemorrhous* (arab. سِفٌّ), qui quidem posterior dic. a *maculis,* punctis nigris et albis, quibus conspersus est, coll. rad. سَفَّ *maculis conspersit* v. BOCHARTI Hieroz. Tom. III, p. 205.

שָׂפַק I) *suffecit, satis fuit* (v. ספק) 1 Reg. 20, 10. — II) *plausit, complosit* manus (prae laetitia), addito voc. כַּף Job. 27, 23. (arab. سفق et صفق *id.*). — Hiph. Jes. 2, 6. בְּיַלְדֵי נָכְרִים יַשְׂפִּיקוּ *sie schlagen ein mit Fremden* h. e. dextrâ datâ foedera pangunt v. GESEN. ad h. l.

שֶׂפֶק m. *plaga, castigatio* Job. 36, 18.

שָׂפַר (propr. *nituit,* ut arab. سفر), *pulcher, elegans, decorus fuit* (syr. et chald.), sq. עַל pers. *placuit* Ps. 16, 6. — Pih. Job. 26, 13. בְּרוּחוֹ שָׁמַיִם שִׁפְּרָה (sine dag. f.) *spiritu suo coelos serenat* (pr. *decorat*). Sed videtur duarum structurarum confusio inesse; dicere volebat: רוּחוֹ שִׁפְרָה etc.

שְׂפַר chald. *pulcher fuit,* sq. עַל pers. Dan. 2, 24. vel קֳדָם 3, 32. 6, 2. *placuit.* Fut. יִשְׂפַּר.

שׁוֹפָר m. *tuba, lituus* Exod. 19, 16. Levit. 25, 9. Jud. 3, 27. 1 Sam. 13, 3. 1 Reg. 1, 34. 39. Ps. 47, 6. etc. Cum arab. scribatur سبور, ad שׁבר *fregit* pertinere videtur, permutatis ב et פ, ut sic dictus sit a *fono fracto,* quem edit. — In regim. שׁוֹפַר Levit. 25, 9., plur. שׁוֹפָרוֹת Jos. 6, 4. Jud. 7, 16. 17., in regim. שׁוֹפְרוֹת Jos. 6, 4. 6. 8. 13.

שֶׂפֶר m. *pulchritudo, elegantia* Gen. 49, 21. Abiit etiam in nom. propr. *montis* Arab. desertae Num. 33, 23 sq.

שִׁפְרָה Iob. 26, 13. v. sub ipsa rad.

שַׁפִּיר nomen urbis Mich. 1, 11., auctore Eusebio, in montanis sitae inter Eleutheropol. et Ascalonem, v. Rosenm. ad h. l.

שַׁפִּיר m. chald. *pulcher, decorus* Dan. 4, 9. 18.

שַׁפְרִיר, vel sec. Cthib שַׁפְרוּר *splendidum* aliquid spec. Jer. 43, 10. *splendidum, magnificum* Nebucadnezaris *tentorium, Prachtzelt.* Alii vertunt: *tectum, quod throno regis imminet (Baldachin)*, a stragula, qua ornatum est, coll. arab. سفر *corium orbiculare, quod solio insteruitur*, sed vid. Rosenm. ad l. c.

שַׁפְרִירָא chald. *aurora* Dan. 6, 20. Syr. ܫܦܪ̈ܐ *id.* coll. arab. سفر *illuxit, nituit, splenduit*, أسفر *matutinus fuit.*

אֶשְׁפָּר m. 2 Sam. 6, 19. 1 Chron. 16, 3., quod vulgo huc referunt, vid. suo loco in littera א.

שָׁפַת 1) *posuit* Ps. 22, 16. וְתִשְׁפְּתֵנִי לַעֲפַר מָוֶת *pones me in pulvere mortis* h. e. morti proximum me facies; it. *apposuit* ollam igni 2 Reg. 4, 38. Ezech. 24, 3. (coll. arab. أَثْفَى *imposuit chytropodi ollam, tripode fulsit eam*). 2) sq. לְ pers. *dedit, largitus est* (ut alia vv. ponendi) Jes. 26, 12. Rosenm. vertit: *disposuit, praeparavit.*

שְׁפַת m., unde dual. שִׁפְתַיִם Ps. 68, 14. Ezech. 40, 43. vulgo *canales*, a rad. سفث *bibit*, sed Muntinghius docuit, hoc v. non dici nisi de potu ac cibo *insalubri* et in quo nihil sit alimenti. Itaque rectius *stabula* (v. משפתים) cum Muntinghio interpretaberis, quae a *ponendo, statuendo* pecore recte dici poterant, nec erat, quod Rosenm. nuper ab hac explicatione discederet, Chaldaeos interpretes secutus, qui *terminum* vertunt. Certe istam explicationem et psalmor. loco satis accommodatam nec ab Ezech. loco alienam esse, facile patebit. In illo *recumbere inter stabula* notat vitam pacatam rebusque affluentem, in Ezech. vero victimae significantur, quae Jovae offerri et in atriis alligari solebant.

אַשְׁפָּה et אַשְׁפּוֹת v. sub rad. אשף.

מִשְׁפְּתַיִם *stabula* vel *crates, caulae*, quibus pecus noctu includitur Gen. 49, 14. Jud. 5, 16. Dualem in simili voce גְּדֵרוֹתַיִם deprehendis.

שַׁעֲטַת m. *vehementia, gravitas* irae Jes. 54, 8. a rad. arab. شطف *durus, vehemens fuit*, vel (quae est Rosenm. sententia) i. q. שַׁטַּת (cf. שָׁטַת אַף Prov. 27, 4.). Hoc praeferendum, cf. עֲבָרָה.

שַׁק chald. v. sub rad. שׁוּק.

שַׂק m. gener. *id quod e filis cilicinis* (admodum crassis) *contextum est* Jes. 3, 23. בַּחֲגֹרֶת שָׂק *balteus cilicinus*; spec. *vestis ex ejusmodi filis confecta, cilicium* Gen. 42, 25 sqq. Levit. 11, 32., quo lugentes utebantur Gen. 37, 34. 2 Sam. 3, 31. Neh. 9, 1. Ps. 30, 12. Job. 16, 15.

Jon. 3, 6. Esth. 4, 1. cf. Luc. 10, 13. Joseph. bell. Jud. 2, 12, 5., nec non prophetae austerae vitae speciem affectantes Jes. 20, 2. cf. Mt. 3, 4 (graec. σάκκος). Cum affixo שַׂקִּי, plur. שַׂקִּים Jos. 9, 4. 2 Sam. 3, 31. De origine voc. non satis constat. Sunt, qui aethiop. መሠናቀት: *saccus, quo viaticum portatur* (a rad. שׂנק) conferant; sed rectius haud dubie Gesenius statuit, aethiop. ሠቀ:, quod hebraico voc. respondet (v. Castelli Lex. hept. 2600.) proprie significare *texturam reticulatam;* nam סקסק est: *septum reticulatum* et נסקסק *cancellis munitus.*

שָׁקַד propr., ut arab. شقذ, *insomnis fuit* Ps. 102, 8., hinc *vigilavit* Ps. 127, 1. Esr. 8, 29. Job. 21, 32. (ubi v. Umbreit.), deinde translate: a) sq. עַל *invigilavit* rei h. e. diligenter attendit, omne studium contulit in aliquid Jer. 1, 12. Dan. 9, 14. Prov. 8, 34. Jes. 29, 20. coll. Jer. 44, 27. b) *insidiatus est* Jer. 5, 6. — A *vigilando* facile potuit etiam *alacritatis* et *festinationis* notio oriri v. שָׁקֵד. [Pyh. מְשֻׁקָּדִים v. sub nom. sq.].

שָׁקֵד m. *amygdala,* et arbor (florem ac fructum ante reliquas arbores *festinans* sive *maturans*) Jer. 1, 11. Eccles. 12, 5. et fructus Gen. 43, 11. Num. 17, 23. vid. Celsii *Hierobot.* P. I, p. 297. Plinius L. XVI. c. 25. et Theophrastus in *Histor. plant.* L. I. c. 15. Inde formatum est Pyh. part. plur. מְשֻׁקָּדִים *amygdalata* i. e. *ad formam amygdalorum facta* Exod. 25, 33. 34. 37, 19. 20.

שָׂקַד in Kal inusit., Niph. נִשְׂקַד עֹל פְּשָׁעַי *ligatum, compactum est jugum* peccatorum meorum h. e. gravissimae poenae mihi inflictae sunt Thren. 1, 14.

שָׁקָה *bibit,* in Kal inusit. (arab. سقى *rigavit,* etiam chald. syr. aeth.), Niph. נִשְׁקָה *irrigari, adaquari* Am. 8, 8. sec. Cthib, sed Kri habet וְנִשְׁקְעָה v. infra. — Hiph. הִשְׁקָה *bibendum dedit, potum praebuit* alicui sq. acc. pers. Jud. 4, 19., sq. acc. pers. et rei Num. 5, 24. Jer. 35, 1. Prov. 25, 21. Gen. 24, 43., semel sq. בְּ rei Ps. 80, 6. (מַשְׁקֶה subst. *pincerna, pocillator* Gen. 40, 1. 2. 41, 9.), *adaquavit* pecus Gen. 29, 10. 24, 46., *rigavit, irrigavit* Gen. 2, 6. 10. Joel. 4, 18. (3, 18.) Ps. 104, 13. Deut. 11, 10. (ad quem l. v. quae dicta sunt sub v. רָגֵל). Fut. apoc. יַשְׁקְ Gen. 29, 10., תַּשְׁקְ Gen. 21, 18. — Pyh. מֹחַ עַצְמוֹתָיו יְשֻׁקֶּה *medulla ossium ejus irrigabitur* h. e. vegeto gaudebit corpore Job. 21, 24. cf. Prov. 3, 8.

שֹׁקֶת f. *canalis potatorius* Gen. 24, 20.

שֵׁקֶת *id.,* plur. in regim. שִׁקְּתוֹת Gen. 30, 38.

שִׁקּוּי m. *potus* Hos. 2, 7 (4), ubi plur. c. affixo שִׁקּוּיַי, it. *irrigatio, recreatio* Prov. 3, 8.

שִׁקּוּ (al. שִׁקֻּו) m. *potus,* unde plur. c. affixo שִׁקֻּוַי Ps. 102, 10.

מַשְׁקֶה m. 1) *locus irriguus* (arab. مَسْقَى *campus, hortus rigatus*) Gen. 13, 10., in regim. מַשְׁקֵה Ezech. 45, 15. 2) *potus* Levit. 11, 34.

Jes 32, 6. כְּלֵי מַשְׁקֵה הַמַּשְׁקֶה *vasa potatoria regis* 1 Reg. 10, 21. 2 Chron. 9, 20. Aliud v. sub rad.

שָׁקַט (propr. *sidere, subsidere*, ut arab. هَدَأَ v. HARTMANN. Einl. p. 294.) *quietus fuit, quievit*, et de eo, qui non infestatur Jer. 30, 10. 48, 11. 2 Reg. 11, 20. Jud. 18, 7. Zach. 1, 11. 1 Chron. 4, 40. (spec. שׁ מִמִּלְחָמָה *pacatum esse* Jos. 11, 23. 14, 15.), et de eo, qui nihil agit Jes. 62, 1. Jer. 47, 6. 7. Ruth. 3, 18., maxime cum agere deberet (*segnis*), hinc de Jova, qui homines auxilio suo destituit Ps. 83, 2. cf. חרשׁ; it. *tranquillus* h. e. ab animi commotione vacuus *fuit* Jer. 49, 23. (Job. 3, 26.). Fut. יִשְׁקֹט, 1. p. c. he parag. אֶשְׁקְטָה Jes. 18, 4. sec. Kri, sed Cthib habet אֶשְׁקוֹטָה. — Hiph. הִשְׁקִיט 1) transit. *tranquillavit* Job. 34, 29., *tutum praestitit* aliquem ab al. re sq. לְ pers. et מִן rei Ps. 94, 13., *sedavit* Prov. 15, 18 (contentionem). 2) intrans. *quietus, tranquillus fuit* vel potius: *quietum se tenuit, Ruhe halten* Jes. 57, 20., infin. הַשְׁקֵט *quies, tranquillitas* Jes. 32, 17. Ezech. 16, 49. Singulare est, quod Job. 37, 17. legitur *incalescunt vestes* בְּהַשְׁקֵט אֶרֶץ מִדָּרוֹם *cum quiescit terra a vento australi* h. e. cum terram premit aër fervidus et immobilis, qualis esse solet flante vento australi, *bei schwüler Luft*.

שֶׁקֶט m. *quies* 1 Chron. 22, 9.

הַשְׁקֵט infinitivus nominascens vid. in rad.

שָׁקַל 1) *libravit, pependit* (arab. ثَقُلَ et سَقُلَ *id.*, صقل *librando tulit*) 2 Sam. 14, 26. (quem locum, male vulgo intellectum, bene illustravit OEDERUS in *Observatt. S.* p. 738 sq.) Jes. 40, 12. Jer. 32, 10. Exod. 22, 16. (שֹׁקֵל Jes. 33, 18. subst. *ponderator* h. e. exactor tributorum, qui statera examinavit numos); sq. בְּ vel עַל יְדֵי pers. *appendit* Esr. 8, 26. Gen. 23, 16. Esth. 3, 9. (paullo aliter Esth. 4, 7. שׁ עַל־גִּנְזֵי הַמֶּלֶךְ *appendit* h. e. solvit *thesauris regiis*); praegn. *appensum accepit* 2 Sam. 18, 12. Transl. Job. 31, 6. יִשְׁקְלֵנִי בְמֹאזְנֵי צֶדֶק *ponderet me* (Deus) *bilancibus justis* (aequis) h. e. examinet, qualis fuerit vita mea. Fut. יִשְׁקֹל, 1. p. sing. semel אֶשְׁקְלָה, tanq. ab אֶשְׁקַל, Jer. 32, 9. — Niph. נִשְׁקַל *pendi* Job. 6, 2. trop., it. *appendi* Job. 28, 15., sq. עַל־יַד פ Esr. 8, 33. — Cet. v. sub אַשְׁקְלוֹן.

שֶׁקֶל m. *siclus* i. e. (ante exilium babyl.) certum quoddam argenti Gen. 23, 15. Exod. 21, 32. Levit. 26, 3. 27, 6. 16. Jos. 7, 21. Am. 8, 5. aurive pondus, quod pro moneta fuit. Passim omissum est hoc voc., ubi בֶּסֶף vel זָהָב junctum habet numeralia Gen. 20, 16. 37, 28. 24, 22. Deut. 22, 19. *Quantum* fuerit, non satis liquet, sed plurimi recentiorum, cum Exod. 30, 13. siclum 20 fabas (גֵּרָה) aequasse legatur, statuunt pondus fuisse 96 granulorum parisiens. Verumtamen videtur, regum certe aetate, duplex siclus fuisse, *regius* alter 2 Sam. 14, 26., alter *sacer* Exod. 30, 15., quorum quae mutua ratio fuerit, vix definiri potest. Multi existimant, regium aliquanto leviorem fuisse sacro v. CARPZOV. Appar. p. 691 sqq. MICHAELIS de siclo ante exil. babyl. in Commentatt. Soc. Gott. 1752. II. WINERI Lex. bibl. II, p. 630. Plur. שְׁקָלִים Exod. 21, 32. Levit. 5, 66., in regim. שִׁקְלֵי 1 Chron. 21, 25.

אַשְׁקְלוֹן *Ascalon*, urbs Philistaeor. ad mare mediterran. sita, in

sexto decimo lapide a Gaza septentrionem versus, Jud. 1, 18. 14, 19. 1 Sam. 6, 17. 2 Sam. 1, 20. Zach. 9, 5. (arab. عسقلان. Gentil. אַשְׁקְלוֹנִי Jos. 13, 3. Nomen derivant a שָׁקַל syr. *migravit, profectus est,* sam. *exterminavit.* V. Rosenm. *Alterth.* II, 2, p. 377 sqq.

מִשְׁקָל m. *pondus* (arab. مِثْقَال *id.*) Levit. 19, 35. 2 Reg. 25, 16. Job. 28, 25. Ezech. 4, 16. 2 Sam. 12, 30. 1 Chron. 21, 25. In regim. מִשְׁקַל Jud. 8, 26. 1 Sam. 17, 5., cum affixo מִשְׁקָלוֹ Gen. 24, 22. Jos. 7, 21.

מִשְׁקוֹל m. *id.* Ezech. 4, 10.

מִשְׁקֶלֶת f. *perpendiculum*, quo rerum rectitudo *examinatur* Jes. 28, 17.

מִשְׁקֶלֶת f. *id.* 2 Reg. 21, 13.

שִׁקְמָה (qui sing. passim in Talm. occurrit) f., plur. שִׁקְמוֹת (שִׁקְמוֹת?) Ps. 78, 47. et שִׁקְמִים *sycomori* 1 Reg. 10, 27. 1 Chron. 27, 28. 2 Chron. 1, 15. Jes. 9, 9. Am. 7, 14. (v. Winer. Lex. bibl. II, p. 435.). Orini putant hoc voc. nonnulli a rad. سقم *male habuit, aegrotavit; sycomori* enim, ut alii ejusmodi fructus, concoctu sunt difficiliores eoque facile *morbos creant*, unde Dioscor. I, 182. fructum *κακοστόμαχον* vocat. Aliis vero dicti videntur sycomori a שכם (mutata כ lit. in ק), quod sunt admodum feraces et fructus post fructus quasi *festinantes.* Ceterum de hac arbore duplex exstat commentatio, una Hadelichii in *Actis Academiae Electoralis Moguntinae* T. II. num. 32., altera Warnekrosii in *Repertorio litterat. biblicae* et *Orient.* T. XII. XIII.

שָׁקַע *sidit, desedit* (chald. Ithpa. *id.*) Jer. 51, 64. *projice lapidem in Euphratem et dic* כָּכָה תִּשְׁקַע בָּבֶל *sic desidet, demergetur Babylon*, Num. 11, 2. *considit ignis (sinkt zusammen);* hinc *submersus est (unter das Wasser sinken), inundatus est* Am. 9, 5. — Niph. *submersus est* Am. 8, 8. sec. Kri, sed Cthib habet נִשְׁקָה. — Hiph. הִשְׁקִיעַ 1) *desidere, subsidere fecit* aquam Ezech. 32, 14. 2) *demersit, depressit* Job. 40, 25.

מִשְׁקָע m. *locus* ubi aqua *desedit* et limpida facta est Ezech. 34, 18.

שְׁקַעֲרוּרוֹת plur. f. *demersiones profundae, loca depressa* in pariete Levit. 14, 37., compos. ex 2 radicibus cognatis שקע et arab. قعر *descendit ad fundum, fundum petiit,* it. *profundus fuit,* unde קְעָרָה *patina profundior.*

שָׁקַף propr., ut videtur, *prominuit, exstitit, protendit* sive *exseruit se* coll. arab. سقف (quod sensum habet *longitudine procurvata prominendi,* v. Schultens. in *Commentar.* ad Prov. 7, 6. Ewald. Gr. p. 217.), in Kal non occurrit, Niph. נִשְׁקַף propr. *se protendere* spectandi caussa (cf. *παρακύπτειν*), hinc *prospexit, prospectavit* Jud. 5, 28. Prov. 7, 6. 2 Sam. 6, 16. (e fenestris) Jer. 48, 19.; etiam de rebus inanimatis Num. 21, 20 *(prospectat mons versus desertum)* 23, 28. 1 Sam. 13, 18. Jer. 6, 1 *(prospectat a septentrione* i. e. imminet nobis *malum).* Adde

Cant. 6, 10. Trop Ps. 85, 12. *fides e solo propullulat* et *justitia ex alto prospectat* i. e. plena omnia sunt fide et justitia coll. Jes. 45, 8. — Hiph. הִשְׁקִיף propr. *protendere, exserere* oculos, hinc *prospicere, spectare* Ps. 14, 2. 53, 3. (de coelo) Gen. 26, 8 (e fenestris).

שְׁקוּף m., plur. שְׁקֻפִים *projecturae;* חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים *fenestrae prominentes* i. e. quarum limen superius prominet 1 Reg. 6, 4. Sed aliis שְׁקוּף est *contignatio,* ut arab. سَقْف, v. sub אטם.

שָׁקֻף m. vel *limen* superum *prominens,* vel *tectum* (januae) 1 Reg. 7, 5.

מַשְׁקוֹף *superliminare prominens* Exod. 12, 7. 22. 23.; sed de hoc etiam voc. dubitatur, v. Rosenm.

שָׁקַץ *abominabilis fuit,* in Kal inusit., Pih. שִׁקֵּץ 1) *abominabilem fecit, contaminavit* Levit. 11, 43. 20, 25. שׁ נַפְשׁוֹ *se contaminavit* (comedendis carnibus animalium immundorum). 2) *abominabilem habuit, abominatus, detestatus est* Ps. 22, 25., max. ea, quae immunda sunt ex lege mos. Levit. 11, 11. Deut. 7, 26.

שֶׁקֶץ m. *res abominabilis* et *detestabilis* Levit. 7, 21. 11, 10. 12. 13. Jes. 66, 17. Ezech. 8, 10. etc.

שִׁקּוּץ m. *abominatio* vel potius *res abominanda* Nah. 3, 6. (ubi v. Rosenm.), max. de idolis Hos. 9, 10. Jer. 4, 1. Ezech. 5, 11. 1 Reg. 11, 5. 7. 2 Reg. 23, 13. (שִׁקּוּצֵי מְשֹׁמֵם Dan. 9, 27. coll. 11, 31. 12, 11. *βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως* i. e. statua Jovis Ol. ab Antiocho Epiph. in templi hieros. tecto collocata); semel de carnibus victimarum diis immolatarum Zach. 9, 7.

שָׁקַק *discurrit, discursavit* cupidine incensus, ut solent ursi Prov. 28, 15., locustae Jes. 33, 4. Joel. 2, 9., hinc *avidus fuit* Ps. 107, 9. Jes. 29, 8. (נֶפֶשׁ שְׁקֻקָה) cf. arab. شَقّ I. et VIII. *concupivit, desideravit.* — Hithpah. *discursare* Nah. 2, 5.

מָשָׁק vid. sub rad. משׁק.

מַשָּׁק (more chald. secundâ radicali deficiente in prima compensatâ) m. *discursitatio, vagatio,* in regim. מַשַּׁק Jes. 33, 4.

שָׁקַק v. sub voc. שַׁק.

שָׁקַר *mentitus est* (chald. et syr. *id.*), *fefellit* sq. dat. pers. Gen. 21, 23. — Pih. שִׁקֵּר *id.* 1 Sam. 15, 29., sq. בְּ pers. (*jem. anlügen*) Levit. 19, 11., *perfide egit, fidem fefellit* Jes. 63, 8., plenius שׁ בֶּאֱמוּנָתוֹ Ps. 89, 34., hinc שׁ בְּרִית יְהוָה *foedus Jovae frangere* Ps. 44, 18.

שֶׁקֶר m. 1) *mendacium* Job. 36, 4. Jer. 8, 8. 23, 14. 28, 15. Prov. 19, 5., דְּבַר שֶׁקֶר *id.* Exod. 5, 9. 23, 7., עֵד שֶׁקֶר *testis mendacii* h. e. falsus Deut. 19, 18.; semel meton. שֶׁקֶר pro אִישׁ שֶׁקֶר *mendax* Prov. 17, 4. 2) *fraus* quaevis, *vanitas* Hos. 7, 1. Ps. 119, 104. 2 Sam. 18, 13., meton. Prov. 31, 30. *venustas est vanitas* (*fucus*), vana species, Ps. 34, 17. שֶׁקֶר תַּסּוּס לַתְּשׁוּעָה i. e. *fallax est equus ad victoriam* (quod attinet). — Cum praefix. בַּשֶּׁקֶר vel *falso* Levit. 19, 12. Deut. 5, 11. Jer. 5, 2. Zach. 5, 4., vel *frustra* 1 Sam. 25, 21., בְּשֶׁקֶר et בַּשֶּׁקֶר *falso* Jer.

20, 6. 29, 9. et simpl. שֶׁקֶר *sine caussa, immerito* Ps. 35, 19. 38, 20. 69, 5. — Plur. שְׁקָרִים Prov. 12, 17., c. affixo שִׁקְרֵיהֶם Jer. 23, 31.

שָׁקַר in Kal inusit., Pih. מְשַׁקְּרוֹת עֵינַיִם *oculos circumferentes* (quod est impudentium) Jes. 3, 16. coll. chald. et syr. סְקַר *intueri, oculis vagari.* Ejusmodi mulierem Plautus vocat (Aul. 1, 1, 2.) *circumspectatricem cum oculis emissitiis.* Aliam interpretationem: *fucantes* stibio *oculos*, coll. chald. סקר *fucare, colorare* spec. oculos, bene refutavit Rosenm. ad l. c.

שֹׁר *umbilicus* vid. sub rad. שׁרר.

שַׁר vid. sub rad. שׁרר.

שְׁרָא chald. vid. sub rad. hebr. שׁרה.

שַׁרְאֶצֶר nom. propr. filii Sancheribi Jes. 37, 38. 2 Reg. 19, 37. Videtur esse persic. سرآنر *princeps ignis*, aut quod Rosenmuellero placuit, سراسر *princeps palatii.*

נֵרְגַּל שַׁרְאֶצֶר Jer. 39, 3. 13. nom. propr. viri (*Neriglissaris?*) v. Rosenm. ad h. l.

שָׁרַב rad. Hebr. non usitat., chald. *arsit, combustus est*, Ithpe. *exsiccatus est*, syr. ܫܪܒ *aruit.*

שָׁרָב m. *ardor, aestus* solis Jes. 49, 10. (Jarchius interpretatur חוֹם), deinde Jes. 35, 7., ut arab. سراب, *species vasti et profundi aequoris*, quam in oriente arenosi campi meridiano tempore eminus spectantibus praebent quaeque repercussis solis radiis efficitur v. Curtius L. VII. c. 5. Coran. Sur. 24, 40. Schultens. *Opp. min.* p. 278. Rosenm. et Gesen. ad h. l. Verba vatis haec sunt: הָיָה הַשָּׁרָב לַאֲגַם *convertetur aquarum species in lacum* (verum).

שַׁרְבִּיט v. sub שֵׁבֶט.

שׂרַג *implicuit, implexit* (cf. שׂרךְ et chald. סרג), in Kal inusit., Pyh. שׂרַג *implicitum, perplexum esse* (de nervis) Job. 40, 17. — Hithpah. *implicuit se* Thren. 1, 14. de peccatis, quae jugo contorto et e lignis quasi complicato assimilantur.

שָׂרִיג (formae dagessandae) m. i. q. arab. سَرْغ *palmes vitis*, sic dictus, quod habet capreolos *valde implicatos*, talm. זַרְגּוֹן. Plur. שָׂרִיגִים Gen. 40, 10. 12., cum affixo שָׂרִיגֶיהָ Joël. 1, 7. (Chald. סְרִיג *perplexum, implexum* quodvis).

שָׂרַד I) i. q. شرد *fugit*, ܫܪܕ *trepidavit, trepidanter fugit* Jos. 10, 20. — II) i. q. arab. سرد *suit, consuit, contexuit.*

שָׂרִיד 1) *superstes e clade, elapsus e clade* communi, arab. شَارِدٌ *fugiens, fugax* (plene שְׂרִיד חֶרֶב Jer. 31, 2.) Num. 21, 36. 24, 19. Deut. 2, 34. Jos. 8, 22. 2 Reg. 10, 11. Job. 20, 21., collect. Jud. 5, 13.

Plur. שְׂרִידִים Jos. 10, 20. Joël. 2, 2., cum affixo שְׂרִידָיו Job. 27, 15. Obad. 14. 2) urbs in finibus Zabulon Jos. 19, 10. 12.

שָׂרָד m. *textura*, unde בִּגְדֵי שָׂרָד *texta aulaea, tapetes* Exod. 31, 10. 35, 18. 39, 1. 41., i. q. chald. סָרָדִין (Onkel. Exod. 27, 9.), ut jam vidit Jarchius.

שֶׂרֶד m. Jes. 44, 13. vulgo *rubrica* (quod defendit Bochartus in *Hieroz.* P. II, p. 696 sq.), rectius fortasse *stylus* coll. arab. سَرَاةٌ *acus sutorum, subula* et talm. שרם, שרטם *lineas ducere*, v. Gesen. ad h. l.

שָׂרָה I) *solvit* (*maceravit* v. מְשָׂרָה) v. Pih., deinde *devertit, commoratus est* (chald. et syr. *id.*), in Kal non legitur nisi Ezech. 3, 15. ואשה sec. Cthib h. e. וָאֶשֶׁר et *habitavi*, sed Kri habet et וָאֵשֵׁב. — Pih. שָׂרָה Jer. 15, 11. אִם לֹא שֵׁרִיתִיךָ לְטוֹב sec. Kri *si non solvero te in bonum* h. e. si non liberavero te (nam *solvere* possit etiam esse deserere); sed Cthib habet שרותך, quod legendum existimamus שְׂרוּתְךָ *solutio* tua (sc. erit), non, ut Rosenm. nuper voluit, שְׂרִיתְךָ *solvendo te*. — II) fortasse i. q. شرى *micuit, coruscavit* fulgur, v. שְׂרָיָה, שְׂרָיוֹן.

שְׂרָא chald. 1) *solvit* Dan. 5, 16 (nodos), partic. Pehil plur. שְׂרַיִן *soluti* vinculis Dan. 3, 25. 2) *devertit, commoratus est, habitavit* Dan. 2, 22., ut graec. καταλύω, desumta phrasi ab iis, qui in hospitium devertentes, sarcinas suas et jumenta *solvere* solent. — Pah. 1) *solvit* Dan. 5, 12 (nodos). 2) *incepit* (cf. hebr. חלל) Esr. 5, 2. — Ithpa. *solutus est* Dan. 5, 6. *ligamina lumborum ejus solvebantur* h. e. tanta eum cepit consternatio, ut consistere non posset.

שָׂרוֹן tractus campestris a Joppe ad Caesaream usque, in quo latissimi et fertilissimi campi pascendis gregibus aptissimi Jos. 12, 18. Cant. 2, 1. Jes. 33, 9. 35, 2. 65, 10. 1 Chron. 5, 16. cf. Act. 9, 35. v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 150. De origine voc. dubitatur. Si est a שרה, possit *regionem*, in qua pecus *dimittitur* ad pascendum, significare. Sed Bochartus a שׂוּר derivat, ut sit *regio lati prospectus*. Denique Simonisio dictum videtur pro יְשָׁרוֹן *planities*, non inepte.

שְׂרוּת v. sub ipsa rad.

שִׁרְיָה f. *lorica* (a *splendore*) Job. 41, 18.

שִׂרְיָן m. *id.* 1 Reg. 22, 34. 2 Chron. 18, 33. Jes. 59, 17.

שִׁרְיוֹן m. 1) *id.* (chald. et syr. ܫܪܝܢܐ) 1 Sam. 17, 5. 38., plur. שִׁרְיֹנִים Neh. 4, 10. et שִׁרְיֹנוֹת 2 Chron. 26, 14. Pro שִׁרְיוֹן quoque scribitur סִרְיוֹן, unde cum affixo סִרְיֹנוֹ Jer. 51, 3., plur. סִרְיֹנוֹת Jer. 46, 4. 2) nom. *Hermonis* (ap. Sidonios) Deut. 4, 48., v. dicta sub שְׂנִיר et שִׂיאוֹן.

מִשְׂרָה f., unde מִשְׂרַת עֲנָבִים *maceratio uvarum, succus uvarum* maceratione elicitus Num. 6, 3. Orientalium *Arab sorbet* intelligit Lucas in *Illustrat. Bibl. ex Itinerar.* p. 83.

שָׂרָה I) *principatum tenuit*, arab. سرى propr. *prominuit, promicuit*, deinde *generosus, liberalis fuit* (سرى *generosus, liberalis, principalis, princeps ipse*, adject. سرى *celsus*), conf. radd. cogn. שׂוּר et שָׂרַר, v. מְשָׂרָה. — II) *contendit, certavit* cum aliquo (coll. arab. شرى III. *contendit cum aliquo, rixatus est*) sq. עִם Gen. 32, 28 (29), sq. אֶת Hos. 12, 4., in quem tamen posteriorem locum alii *vincendi* notionem (v. sub n. 1.) inferunt, non satis recte, quanquam utramque verbi significationem ab eodem fonte profluere non dubitamus.

יִשְׂרָאֵל (luctator, *pugnator Dei* v. Gen. 32, 29. coll. Hos. 12, 4.) nom. propr. 1) *Jacobi*, quod ei ab ipso Jova inditum esse perhibetur Gen. 32, 28. add. 37, 3. 43, 8. 46, 1., unde בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Gen. 32, 32. 36, 31. Exod. 1, 1. 3, 9. 7, 2. etc., בֵּית יִשְׂרָאֵל Exod. 16, 31. Jos. 21, 45. 1 Sam. 7, 2. (עֵדַת יִשְׂרָאֵל Exod. 12, 3., קְהַל יִשְׂרָאֵל Deut. 31, 30. etc.) de populo israelitico; אֶרֶץ יִשְׂרָאֵל 1 Sam. 13, 19. 2 Reg. 6, 23. Ezech. 27, 17., אַדְמַת יִשְׂרָאֵל Ezech. 7, 2. *Palaestina*. 2) a) *populi israelit.* (quo sensu longe frequentissime legitur) Exod. 3, 13. Levit. 20, 2. Num. 10, 5. 21, 1. 24, 1. Deut. 1, 1. 13, 11. etc. vel terrae israel. Jes. 19, 24 (ubi est sexus muliebris). b) post Salom. tempora: *regni israelit.* 1 Reg. 12, 1. 19. 15, 9. 17. 2 Reg. 1, 1. 2, 12. etc.; sed in Chronicor. libris ipsum quoque *judaicum regnum* hoc nomine insignitur 2 Chron. 12, 1. 15, 17. 19, 8. 21, 2. 4. 23, 2. 24, 5., nec prophetae ab hoc vocabuli usu prorsus abstinent, certe ubi nulla oriri potest orationis ambiguitas Jes. 1, 3. 4, 2. 5, 7. 10, 20. Mich. 1, 14. v. Gesen. ad Jes. 1, p. 371. — Nom. gentil. יִשְׂרְאֵלִי 2 Sam. 17, 25., foem. יִשְׂרְאֵלִית Levit. 24, 10., alibi adject. אִישׁ יִשְׂרְאֵלִי Levit. 24, 10. Num. 25, 8. 14.

מִשְׂרָה f *principatus* Jes. 9, 5. 6.

שִׂרוֹחֶן urbs Simeonitarum Jos. 19, 6. Conjecturas de hoc nom. proposuit Simonis in Onom. p. 483. Sed forte rescribendum עִירֶיהָן *οἱ ἀγροὶ αὐτῶν* cum Lxx. v. Relandi *Palaestina* p. 990.

שָׂרַט *cecidit, incidit, incisuram fecit* (arab. شرط) Levit. 21, 5.; ubi שֶׂרֶט בְּבְשָׂר, hinc *laceravit* Zach. 12, 3. v. statim. — Niph. *lacerari* i. e. (levando praegrandi lapide) corpus laedere Zach. 12, 3.

שֶׂרֶט m. *incisura* Levit. 19, 28.

שָׂרָטָה (formae dagessandae) f. *id.* Levit. 21, 5.

שָׂרַךְ *implicuit, implexit* (arab. شرك transl. fere dic. *sociare, consociare*), in Kal non usitat., Pih. Jer. 2, 23. *camelus* מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ *implicans vias suas* h. e. implexis quasi viis circumvagans. Aliam interpretationem v. ap. Schultens. in *Opp. min.* p. 294.

שְׂרוֹךְ m. *corrigia*, quia *implicari* solet (arab. شِرَاكٌ) Gen. 14, 23. Jes. 5, 27.

שָׂרְמָה f. Jer. 31, 40. vid. supra in שַׂדְמָה.

שָׂרַע *extendit, protendit* (quam significationem ex arab. شرع *vindicavit*

Schultens. in *Opp. min.* p. 273.). Part. Pahul שָׂרוּעַ *qui membrum habet justo longius* Levit. 21, 18. 22, 23., syr. spec. ܫܪܝܟܐ ܐܕܢܐ *auritus.* — Hithpah. הִשְׂתָּרֵעַ *se extendere* Jes. 28, 20.

שַׂרְעָף v. sub שׂעף.

שָׂרַף I) 1) *ussit* et urendo *coxit* Gen. 11, 3 (lateres) 2) *combussit, cremavit* Levit. 4, 21. Num. 17, 4. Am. 2, 1., addito verbo בָּאֵשׁ Exod. 12, 10. Jer. 21, 10. 7, 31. 1 Sam. 30, 3. 2 Sam. 23, 7.; עָרֵיכֶם שְׂרוּפוֹת אֵשׁ *oppida vestra igne combusta* Jes. 1, 7. Semel de corporibus mortuorum, quae in rogo comburuntur Jer. 34, 5. — Niph. *comburi* Levit. 4, 12. Gen. 38, 24. Prov. 6, 27., addito בָּאֵשׁ Levit. 6, 23. Jos. 7, 15. 2 Sam. 23, 7. — Pyh. שֹׂרַף *id.* Levit. 10, 17. — II) fortasse i. q. arab. شرف *nobilitate excelluit, excelsus, nobilis fuit* v. שְׂרָפִים.

שָׂרָף m. *draco, serpens venenatus,* cujus morsu efficitur, ut vulnera *exurantur* (v. rad.) Num. 21, 8., plenius נָחָשׁ שָׂרָף Num. 21, 6. Deut. 8, 15. Aliis est *hydrus* (qui aestate fit *chersydrus*) v. Bocharti Hieroz. Tom. III, p. 211., aliis, ut Michaeli, *Cerastes* ab arab. شريف *nobilis* (sed is hebr. vocatur שְׁפִיפוֹן), aliis πρηστῆρ καύσων, qui pestilenti halitu necat. Verum cum plures in oriente reperiantur serpentum virulentorum species, ipsum autem hoc voc. non significet nisi *urentes* h. e. veneno necantes, frustra sunt, qui accuratius definire student. שָׂרָף מְעוֹפֵף *draco volans* Jes. 14, 29. 30, 6., de quo v. Gesen. in Jes. I, p. 496 sq.

שְׂרָפִים plur. m. Jes. 6, 2. 6. *Seraphim,* genus angelorum alatorum, solio Jovae adstantium. De origine voc. ambigitur. Plurimi recentiorum repetunt ab arab. شارف, شريف *nobilis, princeps* (cf. שַׂר) v. Haitsma ad carm. *Ibn Doreid* p. 236. Sed possis etiam cum Gesenio (ad Jes. l. c.) a *serpentibus* dictos existimare. Serpens enim in sacris animalibus fuit, max. ap. Aegyptios (Creuzer Symbol. I, p. 504.), nec incredibile est, *Seraphim* formam habuisse ex humana et serpentina mixtam. Mira Michaelis (Suppl. p. 2354.) conjectura Seraphim pro sacerdotibus suffitum facientibus venditantis sponte corruit.

שְׂרֵפָה f. *ustio* Gen. 11, 3., *combustio, incendium* Levit. 10, 6. Deut. 29, 22. Am. 4, 11., הַר שְׂרֵפָה *mons exustus* Jer. 51, 25.; spec. *combustio, concrematio* mortuorum 2 Chron. 16, 14. 21, 19.; הָיָה לִשְׂרֵפָה *incendio* (igni) *tradi, comburi* Jes. 9, 4. 64, 10 (11). — In regim. שְׂרֵפַת Num. 19, 6. 17.

מִשְׂרְפוֹת vel מִשְׂרָפוֹת f. plur. *ustio* h. e. *coctio* calcis Jes. 33, 12., *combustio, concrematio* mortuorum Jer. 34, 5.; מִשְׂרְפוֹת מַיִם nom. loci prope Sidonem Jos. 11. 8. 13, 6., *ustrinas* ibi vertit Masius (q. d. *loca coctionum*), sed v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 40.

שָׁרַץ *scatere* h. e. a) copiose provenire, nasci (aethiop. ሠረጸ: *propullulavit*) Gen. 8, 17. 9, 7. Exod. 1, 7. b) *copiosum esse, repere, moveri* in terra vel mari Gen. 7, 21. Levit. 11, 29. 41 sqq. Ezech. 47, 9. (de bestiolis). Dicitur etiam sq. acc. de loco, qui istis bestiolis *scatet* Gen. 1, 20. 21. Exod. 7, 28. Ps. 105, 30.

שֶׁרֶץ m. collect. bestiolae, quibus vel mare Gen. 1, 20. (plene שֶׁרֶץ הַמַּיִם Levit. 11, 10.) vel terra *scatet (reptilia, vermes)* Gen. 7, 21. Levit. 5, 2. 11. 29.; שֶׁרֶץ הָעוֹף *insecta volantia* Deut. 14, 19., שֶׁרֶץ הָעוֹף הַהֹלֵךְ עַל־אַרְבַּע *insecta vol., quae quatuor* (pedibus) *incedunt* i. e. insecta salientia (grylli), quae, licet sex pedibus instructa, tamen quatuor duntaxat inter ambulandum utuntur Levit. 11, 20 sqq. v. Kirby Entomol. I, p. 25., ubi hic locus bene explicatus est.

שָׁרַק *sibilavit*, sq. לְ *sibilando advocavit, arcessivit* Jes. 7, 18. (apes, coll. Aelian. Anim. 5, 13. et Wineri Lexic. bibl. I, p. 114.), deinde gener. nutu suo *arcessivit, allexit* Jes. 5, 26. Zach. 10, 8.— Frequentius *sibilare* dicuntur, qui irrident aliquem Zeph. 2, 15. 1 Reg. 9, 8. Thren. 2, 15 sq., sq. עַל *sibilare aliquem* Ezech. 27, 36. Jer. 19, 8. 49, 17., sq. עַל pers. et מִן loci Job. 27, 23. *exsibilare* aliquem.

שְׁרֵקָה f. *sibilus, irrisio* Jer. 19, 8. 25, 9. 18. 29, 18. 51, 37. Mich. 6, 16. 2 Chron. 29, 8.

שְׁרִיקוֹת f. plur. *sibili* Jud. 5, 16. שׁ׳ עֲדָרִים *sibili gregum* h. e. sibili pastorum, qui greges custodiunt (cf. graec. συρίζειν, σύριγξ) v. Hollmann ad h. l. Trop. *exsibilationes, irrisiones*, sec. Kri Jer. 18, 16., sed Cthib habet שְׁרוּקוֹת vel שְׁרוֹקוֹת, aliâ formâ.

מַשְׁרֹקִית f. chald. *fistula, syrinx*, emphat. מַשְׁרֹקִיתָא Dan. 3, 5. 7. 10. 15.

שָׂרַק I) ut chald. et syr. סְרַק *evacuavit*, hinc *pexuit, pectine dissipavit*; Jes. 19, 9. בִּשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת *lina pexa* (cf. ܣܪܘܩܬܐ *pecten ad explicandum linum*) v. Braun. de vest. sacerd. 2, 8. 119 sq. — II) v. sub. שָׂרֹק. Inde sunt

שֹׂרֵק m. 1) Jes. 5, 2. Jer. 2, 21. *vitis* generosioris species, quae uvas habet admodum dulces et acinis fere carentes; Arabes Maroccani servato nomine *Serki*, reliqui سريق, Persae كِشْمِش vocant v. Niebuhr. Itin. p. 169. Descr. Arab. p. 147. Chardin *voy.* T. IV, p. 513. Origo vocis latet, sed possit tamen a שׂרק *evacuare* repeti, ut pr. sit *vitis vacua* acinis. 2) vallis Ascalonem inter et Gazam interjecta Jud. 16, 4., quae fortasse nomen accepit a vitibus istis generosis.

שֹׂרֵקָה f. i. q. שֹׂרֵק n. 1. Gen. 49, 11.

שָׂרֹק m., plur. שְׂרֻקִּים, voc. coloris sed incertum cujus, Zach. 1, 8. Alii vertunt (v. Bochart. in Hieroz. P. I. lib. 2. c. 7.) *gilvus* coll. ψαρός, quod est in Lxx., alii *rufus, fuchsfarbig*, coll. arab. شُقْرَة *rubedo clara et nitens*, أَشْقَر *rufus* equus, et Apoc. 6, 4. ubi graeco πύῤῥος explicatur. Atque hoc, cum in arab. lingua habeat quo nitatur, praeferendum haud dubie est. Certe, quod nonnulli interpretantur: *glaucus, caesius*, id non habet nisi hanc satis levem rationem, quod *equi glauci* praestantissimi visi fuerint antiquis v. Scaliger ad Aristotelis L. II. de *Histor. animal. apotelesm.* 130. (κυανοχαίτας eos vocat Homerus *Iliad.* 20, 224., κυανότριχας Orpheus in *Argonaut.*; *glaucos equos* laudat etiam Virgilius *Georg.* III, 82.).

עֲרוּקוֹת f. plur. v. sub rad.

שָׂרַר I) i. q. יָשַׁר *firmus fuit* vel *factus est, confirmatus est,* Pah. *firmum fecit, confirmavit, stabilivit,* unde שֹׂר, שָׂרָה, שְׂרִירוּת. — II) i. q. arab. شَرَّ *malum esse, malum facere, adversari.* Inde est part. שָׂרֵר *adversarius, inimicus* (alias צָרַר), plur. cum affixo שָׂרַי Ps. 8, 9. 27, 11. 54, 7. 56, 3. 59, 11.

שֹׂרֶר m. *umbilicus*, arab. سُرَّة et سِرّ *id.*, sic dictus, quod eo infans veluti *catenula* quadam cum placenta uterina *colligatur* et quasi *firmatur*. Cum affixo שָׂרָרֵךְ Cant. 7, 3., ubi al. meton. *ventrem* significari putant.

שֹׂר m. *id.* Ezech. 16, 4. Prov. 3, 8. (ubi alii, Lxx. secuti, perperam vertunt: *corpus*, v. Umbreit. ad h. l.). Utroque loco legitur c. affixo שָׂרָךְ, שָׂרֵךְ.

שְׂרִירִים plur. m. *firma, partes firmae;* שְׂרִירֵי בֶטֶן *firma ventris* h. e. venter, qui firmis partibus constat, v. adstrictus, compactus (hippopotami) Job. 40, 16. v. Rosenm. ad h. l.

שְׂרִירוּת f. *durities,* שְׁ לֵב Deut. 29, 18. Jer. 9, 13. Ps. 81, 13., שְׁ לֵב רַע Jer. 3, 17. 7, 24. 11, 8. *pertinacia;* alii a rad. n. 2. repetunt coll. arab. شَرَارَة *malitia.*

שָׂרָה f. *catena, catenula,* qua aliquid *firmatur*, sive a *firmitate.* Plur. שָׂרוֹת *catenae, catenulae,* spec. *armillae* (a rad. n. 1.) Jes. 3, 19. Chald. שִׂיר et arab. سِوَار *id.* v. Schroederus de *vestitu mulierum Hebr.* c. 5.

שַׂרְשָׂרָה f. *catena.* Plur. שַׂרְשָׂרוֹת Exod. 28, 14. 39, 15. 1 Reg. 7, 17. 2 Chron. 3, 5. 17.

שַׂרְשָׂה f., plur. שַׂרְשׁוֹת *id.*, in regim. שַׂרְשׁוֹת Exod. 28, 22.

שָׂרַר *principatum tenuit,* ut שׂוּר et שׂרה, Jes. 32, 1. Prov. 8, 16. Esth. 1, 22. — Hithpah. הִשְׂתָּרֵר *principem se fecit, imperium sibi sumsit,* sq. עַל *in* al. Num. 16, 13.

שַׂר m. *is qui aliis praeest, praefectus,* ut שַׂר מִקְנֶה *praefectus pecoris* (gregum) Gen. 47, 6., שַׂר הָעִיר *praefectus urbis* 1 Reg. 22, 26., שַׂר הַמַּשְׁקִים *praefectus pincernarum* Gen. 40, 9., שַׂר בֵּית־הַסֹּהַר *praefectus carceris* Gen. 39, 21. 22., שַׂר הַצָּבָא *dux militum* Gen. 21, 22., hinc absolute: *princeps* Gen. 12, 15. Exod. 2, 14. Jes. 23, 8. Jer. 26, 11. 49, 38. Hos. 8, 10. (שַׂר שָׂרִים *princeps principum* i. e. Deus Dan. 8, 25.), it. *dux* (militum) Job. 39, 25. In libris posterioribus שָׂרִים appellantur *archangeli,* angelorum principes (cf. tamen Jos. 5, 14. שַׂר צְבָא יְהוָה) Dan. 10, 21. 12, 1., שַׂר מַלְכוּת פָּרָס *princeps regni persici* Dan. 10, 13. i. e. angelus persicis rebus praefectus, v. Gramberg in Winer Zeitschr. II. p. 193.

שָׂרָה f. 1) *princeps, primaria* Thren. 1, 1. שָׂרָתִי בַּמְּדִינוֹת *princeps provinciarum;* hinc mulier *princeps et nobilis* Jud. 5, 29., spec. de

uxoribus regum 1 Reg. 11, 3. Jes. 49, 23. (quae a pellicibus distinguuntur). 2) nom. propr. *Sarae*, uxoris Abrahami, quod inde a Gen. 17, 15. gerit. Lxx. Σάῤῥα. Antea dicta fuit שָׂרַי (Lxx. Σάρα) Gen. 11, 29. 30. 12, 5. 11. etc., quod nomen quid sibi velit, certo definiri non potest. Conjecturas viror. doctor. si cognoscere cupis, adeas Ikenii dissertatt. philol. theoll. p. 17 sqq. Michael. orient. Bibl. IX, 188. Stange theol. Symmikta I, p. 48 sqq. Kanne *bibl. Untersuch.* II, p. 227 sqq.

שֹׁרֶשׁ m. *radix* (syr. ܫܪܫܐ *id.*) Job. 30, 4. Ezech. 31, 7. (שָׁלַח שֹׁ *radicem agere* Jer. 17, 8.), trop. hominibus et populis, ubi arboribus assimilantur, tribuitur Prov. 12, 3. 12. Job. 14, 8. 18, 16. Jes. 5, 24. Ezech. 17, 6. Am. 2, 9. coll. Cic. ad Famil. 6, 6. (alibi *radix populi* est sedes ejus Jud. 5, 14.). Sed translatio voc. latius patet, certe ap. poetas; nam *radix litis* Job. 19, 28. est caussa litis, *radix venenum proferens* Deut. 29, 17. homo impietatis exemplum aliis praeiens; *radix montis* Job. 28, 9., *radix maris* 36, 30, *radix pedis* 13, 27. dicitur imum maris, pedis etc. Cf. arab. أَصْل et ῥίζαι γαίης Hesiod. Op. 19. 2) *germen, surculus*, qui ex radice provenit Jes 53, 2., hinc trop. שֹׁרֶשׁ יִשַׁי *germen* (proles) *Isai* i. e. Davides Jes. 11, 10. cf. Rom. 15, 12. Apoc. 5, 5.; deinde *stirps* ipsa Jes. 14, 30. (cf. arab. عِرْق), quo nonnulli revocant etiam Prov. 12, 3. sed v. supra. — Cum affixo שָׁרְשָׁם Jud. 5, 14. Jes. 5, 24., plur. a) שָׁרָשִׁים, in regim. שָׁרְשֵׁי Job. 13, 27. b) שָׁרָשִׁים (schoraschim), cum affixis שָׁרָשָׁיו Job. 8, 17. Jer. 17, 8., שָׁרָשֶׁיהָ Ps. 80, 10. Ezech. 17, 7. Dan. 11, 7. v. Gesen. L. p. 572.

שֵׁרֵשׁ Pih. *eradicavit* Job. 31, 12., cum affixo וְשֵׁרָשֵׁךְ Ps. 52, 7. Pyh. שֹׁרַשׁ Job. 31, 8. — Pohel שֹׁרַשׁ *radicatus est, radices egit* Jes. 40, 24. Pohal שׁוֹרַשׁ *id.* Jer. 12, 2. — Hiph. הִשְׁרִישׁ *radices egit* Jes. 27, 6. Job. 5, 3. (trop.), addito שָׁרָשִׁים Ps. 80, 10.

שֹׁרֶשׁ m. chald. *radix*, plur. cum affixo שָׁרְשׁוֹהִי Dan. 4, 12. 20. 26.

שִׁרְשׁוּת vel שִׁרְשׁוּת f. chald. *eradicatio* i. e. *relegatio, exilium*, per apocop. שִׁרְשִׁי Esr. 7, 26. (schroschi) sec. Kri, sed Cthib habet שִׁרְשׁוּ.

שָׁרַת in Kal inusit., Pih. שֵׁרֵת 1) *ministravit* sq. acc. pers. (*bedienen*) Num. 3, 6. 8, 26. 1 Reg. 1, 15., sq לְ Num. 4, 9., sq. אֶת־פְּנֵי Esth. 1, 10 (de ministerio regio), hinc מְשָׁרֵת subst. *minister* Jos. 1, 1. Prov. 29, 12. Sed multo crebrius hoc v. refertur ad ministerium Jovae exhibendum, et legitur quidem duplex haec phrasis שׁ אֶת־יְהוָה (*Jovae ministrare*) 1 Sam. 2, 11. 3, 1. Num. 18, 2. Deut. 17, 12. et שׁ בְּשֵׁם יְהוָה Deut. 18, 5. 7. de sacerdotibus et Levitis, qui sacris operantur, hinc כְּלֵי שָׁרֵת *instrumenta* (vasa) *ministerii* sacri Num. 4, 12. 2 Chron. 24, 14. coll. Num. 3, 31., hinc מְשָׁרְתִים *ministri* sacrorum Esr. 8, 17. 2) de rebus: *usui fuit* Jes. 60, 7. — Partic. foem. מְשָׁרֶת (pro מְשָׁרֶתֶת) 1 Reg. 1, 15., infin. שָׁרֵת et retracto tono שָׁרֵת Deut. 17, 12. Fut. יְשָׁרֵת, cum vau convers. וַיְשָׁרֵת Gen. 39, 4., plur. c. affixo יְשָׁרְתוּנְךָ Jes. 60, 7. 10.

שָׁרֵת m. Num. 4, 12. 2 Chron. 24, 14. v. sub rad.

שֵׁרִית pro שְׁאֵרִית vid. sub rad. שאר.

שָׁרַת radix inusit., quae notionem *frigendi* habuisse videtur. Inde est

מַשְׂרֵת m. *sartago* (chald. מַסְרֵת) 2 Sam. 17, 9.

שֵׁשׁ *byssus* vid. sub rad. שׁוּשׁ.

שֵׁשׁ f., שִׁשָּׁה et in regim. שֵׁשֶׁת m. *sex* (chald. שֵׁת, שִׁתָּא, syr. ܫܬ, ܐܫܬ, arab. سِتّ, سِتَّة) Gen. 7, 6. 11. 30, 20. Exod. 14, 7. 16, 26. 25, 32. Levit. 24, 6. Num. 3, 34. Deut. 15, 12. 19. Jos. 15, 41. etc, it. *sextus* Gen. 8, 13. 1 Reg. 16, 8. 2 Reg. 18, 10. 2 Chron. 16, 1. Plur. שִׁשִּׁים *sexaginta* Gen. 5, 15. 25, 26. Levit. 27, 3. etc. Ceterum etiam in lingua indica habes *schesch*, nec magnopere differunt ἕξ et *sex*. Itaque non facimus cum Gesenio, qui (Lehrg. p. 612.) hoc voc. ex שֵׁדְשׁ (coll. arab. سَادِس *sextus*) decurtatum esse putat.

שִׁשָּׁה q. d. *sextavit* h. e. *sextam partem dedit, obtulit* Ezech. 45, 13.

שִׁשִּׁי m., שִׁשִּׁית f. *sextus* Gen. 1, 31. Exod. 16, 5. 22 29. 26, 9. Levit. 25, 21. Num. 7, 42. Jos. 19, 32. 2 Sam. 3, 5. etc. Foem. etiam substant. *sexta pars* Ezech. 4, 11. 45, 13. 46, 14.

שָׁשָׁא, unde Pih. שִׁשֵּׁא Ezech. 39, 2. Conferas auctore L. de Dieu aethiop. ሰሰር (שׁוֹשַׁר) IX. *scandere, incedere, obire* (Mt. 4, 18. 23.), unde መሰላል *scala*. Itaque verba prophetae שִׁשֵּׁאתִיךָ וְהַעֲלִיתִיךָ interpretaberis vel sic: *adducam te et ascendere faciam*, vel: *quaquaversum te deducam et* (deinde) *adducam* v. Rosenm. ad h. l.

שֵׁשְׁבַּצַּר nom. chald. *Serubbabelis* Esr. 1, 8. 5, 14. Alii *Danielem* sic dictum putant, quasi *in sex angustiis* constitutum (cf. צַר). Sed fortasse est voc. pers. et quidem, si Bohlenio fides, contract. ex چسبانازر *cultor ignis*.

שֵׁשַׁךְ nomen Babylonis Jer. 25, 26. 51, 41., de cujus origine et potestate multum dissident inter se viri docti. Judaei, quibus Hieronym. accedit, mysticam esse statuunt nominis בָּבֶל scripturam, ת pro א, שׁ pro ב et כ pro ל positis; qua scriptura usus fuerit propheta, ne Chaldaeos, utpote tum Hierosolyma obsidentes, lacesseret. At in eod. versu (51, 41.) voc. בָּבֶל occurrit, alterum vero oraculum c. 25. in id incidit tempus, quo ab Aegyptiis magis quam Babyloniis metuendum Judaeis erat. Itaque Michaelis putat urbem *ferreis munitam portis* significari coll. arab. سَكّ *latiore ferro s. laminâ obduxit* portam; Bohlenius vero (Symbol. p. 22.) e persica lingua lucem affundere conatus est; nam شه شاه est *domus principis*. Non inepte; modo credibile sit, illa jam aetate persica vocabula a Judaeis usurpata esse.

שָׁשַׁר, in pausa שָׁשָׁר m. Jer. 22, 14. Ezech. 23, 14. vulgo *minium*,

rectius fortasse *rubrica, sinopis* (Plin. H. N. 35, 6. 13.), ut Hieron. explicuit. Lxx. *μίλτος*, quod et *minium* et *rubricam* significat. Cf. arab. أَشْقَر *rubicundus.*

שֵׁת vid. sub rad. שׁתת et שׁאה.

שֵׁת masc. (saltem terminatione) chald. *sex* Dan. 3, 1. ab hebr. שֵׁשׁ, mutato altero שׁ in ת, ut in aliis.

שְׁתִּי m. chald. *id.*, it. *sextus* (ut hebr. שִׁשִּׁי) Esr. 6, 15. Plur. שְׁתִּין *sexaginta* Dan. 3, 1. 6, 1. Esr. 6, 3.

שְׁתָה I) 1) *bibit* (conf. syr. chald. aeth.) Jer. 22, 15. 1 Reg. 16, 9. (etiam de brutis Num. 20, 5. 2 Reg 3, 17.), sq. acc. potus Exod. 34, 28. Thren. 5, 4. Jer. 35, 8., sq. בְּ potus Prov. 9, 5. (bibere *de* al. re), sq. בְּ vasis unde bibitur Gen. 44, 5. Am. 6, 6. v. sub בְּ. Translate Job. 6, 4. חֲמָתָם שֹׁתָה רוּחִי *virus earum* (sagittarum Dei) *bibit* (hausit) *spiritus meus* h. e. vitae vim omnem consumit, Job. 21, 20. מֵחֲמַת שַׁדַּי יִשְׁתֶּה *de furore omnipotentis bibet*, quod non magnopere differt a formula ista prophetica *calicem vertiginis* a Jova porrectum *bibere* (v. sub כּוֹס), Job. 15, 16. *nequitiam bibit velut aquam* i. e. totus nequitia imbutus et quasi saturatus est, Prov. 26, 6. *claudus pedibus injuriam bibit* i. e. tolerare debet (v. Umbreit. ad h. l.) cf. Obad. 16. 2) *compotavit, convivatus est* Esth. 7, 1. — Infin. absol. שְׁתֹה 1 Sam. 1, 9. et שְׁתוֹ Jes. 22, 13., it. שְׁתוֹת Jes. 22, 13., fut. apoc. c. vau conv. וַיִּשְׁתְּ Gen. 9, 21., תִּשְׁתְּ Levit. 10, 9., אֶשְׁתְּ Gen. 24, 46., 3. plur. in pausa יִשְׁתְּיוּן Ps. 78, 44. — Niph. *bibi* Levit. 11, 24. — Hiph. v. sub שׁקה. — II) i. q. arab. أَسْتَى *staminibus positis aptavit telam*, syr. ܫܬܐ *texuit* v. שְׁתִי n. 2.

שְׁתָה vel שְׁתָא chald. *id.* Dan. 5, 1. 2. 23., sq. בְּ instrum. 5, 3. Praet. plur. אֶשְׁתִּיוּ cum aleph prosthet. Dan. 5, 3. 4., ut אֶבְרִי in Targ. Prov. 20, 12. v. Winer. Gramm. chald. p. 58.

שֵׁת Num. 24, 17. v. sub rad. שׁאה.

שְׁתִי m. 1) *potatio, compotatio* Eccles. 10, 17. 2) *stamen*, graec. ἱστὸς (*Aufzug des Gewebes*) Levit. 13, 48 sqq. v. rad. n. 2. Aliorum interpretationem refutavit post Gussetium Rosenm. in Scholl.

שְׁתִיָּה f. *potatio* Esth. 1, 8.

מִשְׁתֶּה m. 1) *potio, potatio* Eccles. 7, 2. Esth. 5, 6. 7, 7. 8. Dan. 1, 8. etc. 2) *potus* Dan. 1, 10. Esr. 3, 7., plur. מִשְׁתִּים Dan. 1, 5. 8. 16. 3) *convivium*, ut graec. συμπόσιον Gen. 19, 3. 21, 8. Jud. 14, 10. 1 Sam. 25, 36. 2 Sam. 3, 20. 1 Reg. 3, 15. Esth. 1, 3. 5. etc., trop. Prov. 15, 15. — Plur. c. affixo מִשְׁתֵּיהֶם Jes. 5, 12.

מִשְׁתֵּה m. chald. *potio, potatio*, vel *compotatio, convivium*, בֵּית מִשְׁתְּוָא *coenaculum* Dan. 5, 10.

שְׁתַּיִם vid. in שְׁנַיִם sub rad. שׁנה.

שָׁתַל *plantavit*, max. ap. poet., Ezech. 17, 22. Ps. 1, 3. 92, 14. Hos. 9, 13. Ezech. 17, 7. 8. 23. Jer. 17, 8.

שָׁתִיל m., plur. שְׁתִלֵי זֵיתִים *malleoli olivarum* Ps. 128, 3.

שָׁתַם i. q. chald. שְׁתַם *perforavit*, hinc *aperuit* (coll. rad. חלל); שְׁתֻם הָעַיִן Num. 24, 3. 15. *cui apertus est oculus* mentis, ut futura intelligat.

שָׁתַם *occlusit, obstruxit, obturavit*, i. q. סתם, trop. Thren. 3, 8. *obstruxit preces meas* sc. ne pervenirent ad se.

שָׁתַן in Kal inusit., Hiph. *minxit* (v. Mischna II, 127.). In Hebr. non legitur nisi haec formula מַשְׁתִּין בַּקִּיר *commingens parietem* (Lxx. οὐρῶν πρὸς τοῖχον), quae in proverbio dicitur de abjectissimo et vilissimo quoque homine (cf. Assemani Biblioth. or. II, 260.) 1 Sam. 25, 22. 34. 1 Reg. 14, 10. 16, 13. 21, 21. 2 Reg. 9, 8. Scil. nemo orientalium, qui aliquem honestatis sensum habet, stans et in hominum conspectu mingere solet (Herod. 2, 35. Ammian. Marc. 23, 6.). Alii tamen משתין בקיר non de homine, sed de *cane*, quo nihil norunt orientales contemtius, intelligunt, ut Michaelis, Dathius, Hezelius etc. Verum ista explicatio, quam Bochartus primus monstravit, haud dubie praestat.

שָׁתַק *sidit, subsedit*, hinc *siluit, quievit*. Legitur de *fluctibus* maris Ps. 107, 30. Jon. 1, 11. 12. et de *jurgio* instar fluctuum subsidente Prov. 26, 20. v. Schroeder. *observv.* p. 101.

שֶׁתַר nom. propr. viri principis, qui inter magnates regni persici erat Esth. 1, 14. coll. pers. ستارہ *stella*.

שְׁתַר בּוֹזְנַי nom. propr. praefecti provinc. in regno pers., fortasse *stella splendoris* coll. pers. بازنای *splendor*.

שָׁתַר *fidit* (arab. شتر et aethiop. ሰተረ: *scidit, amputavit*, it. *fidit*, ut ex derivatis colligitur), Niph. וַיִּשְׁתָּרוּ עֲפָלִים *et fissae sunt mariscae* i. e. *exortae sunt, eruperunt* 1 Sam. 5, 9. cf. בקע. Sic bene Schultens. in *Animadverss. philol.* ad Prov. 3, 20. Nam spec. *effindi* dicuntur *ulcera*, cum in cute prorumpunt, sumta metaphora a floribus effisso calyce protuberantibus, ut تفطر القرح *effissum est ulcus* cf. Schroeder. in *observv.* p. 58.

שָׁתַת i. q. שׂוּם *ponere, collocare*. Semel legitur Ps. 73, 9. כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שָׁתוּ *ovium instar in orco reponunt, in orcum propellunt* (eos) h. e. propelluntur v. Rosenm. ad h. l.

שְׁתוֹת m. *nates* q. d. *positio*, german. *das Gesäss*; unde plur. vel dual. cum affixo שְׁתוֹתֵיהֶם 2 Sam. 10, 4.; arab. أست *nates*, syr. ܐܣܬܐ.

שַׁת m. *id.* (arab. سَتٌ) Jes. 20, 4. Aliud v. sub rad. שׁרת.

ת

תָּא v. infra sub rad. תוה.

תָּאַב I) *desideravit, expetivit* Ps. 119, 40. 174. — II) i. q. תָּעַב, unde Pih. part. מְתָאֵב *abominans* Am. 6, 8. Conf. Rosenm. ad h. l. et Vriemoet ad *Dicta class. V. T.* T. II, p. 321.

תַּאֲבָה f. *desiderium* Ps. 119, 20.

תָּאָה *determinavit, definivit, designavit*, in Kal inusit. (non differt a תָּוָה v. infra), Pih. fut. plur. תְּתָאוּ *designabitis* Num. 34, 7. 8. Huc videtur etiam תְּתָאֲרֻהֶם 34, 10. pertinere, quod Rosenm. vertit: *lineam ducetis*. Alii repetunt ab אוֹת, quod vide.

תַּאֲוָה f. *terminus*; inde explicant Gen. 49, 26. עַד־תַּאֲוַת גִּבְעוֹת עוֹלָם *usque ad terminum collium aeternorum* h. e. auctore Rosenmuellero: donec montes a multis illi seculis conditi perdurabunt. Aliud vid. sub rad. אוה.

תְּאוֹ m. Deut. 14, 5. et תּוֹא Jes. 51, 20., vulgo *bos sylvestris* s. *bubalus* (ita post Targum. Shavius in Itinerar. p. 359.), Bochart (*Hieroz.* P. I. lib. 3. c. 28. p. 973.) rectius *oryx*, species gasellarum, a *sono*, quem edit. Possit animal illud sic dictum etiam esse a *celeritate cursus*, coll. rad. تَأَى *praevertit, praecessit, praecurrit*. Lxx, Syrus et Arabs in posteriore loco herbam *betam* verterunt, quod perperam defendit anonymus quidam in *Miscell. Duisburg.* T. I, p. 519 sq.

תָּאַם *geminus, duplex fuit* (syr. et arab. تَأَمَ *gemellus fuit, socium habuit in partu*). Partic. plur. תְּאֲמִים *gemini* Exod. 26, 24. 36, 29. — Hiph. *gemellos peperit* Cant. 4, 2. 6, 6.

תְּאוֹם m. *gemellus*; plur. תְּאוֹמִים Gen. 38, 27. et per syriasmum תוֹמִים Gen. 25, 24., in regim. תְּאוֹמֵי Cant. 4, 5.

תֹּאֲם m. *id.*, unde plur. in regim. תָּאֲמֵי Cant. 7, 4.

תְּאֻנָה v. sub rad. און.

תַּאֲנָה, תְּאֵנָה et תַּאֲנִיָּה vid. sub rad. אנה.

תָּאַר *definivit, descripsit* (terminum) Jos. 15, 9. 11. 18, 14. 17., ubi tamen alii *passive* exponunt. — Pih. *delineavit, descripsit* (subula) Jes. 44, 13, ubi fut. c. affixo יְתָאֲרֵהוּ, pro quo in multis codd. legitur יְתָאֲרֻהוּ, quod vitiosum esse videtur.

תֹּאַר m. *forma* Thren. 4, 8. 1 Sam. 28, 14., hinc יְפַת תֹּאַר, יְפַת *pulcher, pulchra formâ* Gen. 29, 17. 41, 18., טוֹב תֹּאַר *id.* 1 Reg. 1, 6., contra רַע תֹּאַר *deformes* Gen. 41, 19. Sed dicitur etiam simpl. תֹּאַר, ut lat. *forma*, de *pulchra* specie Jes. 53, 2. 1 Sam. 16, 18. Gen. 29, 17 Deut. 21, 11. Jud. 8, 18. — Cum affixis תָּאֳרוֹ Jes. 52, 14., alibi תָּאֳרוֹ 1 Sam. 28, 14., תָּאֳרָם Thren. l. c.

תֵּבָה f. propr. *arca* (ut تَابُوةٌ, تَابُوتٌ), hinc *navigium* arcae in modum constructum adeoque remis et velis carens. Legitur et de arca Noachi Gen. 6, 14 sqq. 7, 1. 8, 1. et de navicula, in qua Moses puer repositus est Exod. 2, 5. Forstero (de *bysso vett.* p. 113.) compositum videtur ex copt. *Dsoi* vel *Thoi navis* et *Bai* vel *Bith*, *palmarum ramus*, ut sit *navis ex palmarum ramis confecta*. Sed haec vis voc. non cadit in loc. Genes. — In regim. תֵּבַת Gen. 6, 14. etc.

תָּבוֹר 1) mons Galileae altissimus, in confiniis tribuum Zebulon et Naphtali Jos. 19, 22. Jud. 4, 6. 8, 18. Ps. 89, 13. Jer. 46, 18. Hos. 5, 1., arab. جبل طور. 2) nom. urbis 1 Chron. 6, 77. v. Relandi *Palaest.* p. 331. 3) nom. querceti in tribu Benjam. 1 Sam. 10, 3. — De origine huj. voc. multum disceptant viri docti. Fortasse תָּבוֹר non differt a טָבוֹר (טַבּוּר Jud. 9, 37.) i. e. *locus editus*, rabb. טִיבּוּר *umbilicus* v. Rosenm. *Alterth.* II, 1, p. 133.

תֵּבֵל v. sub rad. יבל, et תֶּבֶל sub rad. בלל.

תֶּבֶן m. *stramen* vel potius *palea* (arab. تِبْنٌ *stramen* triturando dissectum) Job. 21, 18. Jer. 23, 28., qua boves, equi, asini vescuntur Jes. 11, 7. 65, 25. Jud. 19, 19. 1 Reg. 5, 8., quaeque luto immiscetur ad lateres formandos Exod. 5, 7 sqq.

מַתְבֵּן *stramen* Jes. 25, 10., ubi v. Gesen.

תְּבַר chald. *fregit* i. q. hebr. שָׁבַר, unde Part. Pehil f. תְּבִירָה *fragile* Dan. 2, 42.

תִּגְלַת פִּלְאֶסֶר 2 Reg. 15, 29. 16, 10., תִּגְלַת פְּלֶסֶר 2 Reg. 16, 7., תִּלְּגַת פִּלְנְאֶסֶר 1 Chron. 5, 6. 2 Chron. 28, 20., תִּלְּגַת פִּלְנֶסֶר (quanquam in his locis variant libri) rex Assyriae, Ahasi Judaeor. regis aequalis. Nomen conflatum putant nonnulli ex تَكْل *juvenis imberbis* et پالاس *magnus princeps*. Sed Bohlenius sic explicat: تيغ لَد پيل اذر *gladius intrepidus est elephas Dei*; v. tamen, quae monuit Rosenm. *Alterth.* I, 2, p. 127.

תִּגְרָה v. sub rad. גרה.

תֹּגַרְמָה Gen. 10, 3. et תּוֹגַרְמָה Ezech. 27, 14. 1 Chron. 1, 6. terra et gens septentrionalis, equorum mulorumque ditissima, quae cum *Gomer* et *Thubal* copulatur. Vix dubium, *Armeniam* dici, quae ab equorum bonitate magnopere celebrabatur (Strabo XI, 13, 9); Armeni enim ipsi a *Thargomoso* quodam originem suam repetunt, seque *domum Thorgomi* vocant v. Mosis Choron. Hist. Armen. 1, 4. p. 12. ed. Wisth. Add. Michaelis Spicil. I, p. 67. Rosenm. *Alterth.* I, 1, p. 252.

תַּדְמֹר urbs ad Euphratem, quae Graecis *Palmyra,* Syris et Arab. ܬܕܡܘܪ, تَدْمُر (تَتْمُر) *Tadmor,* a *palmarum* (ܬܕܡܪܬܐ) copia vocatur 2 Chron. 8, 4. 1 Reg. 9, 18. (ubi Cthib habet תַּמֹר) v. Schultens. in *indice ad vitam Saladini* s. v. Tadmora.

